



S. a. 5-10.

S. a. - 2-11



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28

R. P.
GABRIELIS
DE HENAO

SOC. IHS
SCIENTIA MEDIA HISTORICE
PROPVCNATA.



R. 1139

R. P.

GABRIELIS

DE HENAO,

VALLIS-OLETANI SOCIETATIS IESV,

PROFESSORIS QVONDAM

THEOLOGÆ IN S. SPIRITVS REGALI COLLEGIO

SALMANTICENSI EIVSDEM SOCIETATIS,

ET IBIDEM NVNC INTERPRETIS

LITTERARVM SACRARVM,

SCIENTIA MEDIA HISTORICE

PROPVGNATA,

Seu Ventilabrum repurgans veras à falsis no-

uellis narrationibus circa Disputationes

celeberrimas de ea Scientia.

OPVS VT ACCVRATE CONCINNATVM, ITA ET
cunctis futurum perutile, quodque cum anno 1655. typis Lug-

dunensibus prodijisset in lucem sub Opusculi forma, nunc auctu,

& locupletatum iusti voluminis mensuram implet, & in fine

continet Parerga XXXIX. pro defensione siue Societ.

IESV, siue Authoris in alijs suis Libris, quasdam-

que quaestiones selectas de Sacrificio

Missæ prætermittas.

SALMANTICAE, CVM PRIVI-
LEGIO REGIO.

Ex Officina ANTONII A COSSIO

Typographi Vniuersitatis.

Anno Dñi 1665.

FACULTAS R. P. FRANCISCI
Cachupin Prouincialis Societ. IESV
in Prouincia Castellana.



GO Franciscus Cachupin Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Castellana, potestate ad id mihi facta à R. adm odù P. N. Ioannè Paulo Oliua Vicario Generali, facultatem cōcedo, vt Liber de *Scientia Media Historicè propugnata*, nouis additionibus locupletatus, Authore P. Gabriele de Henao, nostræ Societatis, Sacræque Theologiæ Professore, & eiusdem Societatis grauium, Doctorumque hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Pampilonæ. Die sexta Iulij anno millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio:

Franciscus Cachupin,

EX MVNERE DELEGATO AB ORDINARIO CENSORIUM Iudicium ferebat R. P. Sapientissimusque M. Fr. Placidus de Puga Benedictinus Monachus, præclari apud Salmanticam D. Vincentio sacri Collegij Regens Studiorum, Ex Abbas eiusdè, & Benedictinorum per Hispaniam, & Angliam Ex Diffinitor Iudex, Academiarum Vallis-Oletanæ, & Salmantinæ Doctor in Sacra Theologia, olim in Vallis Oletana post obtentam, Theologicam Durandi Cathedram, Philosophiæ Primarius Antecessor, in Salmantina Academia, omnium Principe, itidem Philosophiæ Naturalis perpetuus Moderator, & Toletanæ Archiepiscopalis Diocesis, Hispaniarum Primatis, Examinator Synodalis.



LVRA interalia, duo mihi sunt, in quibus gratissimum habeo Nobilissimum D. D. Iosephum Iniguez, Abarca Prouisorum, Vicariumque Generalem Salmanticensis Diocesis pro Illustrissimo D. D. Gabriele de Esparza Insulato Antistite, & Salmantino Episcopo. Delegauit mihi sedula cogitatione relegendum, & studiosa perscrutatione ad lancem æquæ trutinæ expendendum Opus, quod R. P. Gabriel de Henao Vallis-Oletanus in plurimis sacratioris Societ. IESV Collegijs Philosophiæ, & Theologiæ Professor publicus quondam, nunc in eiusdem Sodalijs, Scientiarum (citra adulationis fucum, sed ex veritatis illicio) altricis, Regio Salmantina Col-

Collegio Sacrae Scripturae Moderator, Inscrubit Scientia Media Historice propugnata, seu Ventilabrum repurgans veras à falsis nouellis narrationibus circa Disputationes celeberrimas de Scientia Media. Duo, dixi, mihi sunt, in quibus gratissimum habeo D. D. Iosephum Iniguez Abarca mihi elegantem Centorie virgæ curam: Author videlicet, & Opus. Sed re mihi æstimatione vauum, Idque ipsissimum est Opus, & Author. De utroque, & vno mea refert non prosus silere, quæ pluribus retrò ab hinc annis altè intendere animo.

De Authore, Authore idem idem (quippe ingeminato studio idem, quod anno D. 1635. Opus, Eucharistico Tractatu Mantissa attexta, primùm edidit, ad falsiloquia, gratis, & malignè ab aduersarijs sparsa, reuincenda, iteratò redintegrat) satis, superq; loquutus videbor, si dixerò, ipsū esse R. P. Gabrielem de Henao, vno nostro Theologiæ excellentissimum Professore, summo ingenio, & pudicio pollentem. Cuius elucubrations redolent perpetuam vbiuis accuratior-nem, & soliditatē; rātamque vtriusque disciplinæ sacre, & æmœniors vbertatem spirant, vt ad æmulatam scripturionem eruditionis opibus differant nihil desiderari possit. Verba ferè sunt transcrip-ta ex illo supra sæcula assurgente Viro P. Theophilo Raynaudò, nostri Authoris erudita Opèra commendante, & nulla maior quidem laus, quam à maximo prædicari. Sed etiam tacente Theophilo, egregia, iustaque volumina, puta duo Philosophica de Empyreologia, vnum Theologicum de Eucharistiæ venerabili Sacramento, tria de Sacrificio Missæ Scholastica, Moralia, Expositiua, & Canonica, quæ R. P. Gabriel de Henao vulgavit, vel ipsis characteribus Orbi litterario dicerent. Etiam num foetus sui ingenij ad publicam lucem non obstetricante R. P. Gabriele de Henao, plures sumus synchroni doctrinam illius suspicientes mirabilem. Eamque à primoribus & Theologiæ, & vtriusque Iuris Sacerdotibus veneratam in Vallis Oletana, & Salmantina Academijs testes oculati asserimus. Plura item, quæ ad alterius celebrandum nomen non ex illa apparet forsan, subtricebo veritus modestam Authoris indolem, & Religiosum genium honesti pudoris rubore suffundere.

Ad Opus, quod nunc in lucem secundam prodit, vt alteri promisso fiat satis, veniendum illicò foret. Sed liceat ad Panegyrici præulam criminationem afferre. Quò tendit, causabitur aliquis, Author *Historicè propugnans Scientia Media*? Hæc illa Scientia, qua Diuinum Numen percellens omnem hypothesin, abs præiudicio libertatis creatæ euentuam omnium firmam, & infallibilem prouidentiam æternis decretis concepit. Hæc illa Scientia, quam tot doctissimi in Academijs suppētias, si his egeret, leuiticæ Scholæ laturi, exteri quoq; pugnacissimè tuentur. Hæc tandem illa Scientia, quam tenoribus Patribus cognatam, Scholasticorum primis coæuam, per tot annorum series, & temporum interualla ad nostrum vsque litterarum sæculum Molina, Suarez, Vazquez, Purpurati Bellarminus, Toletus, plurimique alij Orbi notissimi ex Societatis Schola secundo cursu ad Academijs reuexere, tanta SS. PP. & Scholasticorum segete vberem, vt qui vel apud antiquos nouam, vel apud novos antiquatam eam diceret, aut per calumniam, aut per in libero Sole cæcutientem oculum dicere conferretur.

Hanc Scientiam totius æternæ prædestinationis cardinem, libertatis nostræ, simulque efficacis gratiæ conciliatricem tenent plures ex Orbis Academijs, in eiusque pugnacissimam assertionem neruos contendunt, Societatis Scholæ totis pennis aduolantes. In nostra Salmanticensi, omnium Academiarū Principe (de Compluteusi ita audito) simulque Vallis Oletana, plausu Scholastico sæpissimè propugnata foeliciter restor. Eamq; publicè in Vallis Oletana primùm, in Salmantina Academia deinde, ingeniosis, altero Seculari, Regulari altero ex sacra Minimorum Familia propugnatoribus ex suggestu pro munere Magisterij, Theologicique Doctoratus præsidium ferens, bis adstriti. Vt vt non omnes Doctores Theologi illi adhæreant (nulla quidem Scholastica doctrina adeò apud omnes inualuit, vt ad sui plausum, cum varia sint hominum genia, omnium extorqueat assensum) compertum habeo, tot esse numero Scientiæ Mediæ propugnatores, quot impugnatores: vel forsan excessum ex vtraque acie non ad certam notionem redigi valere, Arithmeticaque supputatione librari.

Fuc-

Fuerat olim, ni fallor, ab anno ferè 1586. quo primùm P. Ludouico de Molina, viro de Theologia, simulque de Iuris prudentia clarissimè merito, acriter in sua Concordia omnes ineluctabiles physicas prædeterminationes à causis liberis propullante. & Scientiam Mediam mittente ad prælium, prælium; necdum post plures annos extincti cineres, nam etsi mitius certamen arderet; quorundam tamen scriptis, ignem per interualla reflagellatibus, suscitabatur in dies atrocius scilicet sopita flamma, quasi vires ardor ex otio reparasset. Primùm ergo Controversiæ initium fecit P. Ludouicus de Molina: protinus aliquorum ora, calamos, iraque excitauit in se, solo (credam) ardore religionis calentes. Hinc ingens animorum motus subito tota exercuit Europam. Scientiam Mediam tandem Romæ; & Societatem annos 30. natam exagitarunt. Nihil iam nisi bellieū, & arma ferociter litui perstrepebant: nihil nisi pugnam, & extremum luctum contra Molinæ codices. inonabant aduersariorum classica. iam deuouebantur igni, iam vocabantur à delatoribus ad comburium, quasi pestem occulerent Semipelagianam.

Sed & quantus ex tentatione prouentus! Arbitro Supremo decerne nre, ita constanter à Societatis Theologis pro sententia Molinæ reluctatum est, vt lis tandem tota deuoluta fuerit ad Supremum Ecclesiæ Tribunal, tenentibus Natis Apostolicae clauum Clemente VIII. & Paulo V. quorum ius per continuum propè decennium, non vno, sed frequentissimo partium luctamine res discussa fuerit, donec à Summo Censore decretum tandem est, vt libera sit vtrique parti facultas suam propugnandi sententiam, quin è Molinæ Concordiæ post vigiles adeò, & diligētēs excubias, nec tota adimeretur vnum, nec vnus expungeretur apex. Sed ea lege cautum est, vt vtriusque sententiæ fautores à censuris, & conuictijs in oppositam sententiam abstinere. Vicit Molina, & primam victricem palmam Scientia Media tulit. Actore enim non probante, nedum absolutur reus, sed in delatorem victix assurgit.

Hæc fuerant: sed en paucis elapsis annis contra Societatis Scholam, & contra Historiæ seriem, quidam fabulosam Scholasticæ de Scientia Media concertationi attextunt narrationem Historicam: vt deferret partes sententiæ oppositæ vulgus, cuius notitiam fugiebat quidquid agonis Scholastici strenui pugiles ex Societate, argumentorum subtili instructa firmabant, totis neruis pro veritate decertantes. Sed si quis in illos Historicè peccauerat, peramica spongia mendum id satis eluit, & ab annalibus eam deterfit maculam tum P. Leisius, tum Paulus Leonardus Sherlogus Hibernus in Responsionibus ad expostulationes contra Scientiam Mediam, & tandem P. Franciscus Annatus. En iteratam à PP. Societatis victoriam.

Hæc fuerant quidem: sed ecce adhuc à nonnullis, in aciem stipantibus, bellam Scientiæ Mediæ iugulandæ indicitur, & Scholasticum puluerem cientibus Historiæ fides ex oculato Romæ teste, Rotæ apud Urbem sacre Decano, ad Solis conspectu adducitur. Assurgit pro veritate, & Religione, quasi pro aris, & focis strenuissimus Theologus R. P. Gabriel de Henao, exquisitissimus, nulli parces labori, Historiographus, indefessusque Indagator. Et Ventilabro veritatis (quam certa scriniorum fides testatur, & instrumentorum authentica communis autoritas) veras à falsis nouellis narrationibus repurgat. Ipsi debet Societas postremam omnium certaminum, quæ ab ortu nascentis suæ Scholæ sustinuit, victoriam. Huic Doctissimo viro ad gratulor de Scientiæ Mediæ Historico fulgore toties repetitis insultibus tentato, sed splendicante. Et criminationem in Panegyricum deuolvens, triumphale illud Psalmographi carmen, Scientiæ Mediæ appingo, *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.*

Incitent aduersarij, quod Scholam Societatis, & Scientiam Mediam à florida Sodalitatis iuuenta impugnauerint: satis erit enim pro triumpho Regij Vatis solamen, *etenim non potuerunt mihi;* post tot infamandi nifus irritò catu tentatos, nam vt optimè Zeno Veronenis in eum Psalmum scripsit, *Confidentia maxima gratulatio, tantorum bellorum recordatio: aduersus autem validiores & longum, & frequens est prælium. Mancamus ergo vt sæpe impugnemur, & impugnati sæpe gloriā hanc habeamus, & hinc fit impugnationis nostræ assiduitas, quia non sit impugnantium præpotēs fore*

fortitudo. Habeat ergo Societatis Schola letamen ex tam diuturna lucta, quod impugnata saepe, vel a iuuentute, non cesserit, & prolixiores constantia nunquam victa fecerit impugnantium iras. Etenim non praevaluerunt illi; imò tot criminatationibus lacessita, tot examinata ponderibus victrix semper gloriatur in Domino: maiorēque facit ex tentatione prouentum, quam si prospero cursu semper ad fauentibus leniter auris omnia illi fluxissent. Nequaquam par est gubernatoris virtus, cui placido, & inturbato mari naus vehitur; tunc, admirante nullo, inglorius subit portum: at cum strident funes, dum curuatur arbor, gubernacula gemunt; tunc ille clarus, & Dijs similis, Plinius dicebat. Id sane P. Ludouico de Molina, & suae Scientiae Mediae contigisse miratur Orbis litterarius: qui tot Initio tempestatibus quassatus, eò tandem gloriosus appulit, vt in vnus Molinae sententiam omnes Societatis DD. (alijque exteri) vbiq; miranda ingeniorum conspiratione conuolant. Et de cetero menda narrationum repurgans Ventillabro Historico R. P. Gabriel de Henao, id obtinebit, quod expurgata area Scientiae Mediae, ingeniorum semina ad frugem, ad copiosam segetem, attollantur in Orbe. Sic fausto omine adptecor. Et nihil, quod non redoleat Catholicum, Theologum Societatis, modestāque inde in suis Euentilationibus indolent, in Opere contineri, vt muneri Censoris inseruiam, sincera fide attestor. Saluo meliori iudicio, &c. In hoc Benedictinorum apud Salmanticam Urbem, & Academiam D. Vincentio Sacro Collegio. Die 14. mensis Septembris Anno Dni 1663.

M. F. Placidus de Puga.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS el Licenciado D. Joseph Iniguez Abarca, Prouisor, y Vicario General por el Ilustrissimo, y Reuerendissimo Señor D. Gabriel de Esparza Obispo de Salamanca, y del Consejo de su Magestad: Por el tenor de la presente, por lo que a Nos toca, damos licencia, para que se pueda imprimir el Libro intitulado *Scientia Media historice propugnata*, con sus adiciones, compuesto por el R. P. M. Gabriel de Henao de la Compañia de IESVS, Cathedratico de Escritura Sagrada en el Colegio Real de la misma Compañia de Salamanca, ateto que de la censura del R. P. M. Fr. Placido de Puga, de la Orden de S. Benito, y Regente de los Estudios del Colegio de S. Vicete desta Vniuersidad, a quien le remitimos, nos consta no tiene cosa contra nuestra S. Fe Catholica, y buenas costumbres, antes sera de mucha utilidad, y prouecho el que se imprima. Dada en Salamanca, en 20. del mes de Septiembre de 1663.

Lic. D. Joseph Iniguez Abarca.

Por mandado del Señor Prouisor
Bartholome Fernandez Notario.

CEN

CENSVIT HOC OPVS DE MANDATO REGALIS Castellae Senatus Doctor D. Petrus Rodriguez à Monforte, Supremi Inquisitionis Generalis Consilij Qualificator, Archiepiscopatus Toletani Examinator Synodalis, Catholicae Maiestatis Regius honoris Capellanus. & Sancti Ioannis Baptistae Madriti Rector Parochialis Ecclesiae.



CVLPSIT R. Pater Gabriel de Henao Soc. IESV in Vniuersitate Salmanticensi Sacrae Theologiae Professor, *Tractatum de Scientia Media Historice propugnata, seu Ventilabrum repurgans veras a falsis nouellis narrationibus circa eam*, cui Tractatui addit nunc denudò Scholia ad maiusculementum; & Paterga pro Societatis Iesu, sui que in alijs Libris iam editis defensione, & pro nonnullis ibidem pretermisissis quaestionibus. Nec miror equidem in illis subtilitatem arguendi, nec historiandi, facundiam, cum tam diu lucidissima eiusdem Opera vt testem cõprobasset admiratio. Sisto enim vero animum in eius victoria; & quod maximum est in triumphandi modo, vbi inoffenso corpore, imò & intemerata modestia, robustiori brachio robustissimas faculantium sagittas contorquet; vt potius sacram incolumitatem repulsa, quam molestiam earum elacuatio sibi, siueque Societati promittat. Hæc perdifficilis meta, quam pauci tetigerunt, & nullus alter tam feliciter pressit. Hoc Opus, hic labor calami, vt ad prælium acuti, mitis vt ad scribendam compositi, vt quanuis videatur ferreus, non feriat, nisi quos læsit insanæ mentis iniuria, non aciem vulnificam stringat, nisi cum Religionis causa difficili imperio iusserit. Hic profectò calamus acutissimo illo Ruperti describitur ad 11. Cap. Apocalypsis, vbi Ioannes de se dixit, *Datus est mihi calamus similis virga*: que proprietates est, si virga percutit, & calamus scribit? *calamus*, aiebat Abbas, *similis virga scribendi facultatē significat cum Magisterij authoritate, calamus namque Scriptorum, virga Magistrorum est*. Inde vellem contentiones oriri, vnde nimirum Angeli capiunt occasiones præliandi, affines valde ei, quam in presenti demiror. Nam Noster, sicut ille Angelus, forte Gabriel (qui vt vir luctabatur cum Iacob, vulgò *supplantator e*, Genes. 32.) etsi vulnerauit femur pugnantis in rixa, brachijs tamen pacatissimæ naturæ haud inimicū amplexauit; vt aduersarius ex certamine amorē, non iram duceret. O vtinam effectus

se-

sequatur affectum, & cum desit decertatio hæc civilis inter Magistros, amica manu, foedere virtutis, ingenij armis, zeloso Religionis impetu Hereticorum phalanges disrumpant, & à suorum astutis innoxia maneat Mater Ecclesia. Hoc ex his elucubrationibus spero, cum nihil contra Fidem, nec contra morum integritatem in eis redoleat. Sic sentio, Madriti sexto Idus Nouembris anno Domini 1663.

Doct̃or D. Petrus
Rodriguez à Monforte.

SVMA DEL PRIVILEGIO.

TIENE Privilegio el P. Gabriel de Henao de la Compañia de IESVS, ò quiẽ su poder tubiere, para imprimir este Libro intitulado *Scientia Media Historice propugnata*, cõ sus adiciones, por tiempo de diez años, con prohibicion de que nadie lo pueda imprimir, sò las penas contenidas en el dicho Privilegio, como mas largamente consta de su Original despachado en el Oficio de Iuan de Subiza, Secretario de su Magestad; su fecha en Madrid à onçe dias del mes de Febrero de mil seiscientos y sesenta y quatro años.

Errata

| Num. in Nũcup. | Lin. | Errata | Corrige. | 1364. | 13. | multis | multum. |
|----------------|------|--------------|----------------|-------|-----|-----------------|-----------------|
| 51. | 6. | veris | veteris. | 619 | 28. | pertubarunt | perturbarunt |
| 60. | 6. | disferentes | differentes. | 610. | 5. | ipſius | ipſorum. |
| InPræf. | | | | 375. | 33. | victoria | victorias. |
| 7. | 1. | Quibus | Quibus. | 375. | 34. | accuſulate | accumulate. |
| | | | | 1130. | 17. | alluntum | allumptum. |
| | | | | 1139. | 40. | quod mihi | qui mihi. |
| 9. | 26. | 704. | 1138. | 1139. | 28. | coram | eorum. |
| 9. | 27. | 1138. | 704. | 1414. | 38. | Socetatis | Societatis. |
| 15. | 28. | Manasterij | Monasterij. | 115. | | dele in 2. loco | |
| 18. | 1. | est | est. | | | num. 515. | |
| InOpe- | | | | 692. | 9. | inferiant. | inferunt. |
| ristit. | 6. | | | 179. | 15. | affimarit | affirmarit. |
| InOpe- | | | | 1392. | 26. | ſententia | ſententia. |
| re. | | Ingreſſu | Ingreſſus. | 1103. | 1. | Antonius | Antoninus. |
| 20. | 10. | vedere | videre. | 207. | 11. | Antonius | Antonius. |
| 26. | 11. | quædam | quædam. | 1741. | 2. | Authoriſo. | Authoris. |
| 28. | 44. | percrebuit | percrebuit | 1688. | 59. | poſt | poſt |
| 39. | 4. | cõtingerium | cõtingentiũ. | 711. | 26. | hic | hinc |
| 32. | 22. | pirobabilis | probabilis. | 1480. | 20. | obligationij | obligationis. |
| 32. | 24. | peritioris | peritiores. | 279. | 66. | ſex has | quinque has. |
| 32. | 33. | notita | notitia. | 310. | 14. | conſentaneus | conſentanea. |
| 95. | 44. | extrananci | extraneis. | 1574. | 2. | vicur | vicetur. |
| 95. | 45. | as | ad. | 174. | 26. | vt habilis | nõ ſit habilis. |
| 95. | 46. | Garcid | Garcia. | 1698. | 3. | qua | quam. |
| 95. | 47. | Præ | Pro. | 1665. | 16. | ſubiungi | ſubiungit. |
| 95. | 48. | præo | præ. | | | | |
| 93. | 9. | Polleacotio | Polleacotio. | 1562. | 27. | quantitatis | quantitas. |
| 144. | 26. | Theologi | Theologi. | 1543. | 2. | vtum | vtum. |
| 150. | 46. | Moloniana | Moloniana. | 1467. | 19. | au | aut |
| 205. | 38. | Permaſutam | Permaſtura. | 1464. | 10. | ſuperſſe | ſuperſſe. |
| 312. | 9. | retractione | retractatione | 1377. | 19. | inviſitas | inviſitatas. |
| 313. | 29. | Daiani | Damiani. | 1295. | 28. | potentia | potentia. |
| 383. | 1. | auctuarij | auctarij. | 1263. | 3. | Cardinalis | Cardenales. |
| 428. | 2. | 113. | 313. | 1259. | 8. | novis | novus. |
| 914. | 3. | Hiſpanis | Hiſpanus. | 1253. | 17. | factis | fatis. |
| 1271. | 9. | Theophilus | Theophilus. | 1249. | 18. | quam | qua |
| 1322. | 17. | quinquaſinta | quinquaginta | 892. | 5. | preuiſſe | præuiſſe. |
| 478. | 1. | conſentio | conſentio. | 762. | 9. | efficax | efficax. |
| 248. | 15. | compotens. | competens. | 713. | 16. | non ſolũ cre- | non ſolũ non |
| 1645. | 34. | opinio | opinio. | | | dimus | credimus. |
| 1645. | 42. | referque | refertque. | 675. | 43. | omniaibus | omnibus. |
| 1652. | 3. | Archiepiſco- | Archiepiſco- | 600. | 12. | inexplicabili | inexplicabile |
| 1038. | 10. | pns | pus. | 525. | 14. | medit. | medit. |
| 1209. | 1. | accedent | accederent. | 1218. | 22. | Valentinus, | Cæſarauguf- |
| 237. | 25. | vnum | vinum. | | | | tanus. |
| | | qui ni | quidni. | 1218. | 29. | Ioannes | Martinus. |
| | | Illuſtiſſimũ | Illuſtriſſimũ. | 1222. | 20. | Durandi | S. Thomæ. |
| | | Abroſianum, | Ambroſianũ. | | | | |

His demptis, reliqua respondent suo exemplari.
Salmanticae die 1. Septēbris. Anno 1665.

M. Petrus à Mendez, & Varrio, Corrector pro Vniuersitate.

SVMA DE LA TASSA.



Assaron los Señores del Cōsejo Real este libro intitulado *Scientia Media historice propugnata* con sus adiciones, compuesto por el P. Gabriel de Henao de la Compañia de IESVS à cinco maravedis y medio cada pliego, y à este precio mandaron se vèdiessè, y no à más, como consta de la certificacion, que dello diò Luys Vazquez de Vargas Escribano de Camara del Rey N. S. de los que residen en su Consejo, su fecha en Madrid à diez dias del mes de Octubre de mil seiscientos y sesenta y cinco años.

SAN.

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

SANCTO ARCHANGELO GABRIELI COGNOMINI,

ET PATRONO MEO.



I NSEQVOR NVNC melioris voti tramitem (Clarissime Princeps Aulę Empyreę) cum tibi offero, & dedico secundas curas mei Opusculi de *Scientia Media historice propugnata*. Arbitrabar olim, ingenioli mei labores anhelare non nihil ad perennitatem, si breui eorum donatio perituraş aras implorarem, diuturnitatis à caducis defumens augurium, & ab instabili stabile sperans decus. Ita illudit se malè sana libido, & ambitiosa mens mortalium, quo in terrenorum Magnatum animos se se dulciter insinuet, vt quicquid culturę deest sudoribus, quicquid etiam nitoris, laudis illicio officiosè accersat, vel potius ficta confessione subvmbret. Fingit enim ex ambitionis cerebro, ab occiduo lumine reaccensum iri ingenij fauillas, & æternitati fore superstites, nedum propinquas, si in publicã lucem proditurę talem auspicem nanciscantur, talem habeant patronum. Estque periculosa ea laudatio, & intromissus hominum pectori non fœlix error, licet gratissimus.

II. Sed te, quem nulla laudis humanę titillat libido, nullus mortalium perennitate superat, nobilitate excellit, scientia præcurrit, in huius voti candorem, peto, defendas; & quantum abest ab assentationis fuce orantis animus, tantum proposito indulget, tantum consilio, vt veram sibi famam promittat, verum honorem, si munusculum hoc non implacido vultu receperis. Tunc sine figmento, verè que dicam, te duce, labores nostros, temporum iniurijs ereptos, æternitatis attigisse confinia, si in tuę pietatis sacrarium induci (& facile possunt) fuerint adepti.

Encomium S. Gabrieli A. diffusè scripti stylo partim Orationario, partim Scholastico, studioseque contexti ex Scriptura sacra, Patribus Ecclesię, Interpretibus Biblicis, Theologis Scholasticis, Historicis Ecclesiasticis, ex Scriptoribusq; alijs probatis.

* 1 * Ita S. Hieronymus in Lib. de Nominibus Hebraicis, ubi ex Luca. Consonant Origenes Homilia 3. in diversos, S. Greg. Magnus Homilia 34. in Evangelia, V. Beada Lib 4. in Lucam Cap. 3. S. Bernardus Homilia 1. super Missus est, alijque passim.

* 2 * Tostatus in Cap. 23. Exodusi quast. 80. Et in C. 5. Iosue quast. 71.

adepti. Impertiet aliquid, & multum impertiet tuus ille immotus vigor, & Numini quam vita simillima. Nec posthac audebit aliquis liuoris dentem Operi iniicere, quod fortitudine Dei tutatur se se. Gabriel namque * 1 * *Fortitudo Dei, confortauit me Deus, virtus mea Deus,* venit explicandus lingua Latina. Hinc *Danielis 8. v. 15* vocaris *quasi species viri, Et 9. v. 21.* diceris *vir Gabriel,* ideoque Rabbi Salomon apud Tostatum * 2 * interpretatur de te quod legitur *Genesis 37. v. 15.* *Inuenit eum* (scilicet Iosephum) *vir errantem in agro.* Sed quicquid sit de hac interpretatione, appellaris a Daniele *species viri, & vir,* non solum quia apparuisti habens speciem viri, sed etiam quia virum fortitudine referebas. Quam raris ostendisti ea in forma, qua es visus a Daniele aiente de se *Cap. 10. v. 5. Et 6. Et leuavi oculos meos, Et vidi: Et ecce vir unus vestitus lineis, Et renes eius accincti auro obryzo: Et corpus eius quasi chrysolithus, Et facies eius velut species fulguris, Et oculi eius ut lampas ardens: Et brachia eius, Et quae deorsum sunt usque ad pedes, quasi species aris candentis: Et vox sermonum eius ut vox multitudinis.* Quem in locum inquit Cornelius a Lapide, * Aptè vocatur Gabriel, id est, virtus Dei, vel Deus fortis; ac specie non iuuenis alati, vt aliàs, sed viri fortis apparuit: quia eius visio eò spectabat, vt Daniel agnosceret Dei virtutem, ac robur, cuius eximia documenta Deus ipse erat editurus in populi liberatione per Machabæos, iuxta illud Psalmi 67. *Mirabilis Deus in sanctis suis, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ.* Pro quo aduerte, Angelus hic nouam, & mirè augustam habet formam, quia venit nuntiare Machabæorum victorias, atq; gloriam, & maiestatem, quam per ea bella populus Dei erat adepturus. * Sic Cornelius. Et ante ipsum dixerat S. Hieronymus ad C. 8. v. 16. *Quia visio de pralijs erat, Regumque certaminibus, in o Regnorum successibus, Gabriel, qui prepositus est pralijs, huic officio mancipatur. Gabriel enim in linguam nostram vertitur fortitudo, vel robustus Dei. Vnde Et eo tempore, quo erat Dominus nasciturus, Et indicturus bellum Dæmonibus, Et triumphaturus de mundo, Gabriel venit ad Zachariam, Et ad Mariam, Luca 1. Et postea in Psalmis legimus*

mus

mus de Domino triumphante, Quis est iste Rex gloria? Dominus fortis, Et potens, Dominus fortis in pralio, ipse est Rex gloria. Huc vsque ex S. Hieronymo.

III. Et te fuisse eum Angelū, qui se fociū adiungens Judithæ tutatus est fortissimè castitatē tantæ Heroine, roborauitq; eius dexterā in cæde Holofernis tyranni, opinatur idē Cornelius * 3 * cū alijs Doctoribus innominatis. Proditūq; est memoria à Cardinali Baronio, * 4 * te fortissimo bellatore vocato è Cælo, insignē victoriā eò paratam ab Æthiopibus contra Homeritas. Te etiam strenuè pugnante aduersus Dæmones, liberatum esse à damnatione aeterna Hubertum Salonicum, Regis Poloniæ Thesaurarium, fide digni tradunt Authores. * 5 * Teque præterea vidit S. Maxentius Abbas Pictauiensis fugantem potentissimè Tartareos Spiritus, qui volebant raptare animam S. Viuentij Presbyteri. * 6 * Et de te in hymno quodam canit Religiosissimus Minorum Ordo, cum tuum colit festum diem, * 7 *

*Quæ virtus hominis promere sufficit,
Quæ mundo Gabriel munera conferat?
Sanctas hic animas visere Dominum
Præsto ducit in aethera.*

* Quare non soli Sancto Michaeli, sed & tibi competere putat munus eripiendi forti, armataque manu è Dæmonum quasi vnguibus sanctas animas egredientes è corporibus, deferendique eas in Cælum Empyreum. Sed & tu fuisti, qui * 8 * S. Iosephum confortasti in angustijs ob intactæ à se sponsæ prægnationem, instruxitque de foetudato diuinitus; quique * 9 * eundem S. Iosephū monitum in somnis confortasti, vt in Aegyptū fugeret cum Puerio Iesu, & sanctissima Matre. Tu iudem fuisti, qui Christum in horto confortasti. * Conueniebat namque, vt qui diceris fortitudo Dei, vel ad corroborandam Christi humanitatem contra mortis agonem, vel ad laudandam eius fortitudinem mittereris, * prout existimat Cognomen noster Gabriel Vazquez. * 10. * Ad hæc: te confortasse Deiparam Virginem merentem ob Nati mortem, attulisseque latum nuntium de eius resurrectione, meditatur piè S. Vincentius Ferrerius. * 11 *

IV. Cū itaq; sis tā efficax, vt animos hominū tua ora-

* 3 * Cornelius in Cap. 13. Iudithæ v. 20.

* 4 * Baronius tom. 7. anno Christi 523. n. 25.

* 5 * Ioannes Ludouicus de la Cerda de Excellentia Cælesti Spirituum Cap. 49. n. 7. Antonius Vascóncel- lius 1. tom. de Angelo Cussale Lib. 3. Cap. 9. p. 12. n. 3. pag. 615.

* 6 * Author vitæ S. Viuentij Cap. 6. die 13. Ianuarij apud Bollandum, virum certè simul Simeonis Metaphrasis, optimeque meritum de SS. Actis.

* 7 * Transcribit hunc hymnū eruditissimus, & piissimus Ioannes Tamayus Salazarus in Martyrologio Hispanodie 18. Martij pag. 292.

* 8 * S. Bernardus Homilia 1. super Missus est, Eusebius Emisenus, S. August. Christi- nus Druthmanus, Haymo apud Christophorum de Castro in Hist. Desparte Cap. 6. n. 11. testimoniorum. Afferuntur Vazquez tom. 2. in 1. p. Disp. 244. C. 1. n. 3. Card. Tolcius in C. 2. Luca annot. 15.

9 Origenes, Haymo, & pu-
tatus S. Ansel-
mus apud Ca-
strum supra C.
9. n. 8. testimo-
niorum.

10 Gabriel
Vazquez su-
pra. V. P. Lu-
dovicus à Ponte
4. p. Medita-
tionum in 22.
punct. l. n. 2.

11 S. Vin-
centius Ferré-
rius in Ser-
mone de Resurrectio-
ne Christi.

12 Basilus
Episcopus Sa-
leucie Oratio-
ne 19. in Cen-
turiationem.

13 Lam-
pridius in vita
Alexandri.

14 Pantaleo in Narra-
tione miraculo-
rum S. Michae-
lis apud Surium
die 29. Septem-
bris.

tione confirmes, cumque sistam validis præditus viri-
bus, tamque fortiter, & foeliciter eas exeras, vt tibi addi-
ctos protegas, quidni ego tuum iuvamen appetam ad sus-
cipiendam erecto animo defensionem Scientiæ Mediæ,
quidni te tutorem contra aduersarios ambiam, quidni ti-
bi libelli mei spes, & securitatis fidem committam?

V. Ultra hæc sunt multa alia, quæ me ad tibi nūcu-
pucandam Opellam istam, & ad id qualiscumque obse-
quij præstandum impulere volentem. Nostra in primis
tecum non inis grata cognatio, quam vt speciosum do-
num acceptum Deo Optimo, & Maximo refero, & ob
quam nunquam grates persoluam dignas Parētibus, qui
me in sacro baptismatis fonte honestarunt tanto nomi-
ne. Quanquam vereor, ne in me intorqueatur quod à
Basilio, Seleuctæ Præfule, *12* in Iudeos gloriabun-
dos nomine Israelis, *Cur appellationi, cuius virtute ca-
res, contumeliam irrogas? Quid gestas nomē, quod perso-
na probro sit? Factis appellationem impugnas, & calum-
nia nomen tuum afficis.* Quod si Alexander, Mammeæ fi-
lius, detrectauit Antonini nomen, his apud Lampridium
13 verbis, *Ne, P. P. Conscripti, in hanc nominis ne-
cessitate me vocetis, vt ego tanto nomini cogar satisfacere.*
*Hæc nomina insignia onerosa sunt. Quis enim Ci-
ceronem diceret mutum, quis indoctum Varronem, quis
impium Metellum?* Mihi saltem pudori erit, non imple-
re mensuram nominis, quod obligationem quandam im-
ponit agendi viriliter, & strenuè opera virtutum.

VI. Deinde continua, eaq; ingentia, quæ a te accepi
beneficia, excitarunt me ad hoc officium, gratitudinisq;
signum; speroque in dies maiora alia, fretus non meis me-
ritis, quæ nulla sunt, sed liberalitate tua, quæ magna supra
modum est. Et de te, ac Michaele ait Pantaleō Diaconus
Magnæ Dei Ecclesiæ Constantinopolitanae, ibidemque
Presbyter Monasterij cuiusdā, *14* *Per hos duos descen-
dit omnis datio bona, & omne donum perfectum, quod de-
super mittitur in terram à Deo Omnipotente. Hæc enim
sunt duæ maxima, & paris momenti lucerna Diuinitatis,
(quæ est principium luminis, & est unica, & trina) &
quæ non occidunt luminaria totius Orbis terræ (qui est sub
Cælo) Mystæque arcanorum, & ad futurorum introdu-
cen-*

centes mysteria. Rursusqu; idē Pantaleō *15* inquit, *Est li-
beralis, ac munificus Dei magnus ille Dux exercitus (Mi-
chael) cum diuinissimo, & coarchangelo suo Gabriele
benedicens, corroborans, gratia muniens, latificans, & or-
nans, ac decorans corda fidelium, vt qui sit Sanctis omni-
tibus potentior.* Teque sic affatur Sophronius Antistes
Hierosolymitanus, *16* *O diuinissime, Angelorūque præ-
stantissime Gabriel, qui mundo es exoptatissimus, gaudij-
que, & lætitiæ dator optimus, qui diuinorum arcanorum
interpret es scientissimus, bonorumque omnium admini-
ster, & procurator eximius, qui sacrorum tandem mini-
strorum dux es, & princeps augustissimus.* Quare a tā
benefico vniuersim erga mortales Genio nihil mirum,
si multis, & illustribus me sentiam cumulatam be-
nificijs, si firma me teneat spes aliorum plurium in po-
sterium.

VII. Rursus quæ huic inscriptioni disciplina paginā fa-
cit, mouit me non leuiter ad eam vulgandam sub tui no-
minis auspicijs. Si enim Daniel, visis quatuor bestijs, fla-
granque cupiditate noscēdi quid significarent, dixit Cap.
7. v. 16. *Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatem
quarebam ab eo de omnibus his: vbi etsi non declaretur,
quisnam fuerit vnus ille de assistentibus; at constat ex
Cap. 9. v. 21. te fuisse, ait namque ibi Daniel, Adhuc
me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram
in visione à principio, cito volans tetigit me in tempore sa-
crificij vespertini.* Si itaque ex te, tanquam Interprete, &
Magistro, queritur notitia veritatis, tuque eam explicatif-
simè tradis, fatente Daniele, prosequitur namque in v. il-
lo 16. *Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & do-
cuit me, & C. 8. v. 15. ac seqq. Factum est autem, cum
viderem ego Daniel visionem, & quærerem intelligentiā:
ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audiui
vocem viri inter Vlai: & clamauit, & ait: Gabriel fac
intelligere istum visionē. Et venit, & stetit iuxta tibi ego
stabam: cumque venisset, pauens corruui in faciem meā,
& ait ad me: Intellige, fili hominis, & c. Cap. 9. v. 22. Et
docuit me, & loquutus est mihi, dixitque & c. Cap. 10. v.
11. Et dixit ad me: Daniel, vir desideriorum, intellige
verba, quæ ego loquor ad te, & c. Cap. 11. v. 2. Et nunc*

15 In En-
comio S. Michae-
lis apud eundē
Surium.

16 Sophro-
nius in Enco-
mio S. Ange-
lorum apud Bi-
bliotecam VV.
PP. tom. 7. edi-
tionis Coloniae
Agrippinae anno
1618.

veritatem annuntiabo tibi; & c. æquum est, ut ego sub tuo ducatu veritatem inquiram in his de Scientia Mediæ Euentilationibus historicis, tuoque patrocinio sperem assequi eam; & intelligere. Quia verò es præpositus prælijs, ut obseruabat *suprà* S. Hieronymus, tibi que demandata est bellorum prudentia, ut ait Origenes *17* ad sis, precor, certamini huic litterario; inde enim fiet, ut à me peragatur, prout decet sub te militantem. Sicut autem inter te, & Angelum præfectum, datumque custodem Regno Persarum fuit pugna viginti, & vno diebus, te procurante liberationem Iudeorum ex Perside; & altero resistente; salua vtriusque charitate, & pace, tibi que in adiutorium veniente Michael, ut refertur *Cap. 10. V. 13. & 21. & in V. 20.* fit mentio de Angelo Principe Græcorum; cuius conatus in hoc negotio incertus est Interpretibus; ita vehementer cupio, ut te meum calamum regente; dimicatio hæc litteraria nullatenus lædat charitatem, ac pacem, in eaturque quasi cum Angelis, quorum æmuli sunt probitate, & sapientia Doctores nobis oppositi. Atque ut tibi non defuit Michael, qui opem adferret; sic neque aduersarijs, neque nobis defunt præstantissimi Theologi externi, qui suppetias præstent; sunt & de quibus, ut de Angelo Græcorum, non potest pro alterutra parte certum iudicium ferri. Sed & ad aliud Opusculum de Theologia ipsius Scientiæ Mediæ fauorem tuum supplex oro. Tua sunt verba illa ad Danielelem *Cap. 10. v. 21. Veruntamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis;* id est, futura nuntiabo, quæ in præscientia, & prædestinatione Dei continentur quasi in scriptura fixa, ac firma, nec obliuione, aut tempore mutanda, ideoque veritatis dicta, quia certissima est, & infallibilis. Tui etiam magisterij erit, si aptè explicem cognitionem certam, infallibilemque Dei de futuris contingentibus conditionatis, mediumque, in quo à Deo habetur, & decreta, quæ eius cognitionis præeunte face possunt ab ipso concipi.

VIII. Vtteriùs ut te hoc qualicumque honorario colerè, suaferunt potentissimè munera illa, quibus mire fulges apud Deum, reliquosque Angelos, & homines. Tibi namque ante incarnatum diuinum Verbum commissa est ad Iosue expugnaturum Urbem Hierichuntinam legatio, de qua

17 Origenes Lib. 1. Periarcho Cap. 8

qua in *Cap. 5. Iosue v. 13. & seqq.* te enim fuisse Principem illum exercitus Domini, censent Tostatus, & alij. *18* Tibi creditæ sunt legationes de septuaginta hebdomadibus, de victorijs Machabeorum, quæ ty pus, & figura erant obtinendarum a Christo Domino, & Christianis de idololatris, infidelibusque alijs. Decantantur legationes istæ *Cap. 7. 8. 9. & 10. Danielis.* Tibi commendata est legatio de Conceptu Mariæ Matri Annæ; ut piè cogitant Paritalcon, & Barradas, *19* additque Amadeus Franciscanus, te cum complurimis alijs Socijs adfuisse tempore, & loco Conceptionis, cooperatosque fuisse circa materiam. *20* Quæ præsentia si vera fuit, fuisti quasi testis oculatus Conceptionis illius absque peccati originalis labe. Et huc reuocari potest tuum de hac Virginis prærogatiua magisterium. Nam cum *in Ciuitate Parisiensi quidam Magister in Theologia deberet in Conceptionis die sermocinari; & vellet in mane prædicare, quod concepta fuit in peccato originali, in nocte sibi studenti apparuit turba SS. Doctorum, pariter & Angelorum, & sedes parata est, super quam sedit nobilis Regina, quæ misit pro illo Magistro, dicens, o Magister, quid ego vnquam tibi feci, quod hoc mane vis contra meum honorem prædicare? Et iussit eum flagellari. Quo facto, genuflexus veniam postulabat. Tunc B. Virgo dixit Angelo Gabrieli, Vade; & doce hunc Sermonem, quem mane faciet Vniuersitati Parisiensi. Cui Gabriel ait, Aperi os tuum, & implebo illud. Statim igitur Magister sensit in corde suo Sermonem pulcherriimum, in quo demonstrabatur, quod Regina Cæli concepta fuit sine peccato originali, & illum prædicauit populo Parisiensi mane. Ita ex Francisco Mayronis refert Berhardinus de Bultis. *21* Illud certum est ex *Luca Cap. 1. V. 19.* tibi commissam legationem de Conceptu Ioannis Patri Zachariæ; aliâque ad Principem Sacerdotum, cum age retur de connubio Virginis, narrat Amadeus Franciscanus. *22*

IX. Quæ legationes fuerunt præludium ad illam de Incarnatione Verbi maximam, supremamque, & à qua tanquam tibi honorificentissima insignitus forsanes Gabrielis nomine, inspirante Deo, & reuelante diu ante ipsam. Nam iuxta Theophylactum Gabriel perinde sonat,

18 Tostatus in Cap. 5. Iosue quæst. 71 & alij apud Serarium, Cornelium, & Nasceram.

19 Barradas tom. 1. in Euangelia Lib. 7. Cap. 6. pag. 579. transcribens verba Paritalconis Consonant Sylueyra Lib. 1. in Euangelia Cap. 5. quæst. 9. n. 17. Antonius de Quintanadueñas in SS. Festiuitatibus. Ecclesie Tolerane, in ea que fit S. A. Gabrieli die 18 Martij.

20 Amadeus Franciscanus Raptus apud Petrum de Alba in Bibliotheca Virginali tom. 1. pag. 678.

21 Bernardinus de Bultis in Mariali p. 1. Serm. 6. de Conceptione p. 3.

22 Amadeus Franciscanus Raptus 5. apud Albam *suprà* pag. 683.

nat, ac *Homo Dei*, aut *Homo Deus*, vt interpretatur Proclus. *23* Certe in ea legatione res agebatur nō vnus Vr-
bis, nō Regni, sed totius Orbis. Ausū fuerat huimanū genus
in Deū bella mouere, armorum sonitu telus horrebat,
sua quæque vitia castra posuerant; iam scelerum clāgor,
hominumque terribilis strepitus dederant signa. Et quidē
vincenda misera mortalitas insanabili errore triumphan-
tis præferebat adspectum. Quid tunc Numen? Soli-
citem (proh pietas!) conditionis humanæ, & tanquam
vinci posset, de inducijs cogitat, pæcque perpetua. Quē
eligat Oratorem, sapientia conspicuum, prudentia præ-
stantem; potentia præcellentem, gratiaque apud se exi-
miè acceptum? *Eligitur*, inquit Franco Abbas, *24*
Nuntius vnus ex multis millibus, tanto Rege dignus, tã-
to Mystério idoneus, tam amica legationis peritus, ad
deferendam Virgineo pudori reuerentiam mitis, ac placi-
dus, Gabriel dictus, quia fortitudinis Dei Nuntius. Te
te, Augustissime Gabriel, misit, vt tantarum curarum,
& negotiorum molem subires. Ille partito labore suas
curas, pacisque fœlix auspiciū tibi concedidit, vt vlti-
orem cœli Deum Virgo visceribus clauderet, vt iam
iam ruituri mundi machina staret. Quantum tibi obstri-
ctum genus humanum? Actum erat de homuncionibus,
nisi, te Legato; teque Ministro Incarnationis Dominicæ,
prout nuncuparis ab Haymone, *25* æternæ tranquilli-
tatis fœdus initū esset inter Deū, & homines, euectā vnus
natura ad hypostaticam cum Deo ipso vnionem. Reddi-
ta est afflictis emortua olim ventis spes, timor exceptus, &
vt sic dixerim, seruire bellum sublatū vno tuę signo salu-
tationis, verbisque illis, *Aue Maria, gratia plena, Do-
minus tecum, &c. qualia nec dicta sunt, nec dicentur, & in
quorum comparatione omnia muta debeant apparere*, vt
grauissimè expendit Petrus Damiani. *26* Vnde ad
verba illa tua totus mundus lætitiā gestire visus est, iure-
que merito cecinit de te Venantius Fortunatus, *27*

*Pars dextra Angelico Gabrielis honore coruscet,
Gaudia qui mundo detulit ore sacro,
Quando æternalem concepit Virgo salutem,
Dona Redemptoris Nuntius iste ferens.*

Tunc autem licet ipse solus fueris loquutus, tecum tamē,
tan-

tanquam principali Nuntio, multitudo aliorum advenit,
vt putant B. Albertus Magnus, & Alfonso Salmeron,
necnon Amadeus Franciscanus, qui ea in multitudine
duos eminuisse ait. *28* Et quidem cum esses Legatus
Dei, & ad tantum Mystrium, oportebat, vt venires ho-
noricè comitatus. Sed Dei Matri mox futuræ quantā
legatione tua exhibueris reuerentiam? Salutasti eam fle-
xis genibus, vt piè meditantur aliqui. *29* Quantam
verò præstiteris eidem iam Matri, libet referre verbis Cor-
nelij scribentis, *B. Virgo reuelauit nonnullis, Angelum
Gabrielem non statim discessisse, sed secum mansisse per no-
uem horas, obstupescit Verbi in Virgine Incarnatione,
ac Verbum incarnatum adorasse, illique omne obsequium
obtulisse, & re ipsa exhibuisse. Nam tradunt monumenta
Congregationis S. Georgij in Algâ in Lusitania, qui eius
authores fuere, à B. Virgine accepisse, Gabrielem, cum In-
carnationem nuntiare, integras nouem horas apud eandē
fuisse, ac si ob incredibilem Virginis modestiam, & maesta-
tem humana maiorē, & ob diuini Verbi carne induti præ-
sentiam in admirationem raptus discedere requireret. Quod
indicauit Sacer Scriptor his verbis, Et discessit Angelus
ab ea. Videtur enim velle indicare, eum rerum nouitate,
& magnitudine obstupescit sic habuisse, vt auelli nequi-
ret, donec eadem re exigente quodam modo, tamen inuitus,
a loco discessit. Verū hæc vt piè dicuntur, ita non habet
certam fidem. Hactenus Cornelius. *30**

X. Est etiam valde celebris tua ad Pastores legatio.
Te enim annuntiasse eis natiuitatem Christi videtur
antiqua esse traditio; vt notat Maldonatus. *31*
Sicque tanquam ab omnibus creditum deprecant S.
Cyprianus, Origenes, S. Chrysostomus, S. Hieronymus,
S. Ambrosius, Haymo, Pantaleon, *32* alijque antiqui,
& moderni; & inter hos nominatim Cardinalis Toletus,
Maldonatus, Ribadeneira, Barradas. *33* Tuncque su-
bito facta est tecum multitudo militie Cœlestis Luca 2. v.
13. quatenus de improviso multi alij cœlo venerint An-
geli, qui ante non venerant, aut multi alij, qui ibi tecum
prius erant, sed nec apparebant, neque audiebantur; cœ-
perunt repente apparere, & audiri tum ad cumulatiores,
& lætiores Christi nati laudes; tum vt te sequerentur, &

28 Alfonso Salmeron
tom. 3. in Euāg.
Tract. 3. pag.
27. allegans B.
Alberti Postilla
in Lucam. A-
madeus Fran-
ciscanus Raptus
5. apud Albam
supra pag. 685
29 Laurentius
Chrysostomus
in Mundi Ma-
riani p. 1. Dis-
cursu 6. n. 14.
& Antonius de
Balinghen in
Kalēdario Dei-
para die 15.
Marij, n. 2.
30 Corne-
lius ad Cap. 1.
Luca 7. 38.
Assentitur Lau-
rentius Chryso-
stomus supra.
31 Maldonatus
in Cap. 2.
Luca 7. 9.
32 S. Cy-
prianus apud
Maldonatu su-
pra, Origenes,
S. Chrysostomus
S. Hieronymus,
& Haymo apud
Castrum supra
Cap. 7. n. 22. et
testimoniorum, S.
Ambrosius apud
Petrum Ribade-
neyram in Fes-
to Natiuitatis
Christi, Pantale-
on supra.
33 Cardina-
lis Toletus in
Cap. 2. Luca
annotat. 15.
Maldonatus, &
Ribadeneira su-
pra, Barradas
supra Lib. 8. C.
19. pag. 734.

23 Theo-
phylactus, &
Proclus apud
Castrum supra
Cap. 5. num. 2.
testimoniorum.

24 Franco
Abbas tomo 6.
de Gratia Dei.

25 Haymo
in Cap. 2. Mat-
thæi.

26 Petrus
Damiani in
Serm. 1. de Na-
tiuit. B. Mariæ
Virg.

27 Venan-
tius Fortunatus
Lib. 8. Carmi-
ne 10.

34 Amadeus Franciscanus Raptu 5. apud Albam supra pag. 699
 35 Idem Raptu 8. apud eundem pag. 710. & 727.
 36 Salmeron tom. 11. Tract. 39. in Evangelia pag. 396.
 37 Amadeo Raptu 8. apud Albam supra pag. 722.
 38 S. Ambrosius Lib. 2. de Virginibus.
 39 S. Ildesofus Serm. 5. de Assumpt.
 40 Pantaleon supra.
 41 Eusebius Emiffenus Homilia in Virgiliam Nativit. S. Ildesofus, & S. Anselmus supra, S. Bernardus in Epist. 77 Richardus Victorinus apud Salmeronē tom. 3. tract. 3. pag. 27. Vdalricus apud Carthusianum in 2. Dist. 11. quest. 2. Tostatus in Cap. Matthæi 18. quest. 60. Author Coronæ Virginis apud Albam tom. 2. Bibliothecæ Virginalis pag. 241. & 265. Salmeron supra, Suarius Lib. 6. de Angelis Cap. 18. n. 10.
 42 Petrus Damiani in Sermō 1. de Nativitat. B. Mariæ.

velut in quandam seruitutis speciem stiparent, tuisque dictis parentent. Non me latet, dici ab Amadeo Franciscano, *34* Angelum, qui Pastoribus iucundissimum attulit nuntium, fuisse alium à te, sed à te missum tanquam à magno Dei Administro. Idem Amadeus. *35* tibi attribuit legationem ad Virginem, vt eam redderes certiorum de proximo obitu, & vt traderes ramum palmæ de paradiso Dei virentibus folijs in victoriæ signum; cuius etiam meminerunt Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, Simeon Metaphrastes, Michael Glycas, & cum ipsis Salmeron. *36* Additque Amadeus, *37* te fuisse continuum comitem animæ Virginis quo tempore perstitit seiuncta à corpore. Sed quidni adesses Virgini post mortem, cui ante tam assiduus fuisti? Reuisere eam apud Nazareth, & alibi solebas, vt ait S. Ambrosius, *38* & vt S. Ildesofus, *39* tam frequenter visitabas Virginem, presertim post nati sui Ascensionem, tamque tibi tota eius causa commissa fuit, vt quid illa tunc temporis egerit, nulli alij, præter Deum, melius sit perspectum. Quid? quod Zacharias in Sanctis Sanctorum te vidit cibum ex Coelis afferentem ad Virginem in Templo commorantem, vt scribit Pantaleon. *40*

XI. Quæ mira non erunt ijs, qui sciant ex Eusebio Emiffeno, S. Ildesofus, S. Anselmo, S. Bernardo, Richardo Victorino, Vdalrico, Tostato, Authore Coronæ Virginis, Salmerone, Suario, alijsque, *41* te Custodem Angelum fuisse Virginis, tibi Virginei sacrarij demandatam curam, tibi Cœlestis pignus concreditum, *tibi mentem Mariæ, vt Ioanni Apostolo carnem (quæ sūt verba Petri Damiani) *42* per vigili sollicitudine seruandā traditam. Dignumque fuit, (iuxta eundem B. Patrem) vt Ioannes Apostolus Archangelo Gabrieli ad custodiam Matris Domini socius adderetur, quatenus ille Cœlestis olim Paranympus in actam Virgine inuisibiliter custodiret, & iste forinsecus fragilitati femineæ, obediētia suæ ministerium exhiberet.* Ac sane, vt alia in te deessent ad conciliandā beneuolentiam, cultumq; hominum, commissa tibi Deiparentis custodia, quanquam sine superioritate, rape-ret erga te corda mortalium, flecteretque genua.

XII Illud etiam tibi maximam authori-

ta-

tatem parit, quod Christus iudicaturus homines descēdet de Cœlo, te præeunte, & vocante imperiosè cum tubæ sonitu mortuos ad eius tribunal. Te enim fore illum Archangelum, de quo Paulus loquitur, 1. ad Thes-salonicenses 3. v. 15. probabile admodum apparet Suario, Cornelio, Lorino, & alijs. *43* Vt sicut primum Christi aduentum prænuntiasti Virgini, ita & secundum prænunties mundo. Et tunc quidem præcedes Christum venientem ad Iudicium vniuersale; sed quondā comitatus es tanquam latero, prout refertur in vita S. Paphnutij, *44* his verbis, *Et ecce Dominus ipse descēdit cum Archangelis habens à dextra Michaelem, & à sinistra Gabrielem; qui eius corpus conglutinavit; atque instauravit, cum esset in varias partes discerptum.* Apparuitque olim, vt testatur Scriptor vitæ S. Procopij, *45* inscriptum cœlitus tuum nomen in quadam cruce simul cū nominibus Emmanuelis, & Michæelis; tuum in brachio læuo; Michæelis in dextro; & Emmanuelis in summo loco. Quæ omnia satis ostendunt, quanta te est matione Christus habeat.

XIII. Iam verò quisnam sit tuæ dignitatis gradus inter alios Angelicos Spiritus? Plena voce te Patres Ecclesie Archangelum solent vocare. *46* Licet autem S. Dionysius Areopagita *47* numeret tres Angelorum Hierarchias, & in vnaquaq; tres choros, ordinesve, in prima quidem Seraphinos, Cherubinos, & Thronos, in secunda Dominationes, Virtutes, & Potestates, in tertia Principatus, Archangelos, & Angelos; non ideo tamen ex nomenclatura Archangeli tibi adscripta à Patribus infertur necessariò, te pertinere ad secundum chorum tertiæ Hierarchiæ; sicut neque infertur de Michaele, quem B. Iudas in sua Epist. v. 9. Archangelum appellat. Potest quippe dici, Patres ea voce significasse, non præcisè secundū chorum tertiæ Hierarchiæ, sed absolutè Angelum primarium, & principē. Quippe vt nomen Angeli peculiare est tertij chori Hierarchiæ illius, simulque est commune omnibus Cœlestibus Spiritibus; ita nomen Archangeli proprium esse valet secundi chori, & vniuersali ratione extēdi ad quemcūque Angelum obtinentem primarium eos inter Spiritus. Simile quid docet. S. Thomas, *48* de

in Serm. 1. de S. Ioanne Evangelista.
 43 Suarez tom. 2. in 3. p. Disp. 50. sect. 4. 9. Ex quo vlt. terius, Cornelius ad citatum locum Pauli, Lorinus in Epistolam B. Iudei.
 44 Vita S. Paphnutij apud Surius 28. Aprilis. Idem ipsum inuenitur in Actis S. Ephesij apud Bolladū 11. Ianuarij.
 45 Scriptor vitæ S. Procopij apud Surius 8. Iulij.
 46 S. Ireneus, S. Athanasius, S. Ambrosius, S. Augustinus, S. Leo Magnus, S. Gregorius Magnus, Andreas Cretensis, S. Ioannes Damascenus, Anripater, S. Bernardus apud Casarinum supra C. 5 n. 3. testimoniorum, alijsque frequentissimè apud Salmeronē tom. 3. tract. 3. pag. 23.
 47 S. Dionysius Areopagita C. 6. de Cœlesti Hierarchia, & tribus seqq. prout intelligitur à S. Thoma 1. p. quest. 108. art. 6.
 48 S. Thomas 1. p. quest. 108. art. 5. ad 1.

49 S. Gregorius Magnus Homilia 34. in Euang.
 50 S. Bernardus Lib. 5. de Consid. ad Eugenium C. 4.
 51 S. Thomas 3. p. 9. 39. art. 2. ad 4.
 52 B. Albertus Magnus super Missus est quest. 2. §. 18. S. Antoninus 4. p. Summe Theologicæ tit. 15. Cap. 9. §. 2. Tostatus in C. 18. Matthei quest. 6. Suarez tom. 2. in 3. p. Disp. 9. Sect. 1. Vazquez 1. p. Disp. 244. Cap. 2. n. 11. Toletus, & Barradas in C. 1. Lucae v. 26.
 53 Magister Sent. in 2. Dist. 10. Scotus ibi, quest. unica, Durandus ibi quest. 1. Angelus del Pas apud Albam tom. 3. Bibliothecæ Virginalis pag. 99. Salmeron tom. 3. tract. 3. in Euang. pag. 23. Molina 1. p. q. 108. Disp. unica, quest. 110. Disp. unica, Valentia 1. p. Dip. 8. q. 6. punct. 2. Cornelius in Cap. 9. Danielis v. 21. Ioannes Ludouicus de la Cerda supra C. 49. num. 8. Rodericus Arriaga tom. 2. in 1. p. Tract. de Angelis Disp. 21. Sect. 5. sub-

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

nomine Virtutum.

XIV. Non nego, S. Gregorium Magnum, *49* S. Bernardum, *50* & S. Thomam, *51* putare te constitutum in Archangelorum choro strictim sumpto. Nam primus inquit, *Hi, qui minima nuntiant, Angeli, qui verò summa annuntiant, Archangeli vocantur. Hinc est enim, quòd ad Mariam Virginem non quilibet Angelus, sed Gabriel Archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum Angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiat. Secundus, Putemus, Angelos dici, qui singuli singulis hominibus dati creduntur: missi in ministerium, secundum Pauli doctrinam, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. De quibus Saluator, Angeli eorum semper vident faciem Patris. Putemus, his præesse Archangelos, qui consocij mysteriorum diuinorum, non nisi ob præcipuas, & maximas causas mittuntur. Equibus magnus ille Archangelus Gabriel missus legitur ad Mariam, ob causam utique, qua maior esse non potuit. Tertius, Quidam dicunt, Gabrielem fuisse de supremo ordine Angelorum: propter quod Gregorius dicit, summum Angelorum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiat. Sed ex hoc non habetur, quòd fuerit summus inter omnes ordines, sed respectu Angelorum, fuit enim de ordine Archangelorum. Vnde & Ecclesia eum Archangelum nominat, & Greg. ipse dicit in Homilia de centum ouibus, quòd Archangeli dicuntur, qui summa annuntiant. Satis est ergo credibile, quòd sit summus in ordine Archangelorum. Concordat cum his P. B. Albertus Magnus, S. Antoninus, Tostatus, Suarez, Vazquez, Toletus, Barradas, & fat communiter alij. *52**

XV Nihilominus te Seraphinum esse, existimant Magister Sent. Scotus, Durandus, Angelus del Pas, Salmeron, Molina, Valentia, Cornelius, I. Ludouicus de la Cerda, & Rodericus Arriaga. *53* Teq; secundum esse inter Seraphinos, & primum post Michaellem iudicant Ambrosius Catharinus, & Cosmas Magalianus ultra Salmeronem, & Cornelium. *54* Imò & te inter Seraphinos primatem celebrant Franciscus Mayronis, Bernardinus de Buffis, Cardin. Marcus Vigerius, & Iulius Cæsar Scaliger. *55* Teque summum, vel vnum è summis compellat

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

lat Valentia, vnumque ex summis, & nobilissimis Angelis, Deo proxime assistentibus, Franciscus Lucas, *56* supremumque Seraphinorum, vel Archangelum Deo valde charum, Paulus Roterigijs, scribitque nouissimè Andreas Pintus Ramirez, * Nulla grauiore censura dignum, neque incredibiliter loquutum illum existimarem, qui Gabrieli deferendam arbitretur hanc palmam, quòd primus sit inter omnes Angelicos Spiritus. * Quod longa, exulta, eruditaque oratione prosequitur, & de quo sæpe colloquuti sumus, cum contubernales essemus in hoc Collegio Salmanticensi, inflammauimusque nos mutuò ad periclitandas ingenij vires tuis encomijs.

XVI. Et quòd supremus sis, vel vnus ex supremis, hoc in primis argumento simile vero fieri potest: Opus Dei summum est Verbi diuini Incarnatio. Atqui pro summo opere decebat mitti summum Angelum, vel vnum saltem ex summis. Cum ergo ipse missus sis ad eius summi operis annuntiationem, summus es, vel vnus ex summis. Licet verò apud homines non semper à Regibus mittantur præcellentiores Magnates, nihilominus iuxta negotiorum grauitatem eliguntur, qui maiori polleant dignitate. Rursus licet raro mittantur *57* proximiores Regibus, aut Imperatoribus ad grauiissima negotia; inde est, quia eorum absentia cederet in detrimentum Regnorum, aut in diminutionem gratiæ apud Reges. Quæ incommoda locum non habent in nostro casu. Nam Angeli, qui mittuntur, non priuantur Dei conspectu, nec ex eorum missione sequi potest vllum damnum in administratione siue Curiæ Cœlestis, siue orbis sublunaris. Porro si dicatur, *58* etsi oportuerit mitti Angelum supremum in officio annuntians, non tamen supremum absolutè, & simpliciter, siquidem non fuerit habita ratio magnitudinis Mysterij secundum se, sed illius vt annuntians. Contra se offert, quia cum non solum Archangeli, sed vel etiam Seraphini mittantur ad annuntians, vt postea probabitur, consequens est, vt officium annuntians non sit refer-

Subsect. 3. n. 4.
 54 Ambrosius Catharinus in Epist. ad Heb. C. 1. v. 14. qui in Epist. ad Galatas Cap. 3. v. 1. ait, non esse sibi probabile, quòd Gabriel non sit vnus è summis Angelis. Salmeron in loco proxime citato, Cornelius ad C. 1. Lucae v. 19. Magalianus in Lib. Iudicij C. 2. v. 1. sect. 1. annot. 4. n. 38.
 55 Bernardinus de Buffis in Mariali p. 5. Serm. 3. de Annunt. B. Mariæ p. 1. referens Franciscum Mayronis, Marcus Vigerius in Decachordo Christiano, chorda 1. cap. 2. Valentia supra, et Iulius Cæsar Scaliger in Diuis suis apud Lorinum in Epist. B. Iudæ v. 9. pag. 356. asserit, Gabrielem superiorem esse Michaeli.
 56 Valentia supra. Franciscus Lucas in Cap. 1. Lucae v. 26. Paulus Roterigijs in Triumpho vere gloriæ vtriusque Ioannis p. 1. Curru 1. Laureæ 47. n. 297. Andreas Pintus Ramirez in Epistolas Christi D. ad 7. Episcopos Asiæ, quæ

quæ in Apocalypsi continetur, Commentar. in Epij. 5. n. 1277. *57* Hæc est responsio Cornelij supra, cui occurratur. *58* Cum Suarez citato iam in n. 52.

59 Pantaleo supra. *60* Andreas Cretenfis in Oratione de Annunt. B. Mariæ Virg. apud Suriu die 25. Martij.

61 S. Anastasius Sinaita in Serm. de Annuntiatione apud Albam tom. 2. Bibliotheca virginalis pag. 783.

62 S. Bernardus Homilia 1. Super Missus est.

uatū secūdo, neq; tertio ordini Hierarchiæ infimæ: Cur ergo pro magnitudine Mysterij nō fuerit missus Angelus sūmus absolutè, & simpliciter, vel vnus ex summis?

XVII. Cuius quidem legationis ad tantum Mysterium considerata excellentia, aiebat Pantaleon, *59* *Diuinitissimus Gabriel missus fuit ab Omnipotente Deo, & Patre, tempore diuini, & benigni in terram descensus, veluti quidam Pronubus Dei Verbi ad S. Virginem, & dixit, Ave gratia plena, Dominus tecum, & hac voce depulit antiquissimam, & diuturnissimam molestiam primæ parentis Eua, & implevit letitia uniuersam orbem terræ.* Andreas Cretenfis, *60* *Quo Internuntio hæc gesta sunt, & unde is venit? Archangelo Gabriele, qui ab Altissimo missus rem admirabilem nuntiavit, oportebat enim, ut Minister Altissimi, ex altissimis super terram deorsum volans, inauditem illud Mysterium secum afferret.* Et S. Anastasius Sinaita, *61* *Quid nobis iterum in terra magnus vult Gabriel? Ergo ad nos venit, quibus Dei Mysterium seruit: non minoribus, sed verè tremēdis ministrat mandatis. Magna sunt quæ ei creduntur: nemo alius per ipsū declarat a facili percipere possit. Ei soli cōmittuntur arcana Dei sapientiæ thesauri, ac profundum inscrutabiliū eius iudiciorum docetur: alij, alijque SS. Angelorum aliud quid negotij creditur, huic uni quod est uniuersorum caput committitur.* S. Bernardus, *62* *Non arbitror, hunc Angelum de minoribus esse, qui qualibet ex causa crebra solēat ad terras fungi legatione: quod & ex eius nomine palam intelligi datur, quod interpretatum fortitudo Dei dicitur: & quia non ab alio aliquo fortè excellentiore se (ut assolet) Spiritu, sed ab ipso Deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo positum est à Deo: vel ideo dictum est à Deo, ne cui vel beatorum Spirituum suum Deus, antequam Virgini, reuelasse putetur consilium, excepto dumtaxat Archangelo Gabriele, qui utique tante inter suos inueniri potuerit excellentia, ut tali & nomine dignus haberetur, & nuntio. Nec discordat nomen à Nuntio. Dei quippe virtutem Christum, quem me-*

melius nuntiare decebat, quam hunc, quem simile nomen honorat? Nam quid est aliud fortitudo, quam virtus? Non autem dedecens, aut incongruum videtur, Dominum, & Nuntium communi censerī vocabulo, cum similis utroque appellationis, non sit tamen utriusque similis causa. Aliter quippe Christus fortitudo, vel virtus Dei dicitur, aliter Angelus. Angelus enim tantum nuncupatiue, Christus autem etiam substantiue. Christus Dei virtus & dicitur, & est, quæ forti armato (qui suum atrium in pace custodire solebat) fortior superuenies ipsam suo brachio debellauit; & sic ei vasa captiuitatis potenter eripuit. Angelus verò fortitudo Dei appellatus est, vel quod huiusmodi meruerit prerogatiuam officij, quo eiusdem nuntiare aduentum virtutis, vel qui Virgine, natura pauidam, simplicem, verè cadam, de miraculi nouitate ne expauesceret, confortare deberet, quod & fecit, *Ne timeas, inquit, Maria, inuenisti gratiam apud Deum. Sed & ipsius Sponsum, hominem nihilominus humilem, ac timoratum, non irrationabiliter forsitan idem Angelus confortasse creditur, quanquā tunc ab Euangelista non nominetur, Ioseph, inquit, fili David, ne timeas accipere Mariam coniugem tuam. Conuenienter itaque Gabriel ad hoc opus eligitur; imò quia tale illi negotium iniungitur, rectè tali nomine designatur.* Missus est ergo Angelus Gabriel à Deo. Hæc S. Bernardus, quæ etsi longa, declarant apprimè dignitatem tuam ex munere, ad quod obeundum fuisti electus, & ex missione à Deo immediate, nec non ex reuelato tibi Dei consilio prius, quam alijs Angelis. Fuitque S. Patri sermo non de reuelato prius, vel tibi præ alijs Angelis consilio operis Incarnationis, sed temporis, loci, modi, personæ quoque electæ in Matrem, vt explicuit rogatus ab Hugone Victorino. *63* *Quā doctrinam videtur hausisse ex S. Abbate S. Thomas dicens, *64* Angelos omnes beatos habuisse a principio beatitudinis cognitionem Mysterij Incarnationis in generali, seu secundum substantiam; at verò quantum ad speciales condiciones non omnes tunc de omnibus fuisse edoctos, sed postea.*

63 S. Bernardus in Epist. 77. *64* S. Thomas 1. p. quest. 57. art. 5. ad 1. Et 3. p. quest. 30. art. 2. ad 3. Videantur Suarez Lib. 5. de Angelis Cap. 6. qui de hoc puncto doctè, & dilucidè agit. Noteturq; S. Chrysostomus in Oratione de Annunt. apud Metaphrastem, seu apud Barradam tom. 1. in Euāg. Lib. 7. Cap. 6. pag. 581. & Andream Cretensem in Oratione citata ad n. 60. indicasse quoad Angelum Gabrielem idem ipsum, quod S. Bernardus.

XVIII. Iam alio argumento desumpto ex S. Bernardi magisterio potest sic probari tua illa præcellentia: Si enim fuisti immediatè illuminatus, & missus à Deo. Ergo es supremus, vel saltem ex supremis Angelis. Nam iuxta S. Thomam *65* Angeli secundæ, & tertie Hierarchiæ nunquam à Deo immediatè illuminantur, sed semper illuminatio per superiorem aliquam Angelam, primæque Hierarchiæ, ad inferiorem descendit. Hic enim ordo inter Spiritus Angelicos non modò est communis, & fræquens, sed etiam nunquam à Deo prætermittitur. Namque Deus non mutat præscriptum ordinem causarum, vel providentiæ, rerum naturis consentaneæ, nisi propter homines, ut ad Fidem confirmandam, vel ad dirigendos eos commodius in cognitionem, vel amorem ipsius Dei: hunc autem in finem non confert prætermisio ordinis Angelici, quia sicut nos non intuemur operationes Angelorum, ita nec talis ordinis mutationem percipere valemus. Præterea quò Angelicus ordo est Deo propinquior, eò debet esse immutabilior. Et alioqui quodammodò derogaretur dignitati supremæ Hierarchiæ, si Deus, illa relicta, illuminaret immediatè aliquem Angelum ex secunda, aut tertia. Sic ex principijs Angelici Doctoris.

XIX. Video, posse responderi, Actor. 12. v. 11. dici à S. Petro, *Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum.* Ergo cum Angelus, de quo est ibi sermo, fuerit Custos S. Petri, proindeq; ex tertia Hierarchia, sequitur, Angelos etiam, qui immediatè non mittuntur à Deo, uti contingit in Angelis tertiæ Hierarchiæ, dici absolute, & simpliciter missos à Deo. Ergo argumentum de Angelo Gabriele, quatenus sit primæ Hierarchiæ, eo quòd asseratur missus à Deo, debile est. Sed certè illud innititur præcipuè autoritate S. Bernardi, qui præcellentiam Angeli Gabrielis deducit ex phrasi illa apud Lucam. Rursus non constat, Angelum missum, ut liberaret Petrum, educeretque ex carcere, fuisse Custodem ipsius, ex tertiaque Hierarchia. Forsitan fuit ex præcellentioribus Angelis, pertinentibusque ad primam Hierarchiam. Et cum S. Petrus dicat, *Dominum misisse Angelum*

65 S. Thomasi. p. 7. 106. art. 3. quest. 112. art. 2. & 3. quest. 9. de veritate. art. 1. & 2.

lum suum, posset non nemo putare innui, quòd non fuerit Angelus Petri, seu eius Custos. Quæ tamen suspicio est levis momenti, nam in Ps. 90. v. 11. legitur, *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te*, et proinde Angeli etiam Custodes appellantur Angeli Dei.

XX. Est & aliud argumentum non contemnendum: *Luce 1. v. 19.* tu ipse testaris de te, *Ego sum Gabriel, qui adsto ante Deum.* Quibus ex tuis verbis, & ex *Tobia 12. v. 15.* atque ex *Apocalypsi 1. v. 4.* didicerunt Patres, et Theologi distinctionem Angelorum in assistentes, & ministrantes, tradideruntque, Angelos primæ Hierarchiæ spectare ad classem assistentium, illuminatorumq; immediatè à Deo, & illuminatiù alios secundæ, tertiæq; In prima ergo sedem habes. Et quanvis nomine assistentium Angelorù possit significari, quòd existant in præsentia Dei, & quòd eius faciem intueantur, vel possit significari quædam excellentia penes munus assistendi in ordine ad officium ministrandi ad extra, nihilominus ea alia significatio Angelorum ut assistentium aptior, strictiorque videtur.

XXI. Adhæc: Angelus missus ad confortandum in horto Christum, è numero Seraphinorù fuisse videtur Durando, Molina, Suario, & Arriaga: *66* te verò fuisse eum Angelum, iam supra retulimus ex Vazquio, & Ludouico à Ponte: *67* Angelus item Custos Dei paræ Virginis fuit supremus inter Ordines Angelicos, eique soli deputatus in sua creatione, ut ex autoritate S. Antonini scribit Iosephus à Iesu Maria: *68* iam autem complurium Patrum testimonio *69* comprobauimus, de latam tibi fuisse curam illam. Et quidem etsi Angeli tertij ordinis Hierarchiæ infimæ sint destinati à Deo, ut communiter sint Custodes hominum, sed tamen personarum quarundam insignium, quatenus peculiarem dignitatem, vel publicum munus habent, Custodes esse Archangelos, persuadet tibi Suarez. *70* Iam si ab illo ordine fas est discedere pro aliquibus personis, quidni liceat transire ad primum supremæ Hierarchiæ pro Beatissima Virgine, quæ fuit nobilissima creatura humana commissa custodiæ Angelicæ?

66 Durandus & Molina citati ad num. 53. Suarius Lib. 6. de Angelis Cap. 10. n. 47. Arriaga citatus ad n. 53. *67* Vazquius, & Ludouicus à Ponte citati in n. 10. *68* Iosephus à Iesu Maria in Hist. vitæ, & excellentiarum B. Virginis L. 1. Cap. 36. n. 3. allegans S. Antoninum 4. p. Summæ Theologicæ tit. 15. Cap. 22. §. 2. ubi ego nō reperio. *69* Allegati Patres in n. 41. & 42. *70* Suarez ubi proxime Cap. 18. num. 10.

XXII. His ego argumentis tentabam probabilitatis speciem comparare præcellentie tue inter omnes Angelos, vel saltem inter eos, qui sunt primæ, & secundæ Hierarchie, tertijque, ac secundi chori primæ. Sed cum postea legerim quæ ex Francisco Mayronis Bernardinus de Buis, & ex se Marcus Vigerius in idem propositum excogitarunt, visum est, fore tibi gloriosum, & Lectoribus iucundum, si ea hic recitem.

XXIII. Igitur Buis ex Mayrono inquit, *71* Quod autem fuerit iste Angelus (nempe Gabriel) de ordine Seraphico, probatur per illud Isaia 6. ubi dicit Propheta, Volavit ad me vnus de Seraphim. Si ergo de hoc ordine fuit, qui Isaiam ad prophetandum Incarnationem purgavit: multo magis de ipso ordine esse debuit, qui ipsam Incarnationem nuntiavit. Pie ergo tenendum videtur, quod iste Angelus fuit vnus de principalioribus ordinis Seraphici :: Dicunt etiam quidam Doctores, quod iste Angelus Gabriel principalior fuit omnium Spirituum beatorum post Luciferum. Et hoc videtur verisimile. Quia cum Princeps vult aliquid magnum facere, per virum apud se fideliores id agere solet. Sic Deus æternus volens hoc omnium maximum operum suorum facere, scilicet Incarnationem filij sui, quæ excedit omnia opera Dei secundum Augustinum in 13. de Trinitate, non fecit nisi mediante Angelo fideliori, & gratiori, & per consequens altiori, quia tanto quis apud Deum est altior, quanto ei est gratiosior. Cum ergo iste Angelus fuerit Legatus Dei ad sponsam suam, non debuit esse Legatus minor, sed Legatus à latere. Ex immeditatione etiam missionis Angeli Gabrielis à Deo videntur accipi quatuor Theologica argumenta. Primum est, quod iste Angelus videtur esse Deo immediatus, quia talis est ordo in missionibus, qualis est ordo in perfectionibus Angelorum, pro eo quod inferiores semper mittuntur à superioribus secundum B. Dionysium in Lib. de Angelica Hierarchia. Cuius ratio est, quia ordo diuinæ sapientiæ requirit, vt vltima disponantur per media, & media per suprema. Et ideo cum iste fuerit immediatè à Deo missus, videtur, quod in ordine Hierarchico sit ei immediatus.

71 Bernardinus de Buis in loco citato ad n. 55.

tus. Secundum argumentum est, quod iste Angelus videtur esse simpliciter omnium supremus, quia cum omnes Angeli sint invicem subordinati vsque ad primum, quem appellat bis Dionysius in Lib. de diuinis nominibus summum Seraph, solus supremus est Deo immediatus, quia à supremo vsque ad nouissimum subordinatè extendit claritatis suæ radium Cœlestis Pater. Tertium argumentum est, quod iste Angelus est Hierarcha in ordine Seraph, quia cum sit in ordine illo supremus, ille est Hierarcha in vnoquoque ordine, qui in illo est supremus. Nisi fortè dicatur, quod nullus Angelus in hoc ordine Seraph est Hierarcha, quia nullus attingit ad tantam perfectionem, quantam Lucifer in illo ordine habuisset: & ideo illa dignitas erat forsitan homini reseruata. Quartum argumentum est, quod iste Angelus videtur Hierarcha vniuersalis in tota Hierarchia Cœlesti fuisse. Quia cum ordo supremus Seraphim principetur omnibus alijs ordinibus, vt patet in Lib. Dionysij Cœlestis Hierarchiæ, ille, qui principatur in supremo ordine, omnibus simpliciter principatur. * Sic ex Mayrono Buis.

XXIV. Multo diffusior est Cardinalis Marcus Vigerius. *72* Cuius librum etsi habeam ad manus, quia tamen timeo notam prolixitatis, vt ar compendio rationum ipsius confecto iam à Cornelio. *73* Ait itaque in summa ille, * Decebat, Angelum Gabrielem esse primum, & summum, qui summum Incarnationis Mysterium tam B. Virgini quam Danieli nuntiaret. Primo, vt sicut primus Angelus olim, nunc primus Diabolus, puta Lucifer, decepit Euam, fuitque causa ruinæ generis humani; ita pariter reparationis, & restorationis eiusdem Nūcius esset Angelus omnium primus, & princeps. Secundo, vt quanto opus hoc Incarnationis filij Dei minus credibile, magisque impossibile videbatur, tanto magis Nuntij supremi autoritate eius possibilitas, & fides roboraretur. Tertio, vt maximam gratiam (talis enim est Verbi Incarnatio) gratissimi Deo Nuntij ministerio non tantum genus humanum, sed orbis terrarum vniuersus assequeretur. Quarto, vt maximè inter se distantia extrema, puta Deus, & homo, per medi-

72 Cardinalis Marcus Vigerius citatus in loco citato ad n. 55.

73 Cornelius ad Cap. 9. Danielis v. 21.

dium Deo maximè propinquum, puta per Gabrielem Legatum, copularentur, & cogerentur in vnum. Quintò, vt summum charitatis Dei affectum, & effectū charissimam Deo creatura nuntiaret. Sextò, vt opus hoc annuntiaret Legatus ille, qui eius fructum ardentissimè desiderabat. Septimò, vt rem tantam, insolitam planè, & inauditam is, qui vtrique parti maximè erat familiaris, aptius pertractaret. Octauò, ex nomine, *Gabriel* enim Hebraicè idem est, quòd *virtus mea Deus*, vel *fortitudo Dei*, vel *confortans me Deus*, vel *homo Deus*. Gabriel ergo est fortissimus, potentissimus, ac primus Dei Angelus, ita vt inter eum, & Deum nullus sit medius, vel mediator. * Haftenus summarie Vigerius, qui ex Sacra Religione Minorum assumptus est ad galericum purpureum, & obiit anno 1516. Eiusdem sunt Religionis Bernardinus de Buis, qui clarebat anno 1489. & Franciscus Mayronis, qui interijt anno 1325. Ex cuius tam alta existimatione de tuis excellētis, tradita quasi per manus Socijs alijs, ortum crediderim, vt Minores concessione Alexandri VI. Papæ ab anno 1499. cœperint celebrare tuum festum, & ob anno 1502. sub ritu Duplici. *74*

XXV. Verùm enim verò non contentus Mayronus contendisse omnibus sui ingenij, & deuotionis viribus, vt rationum vi similè vero redderet eminentiam tuam supra omnes, vel plerosque Spiritus Angelicos, progreditur eò, vt respondere tentet argumētis, quæ in contrarium mouere saluam possent. Primū est, * quia cum secundum B. Dionysium in Lib. de Angelica Hierarchia illi, qui sunt de ordine Seraphico, non mittantur ad exteriora, non videtur iste Angelus Gabriel fuisse de illo ordine. * Confirmatur à nobis, nam ex communi consensu Theologorum, innixo doctrine veterum Patrum, tres ordines Hierarchiæ primæ Deo semper assistunt, ita vt Dominationes imperent quinque inferioribus, quorū tres vltimi frequenter mittuntur ad homines, & anterioribus alijs non nisi rarò, & extraordinariè committitur singulare aliquod munus erga ipsos. Quare cum tu non rarò, & pro negotio maximi momenti (qualis fuit Incarnatio diuini Verbi) sed saepe, & pro negotijs non adeò

ar-

74 Ita nau-
rat Arcadius de
mysterijs in
Martyrologio
Franciscano die
24. Martij p. 1

arduis missus sis; confectarium inde est, te pertinere ad tertiam Hierarchiam. Confirmatur iterum, quia *Cap. 8. Danielis v. 16.* iussus fuisti ab Angelo superiore, cum alius Angelus (qui erat Michael, vt ex antiquis Hebraeis refert S. Hieronymus, nec refellit, adherentque Glossa Interlinearis, Liranus, & alij) dixit tibi, *Gabriel, fac intelligere istum visionem.* Huiusmodi autem iussio, illuminatio, & missio significant inferioritatem Angeli iussi, illuminati, & missi, vt docet S. Dionysius Areopagita, *75* explicans verba illa apud Danielelem.

XXVI. Secundum argumentum: * Ecclesia in Officio Angelorum prius nominat S. Michaellem, quàm S. Gabrielem, in hymno ad Laudes, quasi digniorè. Item appellat eum Præpositum paradisi, quem honorificant Angelorum ciues. Item appellat eum Principem Cœlestis exercitus. Vnde canit, Collaudamus venerantes omnes Cœli milites, sed præcipuè Primatem Cœlestis exercitus Michaellem, in virtute cõterentem Zabulum: & in Commendatione animæ ait, Suscipiat eum S. Michael Archangelus Dei, qui militiae Cœlestis meruit principatum: & in Missis defunctorum orat, vt Signifer S. Michael repræsente animas in lucem sanctam. Ipse etiam est, qui superauit in bello Luciferum, vt habetur Apocalypsis XII. Vnde videtur esse supremus. *

XXVII. Sed primo argumento occurrit Mayronus inquiring, * quòd illud de non missione Seraphinorum ad exteriora verum est de communi lege, nò tamen est contra eorum dignitatem, si ex priuilegio singulari quandoque mittantur, sicut fuit in sacratissima annuntiatione ad B. Virginem: cum persona Verbi, quæ in infinitum est eis nobilior, fuerit in hoc Mysterio Incarnationis missa. * Addi potest, etsi in occasionibus quasi priuatis, & secretis non mittantur nisi Angeli tertiæ Hierarchiæ, tamen in quasi publicis, & solemnibus mittuntur qui sunt primæ, vt cum alijs opinantur Suarez, Molina, & Hieronymus Columbus, *76* proindeque in ea etiam, à qua pendebat *negotium omnium seculorum*, in qua *negotium Cœleste completum fuit per Gabrielem*, vt inquit S. Ioannes Chryostomus, *77*

in

75 S. Diony-
sius Areopagita
Cap. 8. de Cœ-
lesti Hierarchia.

76 Suarez
Lib. 6. de An-
gelis Cap. 10. n.
47. Molina 1.
p. quæst. 112.
Disp. vnica,
Hieronymus Co-
lumbus Lib. 2.
de Angelica &
Humana Hie-
rarchia Cap. 57.
n. 14.

77 S. Ioan-
Chrysof. Serm.
3. de Anuntiat.
apud Antonium
Fernandium Vi-
sione 2. veteris
Testamenti Cap.
28. Genes. sect.
3. n. 14. quem
Authorem legere
volupe erit.
78 S. Am-
brosius in Lucā
Lib. 2.

in qua vertebarur commune bonum, imò & maximaū
totius generis humani, & in qua si iuxta S. Ambrosium
78 tantum mandati Myſterium non hominis fuit,
ſed Angeli ore promendum, poteſt non immerito addi,
non Angeli cuiuſcumque fuiſſe, ſed Seraphini lingua
enuntiandum.

XXVIII. Ad primam confirmationem
dici poteſt, Coeleſtes Spiritus primę etiam Hierarchiæ
mitti ſæpe in terram. Et in primis *Genes* 3. V. 24. di-
citur, *Collocavit ante paradifum voluptatis Cherubim,*
& flāmen gladium, atque verſatileru, ad custodiendā
viam ligni vitę. Quibus ex verbis deducitur, Cherubi-
nos aliquot poſitos eſſe ante paradifum, vt eius aditū
prohiberent Adamum, homineſque alios. Neque eſt,
cur vox Cherubim ſonet in hoc loco *Genes* ſecus, ac in
alijs Teſtamenti veteris: De inde, *Iſaię* 6. V. 6. dicitur,
Et volavit ad me vnus de Seraphim: et cum initio eius
dem *Capitis* V. 2. § 3. agatur de veris, proprijsque Sera-
phinis, poſtea que addatur, vnum ex illis miſſum fuiſſe ad
Iſaiam, ſequitur, fuiſſe verē, & propriē Seraphinum.
Præterea nihil apparet, quod cogat, vt recedamus
ab ſtricta intelligentia verborum; ſtrictus autem ſenſus
eſt, vnum de Seraphinis volaſſe ad Iſaiam. Cumque
in ſolo *Cap. illo* 6. *Iſaię*, & non in alio libro Teſtamen-
ti ſive veteris, ſive noui fiat mentio de Seraphinis, ſi no-
men eorum extenderetur ad Angelos non ſpectantes
ad primam Hierarchiam, actum eſſet de diſtinctione
Hierarchiarum, & ordinum. Tertio, S. Paulus in *Epift.*
ad *Heb. Cap. 1. v. 14.* ait, *Nonne omnes (Angeli ſcili-
cet) ſunt adminiſtratoriꝝ Spiritus, in miniſterium miſſi*
propter eos, qui hereditatem capient ſalutis. Quę verba
eò dirigit Apoſtolus, vt probet, Chriſtum eſſe Deum,
proindeque omnibus Angelis ſuperiorem, & ab omni-
bus adorandum. Si enim Angeli omnes, ſeu de ſingulis
ordinibus aliqui, mittuntur in miniſterium propter here-
ditatem capiendam a filijs adoptiuis Dei, ſequitur, Chri-
ſtum, qui eſt filius naturalis, & primogenitus, excede-
re in dignitate omnes Angelos. Nec loquitur S. Paulus
de miſſione, quę cõtineat nõ modò externam, ſed etiam
inter-

internam, quatenus omnes Angeli mittantur, ita tamē
vt aſſiſtentes mittantur, prout in hominum cōmodum,
& gratiam interiùs illuminēt Angelos inferiores, execu-
turoſe exteriùs iuſſa illorum. Nam mitti in miniſterium,
vt expreſſe, & abſolute inquit Paulus, nõ aliud eſt, quàm
mitti exteriùs ad exequendam Dei voluntatē. Neque
item S. Paulus loquitur de illis ſolis Angelis, qui Dei no-
mine dederunt legem Hebræis, vt ſic preferat Chriſtum
eis Angelis, oſtendatque Chriſti legem præſtantiorem
eſſe lege data Hebræis. Nam niſi à Paulo cōprehēdan-
tur omnes omnino Angeli, eius ratio pro eminentia
Chriſti ſupra omnes Angelos manca erit, & curta:
Vnde idem Paulus ad *Ephēſios* 1. 21. § ad *Coloſſenſes*
1. 16. inſtituto ſermone de excellentia Chriſti ſupra An-
gelos, anteponit ipſum Thronis, & Dominationibus,
quos ordines dum nominat exempli gratia, intelligen-
dus eſt præponere Chriſtum alijs etiam ſuperioribus or-
dinibus. Quid? quod de ipſis Angelis, per quos Hebræ-
is intimata eſt lex, dubitatur inter Patres, & Interpre-
tes, quoniam ex ordine fuerint? multique putant, fuiſſe
S. Michaelē, huncque in Ordine Seraphico, imò & in
primo eius loco computandum.

XXIX. Quauis autem *Cap. 7. Danielis* V. 10.
ſcribatur, *Millia milliū miniſtrabāt ei, & decies millies*
centena millia aſiſtebant ei, non tamen necesse eſt, di-
ſtingui Angelos miniſtrantes ab aſiſtētibus, ſed copię
cauſa ijdem nunc miniſtrantes, nūc aſiſtentes vocan-
tur. Et *Apocalyp. Cap. 7. V. 11. Lib. 3. Regū* Cap. 22. v.
19. *Lib. 2. Paralip. Cap. 6. v. 18.* omnes omnino An-
geli ſtare, ſeu aſiſtere corā Deo dicuntur; & *Tobia* Cap.
12. V. 15. Raphael ad Tobiam miſſus ait, ſe eſſe vnum
ex ſeptem, qui adſtant ante Deum; & *Zacharię* 3. v. 7.
dicit *Domine exercituum, dabo tibi ambulantes de his,*
qui nunc hęc aſiſtunt, id eſt, de Angelis; & *Luca* Cap. 1.
V. 19. tu ipſe dixiſti, te adſtare ante Deū; teq; miſſum, vt
loquereris ad Zachariam, & *Daniel* Cap. 7. V. 16. adſe-
uerat, ſe acceſſiſſe ad vnum de aſiſtētibus, & ab eo edo-
ctum fuiſſe interpretationem ſermonum; & *Eccleſia*
orat ad Deum hac formula verborum, *Da Domine, vt*

à quibus tibi ministrantibus in Cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur; tandemque Angeli, qui iuxta Apocalypsim Cap. 1. v. 4. sunt in conspectu Throni Dei, & proinde sunt ex assistentibus, iisdem C. 5. V. 6. dicuntur missi in omnem terram, Non ergo nomina ministrantium, & assistentium denotare debent diuersitatem Angelorum, sed sufficit, si denotent diuersa eorundem Angelorum munera exercita siue diuerso, siue eodem tempore.

XXX. Et ut prior diuersitas deberet ne cessario admitti inter ministrantes, & assistentes, sufficeret, si illi sint ministrantes, qui ordinariè, & pro negotijs quibuscumque mittuntur; & illi sint assistentes, qui raro, aut pro negotijs grauissimis. Vnde quod tu fueris missus, non obest, quominus adscriptus sis numero assistentium, nam nec missiones tuæ fuerunt, aut sunt valde multæ, & illæ, de quibus constat ex Sacra pagina, non nisi summum Incarnationis negotium (cuius tu Minister eras) respiciebant, & non nisi ad illud specialiter ordinabantur, ut monet Antonius Fernandus, *79* & ut Ludouicus Tena *80* inquit, *Sicut humani Reges solent aliquando mittere magnos Principes ad eos, quos honorare volunt, licet hoc ministerium per alios exerceri possit; ita etiam Deus, ut Danielem valde amicum honoraret, voluit Gabrielem supremæ Hierarchiæ ad ipsum mittere; perinde ac nomen Baptistæ voluit annuntiari per eundem Angelum, ac nomen proprium Iesu. Vnde postquam ex maxima legatione Incarnationis constat, Gabrielem fuisse ex suprema Hierarchia, non sequitur ex alio minori munere illum esse inferioris Hierarchiæ, sed potius eundem esse, qui ad maiorem, & minorem legationem missus fuit propter specialem finem soli Deo cognitum, quem neque in Regibus humanis possumus comprehendere, necdum in diuino. Neque propter rationem tam leuem à suaui Sacræ Scripturæ intelligentia est recedendum.*

XXXI. Quod verò rectus ordo naturæ, & gratiæ petat, ut Angeli superiores illuminent inferiores, & hi exequantur id, quod per illuminationem ab il-

lis

lis Deum velle geri cognouerint (quæ doctrinam magna sapientia, & verborum pondere exornat S. Pater, & Patriarcha Noster Ignatius) *81* non opus est, nunc negare, sed sufficit dicere, Deum iustas ob causas, sibi notas, mutare nonnunquam eum ordinem, mittereque è superioribus choris aliquos, qui per se exequantur iussa ipsius.

XXXII. Rursus quod supra ordinem gratiæ (secundum quem ordo Angelicus attenditur) non detur alius ordo, propter quem prætermittatur aliquando lex gubernandi inferiora per superiora, ratio est, quæ nunc non vrget, siquidem ordo gratiæ vnionis hypostaticæ superior sit ordine gratiæ habitualis sanctificantis, & proinde nihil mirum, si propter Verbi Incarnationem fieret dispensatio in ea lege, mittendo te in terram; etsi non sis vnus ex ministrantibus, sed ex assistentibus. *Et hinc non esse incredibile, ait Suarez, *82* Gabrielem, missum ad Virginem, fuisse vel summum, vel ex supremis Seraphinis propter excellentiam Mysterij. * Qui Doctor *83* proximè dixerat, *in ipso ordine gratiæ solere Deum multa priuilegia concedere, vel exceptiones à communi lege facere, solum ad ostensionem gratiæ suæ, vel ut peculiarem honorem, vel fauorem Sancto alicui conferat; & quia in hac varietate gratiarum eius potestas, & prouidentia magis ostenditur. * Quæ etiam consideratio huc aptissime applicari potest, ut incredibile non sit, si propter magnitudinem Mysterij Incarnationis Deus immutet consuetum ordinem gratiæ, te Legato electo inter Angelos assistentes.

XXXIII. Ad secundam confirmationem respondere quis posset, non constare, sermonem esse de vno, eodemque Gabriele in omnibus Scripturæ sacræ locis, in quibus legitur nomen Gabrielis; & proinde Danielis 8. v. 16. forsitan agi de alio Angelo Gabriele, minorisque dignitatis, quam de quo Luca 1. ex V. 26. Nam non videntur congruere vni, eidemque personæ Angelicæ tam diuersa ministeria; tam sublimia, quæ apud Lucam 1. ex v. 26. tantòque inferiora, quæ apud Danielem 8. V. 16. & alijs CC. ac vv. imò & quæ apud Lucam C.

81 S. P. N. Ignatius in nunquam satis laudanda Epist. de Virtute obedientiæ.

82 Suarez Lib. 6. de Angelis Cap. 10. n. 46.

83 Idem Suarez ibidem num. 45.

79 Antonius Fernandus in Visionem 24. Testamenti veteris Cap. 7. Danielis Commentario, & Sect. 2. num. 7. ubi cæset, Gabrielem fuisse vel supremum Angelorum, vel saltem unum ex supremis ordinibus.

80 Ludouicus Tena in Cap. 1. Epistolæ ad Hebræos diff. 15. seu vltima Sect. 5. n. 38.

84 Tostatus in Cap. 13 Iudicij quest. 35.

85 Magister Sent. in 2. Dist. 10. lit. D. ubi eodem modo de Michael, & de Raphael.

86 S. Iulianus Antistes Toletanus Lib. 2. aduersus Iudeos.

87 S. Irenaeus, S. Hieronymus, S. Ambrosius, Andreas Cretensis apud Suarium tom. 2. in 3. p. Dist. 9. Sect. 1.

88 S. Dionysius Areopagita Cap. 4. de Caelesti Hierarchia, S. Hieronymus in Cap. 8. Danielis v. 16. Origenes, S. Ambrosius, S. Augustinus, Antipater, Guericus, Petrus Damiani, Hugo de S. Charo apud Paulum Roterigium in Triumpho verae gloriae vtriusque Iohannis 1. p. Curru 2. Laurea 47.

illo 1. ex v. 11. Neque ex idemitate nominis potest sufficienter iudicari, quod fuerit eadem persona Angelica, interdum enim distinctae personae Angelicae eodem nomine vocantur, vt obseruavit Tostatus; *84* aitque Magister Sent. loquens de Gabriele, *85* Alij vero dicunt, non minus singulariter, & determinate, sed nunc huius, nunc illius esse nomen, secundum qualitatem eorum, ad quae nuntianda, vel gerenda mittuntur: sicut & Daemonum quaedam nomina sunt, quae quidam putant esse vnus propria, alij vero pluribus communia. Diabolus quippe, qui Graece ita vocatur, & criminator interpretatur, vel deorsum fluens, Hebraice dicitur Sathan, idest, aduersarius: dicitur & Belial, idest, apostata, & absque iugo: dicitur etiam & Leviathan, idest, additamentum eorum: & alia plura reperies nomina, quae vel vnus Spiritus sunt propria, vel pluribus communia. Sic apud Magistrum Sent. Praeterea nomina Angelorum ex officijs, seu ministerijs desumuntur, & ideo licet personae diuersae sint, poterunt propter officiorum similitudinem eodem nomine vocari.

XXXIV. Sed huiusmodi responsioni acquiesci non debet, tum quia S. Iulianus Toletanus Antistes *86* ait, Manifestum est, quod vnus, idemque Angelus Gabriel fuerit, qui & praefixa illa tempora Danieli de Christi natiuitate aperuit, & partum Virginis presentem esse monstrauit. Affirmant idem ipsum S. Irenaeus, S. Hieronymus, S. Ambrosius, Andreas Cretensis, *87* & communiter alij Patres, a quorum sensu, & fidelium, sub vno nomine Gabrielis, aut Michaelis, aut Raphaelis intelligentium in Oraculis Sacris vnam numero personam Angelicam, fas non est discrepare; neque introducere eis in Oraculis ambiguitatem, seu diuersitatem personarum, ita vt in eodem Cap. 1. Lucae vnus sit Gabriel missus ad Zachariam, & alter (quod est contra S. Dionysium Areopagitam, S. Hieronymum, Origenem, S. Ambrosium, S. Augustinum, Antipatrum, Guericum, Petrum Damiani, Hugonem de S. Charo) *88* missus ad B. Virginem. Fas, inquam, non est absque valde urgente in contrarium fundamento, quod

in

in subiecta materia desideratur. Nam si aliquod adesset, maxime illud de tam inaequalibus ministerijs, alio summo nuntiandi supremum Mysterium Incarnationis B. Virgini, alijs longe minoribus. Sed hinc nihil conuincitur, quia omnes aliae legationes relate in Sacris litteris directe fuerunt ad illud Mysterium tanquam ad proximum finem, vt aduertit Suarius, *89* & quia minores illae legationes susceptae sunt ex voluntate, & impetio Dei, a quo valorem, & dignitatem compararunt maiorem, quam habitam ex obiecto suo, & quia, vt Pinus Ramiresius *90* ait, licet Gabriel fuerit aut summus, aut saltem vnus ex summis Seraphinis, ad alias tamen legationes tres, quae illi in Sacro textu assignantur, mitti potuit non ex communi missionum officio, sed ex priuata Nutrius dispositione; exinde maxime quod istarum duarum Incarnationis Mysterio, cui totus assistebat Gabriel, ministrabant. Non est autem indecens, vt ille, cui summum aliquod ministerium committitur, illa etiam, quae eidem maxime conferunt, administret. Non diffiteor, fieri posse, vt aliquando idem nomen diuersis personis Angelicis aptetur vt euenit inter homines; aut quod actu in Scriptura diuina nomen Gabrielis ita fuerit aptatum, excogitatur gratis. Neque item diffiteor, Suarium in alio loco, *91* et Hieronymum Columbium *92* non prorsus auerari, si nomen Gabrielis distinctos Angelos significet in Scriptura sacra. Quod de nomine Michaelis extensius tractant ipsi, & Blasius la Nuzza, *93* quodque sine nomine Authoris narratum a Cornelio, *94* censetur ab ipso novum, & eousque inauditum, ac sine auctoritate eque, ac necessitate assertum.

XXXV. Quapropter ad secundam confirmationem aliter responderi potest, primo, non deesse, qui Christum esse dicant illum, qui Gabrieli iniunxit, vt Prophetae obscurum illud aenigma manifestaret, quasi iam praeluderet ad sumendam postea humanam naturam, in qua suas deinde inter homines delicias haberet. Ita Theodoretus. & Isidorus. Et vt Apostolos missurus erat postea ad euangelizandum, sic nunc Gabrielem ad re-

9999

ue-

89 Suarius in loco proxime citato.

90 Pinus Ramiresius in Epist. 3. Apocalypsis in Commentario n. 1227.

91 Suarius Lib. 6. de Angelis. Cap. 10. n. 35. & 46.

92 Hieronymus Columbus Lib. 2. de Angelica, & Humana Hierarchia Cap. 57 n. 9.

93 Suarius ibidem ex n. 25. Columbus ibidem num. 7.

& Thomas del Bene Diss. 11. de Angelis, quest. 2. Fraciscus de Blascola Nuzza p. 2. libri 1. de Patrocinio Angelorum C. 6. animaduers. 3. & Cap. 8. V. Virgini Domine Marinae de Escobar assistebant praeter quosdam quatuor alios, primus dicebatur Fortitudo Dei, seu Gabriel, secundus Medicina Dei, seu Raphael, tertius Missus maior, quartus Missus minor.

Ita refertur in eius Vita nonitepral, data Lib. 1. C. 4. §. 2. Lib. 2. C. 7. §. 5. erantque primus, & secundus distincti a Gabriele, & Raphaela celebratis in Sa-

cris

cris

cris litteris. Et in priori loco S. S. fit mentio de alijs quinque Angelis, qui eam assidue comitantur.

94 Cornelius in Cap. 10. Danielis v. 13.

95 Gaspar Sanchez in C. 8. Danielis v. 15.

96 S. Hieronymus sibi, inquit, Virum istum, qui precepit Gabrieli, ut Danielem faceret intelligere visionem, &c.

relanda Myſteria mitteret ad Prophetam. * Idcū scripſiſſet Gaſpar Sâchez, ſubdit, * Sanè res eſt obſcure, & admodum incertæ coniecturæ. * 95 * Secundo, non denotari iuſſionem, illuminationem, & miſſionem, ſed ſimplicem quandam intimationem, quæ ſecundum ſe fieri valet, nedum ab æquali, ſed etiam ab inferiori. Tertio, concedendo, denotari iuſſionem (quia ſic vult S. Hieronymus) * 96 * ſed cum ſupponatur facta ab Angelo Michael, & is, ſit vnus è ſummis Spiritibus Angelicis; opinione multorum, imò & ſummus inter eos omnes Spiritus, opinione aliorum, non ſequitur, Angelum iuſſum, illuminatum, ac miſſum ex infimis eſſe.

XXXVI. Secundo, vel tertio modo reſponderi poſſet, ſi quis ex eo, quòd Angelus Michael venit in adiutorum tuum, vt dicitur Cap. 10. Danielis v. 13. inferret quidpiam contra dignitatem tuam. Nam ab æquali poteſt quiſi iuari, imò & ab inferiori, ſæpe enim ſuperioris vires plus valent iuncte cum inferioris, quam ſi ſeorſim conſiſtant. Et vt Angelus Michael iuiſſet, tanquam ſuperior, aduc adiutus Angelus poſſet eſſe non ex infimis.

XXXVII. Atque hinc obiter elicitur obiectio, quam quis fortè deſumeret exinde, quòd tibi viginti, & vno diebus, vt ibidem dicitur, reſtiterit Princeps Perſarum, id eſt, Angelus Cuſtos Regni Perſici: quæ reſiſtentia videtur eſſe iudiciū inferioritatis in eo, cui eſt facta. Sed certè ſi ſuperior non exerat ſuas vires, ſiue quia nō vult, ſiue quia aliunde impeditur, optimè ſtat, vt ei reſiſtatur ab inferiore; & reſiſtentia, quæ tandem victa cedit, iudiciū eſt ſuperioritatis in vincente. Cuſtos autem Perſici Regni tandem quali ceſſit; & antea alius Angelus quali non contulit omnem ſuam potentiam in eius certaminis victoria, ſiue ex induſtria ſua, ſiue ex impedimento à Dei voluntate. Sic iuxta imperfectum noſtrum modum concipiendi. Re tamen ipſa pugna vtriuſque Angeli nihil aliud fuit, quam ante patefactam Dei voluntatem orationes fuſe ad Deum, & propoſitæ rationes ab vno Angelo, vt populus Hebræus liberaretur ex captiuitate Babylonica; ab alio, ne liberaretur.

Cu-

Cuiuſmodi pugna non arguit inferioritatem, ſuperioritatemve vnus Angeli reſpectu alterius.

XXXVIII. Circa ſecundam confirmationem reſtabat dicere de authoritate S. Dionyſij Areopagite: quæ magna quidem eſt, ſed citra neceſſitatem nō diſſentiendi ab ipſa. S. Dionyſius ſatis clarè docet, * 97 * S. Michael eſſe ex choro Principatum, vel Archangelorum, fuiſſeque diſtinctorum Angelorum legationes ad B. Virginem, ad eius Sponſum, & ad Paſtores, Dei; eſſentia à nullo mero homine in hac vita mortali fuiſſe in ſe viſam: quæ tamen aſſerta non habentur pro omnino certis: vt neque illud de miſſione Angelorum tantum inferiorum, quòd toto ſere libro de Cœleſti Hierarchia videtur tradere, * 98 * & à quo non verentur recedere cōplures Theologi * 99 * tam antiqui, quam recentis; eò minori formidine; quòd ipſe S. Dionyſius * 100 * non approbat definitè eas interpretaciones, quibus Seraphini miſſio ad Iſaiam euitabatur. Vnde ad Timotheum ait, *Tua verò intelligendi, discernendique ſcientia erit, aut per alteram dictarum cauſarum omnium ambiguitatis ſcrupulo abſolui, eamque alteri, utpotè probabilem, & conſentaneam, ac forte veram, antepone, aut per te, quidcum veritatem coniuñctius ſit, inuenire, aut ab alio diſcere (Deo ſcilicet verbum tribuente, quòd & Angeli interpretentur) nobiſque Angelorum ſtudioſis reuelare clariorem (ſi fieri poſſit) mihiq; gratioſiorem contemplationem.* S. etiam Gregorius Magnus, * 101 * relato aſſerto S. Dionyſij ex aliorum ſide; & vna interpretationum illarum, ſubiungit, *Sed quia in quibuſdam ſcriptura locis quadam per Cherubim, quadam verò per Seraphim agi didicimus; vtrum per ſe hæc faciant, an per ſubiecta agmina agantur, quæ ſicut dicitur, in eo, quòd à maioribus veniunt, maiorum vocabula ſortiuntur, nos affirmare nolumus, quòd apertiſteſtimonijs non approbamus.* Hæc S. Gregorius: ad quæ, & ad alia S. Dionyſij referenda deſcendi, nam inceſſit me timor, ne tentatæ ad primam confirmationem ſolutiones minus benè audirent ob diſſonantiam cum doctri-
na S. Dionyſij de non miſſione Angelorum ſupremæ

9999

Hic

* 97 * S. Dionyſius Areopagita de Cœleſti Hier. Cap. 9. docet primum, & Cap. 4. ſecundum, ac tertium. * 98 * Preſertim Cap. 5. & quatuor ſeqq. & 13. * 99 * Vt videat re eſt in Suario Lib. 6. de Angelis Cap. 9. & 10. in Vaz quio tom. 2. in 1. p. Diſp. 244. Cap. 1. & 2. in Salmerone tom. 3. Tract. 3. in Euſgelio pag. 24. & tom. 3. in Epistolâ Pauli Diſp. 8. in C. 1. ad Hebræos pag. 360. in Ribera, Cornelio, & Iuſſiniano in Cap. 1. ad Hebræos v. 14. in Ludouico Tena in Cap. 1. ad Hebræos Diſp. 15. ſeu vltima per 5. ſectiones, in Cerda C. 4. de Excellentia Cœleſtium Spirituum, in Gabriele Aluarez in Cap. 6. Iſaia v. 7. (ubi cenſet, Gabriel eſſe vnum è Seraphinis) in Gaſpare Sanchez in C. 7. Danielis v. 10. & 16. in Ioanne Fernâdez in Thſauro diuinarum ſcripturarum V. Angelus n. 7. (ubi dicit eſſe magis conſonantiam ſcripturæ ſacri, & frequentioreſſ. P. P. & congruentiſſimâ

rationi sententia
asserentem, Ange-
los supremos ali-
quando mitti, &
se non improba-
turum eum, qui
asseret, Gabri-
elem Angelum
de suprema esse
Hierarchia) in
Francisco de Bla-
scola Nuz. 2. p.
lib. 1. de Patro-
cinio Angelorum
Cap. 3. & 4. &
in illis tam Theo-
logis, quam In-
terpretibus fre-
quentissimè.
100 Cap.
13. in fine.
101 S. Gre-
gorius Magnus
Homilia 34. in
Euanclia.
102 Vaz-
quius. & Iulii-
lani citati in
p. 99.
103 Salme-
re de Militia eius
lib. 2. p. 100.
104 Tenam
lib. 2. p. 21.
105 Salme-
re de Militia eius
lib. 2. p. 100.
106 S. E-
phrem Syrus in
Orat. de SS. 40.
Martyribus.
107 Pintus
Ramiresius sub-
prà n. 1230.

Hierarchiæ: quanquam non me lateat, Vazquium, & Iustinianum *102* velle, nō pronuntiarī definitē quidquam a S. Dionysio in hoc puncto; & Salmeronē, *103* Tenam, *104* Gabrielemque Alvarez *105* interpretari ipsum, quatenus Angeli illi ordinariē, & frequenter non mittantur ad homines, sed extraordinariē, & raro.

XXXIX. Ad secundum argumentum respondet Mayronus apud Bustum, * Quod sicut in quolibet Regno cōmuniter est vnus generalis Capitaneus, & Princeps militiæ, qui ab omnibus militibus Regis veneratur; & tamen per hoc non sequitur, quod ipse sit secundus a Rege, vel dignior omnium in Regno eius, quia sæpe reperuntur aliqui ipso proximiores Regi, & digniores apud illum: sic & in proposito. Quod autem Michael Luciferum debellauit, hoc non egit in virtute propria, sed Dei, qui ad maiorem confusionem superbiæ Luciferi fecit eum non ab excellentiori Angelo paradisi, sed ab vno alio non supremo saperari, iuxta illud ad Corinthios. Infirma mundi elegit Deus, vt confunderet fortia. Et propter hanc victoriam fortè postea eum præfecit animabus in Cœlum deferendis, & ideo Ecclesia eum primò nominat, & particulariter veneratur. * Sic Bustus ex Doctore Illuminato, & Acuto, quibus titulis olim insignitus fuit Mayronus, Theologus nominis celebritate, & fama conspicuus, discipulusque Doctōris Subtilis, & qui primus Parisijs sub annum 1315. instituit Theologiæ Actum, vocatum Sorbonicum, in tegroque die propositis respondit.

XXXX. Potest etiam dici, S. Michaelē esse Præsidentem, Tutorem, & Patronum Ecclesiæ Christianæ, sicut quondam fuit Synagoga Iudaicæ; ideoque ab Ecclesia deferri honorem S. Michaeli præ alijs Angelis: receptum namque est more, & ritibus sacris, vt SS. Patronos priori loco ponamus, quam alios æqualis, aut etiam maioris dignitatis. Atque hinc si quis arguat ex priori loco, quo cōparatiuē ad S. Gabrielem positus est S. Michael, vt supra retulimus ex Actis SS. Paphnutij, & Procopij. Responderi poteit, Deum voluisse confor-

mare se deuotioni, & cultui Ecclesiæ erga S. Michaelē, electum ab ipsa in Patronum, quin hæctenus declarauerit eius præcellentiam inter omnes alios Cœlestes Spiritus. Quod si ex nobiliori loco attributo S. Michaeli desumitur argumentum, non deest occasio, in qua tibi fuit concessus. Loquens enim S. Ephrem Syrus *106* de SS. Quadraginta Martyribus inquit, *Ne conturbaret Martyres Christi inimicus, Angeli spatium stagni custodiebant, hinc quidem Gabriel, illinc vero Michael, & ab alto Christus, vniuersorum inspector.*

XXXXI. Ex dictis satisfieri valet argumento ducto exinde, quod S. Michael in publicis precibus, & Litanjs prius invocetur, & in Confessione generali in mediā tē post B. Virginem, & quod longè pompa festiuiori, augustiori ritu, eius memoria nō vno tantū die solemniter quotannis recolatur. Sed grātum erit audire Pintum Ramiresium *107* dissoluentem hunc nodum: * In Litanjs primus inuocatur Michael, postea Gabriel. Imbellis ratio: etiam inter Apostolos Iacobus prius Ioanne inuocatur; nec autem auderem Iacobum Ioanne affirmare sanctiorem. Imò P. Didacus Ruiz de Montoya tom. de Voluntate Dei Disp. 53. Sect. 10. n. 22. Ioannem Euangelistam Petro, & Paulo, prius inuocatis, quoad gratiam, & gloriam præponit, idque Theologicis argumentis, & Patrum testimonijs confirmat. Sed quis ex Litanjs certum in hac re gradū aucupetur? Cuiusmodi cultu festus Michaelis dies agitur. Quid tunc? Non semper maior celebritas Ecclesiastica potioris sanctitatis signum est. Ego non solum piū, sed etiam probabile cum Suatio tom. 2. in 3. p. semper putavi, D. Iosephum Apostolos omnes sanctitate tantum præcedere, quantum officio, & titulo erga Iesum præcessit: & tamen longè minori pompa colitur. Longè festiuus Laurentius, quam plures Apostolorum, quibus non parū cedit, celebratur. Innocentes Martyres, in hoc genere, illustrioribus longè Martyribus præferuntur. Quid ita? Quia non maioris gloriæ, sed alicuius prærogatiuæ singularis, aut accepti beneficij causa, Ecclesia id prudentissimè instituit. * Hæcte-

nus ille.

XXXII. Qui ad illud de Michaelis Principatu in Cœlesti militia sic paulò aliter, ac Mayronus, respondet *Cœlestis militiae Princeps celebratur Michael: fateor, quia disponit Angelos inferiores, hominũ contra Dæmonum machinamenta Custodes. Sed Gabriel dignioribus sacramentis, & ministerijs reseruetur. Prælium illud, quod Michael Apoc. 12. v. 7. Draconi intulit, vnde nobilissimi huius Spiritus præstantia declaratur, mille habet interpretationes. Germanior, & litteralior, & communior est, quam præfert Ribera, de tempore Antichristi. Vnde non distinguitur ab illa prerogativa, quam, Ecclesia custodita, habet Michael, vt ibi ex communi probat Ribera. Hæc autem Marianæ custodię iure optimo postponitur. Difficilius longè foret argumentum in illorum explicatione, qui volunt, aludi ad primum prælium, quo initio creationis Michael cum suis putatur Satanam, & sequaces rebelles e Cœlo deturbasse. Sed hæc explicatio nec ratione, nec contextus tenore potest stare; ideoque illam omnino pili faciunt Interpretes doctiores, vt etiam auderet dicere Ribera, Hoc prælium vulgus initio mundi factum putat, cum Diabolus, & Angeli eius e Cœlo eiecti sunt. Sed sine dubio pertinet ad extrema tempora, &c. Quasi ex doctissimi viri iudicio solum inscio vulgo dicta explicatio possit esse credibilis. Videant illi, qui totum robur pro tuendo Michaelis primatu collocant in hoc prælio, quam valido scriptone innitantur. At Patres aliqui hanc tuentur, qui tropologiae potius, quam litterę adhæserint. * Hæc Pintus Ramiresius.

XXXIII. Nec omittenda sunt quę habet, vt obuiam eat obiectioni ex Custodis Ecclesię munere credito S. Michaeli, *Custos Ecclesię est Michael, sicut & olim fuera t Synagogę. Sed Gabriel fuit Custos Marię. At vna Maria toti Ecclesię, & mille Synagogis præponderat; plusque dignitatis importat, solam Deiparam, quam vniuersa reliqua custodire. Scio, à non nemine Michaelẽ Marię Custodem appellari. Sed hæc

opi-

opinio, priscorum præterquam vnus *108* præsidio destituta, nullo probabili fulcitur argumento. Nostra Theologis, et Interpretibus communior. Et merito: non erat Maria cum cæteris mortalibus curanda cateruatim: singularissima Regina, non communi Ecclesię Custodi Michaeli, sed singulari cuidam, & nobiliori, scilicet Gabrieli færat committenda: quam ipse sedulus de mera corporis mortalis cõditione egentem, fidelissimisque seruus tueretur. * Ita Pintus Ramiresius. Et quia custodię Synagogę in Michæle contraponit custodiam Deiparę in Gabriele; inutile non erit aduertere ex S. Thoma, *109* *maius officium esse custodire vnum hominem, quam alium, et maiores Angelos deputari ad custodiam eorum, qui sunt ad maiorem gradum glorię a Deo electi.* Quavis verò S. Doctor verba faciãt de maioribus Angelis in infimo ordine, sunt ea notatu digna, vt argumentum pro præeinenti tuo gradu ex custodia Deiparę nõvum vigorem accipiat, cum aliunde sit adeo probabile, Custodem Diuę Matris transcendisse infimum ordinem.

XXXIV. Idem Pintus Ramiresius diluit aliam obiectionem deriuatam exinde, quòd ad Christum in agonia sanguine manantem consolator venit Michael: quæ missio longè est dignior, quam illa, qua ad Mariam Gabriel delegatur. Diluit, inquam, sic, *Ecquis tibi id reuelauit, aut qua vnquam probabili cõiectura id confirmes? Sed diuina st. Sit ipsissimus Michael. At certè nõ solum ex dignitate personę, cui mittitur Angelus, sed ex negotij tractandi pondere; Internuntij dignitas censetur. Viderit nunc Theologus, an præponderet Incarnationis peragenda Mysteriorum confortationi afflicto Saluatori (quod erat Incarnationis substantiæ accidentarium) adhibenda? Plane si ex mera persona Internuntij Angeli dignitas sit aucupanda, iam Angeli illi, qui victori, & ieiunanti Christo cibos ministrarunt Matthæi 3. v. 11. maiores inde, quam Gabriel præsumuntur, quod iure, an iniuria proferatur? tute videris. * Tantum Pintus Ramiresius. Qui omisit dicere, non nisi te fuisse Angelum confortatorem Christi, vt

suprà

108 Quisnam fuerit hic antiquus Doctor? melatee. Franciscus de Blascola Nuzza p. 1. libri 1. de Patrocinio Angelorum Cap 31. refert ex Francisco Ximeno Patriarcha Hierosolymitano Lib. 2. Vitę Christi, diuina reuelatione innotuisse S. Gregorio Nazianzeno, S. Michaelẽ fuisse Angelum Custodem B. Virginis, visum quę ab ipsa in ventre materno. Sed vereor, ne hæc sint apocrypha. Idem Blascus conatur suadere, custodiam B. Virginis demandatam principaliter S. Michaeli. Adducit verba illa S. Bonauenture in Speculo Virginis Cap. 3. Omnibus Angelis Maria innititur suo imperio. Vnde Augustinus ait, Michael Dux, & Princeps militiæ Cœlestis cum omnibus Spiritibus administratorijs, tuis Virgo parat præceptis, &c. Quę verba, si sint S. Augustini, non faciunt ad Blasconi intentũ. Pro quo ab auctoritate ieiunus est.

à ratione nihil
affert, quod vr-
geat. iam ad n.
41. allegauit Pa-
tres in fauorem
S. Gabrielis;
sicque Sophro-
nius Epist. de
Assumpt. B.
Marie inter
Opera S. Hiero-
nymi. Quod si
queratur, post
Ascensionem Do-
mini quid egerit? Vnum pro-
certo est, quia
Virgo sanctae cor-
pore, ac mente
permanserit, quod
sanctus Angelus
Gabriel, ac si
Caelestis Para-
nymphus, in ta-
elam custodivit.
Sic ille. Et ex
illo S. Odilo in
Serm. de Assump.
B. Marie, Si
quis studio pietatis,
vel pie cu-
riositatis affectu
indagere volue-
rit, quid post
Ascensionem Do-
mini Genitrix
egerit, quum
sanctè, & iuste
vixerit, & cum
quibus habitau-
erit? Soli Deo cog-
nitum esse vide-
tur, & Gabrieli
Archangelo, cui
tota eius causa
commissa esse pre-
dicatur à Domi-
no, & Angelis
sibi collectatibus,
secumque conlo-
quentibus. Ha-
ctenus S. Abbas
Cluniacensis. Le-
gatur Petrus An-
tonius Spinellus
in Maria de ipa-
ra throno Dei
Cap. 26. num.

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

suprà notabamus ex nonnullis: *110* Nec inficiari oportet, censerì ab alijs eum Angelum fuisse S. Michaelem, nam ita putat S. Bonauentura, Dionysius, & Ludolphus Carthusiani, Franciscus Lucas, Didacus Stella, *111* & alij. Sed cum Suarius *112* testetur, se nihil intuenisse à SS. PP. dictum de eiusmodi Angelo, indicium est non leue, fore inueniendum egrè alium Patrem S. Bonauentura antiquiorem, qui idem ipsum censeat. Quare siquidem Euangelistae sileant nomen eius Angeli, & à SS. PP. vix quidpiam sit de illo traditum, pro neutra parte potest nisi per coniecturas hinc argui.

XXXXV. Restant adhuc difficultates alie, vt quod S. Michael Cap. 10. Danielis v. 13. dicatur, *vnus de Principibus primis*, id est, primus inter primos, attenda vt Hebraicæ loquutionis, quemadmodum *Genesis* 1. v. 5. *dies vnus*, qui primus, & in 1. ad Corinthios Cap. 16. v. 2. *vna sabbati* eadem, quæ prima. vt quod S. Michael præfuerit toti populo Hebræo, & tu cuidam eius parti detentæ captivæ apud Babylonem, quotum primum docetur à S. Hieronymo, *113* ab alijsque Patribus, atque Interpretibus, & secundum à S. Gregorio Magno, à Ioanne Casiano, & ab Authore Glossæ interlinearis. *114* Vnde tu ipse loquens de S. Michael cum Daniele Cap. illo 10. v. 21. dixisti, *Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael Princeps vester*. quibus in verbis prouulgasti Principatum S. Michaelis in vniuersa gente Iudaica, & te quasi inferiori, & minori Principatu potentem vtrò fassus es; posteaque in Cap. 12. v. 1. S. Michaelem vocasti *Principem magnum*.

XXXXVI. Sed quod Michael dictus sit *vnus de Principibus primis*, & non simpliciter primus, potest potius contra eius præcellentiam super omnes Angelos reflecti. Nam qui alium, vel alios æquales dignitate, imò & qui vnum, vel alterum è Procenibus Regni, aut Reipublicæ superiorem habeat, solet appellari vnus de Principibus primis. Præterea vt hæc appellatio congruat Michaeli, sufficit, quod sit primus in ordine Principatum, imò & in ordine Archangelorum, è qui-

bus

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

bus ordinibus priorem, aut posteriorem attribuit ei S. Thomas *115* inquit, *Custodia humana multitudinis pertinet ad ordinem Principatum, vel fortè ad Archangelos, qui dicuntur Principes Angelorum. Vnde & Michael, quem Archangelum dicimus, vnus de Principibus dicitur Danielis* 10. Sic S. Thomas. Qui si putetur collocare Michaelem in ordine Archangelorum, addit alio in loco, *116* *esse satis credibile, quod eo in ordine Gabriel sit summus*. Cuius vtriusque loci collatio erit non parùm grata decertantibus pro tui supra Michaelem eminentia. Idem Angelicus Doctor alibi, *117* vt saluum maneat, quod Michael sit vnus de Principibus primis, non aliud requirit, quàm eius sedem in ordine Principatum. Angelicū Doctorem imitantur Pereyra, Egidius Romanus, Tolletus, Vazquez, & Suarez. *118*

XXXXVII. Isque scribit, *119* Probabilius videtur, hunc Michaelem esse primum Angelum in ordine Principatum, qui est supremus infimæ Hierarchiæ. Valde namque probabile est, hunc esse Michaelem, de quo Daniel, & Ioannes, & quem Ecclesia specialiter veneratur. Illum autem vocat Daniel Cap. 10. vnū de Principibus primis, Principem Synagogæ, & C. 12. vocat Principem magnū. Ioannes verò Apocalypsis 12. v. 7. vocat Ducem Angelorū præliantium cū Dracone. Ex quibus locis sūpsit Ecclesia omnia Michaelis encomia, & munera, quæ suprà retulimus. Et omnia ad ordinem Principatum optimè accommodantur. Sic Eximius Doctor. Cuius iudicio appellatio vnus de primis Principibus, reliquique tituli honorifici, & munera, quibus in Sacra pagina honestatur Michael (si excipiatur bellum in Cælo commissum contra Luciferum, & sequaces) non aliud suadent, quàm Michaelis gradum in ordine Principatum. Munus autem bellandi contra Luciferum in Cælo, eumque superandi, quod alteri Michaeli, eique supremo omnium SS. Angelorum, vel vni ex supremis, adscribi probabiliter posse existimat ille, nihilò, aut paulò magis conducit ad superiorem gradum coniecturandum, vt facile ex Mayroni, & Pinti

Ra-

11. ubi recitans
Patres ait, S. Ga-
brielem soli S.
Michaeli inter
omnes Angelos.
& de dignitate.
Blaschus non al-
legat 1. Bap-
tam Pozan; sed
ex quo in Eluci-
darii Deipara
Lib. 2. Tract.
16. Cap. 5. ac-
cepit qua impug-
navi.
109 S. Tho-
mas 1. p. quæst.
113. art. 2. ad
3. & art. 3. ad 3.
Videantur alij
PP. apud Blas-
cum suprà Cap.
34. Committi
interdum Ange-
lis superiorum
ordinum custo-
diam aliquarum
præcellentium per-
sonarum notant
Valeriatom. 1.
Disp. 8. quæst. 6.
punct. & nota-
bili 3. Grana-
dus 1. p. Tract.
16. de Angelis
Disp. 5. sect. 2.
num. 7. cum
Zunel.
110 Nempe
ex Vazquo,
& V. Ludo-
uico à Ponte,
quos citauimus
n. 10.
111 S. Bo-
nauentura in
Meditationibus
vitæ Christi Cap.
73. Dionysius,
& Ludolphus Car-
thusiani apud
Eusebium Nie-
remberg in Lib.
de Deuotione er-
ga S. Michaelē
Cap. 21. Fran-
ciscus Lucas, Di-
da-

dacusq; Stella
 in Cap. 22. Lu
 ca 2. 43. & si
 qui sunt alij
 apud eundem
 Eusebium, qui
 in Cap. 27. ad
 mittit, S. Ga
 brielem esse se
 cundum pop. S.
 Michaellem in
 ter cunctos An
 gelos.
 112 S. Gua
 rinus tom. 2. in
 3. p. Disp. 34.
 Sect. 2. in fine.
 113 S. Hie
 ronymus in C.
 10. Danielis se
 mel, & bis.
 114 S. Gre
 gorius Magn⁹
 Lib. 17. Mo
 raliū Cap. 7.
 vel S. Ioannes
 Cassianus Col
 latione 8. Cap.
 13. Glossa inter
 linearis ad Cap.
 10. Danielis.
 115 S.
 Thomas 1. p.
 quest. 113. art.
 3. in Corp.
 116 S. Tho
 mas 3. p. quest.
 30. art. 2. ad
 4.
 117 S. Tho
 mas in 2. Dis.
 10. circa litte
 ram Magistri.
 118 Percy
 ra Lib. 12. in
 Daniele ad
 Cap. 10. v. 13.
 Egidius Roma
 nus, Toletus,
 & Vazquez
 apud Cornelium
 in locum cita
 tum Danielis.
 Suae Lib.
 6. de Angelis
 Cap. 10. ex n.
 24. usque ad
 28.

119

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

Ramiresius responsionibus colligitur. Præterquam quod eam distinctionem duplicis Michaelis nullus pla usus sequutus est in cætu Doctorum.

XXXVIII. Iam quod Michael Tute
 laris fuerit totius gentis Hebrææ, & tu vnus tantum par
 tis Babylonem in seruitutem abductæ, signum aliquod
 posset esse præcellentiæ in Michaelle, si tibi non fuissent
 delata munera alia, ex quibus caperetur coniectura de
 tua saltem æquali dignitate. Sunt illa tam magna, vt
 scribat pijsimus, & sapientissimus P. Petrus Canisius,
 120 Quare Gabrielem omnino præclarum, & ex
 cellentem, ac de sublimiore Hierarchia esse Angelum
 putabimus, vix vt quisquam alius maiorem in sacris lit
 teris laudem consequatur, quod crebrius a Deo mita
 tur, & honestiore legatione fungatur, ac præterea æquæ
 versetur in diuinis Mysterijs exponendis, sicut præter
 Mariam Daniel, & Zacharias experti fuerunt. Sic il
 le. Agreque impugnaretur, qui diceret, Deum, quod
 plus creuerunt afflictiones, ac pericula Hebræorum sub
 crudeli captiuitatis iugo, eod maius auxilium Angelicū
 ipsis prouidisse, & communi Michaelis erga totam gē
 tem addidisse speciale tuum, quo ex vtroque magis ef
 fet subuentum captiuis; quicquid sit, an Michaelis, an
 tuum fuerit potentius, an vnum alteri æquale? Vbi præ
 termittenda non est intelligentia quorundam verbo
 rum S. Hieronymi, *121* qui tibi, vel S. Michaeli
 accommodat illa Agricola ad Patrem familias iubentem
 abscindi infructuosam ficum, *Domine, dimitte illam*
& hoc anno, Luca 13. 8. nam sub fici parabola interpre
 tans Synagogam, cuius curam tu, & Michael gesistis,
 inquit, *Agricola iste vel Gabriel est, vel Michael, cui*
commissus est populus Iudæorum, qui Dominum depre
catur in Passione, & dicit, Domine, da ei spatium pœ
nitentia, & noli eos subuertere: & siquidem fecerint fru
ctum: sint autem, tunc subuertes eos. Tantum Doctor
 Ecclesiæ Maximus. Demum quod Michael à te voce
 tur *Princeps Hebræorum, & Princeps magnus*, ne uti
 quam est confessio vnici, aut supremi Principatus, sed
 illius tantum, qui sit magnus; potest autem esse magnus,
 &

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

& non supremus, neque excludens alium maiorem, aut saltem æqualem. Et hætenus ad argumenta, quæ ab authoritate Scripture sacrae, & à rationibus, in ipsa fundatis, possunt interponi, quominus decanteris sumimus Angelus, & vnus etiam ex summis.

XXXIX. Sed & ab authoritate Patrum
 Ecclesiæ suppetunt plura alia. Nam B. Laurentius Iusti
 nianus *122* inquit, *Quauis omnes Cæli milites ma*
ximo cum honore debeamus excolere, præcipue tamen glo
riofissimum Michaellem, Cælestis exercitus Primarem,
& Ducem. Veneremur in illo sublimem gratiam, præ
rogatam singularem, præstitum ministerium, in supe
rabilem virtutem, Conditoris benevolentiam, ipsiusque
bellatoris constantiam, in eo tamen, qui ipsum fecit, &
nos. Multa siquidem authoritatis coram Deo inter
B. B. Spiritus esse cognoscitur. Nouimus enim, in exor
dio superne Ciuitatis sanctæ Hierusalem prælium sibi
extitisse non minimum: Sane in huiusmodi spirituali
conflitu cæteris Spiritibus sanctis prælatus est Mi
chael, quem admodum Lucifer malis. Ita ille. At cum ip
*se alibi *123* apertissime Michaellem in ordine Ar*
changelorum constituat, scribit namque; Omnis illorū
B. B. Spirituum multitudo in nouem ordines distin
guantur, ex quibus superiores quatuor, Dominationes
videlicet, Throni, Cherubim, & Seraphim assistere, re
liqui verò ministrare perhibentur. Angeli namque ho
minum intendunt custodia, & c. Archangelis autem
cura est, hominibus reuelare mysteria, atque Cælestia re
serare sacramenta, non singula, sed excellentiora, & su
blimiora, quem admodum in Michaelle, & Gabriele pa
ret Archangelis. Nam quotiescumque aliquid magnū
manifestatur faciendum, per vnum Archangelorum id
agitur. Cum, inquam, scribat hæc alibi B. Venetiarum
 Patriarcha, non est censendus, in eis alijs verbis prædi
 casse Michaellem supremum omnium honorum An
 gelorum in esse naturæ, & gratiæ, sed tantum supremum
 in munere illo præliandi aduersus Luciferum; sæpeque
 evenit, vt quis sit primus in vno officio; & non in alio,
 neque absolutè, simpliciterque. Comparatio Michaelis
 quoad

119 S. Hie
 rez ibidem n.
 28.

120 Petrus
 Canisius Lib. 3.
 de Maria Dei
 para Virgine C.
 1. circa initium.

121 S. Hie
 ronymus Lib.
 2. in Cap. 3. Ha
 bacuc. v. 17.

122 B. Lau
 rentius Iustini
 anus Serm. in So
 lemnitate S.
 Michaelis.

123 Nemo
 pe in Lib. de
 Obedientia C.
 7.

124 S. Sud
 Lib. 7. de An
 gelis Cap. 16.
 Melina 1. p.
 quest. 63. art.
 7. §. Sunt qui;
 Franciscus A
 micus tom. 2.
 Theologici Cur
 sus Disp. 26.
 Sect. 9. n. 166.
 & 167. cum
 Rubione in 2.
 Dis. 6. quest. 2
 in fine. Arriaz
 tom. 2. in 1. p.
 Disp. 24. sect.
 10. num. 72.

125 Martinus Becanus tom. 1. Opusculorum in 14. Cap. 4. num. 11. Hic Author Cap. 3. n. 8. putat, Gabrielem esse unum e Seraphinis.

126 Bellarminus Lib. 1. de Romano Pontifice C. 9. Qui Doctor in Concione i. super Missus est, late tradit, S. Gabrielem esse unum de summis Spiritibus Caelestibus.

127 Becanus Cap. illo 4. n. 10. Videatur Lorinus in Epist. Iudae 7. 9. pag. 357. tractans, an Michael meruerit Principatum Angelorum, & hominum?

128 Rupertus Lib. 5. Commentariorum in Apocal. *129* Idem Rupertus Lib. 1. de Victoria Verbi Dei Cap. 18.

130 Cornelius in Cap. 10. Danielis v. 13.

131 Si Angelus, ad quem dictum est, Curre, existimetur Michael, ratio

quoad praelationem erga alios Angelos bonos cum Lucifero quoad praelationem erga alios malos, non debet intelligi vnde cumque constans in omni rigore. Vt taceamus non esse fide Catholica certam praecellentiam Luciferi in naturali perfectione, neque in supernaturali (cū erat in statu gratiae) supra omnes Angelos; viderique Suario, Moline, Amico, & Arriaga *124* valde probabile, Luciferum non fuisse perfectissimum positivè, sed tantum negativè; id est, non fuisse omnium supremum, sed unum e supremis; ita ut aequales alios haberet.

L. Atque hinc eneruatur argumentum, quod post B. Laurentij Iustiniani transcrip̄ta verba efformat Martinus Becanus *125* adducens ea alia Apocalyp̄tis C. 12. V. 7: *Michael, & Angeli eius praeliabantur cum Dracone.* * Quid est (inquit) Michael, & Angeli eius, nisi Michael, & exercitus eius? Sicut enim, cum ibidem dicitur, Diabolus, & Angeli eius, intelligimus omnes Angelos malos, Diabolo subiectos, ut milites Imperatori; ita, cum dicitur, Michael, & Angeli eius, debemus intelligere, omnes Angelos bonos Michaelem Principem suum agnoscere. * Hæc Becanus, seu potius Bellarminus; *126* ex quo desumpsit: & postea subiungit sequentia verba, * Et confirmatur; quia hunc locum aliqui secundum litteram interpretantur de illo bello, quod in Caelo gestum est contra Luciferum; alij de bello, quod in fine mundi gerendum est cum Lucifero, & Antichristo. Vtrumque autem bellum est maximum, & difficillimum: Ergo si Michael in vtroque bello est Imperator, & gerit locum Dei; verisimile est, eum esse supremum omnium bonorum Angelorum. * Eneruatur, inquam; hoc argumentum, quia optimè stat, Michaelem esse summum in munere Ductoris ordinum Caelestium aduersus Luciferum, atque Antichristum; & non esse summum in alijs muneribus, neque absolute, ac simpliciter. Illudque argumentum eò debilius est, quò iuxta Becani opinionem probabilius apparet, *127* Michaeli delata fuisse ex sola Dei voluntate, & non ex meritis proprijs munera praesidendi Angelis, & Ecclesie.

LI. Re-

LI. Redeo ad Patres, & non eo inficias, Rupertum praepone re tibi Michaelem, ait namque, *128* *Omnium quidem Angelorum pium, atque benignum esse studium circa genus humanum, multa commendant Sanctorum testimonia Scripturarum: Verum tamen pra omnibus Michael, atque Gabriel coram Domino pro nobis sunt, propter nos sat agunt, & in nostrum eunt, atque veniunt adiutorium: Cum igitur omnium, ut tam dictum est, Angelorum circa nos homines pium sit benevolentia pervigili studium, multo magis de istis hoc sentiendum est, quos utriusque veris scilicet, & novi testamenti ita celebre per nomina sua tantis negotijs designat praconis. Sed & istorum am excellentium maximus nobis est Michael, quippe qui, & illius alterius testimonio Princeps noster & dicitur, & est, Princeps in praelio, Princeps in orationis suffragio, usque ad finem saeculi Princeps iste principatur populi Dei, & c.* Sic Rupertus: *qui alibi *129* videtur constituere Michaelem in choro Archangelorum, non autem in Seraphinorum, neque tanquam horum Principem, ut ei attribuit Cornelius. *130* Rupertus opponit Hugonem de S. Charo, *131* qui ad illa verba Zachariae 2. v. 3. & 4. *Et Angelus alius egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad eum, Curre, loquere ad puerum istum, & c.* post ponit Michaelem tibi, inquit, *Huc, secundum Hieronymum, putat Hebraei Gabrielem, qui loquitur ad Michaelem, ut loquatur Propheta. Secundum hoc Gabriel videtur esse de superiori ordine, Michael de inferiori, quia inferiores, quod a superioribus accipiunt, annuntiant, non e converso. Et hoc quidem videtur ex interpretatione nominis, quia Gabriel fortitudo Dei. Vnde non mittitur ipse ad Prophetam, sicut ad Mariam, quia non est res tanta, nec tam secreta. Vnde non ab Angelo, sed a Deo missus dicitur ad Mariam.* Hæc Hugo. ex Ordine Predicatorum creatus Cardinalis anno 1244. Quod testimonium pro tua praecellentia illustrissimum est, siue authoritati, siue antiquitati Hugonis attendamus.*

LII. Albinus Alcuinus videtur deferre primas inter omnes Angelos S. Michaeli, cum canit, *132* 99999

tiocinatur opinione Hugo, nam Gabrielem fuisse, qui egrediebatur, putat cum Hebraeis multi: & eundem discursum sine nominibus Angelorum conficit S. Dionysius Cap. 8. de Coelesti Hierarchia, vocans eum, qui egrediebatur, unum ex primis Angelis, qui oculis aeterna maiestatis semper assistunt. Consonat S. Gregorius Magnus Homilia 34. in Evangelia. Alij volunt, Angelum, ad quem dictum est, Curre, non fuisse Michaelem, sed Custodem, & Prophetalem Zachariae. Videatur Cornelius ad Cap. 1. v. 9. ad Cap. 2. v. 3. Idem Hugo ad Cap. 1. Lucae v. 26. ait, fuisse forte Gabrielem e supremo ordine. *132* Albinus Alcuinus in Doctrinis 2. 88. 121. 102. Habere et alia, ut 19. 136. in S. Michaelis laudatione. Quod autem S. Michael fuerit Magister Christi, quodque sit omnipotens, interpretandum est be-

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

Michael aethereus Princeps, primusque Minister
Aeterni Regis, summus in arce poli.

Et iterum,

Aligeros inter socios, summosque Ministros
Michael, Princeps primus in arce poli.

Tertio,

Hic precibus nostris Michael Archangelus adsit;
Magnus in arce poli Princeps, Christi; Magister.

Quarto, de Michael in primis, & de te deinde,
Hanc regat omnipotens Michael Archangelus aram,

Per quem victus erat perfidus ille Draco,
Et procul eiectus cello de culmine Caeli,

Qui culpae cupit semper in orbe pios.

Iungitur huic Gabriel socius venerabilis ara,

Qui virtute pia fulget in arce poli.

Cuius ab ore sacro mundi generare salutem
Didicit aeternam Virgo Maria Deum.

Oppono Albino S. Ambrosium, *133* qui ita fatur;
Quid verò illud, quod temporibus, quibus fames omne
genus urgebat humanum, Elias ad viduam destinatus
est? Et vide, quemadmodum propria singulis gratia
reſeruetur. Angelus ad Virginem, Prophetia ad viduam.
Adde, quod Gabriel ille, hic Elias. Vt ex Angelorum,
& Prophetarum numero praestantissimi Principes videantur
electi. Hucusque S. Ambrosius, qui si dicatur lo-
quutus de te, tanquam de praestantissimo Principe An-
gelorum infimae tantum Hierarchiae, quidni liceat ex-
ponere eodem modo Albinum?

LIII. S. Basilus *134* solet adduci
vocans S. Michael *Ducem supernorum Spirituum,*
Dignitate, & honoribus praelatum omnibus Spiritibus
superis. Sed nec prorsus constat, haec esse verba S.
Basili, nec Homilia, de qua perhibentur extracta, in
promptu est, vt, consideratis antecedentibus, & subse-
quentibus verbis, possit certus sensus enucleari, nec ta-
lia sunt, vt explicari non valeant de eminentia super
Coelestes Spiritus pertinētes ad infimum ordinem ter-
tiae Hierarchiae. Quod si ex eiusmodi verbis alius quid
cogitatur de S. Michael, oppono S. Basilio S. Ioan-

nem

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

nem Damascenū, *135* qui te appellat *Angelorum An-*
teſignanū, Andream Cietēsem, seu Hierosolymitanū,
136 qui te vocat *Angelū Praeantistitē,* unumque pra-
stantioribus Angelis, Mychium, *137* & Cedrenū,
138 qui te inſclamat *Angelorum Principē,* B. Amadeū
Laufannensem, *139* qui te nominat *Angelum sum-*
mmum, S. Dionysium Areopagitam, *140* qui te co-
honestat titulo *Angeli diuiniſſimi, & maximi meriti.*

LIV. Contueuit etiam afferri Sophro-
nius Hierosolymitanus Patriarcha, *141* qui sic inuo-
cat S. Michaelē, *O ter sanctissime, summusque aman-*
de, & venerāde, sacra militia Princeps, & Administer
Michael, Angelorum Coryphae, omni cultu, omnique
laude celebratione dignissime. Ceterum idem Sophro-
nius non minus magnificis elogijs iam supra exaratis
tuam implorat opem. Et quantum ego colligere pos-
sum ex serie elegantissimi sui encomij Coelestium Spi-
rituum, in quo post invocatos Seraphinos, Cherubinos,
Thronos, Dominationes, Potestates, Virtutes, Princi-
patus, procedit ad invocandū gloriosissimū S. Michaelē,
& te, videtur vtrumque putare constitutū in ordine
Archangelorum. Nam cum dixisset, *O flecti, moueri-*
que nesci Principatus, qui a diuino Principatu, omnis
principij eſſe, & omnisque Principatus Antihore & no-
men, & dignitatem Principatus contra controuersiam ac-
cepisti, quique tertia Angelorum choro praelati estis, fide
adeſte, & quo de inſeſtissimis hostibus triumphem, iſdem-
que ad finem vsque imperterritē, & sine vulnere reſiſtā,
ſedula noperam nauate, post haec, inquam, subdit, *O ter*
sanctissime, &c. inuocatisque S. Michaelē, & te, pro-
greditur sic, *O vos reliqui omnes Angeli, & Archan-*
geli, &c. Vtrumque ergo collocat in eodem ordine
Archangelorum, aut (nisi quis malit) Principatum;
vel Michaelē in hoc (vt & fecit *142* S. Bruno) &
te in illo (vt vtrumque fecit Franciscus Ximēnius *143*
Episcopus Helnensis, & Patriarcha Hierosolymitanus)
Hec prolixē de Sophronio, qui et si Michaelē tibi pre-
ferat, quatenus pius ad eum fundit preces; aut (si quis
num etiam contendat) quatenus eum in sublimiore or-

99999

dine

135 S. Ioan-
nes Damascen-
us in Oratione de
Ass. p. B. Ma-
ria.
136 An-
dreas Cretensis,
seu Hierosoly-
mitanus in O-
ratione de An-
nunt. B. Ma-
ria.
137 Iy-
chius Homilia
2 de S. Maria
Deipara.
138 Gen-
gius Cearenus
in Compendio
Historiae page
(mibi) 133.
139 B. A-
madeus Lau-
fannensis Ho-
mil. 3.
140 S. Dio-
nyſius Areopa-
gita Cap. 4. &
S. de Coeleſti
Hierarchia, in
quorum prioribus
& posterioribus
Corderius ver-
tit Angelum
diuiniſſimum;
sed antiquiores
in posterioribus
tunt Angelum
maximi meriti
141 So-
phronius Pa-
triarch. Hiero-
solymitanus in
Entomib. toties
citato.
142 S. Bru-
no in Sermon. de
S. Michaelē.
143 Fran-
ciscus Ximē-
nius, ex Ordine
Minorum, Epif-
copus Helnen-
sis, & Patriar-
cha Hierosoly-
mitanus, diuer-
sus

benignē. Euse-
bius Nievberg
in Lib. de De-
uotione erga S.
Michaelē C.
21. iudicat, Al-
binum respexi-
ſſe ad conforta-
tionem Christi
in orto factam
à S. Michaelē.
Sed neque tunc
docuit Christi;
nam conforta-
tio non fuit per
modum instru-
ctionis, vt mo-
net S. Thomas
3. p. quæſt. 12.
art. 4. ad 1. Et
non fuit facta
nisi à S. Gabrie-
le, vt supra di-
ximus, consen-
tibus Cerda
Cap. 49. n. 8.
et Tena in Isa-
goge Scripturae
ſacre Lib. 3.
diffic. 7. Sect. 6
cum Gersonē.
133 S. Am-
broſius in Lib.
de Viduis circa
principium.
134 S. Baſi-
lius in Homilia
de Angelis cita-
ta primū à
Blaſio Viégas in
C. 12. Apocal.
Cōment. 1. Sect.
18. n. 5. & de-
inde ab alijs, qui
poſtea ſcripſerūt
vt à Cornelio,
Serario, Grana-
do, Elia à S. The-
reſia, Eusebio
Nievberg. Ta-
lem ego Homi-
liam in Operi-
bus S. Baſilij nō
reperio. Cerda
Cap. 49. num.
3. adſcribit eam
S. Bernardo.

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

sus ab alio, qui fuit ex eodem Ordine, Archiepiscopus Tolertanus, atq; Cardinalis, in Opere (cui finem imposuit era 1392.) de Natura Angelica Tract. vel Lib. 1. Cap. 17. Tract. vel Lib. 5. Cap. 1. 2. & 3. quo in Libro plenissime agit de S. Michael, indeque I. Ludouicus de la Cerda, Antonius Vasconcellius, & Eusebius Nieremburgius multa desumpserunt: quorum postremus C. 24. de Deuotione erga S. Michaelem prebet non persententiam notitiam Achoris. Habemus prefatum Opus MS. in Bibliotheca Collegij huius Regalis Salniticensis domo Catholicorum, Pissinorum, Regum Philippi III. & Margarithae Austriacae Fundatoris eius de Collegij, quos Deus sempiterna gloria vni donarit!

144 Cicitur aliqui in n. 134 Excipe Suarium quoad Michael, de quo Sophronius.

145 Pantaleon sum, in Ecomio

dine constituit, non tamen in Seraphinorum, neque illorum Primatem appellat, vt muli *144* sine sufficienti fundamento affirmarunt.

LV. Pantaleon *145* praeicator est cumulatissimus (si quis alius) laudum S. Michaelis. Vocat eum summe benedictum, & vndique exaudiendum, & omni ex parte venerandum militiae Principem, meliorum, & diuinitus inspiratorum, & fidelissimorum hominum Praesidem, plenum plane pietate Archangelica: qui propter eam, quae conuenit in Dominum, reuerentiam, pietatem, & grati animi virtutem ineffabilem, & quae mutari non potest stabilitatem, prope thronum assistit Dominicum, horrendum, & terribilem, cum Cherubim, qui multos habent oculos, & cum Seraphim, qui habent sex alas, & primum locum obtinet inter mille millia, & decies mille myriades Angelicorum ordinum, & proxime contra vllum stuporem canit ter sanctum, & admirabilem hymnum: qui est verus, & sincerus Dei assessor, & ducit ordines Virtutum Caelestium: qui diuino nutu primas partes obtinet inter ignis Ministros: qui est magnus Princeps Angelicorum exercituum, & ordinum Archangelicorum, beatissimaque, & immensa legionis incorporeorum: qui est Princeps ordinis supercaelestis: qui est maximus, & in primis admirabilis Princeps Dei militiae: qui est Dux ordinis Angelicae Chorea lucidissimus, & maximus militiae Princeps: qui est Princeps omnium Caelestium Potestatum. Sed quoniam tot preconijs efferat Pantaleon S. Michaelem, at tertio quoque verbo Archangelum appellat, & te Coarchangelum suum; ac de utroque dicit, Haesunt duae maxime, & parvis momenti lucerna diuinitatis: & in fine elogiorum S. Raphaelis notat, dixisse ipsum de se, esse se vnum ex septem Archangelis, quoniam omnium ordinum supercaelestium, & quae intelligentia apprehenduntur, classis, & caeterum Duces, & Principes; quibus verbis S. etiam Raphaelem non minus extollit, quam S. Michaelem. Illud negari non potest, Pantaleonem non tam dignitati vnus ex his tribus Angelis praeter alio examinandae studuisse, quam eis certatim laudandis, & primum loco S. Michaeli.

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

chaelem, ut quae omnium caeteris Christianorum post Deum & interemerat eius Matrem, Patronum habeat maximum, & salutis Defensorem, prout idem Pantaleon ait.

LVI. In quadam Epistola Decretali Romani Pontificis dicit Michaelem summum Ministrum throni Sanctissimae Trinitatis, testatur Eusebius Nieremberg: *146* & in vita SS. Epicteti, & Astionis ait ille adhuc iam iam a carnificibus capite plectendum, *147* Credo, quod iam S. Michael cum Angelis, & Abel cum Prophetis, Petrus quoque cum Apostolis, Stephanus cum Martyribus, Daniel cum Confessoribus in occursum tibi venerint, qui te nunc in suis gremijs suscipiant, & usque ad thronum Christi Saluatoris nostri cum hymnis, & canticis spiritualibus perducant. Quae verba S. Michaelem comparant alijs Angelis, sicut S. Petrum alijs Apostolis, &c: Rabanus Maurus *148* cecinit;

At Michael Princeps habitantum Dux & in alto. Et alibi *149

Hic Michael, Princeps turmae Caestis, honore Sortitur.

Quo sensu Nicetas Choniates *150* S. Michaelem appellat Archiducem Caestium copiarum, & ipse S. Michael, apparens Constantino Magno Imperatori in somnis, dixit de se, vt narrat Nicephorus; *151* Ego sum Michael, Magister militiae Domini Sabaoth virtutum, Christianorum fidei tutor, qui tibi contra impios tyrannos belligeranti, fideli, & dilecto illius Ministro, auxiliaria arma contuli. Similiter Lescus, Polonorum Rex, audiuit dicentem sibi S. Michaeli, *152* Ego sum Archidux, & Princeps totius Ecclesiae Christianorum: habe fiduciam ad Dominum, ego tibi assistam contra hostes tuos, vt ab eis nobilem victoriam reportes. Ita proditum est memoriae a Cromero. *153* Vnde fat vere asseruit S. Gregorius Magnus, *154* Quoties mira virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur. Meritoque Aponius *155* Michaeli vocat partionem Domini, id est, omnium credentium Deo Cae-

comio SS. Angelo rii, tam in Narratione miraculorum S. Michaelis.

146 Eusebius Nieremberg in Lib. de Deuotione vrga S. Michaeli. Cap. 3. Romani Pontificis Epistola illa Decretalis mihi est occulta.

147 Scripserunt vitae SS. Epicteti, & Astionis Cap. 19. apud Rosvuedum Lib. 1. de Vita Patrum pag. 219.

148 Rabanus Maurus Lib. 1. de Cruce Cap. 7.

149 Idem Rabanus in 132 Poematum de diuersis, tom. 6. pag. 220.

150 Nicetas Choniates Lib. 3. Annalium Isaaci Angeli pag. (mihi) 457.

151 Nicephorus Callistus Lib. 7. Hist. Eccles. Cap. 50.

152 Martinus Cromerus L. 10. Hist. Polon. & ex ipso Henrico Engelgrae tom. 4. Caestis Pantheonis in S. Michaelis festo p. 3. pag. 132.

153 S. Gregorius Magnus Homilia 3. in Euangelia. Quae ibi manifeste recenset S. Michaeli in ordine Archangelorum.

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

quare verba illa non requirunt in ipso maius fastigium, quam eius classis.

* 155 * Apollonius Lib. 4. in Cantica.

* 156 * Hermes Lib. 3. Pafloris, similitudo.

* 157 * Mayronus in loco citato ad n. 55.

* 158 * V. Thomas à Kempis Lib. 3. de Imitatione Christi Cap. 58. n. 2.

li, & Hermes * 156 * eum dicit *magnificum, & bonum*. At hæc, & similia encomia S. Michaelis persistere possunt, etsi ille non anteferatur omnibus alijs Angelis, imò etsi primarius tantum esset in classe Archangelorum, aut saltem Principatum, & non in superioribus alijs. Quod quia facile quivis per se ipsum nosset, opus non est terere tempus in eis discutendis.

LVII. Et huc vsque tentatiue, atque exploratorie circa præcellentiam tuam supra Michaelem, & supra omnes alios Spiritus Cœlestes, quam hæcenus ego proprio nomine non defensavi, sed solummodò recitavi aliorum placita, presentavique motiva, quibus aut fuerunt inducti, aut quibus confirmari magis possent ea in præcellentia affirmanda, ostendi que modum, quo responderint, aut reprobare possent argumentis in contrarium obiectis. Idque curavi præstare sobriè, & citra animi rixarum, ac dissensionum, imitatus Mayronum, * 157 * vnum ex præcipuis tuis laudatoribus, qui propositis fundamentis in tui favorem, prorupit in verba hæc, * Angelorum merita sunt nobis incognita, sed propter intentionem affectionem pure mentis ad Christi præconia, istum Cœlestem Nuntium (te scilicet) quantum valemus, alijs non præiudicando, nec determinando efferimus: * quique post exarmata aduersa argumenta finivit sic, * Verum quia de his non reperitur certa determinatio in Scriptura sacra, saltem oportet concludere, quòd Gabriel Angelus est apud Deum excellentissimus. *

LVIII. Quanuis verò tanta cum moderatione, & cunctatione, & ex pia (vt reor) deuotione inierim, prosequutusque sim inuestigatorium hoc certamen de tui præcedentia, vereri est, ne in me detorqueantur verba illa V. Thomæ à Kempis, * 158 * Noli inquirere, nec disputare de meritis Sanctorum, quis alio sit sanctior, aut quis maior fuerit in Regno Cœlorum? Talia generant sepe lites, & contentiones inuitiles: nutriunt quoque superbiam, & vanam gloriam; vnde oriuntur inuidiæ & dissensiones, dum iste illum Sanctum & alius alium conatur superbe præferre. Talia

autem

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

autem velle scire, & inuestigare, nullum fructum afferunt, sed magis Sanctis displicent. * Ita V. Thomas à Kempis. Sed * qui tantum damnat inquirentes in merita Sanctorum, & de vno alteri anteponendo disputantes, non absque rixis, & dissensionibus. Quod est merito reprehensibile, quia Deus solus est ponderator spirituum, nec vllum Sanctorum vult deprecari præ alio: & præstat sollicitum esse, quomodo annumerandi simus inter minimos in Regno Cœlorum, quam anxie inquirere, quis Sanctorum in Cœlo potiore, & honoratiores sit loco. * Quo pacto interpretatur Theophilus Raynaudus * 159 * magnum illum Magistrum vitæ spiritualis:

LIX. Et vt ab omni prorsus nota libera euadat instituta contentio de tui præcedentia, vsurpo verba illa Philippi Abbatis Bonæ Spei * 160 * in simili alia, *Quia non est nostrum, occulta Sanctorum merita, cum de Scripturis non habemus, inconsultè lance discutere, ne diu alijs quasi deferimus, alijs inueniamur detrachere: horum iudicium Christo summo, & vero iudici debemus relinquere, vt ipse qui contulit, inter eorum sanctitatem discernat, si quid tamen viderit discernendam, & cui voluerit, plus, vel minus deferat, si iam ita iudicauerit faciendum*. Sic ille. Sic & ego.

LX. Illudque magis animosè dicam, & sine periculo derogandi dignitati maximæ Michaelis, & cum probabili spe gratiæ tuæ, quod indicauit Eximius Doctor P. Suarez * 161 * his verbis, * Non constat nobis, an in vna specie Angelica dentur plures Angeli solo numero differentes, & æquales, vel vnus tantum? & ita non potest constare, an in ordine Seraphinorum, vel Cherubinorum sit vnus perfectior omnibus illius ordinis, an plures in ter se æquales, & superiores cæteris? Altero ergo ex his modis certum videtur, illum Michaelem, qui fuit Dux primi belli in Cœlo peracti, esse primi ordinis. * Ita Suarez. Qui in alio etiam loco * 162 * inquit, * Cum nobis visum fuerit probabilius, dari in speciebus Angelorum indiuiduorum pluralitatem, non video, vnde probari possit, Luciferum fuisse positiuè

per-

* 159 * Theophilus Raynaudus in Titulis specialiter colendi aliquem Sanctum præ alio, suppositione 2. pag. (mihi) 21. Qui est etiam videndus in Heteroclitis pietatis Cœlestium Sect. 3. punct. 1. n. 2. 3. & 4. Eruditissimus is Author in Opere de Christo Deo homine Lib. 3. sect. 2. C. 5. n. 260. tradit, S. Gabrielem esse vnum è primarijs Angelorum omnium. Allegat inter alios assertores Hincinerium Concione 6. super Missus est. Concordat cum Raynaudus doctissimus Paulus Leonardus Sherlogus Anteloquio 6. in Cætica Sect. 18. n. 187.

* 160 * Philippus Abbas Bonæ Spei Lib. de Dignitate Clericorum Cap. 74. postquam egerat An Apostoli, an S. Ioanne Baptistam maior fuerit sanctitas? * 161 * P. Suarez Lib. 6. de Angelis Cap. 10. num. 26.

* 162 * Idem Suarez Lib. 7. Cap. 16. n. 10. Consonat Molina 1. p. quest. 63. art. 7. §. Sunt qui. Arriaga tom. 2. in 1.

p.

p. Disp. 24. sect.
10. num. 73.
* 163 & Autho-
res fauente pri-
matus S. Gabrie-
lis sunt iam al-
legati in prece-
dentibus. Fauē-
tes autem S. Mi-
chaelis prima-
rii hi sunt, Bla-
sius Viegis in
Cap. 12. Apo-
calypsis Com-
ment. 1. sect.
18. Severinus
Lib. 4. Iosue C.
5. quæst. 45.
Cornelius in C.
10. Danielis v.
13. in C. 12. A-
poc. v. 7 & se-
pè alijs. Larin-
us in Epist. Iudæ v.
9. Ioann. Ludov-
icus de la Cer-
da de Excellen-
tia Cælestium
Spirituum Cap.
49. Eusebius
Niernberg de
deuotione erga
S. Michaelem
Cap. 3. Maga-
lianus in lib. Iu-
dicum Cap. 6.
v. 11. sect. 1.
annot. 7. pag.
537. & 538.
& in Cap. 5. Io-
sue sect. 3. an-
not. 4. Mar-
tinus Becanus
tom. 1. Opuscu-
lorum in 14. C. 4.
Iacobus Tiri-
nus in C. 10.
Danielis v. 13.
Arriaga tom. 2.
in 1. p. Disp.
21. sect. 5.
subf. 2. num.
35. Disp. 22.
sect. 8. subf. 3.
num. 56. Iaco-
bus Pintus de
Christo crucifi-
xo Lib. 1. tit.
3.

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

perfectiorem in natura omnibus Angelis creatis, & sã-
ctis. Nam licet ille fuerit ex suprema specie Seraphi-
norum, potest Michael v. g. esse eiusdem speciei, ac
subinde illi æqualis. Sufficit ergo, vt dicamus, Luciferũ
esse perfectissimum omnium Angelorum negatiuè,
quia nullus ex sanctis Angelis perfectior est illo in na-
turalibus. * Hæc Suarez, eaque me excitarunt iam olim,
vt in prima Hierarchia, & in primo illius ordine (qui
est Seraphinorum) & in gradu equali perfectionis pe-
nes dona naturæ, ac gratiæ cogitarem te, & Michae-
lem constitutos, forsitan etiam Raphaelem, quatuorq;
alios, componentes humerum septenarium, & immen-
datum in sacris litteris, & præcipuè *Tobie* 12. v. 15.
sed tacito quatuor horum nomine.

LXI. Et sic quidem componuntur pie
illæ lites de præcedentijs, susceptæ non à te, & Mich. e e
(qui voluntates vestras ad diuinam in gradu vtriusq;
præscripto aptatis summè concordēs) sed à mortalibus,
de certatibus alijs pro te, alijs, & pluribus numero, pro
Michael. * 163 * Sic etiam Christus Dominus putã-
tur à nonnullis PP. laudasse Ioannem Baptistam, cum
dixit *Matthæi* Cap. 5. v. 11, *Non surrexit inter na-
tos mulierum maior Ioanne Baptista.* Nam, vt notat
Philippus Abbas, * 164 * *Sunt qui dicant, hæc verba
Christi, non sic debere intelligi, vt asserant Ioannem ma-
iorem cateris, sed tantummodò non minorem; quia non
dicitur esse, quòd inter natos mulierum ipse maior surre-
xit, sed quòd nullus eò maior surrexit. Vbi, vt aiunt,
relinquitur intelligi, et si non maiorem, æqualem tamen
posse alterum inueniri, & hunc sensum contendunt, nul-
la cogente littera præpediri.* Tantum Philippus Premon-
stratensis. Et in simili sensu, si inter Angelos non sit alius
te maior, egiogium est, æmulationi apud mortales, S.
Michaelis ardens studiofos, minus expositum.

LXII. Anne ob æqualitatem in maifesta-
te naturæ, & gratiæ tu, Michael, & Raphael simul appa-
ruisti Abrahamo sedenti in ostio tabernaculi sui apud
conuallē Mambre, & cum tres viderit, vnum alloqu-
utus, veneratusque sit, quia vnus quisque ex vobis ef-

see

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

set quasi alter ipse? Ac sanè quòd vos fueritis tres illi An-
geli sub humanorum hospitiū specie, crediderunt
Hebræi antiqui, vt refert Lira ad Cap. 18. Genesis v. 3.
& ex illo Testatus, ac Pereyra *ibi*. Video, Hebræos, &
Liram prætulisse tibi Michaelē, quem putant
incessisse medium, vt pote nobiliorem. Verba Liræ
sunt, * Licet essent tres, tamen sic apparebant, quasi ef-
set vnus principalis, & dominus inter illos; & ideo illum
alloquitur credens, quòd si ipsum inducat ad hospitium,
alij duo sequantur. Dicunt autem Hebræi, quòd isti
tres Angeli fuerunt Michael, Gabriel, & Raphael, ita
quòd Michael erat in medio, alij autem duo ad dextrā,
& sinistram. Et hic erat modus ambulandi tunc, quan-
do aliquis superior erat duobus alijs, quòd ille ambula-
bat in medio: & ex hoc cognouit Abraham, quis erat
superior. Et dicunt, quòd Michael hic erat in medio, &
hic venerat ad denuntiandum Saræ conceptum, quia
hoc erat principale negotium, eo quòd Messias, id est,
Christus erat inde nasciturus. Et interpretatio nominis
consonat. Michael enim interpretatur, quis vt Deus?
Gabriel autem venerat ad subuertendum Sodomam.
Et interpretatio consonat. Interpretatur enim forti-
tudo Dei. Raphael autem venerat ad sanandū Abrahā,
& saluandum Lot. Et interpretatio consonat, quia in-
terpretatur medicina Dei. * Ita Liranus. Video, in quā,
& lego hæc, fateorque, vnum fortassè illustriorem ex-
hibuisse se Abrahamo (quòd & dixit S. Chrysostomus)
* 165 * eumque admitto fuisse Michaelē. Sed melior
locus, & maior ostentatio dignitatis potuit prouenire ex
libera inter ipsos conuensione. Sic inter homines equa-
les ille nūc huic, hic postea illi honoratiore cedit loco. Po-
tuit etiam Deus designare Michaeli locum medium, nō
ob personę præcellentiam, sed ob merum suum bene-
placitum, vel ob causas nobis ignotas, nisi ea sufficiens
videatur, quòd Michael esset Tutelaris, & Patronus
generalis colentium Deum tunc temporis, & succeden-
tibus foret Custos Synagogæ, tandemque Ecclesię
Christianæ.

LXIII. Occasione memoratæ appari-

tio-

3. loco 5. ex n.
14. Grauidus
1. p. Tract. 13.
de Angelis Disp.
2. sect. 6. num.
42 & 43. Frã-
ciscus Amicus
tom. 2. Theolo-
gia Scholastica
Disp. 20. sect.
8. ex n. 149.
asserens S. An-
selmum dicen-
tem, subditos ef-
se omnes Ange-
los S. Michae-
li, sed non desig-
nat locum, nec
ego inuenio. Iu-
stinianus in C.
1. Epist. ad He-
bræos v. 14.
Bellarminus L.
1. de Romano
Pontifice Cap.
9. Salmeron
tom. 5. Tract.
3. in Euangelia
pag. 23. Anto-
nius Fernandus
in visionem 29
Veteris testamē-
ti Cap. 1. Sect.
2. num. 4. Au-
gustinus de Qui-
ros in Epist. Iu-
dæ n. 144. An-
tonius Vascon-
cellius 1. p. de
Angelo Custode
Lib. 2. Cap. 6.
p. 1. nec probat
nec improbat
primatum S.
Michaelis, vt
neque quòd S.
Gabriel sit Sera-
phinus, quā-
quam de hoc in
Cap. 9. p. 1.
probabilius, præ-
ter esse Archān-
gelum, & de il-
lo esse Principa-
tum. Omnes isti
Doctores sunt de
Societate. Cita-
tur à Cornelio,
3.

de Nierember-
gio Ludovicus
Molinus 1. p. q.
108. & 112.
qui tamen non
ait, S. Michael
esse primum
positum. Cita-
tur etiam Ribe-
ra in C. 12. Apo-
cal. v. 7. a Cor-
nelio ibidem, sed
Ribera solum-
modo ait, Mi-
chaelem praeesse
Angelis, qui ad
nos mittuntur
ex inferioribus
ordinibus. Extra
Societatem Ger-
m. 4. Sermon.
de Angelis al-
legatur a Nie-
rembergio, sed
nihil attingit de
hoc puncto. Mi-
chael de Palatio
in Epist. ad He-
braeos Cap. 1.
v. 14. pag. 36.
Molanus de S.
Imaginibus Lib.
3. Cap. 39. Am-
brosius Cathari-
nus in Epist. ad
Hebraeos C. 1.
v. 14. Guiliel-
mus Estius in 1. ser-
mone. Dist. 10. & in
Epistolâ ad He-
braeos C. 1. v. 14.
& in Epistolâ
Iude v. 9. Ludo-
vicus Tena in C.
1. ad Hebraeos
v. 14. Diffic.
15. sect. 5. n.
42. Elias à S.
Theresia Lib. 3.
Legationis Ec-
clie triumphan-
tis ad militante
pro liberandis
animabus Pur-
gatorij Cap. 13.
ex num. 21. Pa-
ciscus de Blasco
la Nuzca Lib. 1.
de

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

tionis tuæ facte Abrahamo apponam aliam eidem à te factam, cum iussus fuit immolare filium suum Isaac, & mox deinde prohibitus, Cap. 22. Genesis, eam namque tibi attribuit Martinus Becanus *166* petens inde rationem, seu coniecturam, *quia Gabrieli tradita fuit suprema legatio, quæ vnquam fuit, aut esse potuit, nempe de Mysterio Dominicæ Incarnationis. Ergo verisimile est, omnes alias illi fuisse traditas, quæ ad illam proprie, & directe ordinabantur. Talis autem fuit apparitio Abrahamo facta de filio Isaac, de quo nasciturus erat Christus. Ergo Angelo Gabrieli transcribenda est. Sed relinquamus vnicuique suum de hac re iudicium.*
Hæc Becanus,

LXIV. Et vt ad tuam cum Michaele æqualitatem reuertatur oratio: Ob causam Synagoge commissa patrocinio illius, & quia persuasione Ecclesie, & PP. *167* constitutus est a Deo Princeps super omnes animas suscipiendas, factum puto, vt non obstate ea æqualitate, S. Michael constiterit à dextris, & tu à sinistris pijs cuiusdam peregrini exhalantis animam. Historia naratur in Vitis PP. *168* his verbis, Post hæc autem ingressus Frater ille in Ciuitatem, inuenit hominem peregrinum iacentem in platea egrotum, non habentem qui ei curam adhiberet, & mansit cum eo diem vnum. Et cum venisset hora dormitionis eius, conspicit Frater ille Michaelem, & Gabrielem descendentes propter animam eius, & sedentes vnus à dextris, & alius à sinistris eius, rogabant animam eius, vt egrederetur, & non exibat, quasi nolens relinquere corpus suum. Dicit autem Gabriel Michaeli: Assumam animam istam, vt eamus. Cui Michael respondit: Iussimus à Domino, vt sine dolore eijciatur; ideoque non possumus nos expellere eam. Exclamauit autem Michael voce magna, dicens: Domine, quid vis de anima hac, quia non acquiescit nobis, vt egrediatur? Venit eis vox: Ecce mitto David cum cithara, & omnes psallentes Ierusalem, vt audiens psalmodiam ad vocem ipsorum egrediatur. Cumque descendissent omnes in circuitu animæ illius, cantantes hymnos, sic exiliens anima illius sedit in manibus

MI-

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

Michaelis, & assumpta est cum gaudio. Hæc in PP. Vitis.

LXV. Ob illam etiam æqualitatem Iustinianus in formula *169* iuramenti præstandi ab his, qui administrationes accipiebant, posuit, Iuro ego per SS. Archangelos Michaelem, & Gabrielem, & c. Vnde et si ab eodem Iustiniano alibi *170* non declaratur, quinam sint Reuerendissimi Archangeli, quorum meminit, subintelligere oportet te; & Michaelem, vt admonet Serarius; *171* extenditque ad Balsamonem: *172* in quo ego non de nomine Archangelorum, sed Incorporum; & de Michaele, vocato *ummo Duce*, mentionem reperio.

LXVI. Ob eandem æqualitatem Synodus Diocesana Attrebatensis *173* commendat celebritates dierum festorum tam tui, quam S. Michaelis, dicens, Gratiudinis ergo monemus omnes, & singulos nobis subditos, vt deuotione quadam speciali venerentur Angelos, & eorum festi pijs operationibus, orationibus, & alijs exercitijs religionis. Colant videlicet prima Martij, quæ festum celebratur Angelorum Custodum animarum nostrarum, & eiusdem Martij decima octaua, quæ Gabrielis, nostra redemptionis Paranymphe, memoria colitur, & octaua Maij, quæ apparitio S. Michaelis solemnizatur, & S. Michaelis dedicatio, quæ celebratur Septembris penultima. Atque et ipsam S. Michaelis diem mensis Septembris ita obseruent, vt ab omni opere seruili, tanquam in summo festo Natalis omnium SS. abstineant: vt sic sibi beneuolentiam ipsius S. Michaelis, & reliquorum omnium Spirituum sanctorum concilient, & sub eorum tutela salutem suam melius operari possint, & valeant ad honorem Maiestatis diuina, cum perpetuo adstare creduntur. Sic Synodus illa. Et cum eodem epithero Paranymphe redemptionis nostre Ioannes Molanus die 18. Martij addit Vsuuarii Martyrologio festiuitatē tuam: Quæ Græci, vt ex Menologio *174* constat, semel, & bis agebant, nempe die 26. Martij, & 13. Iulij; fuitque ex anno 1499. valde solemnis apud Sacrum Minorum

¶¶¶¶¶

Or-

de Patrocinio
Angelorum p. 2.
ex Cap. 6. &
Besaus, atque
Nauæus apud
Nierembergii.
164 Philip-
pus Abbas Bona-
spei de Dignitate
Clericorum
Cap. 73. post
S. Hieronymi
Matthæi Cap.
v. 11. & post
S. Augustinum
Lib. 99. veteris
testamenti 2. &
Lib. et am 2.
contra aduersa-
rium legis &
Prophetarum
Cap. 5.
165 S. Chry-
sostomus Homi-
lia 21. in Co-
losum.
166 Adam-
ritius Becanus
tom. 1. Opuscu-
lorum in 14.
Cap. 4. num. 5.
167 Eccle-
sia Romana in
3. Antiphona
Laudum de Fe-
sto S. Michaelis.
PP. apud
Blasium la Nu-
za 2. p. Lib. 1.
de Patrocinio
Angelorum Cap.
10.
168 In Vi-
tis Patrum Lib.
6. Libello 3. n.
13. pag. 656.
ex editione elab-
orata à Rosu-
deido.
169 Iusti-
nianus Nouel-
la 8. tit. 3.
170 Iusti-
nianus 1. Quo-
niam 26. Cod.
de Sacrosanctis
Ecclesijs.

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

171 Serar-
ria Lib. 4. Io-
sue C. 5. quest.
44. pag. 661.
172 Theo-
dorus Balsamon
in Alomucan.
Photij tit. 7.
173 Syno-
dus Diocesana
Atrabatenis
apud Serarium
supra, pag. 657
& 658. & ap-
ud Cerdam su-
pra, post finem
Cap. 49. num.
16.
174 Me-
nologium Gre-
corum ex edi-
tione Henrici
Canisij tom. 2.
Lectionis anti-
que.
175 Arru-
rus Monasterii-
sis in Martyrolo-
gio Franciscano
ad diem 24.
Martij.
157 Quin-
tanaduenas in
Festis S. Eccle-
siae Hispanensis
pag. 341. & in
festis S. Ecclesiae
Toletanae pag.
484.
177 Mar-
tinus Roa in
Festis S. Eccle-
siae Cordubensis
pag. 67.
178 Tama-
ius Salazarus
in Martyrologio
Hispano ad diem
18. Martij.
179 I. Pe-
trus Maffei-
us Lib. 1. Hist.
Indicar. pag.
18.
180 Cor-
nelius in Apo-
calypsim Cap. 1
v. 4.

Ordinem, vt videre est in eorū Martyrologio, *175* & apud Hispanos coepit frequentari ex Summi Pontificis Pij V. tempore, & concessione, vt refert Quintanaduenas, *176* receptaque est in plerisque Hispanie SS. Ecclesijs, vt restantur Roa, *177* & Tamayus Salazarus, *178* ad diem 18. Martij. Indiciūque est antiqui in his Regnis erga te cultus, quod Emmanuel, Lusitaniae Rex fortunatissimus, praetoriae nauis classis primae, quam in Indiam destinabit anno 1479. fauissimum tuum nomen indiderit: *non sine causa, inquit Maffei-
us, *179* vt quae ex orbe nostro ad Antipodas viam Euangelio muniebat, sub tutela, praesidioque lateret Archangeli potissimum eius, qui primus e Caelo terris olim attulit Euangelium.* Ita Maffei-
us. Et de cultu, qui tibi vna cum Michaelē, Raphaelē, quatuorque alijs non adeo celebrium nominum exhibitus fuit in Sicilia, Neapoli, Venetijs, Romae, alijsque Italiae urbibus per multa iam retrō saecula, scribit copiose Cornelius. *180*

LXVII. Videturque sensus colentium fuisse, eum septenarium numerum componi ex Principibus Angelorum, illisque aequalibus in naturae, & gratiae perfectione. Imo & Clemens Alexandrinus *181* dixit; *Septem quidem sunt, quorum est maxima potentia, primogeniti Angelorum Principes.* Et de S. Ireneo tradit Arethas *182* agnouisse *septem Angelos, ceteris superiores.* Et in Missa Aethiopum *183* orat Sacerdos, *Custodi, Domine, populum tuum per preces maiorum Angelorum splendentium, Michaelis, & Gabrielis, ac Raphaelis, & Vrielis.* Quae quatuor nomina reperta sunt inscripta litteris Graecis in aurea lamina intra capsulam argenteam contentam in sepulchro Mariae Augustae, coniugis Honorij Imperatoris, si fides habenda est Bartholomaeo Marliano. *184* Vbi non est silendum quod ex Cabalistarum arcanis ait Pineda, *185* nomen originale purpurae, quod bis tantum in Scriptura legitur, *Argaman*, constare quatuor litteris, quae sunt initiales quatuor Angelorum vehentium currum gloriae Dei, & Sponsi, quatuor Angelicarum quadrigarum;

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

videlicet R. Raphael, G. Gabriel, M. Michael, N. Nuriel, qui idem est, ac Vriel. Et opportunè sanè hi Ministri praeter ceteris Sponsi, idest, Dei hominis currum vehunt, & Mysterium Incarnationis celebrant. Nam ipsa Gabrielis nomenclatura Dei fortitudinem cum nostra infirmitate coniunctam representat; Gabriel enim est idem, quod fortitudo Dei, siue Gabriel idem est, quod vir, aut homo Deus. Michael autem videtur etiam seruire peculiari quodam obsequio Deo incarnato, vt peculiari quodam miraculo ostensum est, cum cruci argenteae miraculose tres imagines insculptae nulla humana arte apparuerunt: media, cui nomen Emmanuel, visebatur, ab vno latere secunda, cui nomen Gabriel, tertia ab altero, cui Michael. Et videtur, Michaelis nomine afferri quaedam diuinæ sanctitatis admiratio, sonat enim, *Quis, sicut Deus?* Tertius Raphael, qui sonat medicina, aut venia ignoscentis Dei. Quartus Nuriel, siue Vriel, qui sonat lumen, aut ignis Dei. Hae profectò quadrigae videntur respondere quatuor virtutibus, seu attributis Regis, Sponsi, Dei hominis vehentibus currum gloriae eius, quae hic commemorantur; Michael iustitiae, siue sanctitati, Gabriel virtuti terrificae dexterae, Raphael mansuetudini, & clementiae, Vriel veritati, & doctrinae, &c. Hec Ioannes Pineda. Nec ego plura de septem illis Angelis Proceribus Regni Coelestis, nec de alijs eorum nominibus, quam Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis, quae sola agnouit Concilium Romanum anno 745. contra Adalbertum, praeside S. Zacharia Papa. *186* Sed de tribus nominatissimis non tacebo, vel ab ipsis Mahumetanis Turcis *187* vocati *Secretarios Dei-tatis.*

LXVIII. Enimvero si quis nimis seuerè velit, nec de aequalitate tua cum alijs Angelis Magnatibus à nobis agi, sed gradum perfectionis tuae relinqui Deo, sapientissimo, aequissimoque ponderatori; permittat saltem, recitari à nobis elogia alia inuenta in Patrum scriptis vltra ea, quae supra exarauimus. S. Anselmus

¶¶¶¶¶

188

181 Cle-
mens Alexan-
drinus Lib. 6.
Stromatū pag.
(mh) 679.
182 Are-
thas in Cap. 1.
Apocalypsis v.
11.
183 Missa
Aethiopi apud
Bibliothecam
VV. PP. vt ci-
tant Cerda, &
Cornelius in-
fra, nam in edi-
tione Coloniae
Agrippinae an-
no 1622. paulò
aliter legitur
tom. 15.
184 Bar-
tholomaeus Mar-
lianus Lib. 5.
Topographia
Cap. 21.
185 Ioan-
nes Pineda Lib.
5. de Rebus Sa-
lomonis Cap. 4.
v. 5. n. 9. Anto-
nius de Escobar
tom. 6. in Euag.
Lib. 1. Sect. 2.
obseru. 3. n. 38.
breuius tradit
haec, quae Pineda
& in n. 37. en-
tendit in Sect.
1. obseru. 4. n.
55. narrat ex
Cabalists, Deo
sub specie mysti-
ci cuiuslibet cur-
ris, confecti ex
quatuor gem-
inis, quarū quae
in dextera est,
dicitur *Mi-
chael*, quae in si-
nistra, dicitur *Ga-
briel*, &c. mi-
tere in terrā ad
ministerium spi-
ritus quatuor
praecipuos.

186* Con-
 sulantur Corne-
 lius in loco pro-
 ximo citato, &
 in Cap. 1. Eze-
 quielis v. 28.
 pag. 27. Cerla
 Cap. 5. pertor-
 tum, & Cap. 15.
 n. 8. & 9. Pin-
 tus Ramiresius
 in Esq. 5. Apo-
 calypsis ex n.
 1201. usque ad
 1232. Blasius
 la Nuzap. 2.
 Libri 1. de Pa-
 trocinio Ange-
 lorum per totū
 Caput 5.
 187* Ma-
 hometani Tur-
 cae in Lib. ins-
 cripto Doctri-
 na Mahumet
 fol. 190 ut re-
 fert Serarius
 Lib. 4. Iosue
 Cap. 5. quest.
 44. col. 661.
 188* S. Au-
 selmus de Ex-
 cellentia B. V.
 Mariae Cap. 3.
 189* S. Tho-
 mas Villanouan-
 us Concione 1.
 de Annunt.
 190* B. Pe-
 trus Damiani
 apud Nouarini
 Lib. 6. Sacro-
 rum electorum
 Cap. 49. Excōr-
 su 33. n. 437.
 191* Theo-
 philus Raynau-
 dus Lib. 3. de
 Christo Deo ho-
 mine Sect. 2.
 Cap. 5. n. 260.
 192* Clau-
 dius Seifellus
 Episcopus Mas-
 siliensis, & dein
 de Archiepisco-
 pus Taurinensis
 (qui scribat
 an-

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

188 te dicit *unum de primis Principibus suis, scilicet Regni sui*. S. Thomas Villanouanus *189* *unum de supremis Principibus*: B. Petrus Damiani *190* *federatorem Caelestium nuptiarum*. Procius eximij tituli declaratione faciunt verba illa Theophili Raynau- di, *191* Sicut ordinarij Principum Legati deliguntur ex inferiori ordine nobilium; cum verò de Regis cōiugio, alioque grauissimo agendum est, legantur extra ordinem apices, vt sic dicam, nobilitatis, & ex supremo ordine: ita & in praesenti accidit circa causam, qua maior esse non potuit, misso Gabriele, vno ex Angelorum omnium primarijs, ad B. Virginem pro diuini Verbi Incarnatione. * Non minus ad rem sunt verba illa Claudij Seifelli, *192* primū Massiliensis, post Taurinensis Antistitis, *A Deo quoque missum esse Angelum Gabrielelem idcirco Lucas expressit, ne ab alia superiori aliqua postestate, quae supra Angelorum ordines constituta, inferioribus imperet, missum illum esse putaremus. Cum enim tanti momenti res agenda foret, a Deo ipso hunc mitti oportebat. Quemadmodū & ad certum genus Dæmoniorum eijciendū, discipulorum non sufficiente autoritate, Christi iussu opus fuisse ex Euangelio didicimus. Et Gabrielelem hunc, qui ad maximas tantū res gerēdas deligebatur, ex supremis illis Spiritibus, Deoque proximis aliquē fuisse, haud absurdū erit arbitrari. Cum & Christus ipse ad salutē hominum a Patre se dicat missum esse: cui tamen, Apostolo teste, nullus comparari potest Angelorum. Et Apostoli ad dandum Samaritanis Spiritum sanctum, Principem ordinis sui Petrum, & Ioannem Christi dilectissimum misisse traduntur. Et alibi vnus ex Seraphim ad homines missus esse perhibetur. * Ita Seifellus.

LXIX. Qui paulò antea, quò magis te extolleret ob legationem de Incarnatione, scripserat, *Nec vtiq; Gabriel, qui ad vtrumque Mysterium (id est, ad denuntiandum Praecursoris conceptum, & Verbi diuini Incarnationem) a Domino missus perhibetur, is credendus est, qui ad specialem Zachariae, vel Mariae custodiam datus erat; sed de maioribus nescio quis
 Coeli

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

Coeli Principibus, &c. * Sed quòd tibi Seifellus denegat munus Custodis Virginis Deiparae, quasi illud non respondeat tuę dignitatis fastigio, placere mihi nō potest. Maiori cū estimatione eius muneris visum est Tostato, & Pelbarto, *193* te gessisse illud a Cōceptione Xpi vsq; ad Passionē; ita vt alius etiā Angelus gesserit ante Cōceptionem Christi, & vsque ad mortē Virginis: alius quidem primus in tertio ordine postremę Hierarchiæ, & Virgini tanquam personae priuatae intentus; tu verò, vnus e secundo ordine eiusdem Hierarchiæ, & Virgini tanquam personae publicae assitens. Est tamen Patribus *194* multo cōformius; custodiam Virginis tamen vt priuatae, quam vt publicae personae, per totamque ipsius vitam, tibi Deum commisisse. Tuque ipse (quantum fide priuata credere licet, saluoque Sedis Apostolicę iudicio, cui meum submitto) hunc in modum V. Virginem Dominam Marinam de Escobar, Fundatricem Recollectarum Brigittensium in Hispania, foeminae hoc saeculo in ea clarissimam sanctitatis, & supernarum illustrationum opinione; alloquutus es; *Sit benedictus noster magnus Deus ob omnia sua opera; & misericordias, quarum e maioribus vna tecum facta, & a me estimata, locoque magni honoris habita; ea est, quòd ab instanti purissima Conceptionis Virginis huius beatissimae Matris suae, semper ipsi inferuim; & comitem me praestiti per totum sanctissimam vitam ipsius decursum; quoad vsque corpore, & anima fuit ad Caelos delata; cuius beneficij, prerogativaeque de causa; & ob immensam suam bonitatem Dominus tam eximias, & sublimes gratias in me contulit, quam praefata es. Sic verbotenus refertur a V. P. Ludouico a Ponte Confessario, & Scriptore vitae Virginis illius celeberrimae. *195**

LXX. Panegyris autem, qua te sibi apparentem salutauerat V. Domina Marina, huiusmodi fuit; *O Beate Archangele Dei Gabriel, Fortitudo Domini Maiestatis: fortunata terque, quaterq; fors tua, vt quae Maestas nostri magni Dei, & Domini, omnisque Beatissima Trinitas elegit Interpretē legationis augustioris;*



Lib. Sect. & Obseru. i. pag. 7. Michaeli prefert omnib; Angelis. *195* V. P. Ludouicus a Pon-

anno 1514)
 Tract. 2. Etho-
 logiarum in Lu-
 cam fol. (mhi)
 15.
 193 Tosta-
 tus in Cap. 18.
 Matthaei quest.
 60. & Pelbar-
 tus in Pomerio
 Sermonum de
 B. Virg. Lib. 5.
 p. 2. art. 1. in
 fine. Qui Lib. 1.
 p. 3. art. 1. C.
 3. dixerat, S.
 Gabrielelem esse
 Archangelum
 summum, cum
 his Doctoribus
 quoad gradum
 Archangeli ar-
 tribuendum S.
 Gabrieli con-
 cordant Dida-
 cas Stella in
 Cap. 1. Lucae
 v. 26. dicens,
 esse maximum
 in eo gradu:
 Maldonatus
 ibidem, collatis
 quae dicit ad v.
 19. & ad 26.
 Granadus 1. p.
 Tract. 16. de
 Angelis Disp. 8.
 num. 10. Aloy-
 sius Notarius
 Lib. 4. Sacrorū
 Electorum Cap.
 23. n. 947. An-
 tonius de Escobar
 tom. 3. in
 Euang. Lib. &
 Sect. 2. Cōmen-
 tar. literali §.
 1. n. 4. pag. 118
 & Lib. 7. Sect.
 1. Commentar.
 literali §. 1. n.
 2. pag. 363.
 quanquam, &
 simul videtur
 nō refragari gra-
 du Seraphico.
 Qui Author
 tom. 6. in Euag.
 194 Patres sunt

Ponte Lib. 4.
Vite V. Virgi-
nis Domine
Marine de Es-
cobar Cap. 2. §.
3 pag. 356.
196 Hæc
Panegyris ad
verbum trans-
lata è lingua
vernacula ex-
tat ibidem.

197 tradi-
citur in §. 2.
pag. 354.

198 Refe-
runtur hæc om-
nia in §. 2. §.
3 pag. 356. §.
357.

199 Narrat
tur in Cap. 3. §.
2. pag. 357. §.
358.

200 Tosta-
tus in Cap. 5.
Iosue quest. 71.

mirabiliorisque, quam quæ hæctenus facta fuit, aut unquam fiet pura alicui creatura: tu, Sancte Angele, attulisti legationem hanc ad præstantiorem Reginam, & Dominam, puriorem quam vis macula, diuiniorem, magisque Cœlestem cunctis merè creaturis. O te faustum, & felicem! Nam si esse Legatum Regis terreni, tam ampla est dignitas, & tantum honorem sibi conciliat, quia Regis sui vices, ac personam sustinet; rursus sit ille beneficijs cumulatur à Rege, ad quem mittitur: quanto plura, & maiora erunt illa, quæ tu obtinueris à Maiestate diuina, à qua fuisti missus ob negotium tam graue, tamque summi ponderis. Quales etiam erunt honores, magnamque nomen, quod in oculis illius suprema Domina, ad quam fuisti delegatus, comparaueris? Illustria certè dona in te sunt profecta à Domino Maiestatis. Sit millies benedictus, & tu ab ipso, quæ te creauit! Hanc tibi panegyrim *196* decantauit V. illa Virgo, cum ei apparuisses ostentans tantam maiestatem, & potentiam, vt videreris posse debellare vel totum Infernum; *197* cumque castigasses asperrimè Dæmonem, à quo fuerat immaniter afflicta; commendassesque impensè illam Angelis, quorum sub tutela erat; obtulissesque munus plamæ cuiusdam symbolicæ. *198* Conspexit te prætereà, & S. Michaelē in Cœlesti Curia tanquam Ductores summos duarum copiarum infinitis penè Angelis, & splendidissimis constantium, quo die tibi Angelorum Custodum festiuitas visa est agi magnificentissimo apparatu. *199*

LXXI. Nec mirum, fuisse te conspectum tanquam Archistrategum ordinum Cœlestium, tu enim apud Iosue Cap. 5. V. 14. appellasti te ipsum Principem exercitus Domini, id est, exercitus Cœlestis Angelorum; quanquam multi interpretentur de terreno exercitu Israelitarum & alij de vtroque simul. Quod autem tu fueris, qui tunc apparuisti Iosue, probat doctissimus Tostatus *200* quia Gabriel specialiore curam gerebat de Iudeis, quam alij Angeli. Nam quanquam alij essent Principes Iudæorum, & Michael de Principibus magnis, nullus agebat causam Iudæorum pugnans contra Prin-

Prin-

Principem Persarum, nisi Gabriel. Et si obijciatur de Michaelē. Respondendum est, quod ille non erat principaliter curam gerens, aut causam agens contra Principem Persarum; sed erat fautor, & adiutor Gabrielis, vt patet Danielis 10. scilicet Et ecce Michael; vnus de Principibus primis, venit in adiutorium meum. Et iterum in fine eiusdem Capituli dicitur; Et nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael Princeps vester. Erat ergo Gabriel curam principalē agens gentis Hebræorum. Vnde ipsi videtur conuenire, quod hunc veniret auxiliator Iudæorum. Alij volunt, quod fuerit Angelus iste Michael, quia ipse vocatur Princeps Hebræorum, vt patet Danielis 10. scilicet Et nemo est, &c. nisi Michael Princeps vester. Quid autem tenendum sit; non multum refert. Si tamē dicere velis, quod fuerit Gabriel, satis stabit. Et si obijcias, quod dicitur hic Princeps exercitus Domini, id est, Hebræorum; tamen Gabriel non erat Princeps Iudæorum, sed Michael. Respondendum est, quod satis stare potest, esse Gabrielem Principem, Michaelē etiam. Sed Michael vocatur Princeps Iudæorum, quia erat de maioribus Principibus Hebræorum: Et conuenit sibi nomen per excellentiam. Quod satis colligi potest Danielis 10. cum dicitur, Et ecce Michael; vnus de Principibus primis, id est, quod ipse principalis erat. Gabrielem autem esse Principem Iudæorum, etiā si non maximum, satis apparet, quia satis efficacius, & diligentius procurabat causam Hebræorum, quam ceteri, vt colligitur Danielis 10. Cap. Tamen non esset hoc, nisi pertinerent Iudæi ad eum. Et fortè dici debet conuenienter, quod is est Angelus, qui ducebat columnam nubis per desertum ad dirigendos Iudæos; de quo Exodi 14. Et ipse loquebatur Moysi, atque faciebat omnia; quæ pertinebant ad illum populum. * Hæctenus sapientissimus Episcopus Abulensis, cuius existimatione de tua Iosue visione sub armati viri specie approbavit Vatablus, & nescio quis alius apud Serarium, *201* nec improbauit Suarius; *202* etsi fatendum ingenuè sit, plerosque Interpretes non tibi, sed Michaeli apparitionem illam attribuere.

LXXII. Sunt

201 Serarius Lib. 4. in Iosue Cap. 5. quest. 41.

202 Suarius Lib. 6. de Angelis Cap. 17. n. 22.

LXXII. Sunt & duæ aliæ tradite in *Apocalypsi* Cap. 5. v. 2. Cap. 8. v. 3: quas tibi adscribendas esse, probabile censetur. Prima iudicio Liræ, cum S. Ioannes vidit Angelum fortem prædicantem voce magna: *Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula eius?* Notatque ibi Cornelius; * Dicitur fortis, id est, potens, & validus: Videtur enim fuisse ex primarijs Angelis; mittebatur enim ad opus forte, & validum, scilicet ut quæreret virum fortem, qui librum signatum, summis mysterijs plenum, referret, quem nulli Angeli, vel homines referare poterant: Vnde forti, & contenta voce clamat, quis est dignus aperire librum? * Secunda iudicio Riberæ, cum S. Ioannes vidit alium Angelum venientem, & stantem ante altare, habentem thuribulum aureum, &c. Vbi Riberæ inquit, * Quis sit hic Angelus, non constat, quoniam Scriptura non indicat. Non videtur improbabile, fuisse Gabrielem, qui Danieli pro salute populi oranti apparuit Danieli 9. &c. * Huc usque Riberæ: Si tu fuisti hic Angelus, prælusisti officio illi, cū effectus hospes Virginis, Cæli, & terra incensum, atque suffimentum unâ copulasti; ut de te concinuit S. Epiphanius. * 203 * Quem aptè explicat Antonius Ferdinandus, * 204 * quatenus tu Angelorum, & hominū desideria, ad Mysterium Incarnationis anhelantia, copulasti in utero Virginis, completa Incarnatione Verbi. * Sic Ferdinandus:

LXXIII. Hinc quia, operata diuini Verbi Incarnatione in utero Virgineo, satias facta est antiquis SS. PP. & vota eorum prorsus expleta, tu ipse discedens à Virginis præsentia pervolasti celer ad illos, commorantes in Abrahæ Sinu, ut certiores redderes de suorum desideriorum foelicissimo exitu. * Credendum enim est, inquit Bernardinus de Bustis, * 205 * quod Gabriel Angelus, multis alijs Angelis sociatus, statim, facta annuntiatione B. Virgini, perrexerit ad Sinum Abrahæ, in quo erant illi SS. PP. atque cum maxima exultatione notificauerit eis conceptum esse Dei filium ex Virgine. Dixitque illis: Gaudete PP. SS. quia hodie puella illa sanctissima, de qua propheta stis, & in figuris prænu-

tiastis,

tra stis, humilitate sua Deum de Cælo ad terram traxit, & in suo Virginali utero concepti. O igitur Pater noster Adam, ò Eua Mater generis humani, ò Abraham, ò Isaac, ò Jacob, ò Esau, ò Hieremia, ò alij Patriarchæ, & Prophete, dicite mihi, quantum exultastis, quantumq; gaudistis, hodierna die, profectò maximam lætitiã, & inenarrabilem iucunditatem habuistis. Vnde & annuntianti Angelo respondere potuistis illud 4. Regum 7. Hæc dies boni nuntij est. Cum enim dicat Salomon Prouerb. 13. quod desideria, cū completa fuerint, delectationem pariunt, nō est ambigendum, vos mirum in modum delectatos fuisse audiendo, summum omnium desideriorum vestrorum esse adimpletum. Credo etiam, quod vobis in illis obscurissimis tenebris caligantibus, in quibus per tot millia annorum non videratis lumen, hodiernã die ad consolationem vestram, & tanti gaudij certificationem miranda, & clarissima lux apparuerit, cuius visione confortati in Dei laudes, & gratiarum actiones protinus profuistis. Et tunc verificatum fuit illud, quod Saluator Iudæis dixit Ioannis 8. Abraham Pater vester exultauit, ut videret diem meum, vidit, & gaudens est. * Huc usque ex Bernardino de Bustis, qui satis piè meditatatur tuam hanc ad Inferos iucundissimam legationem, ut et Vincentius Regius, * 206 * non memor Bernardini.

LXXIII. Ea verò in memoriã mihi reuocat lætissimã aliã, quam ad eosdem Inferos tibi demãdatã putat nō minus piè S. Epiphanius. * 207 * Nã describens triumphalem pōpam, qua Christi Seruatoris anima pervenit ad cōfinia Sinus Abrahæ; ait, *Anteuertit omnes Gabriel Princeps exercitus, tanquam hic, qui, ex more, gaudij fausta, feliciaque nuntia hominibus ferre assuevit, & mandatum quoddam forte, consentaneum ordini Archangelorum, & ordini Principum militia, clarã, & leoninã vocem contra aduersarias Potestates edidit, & ait: Tollite portas vos, qui inter vos Principes estis. Cum quibus clamat & Michael: Et eleuamini portæ æternæ. Deinde & Virtutes aiunt: Discedite ianitores improbi. Deinceps & Potestates*

* 203 * S. Epiphanius in Serm. de Laudibus S. Mariæ Deiparæ.

* 204 * Antonius Ferdinandus in Visionem 2. Testamenti veteris Cap. 28. Sect. 5. in 14.

* 205 * Bernardinus de Bustis in Serm. 2. de Annunt. B. Mariæ p. 3. de iucunditate.

* 206 * Vincentius Regius in Dilucidariis Euangelicis Lib. 1. Cap. 5. digressione 1. morali, num. 15.

* 207 * S. Epiphanius in Oratione de Sepultura Christi.

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

208 Cum PP & DD. citatis ex n. 31. Quibus addo Coelum Cap. 49. n. 8. Franciscum Lucam, & Coraelium in Cap. 2. Lucae v. 9.

209 Pelbartus in Pomerio de B. Virg. Lib. 3. p. 1. art. 3. Cap. 1.

210 Ludolfus de Saxonia 1. p. Vita Christi Cap. 9. n. 23. & 32.

211 S. Bonau. in Medit. vite Xpti Cap. 7.

212 Suardius Lib. 6. de Angelis Cap. 10. n. 47. Vincentius Reginus in Euclidationibus Euangelicis Lib. 1. Cap. 9. in Scholio ad Cap. 2. Lucae v. 13. Hieronymus Columbus Lib. 2. de Hierarchia Angelica, & Humana Cap. 57. n. 14. Cornelius in Cap. 2. Lucae v. 7. & 13. I. Ludouicus de la Cerda Cap. 4. n. 7.

213 S. Chryso. apud Suardium proximo,

statēs magna vi, & potentia: Conterimini catenē insolubiles. Et alius: Confundimini pudore aduersi hostes. Et alius: Timete tyranni iniqui. Et veluti ex aliqua formidabili, & inuicta potentissimi Registrum triumphalis exercitus acie horror quidam, & turbatio, & timor trepidus Domini inuictissimi hostes inuadit, &c. Ita S. Epiphanius, egregie sentiens de te, vt quē meditetur Antesignanum, imò & Principem exercitus Spirituum beatorum, stipantium victicem Christi animam, & cui tribuat primas partes in imperando aduersis Spiritibus.

LXXV. Sed & ad tuos socios, Cœlestes Spiritus, manentes in Aula Emyreæ, retulisti e terra lectissimum nuntium natiuitatis Christi. Nam tam non modò Pastoribus in terra notam fecisti, vt supra notauimus, *208* sed etiam inde in Cœlum ascendens; Angelis in eo residentibus. Quod videntur dicere Ludolfus de Saxonia, & Pelbartus de Themisuar. Quorum secundus referens primum inquit, *209* Creditur, quòd Gabriel Angelus, qui Virgini cōceptum Verbi nuntiauerat, ante omnes se agens, Pastoribus ipse euangelizauerit gaudium magnum, & de natiuitate Christi militias exercitus prouocauerit ad laudandum Deum, dicens, Gloria in excelsis Deo; Lucae 2. Deinde ascendentes Angeli in Cœlum cum iubilo hæc nuntiauerunt cōciuibus suis. Tota igitur Superna Curia exhilarata, laudibus, & gratiarum actionibus exhibitis Deo Patri, venerunt omnes per ordines suos videre faciem Christi Dei sui, & adorabant eum, & Matrem eius cum omni reuerentia laudis, personantes cantica cœlestia, &c. *Ita Pelbartus ex Ludolfo, *210* & hic ex S. Bonauentura, *211* quem Ludolfus tacuit, quique addidit, *Hæc meditari de Angelis iucundum puto, qualitercumque se habuerit veritas.* Sed quoad omnium Angelorum descensionem e Cœlo, vt Christum natum adorarent in terra, meditatio S. Bonauenturæ arrisit multis Doctoribus, & inter alios Suario, Vincentio Regino, Hieronymo Columbo, Cornelio, & I. Ludouico de la Cerda. *212* Scripsitq; S. Chrysostr. *213* *Supernorum chororum Cherubim, & Seraphim hoc est manus, Deum assidue laudare, & Hymnis celebrare.*

Es

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

Ex his choris etiam in terra apparuerunt, cum vigilantibus Pastoribus cantantes.

LXXVI. Porro inter insignes tuas apparitiones mirabilis admodum est illa, quam litterarum monumentis commendauit Eginhardus, Cancellarius Imperatoris Caroli Magni, & postea Abbas Selgenstadiensis, *214* prout eam didicit ex Rateiclo, & hic ex Albrico, qui sic narrauit, * Apparuit mihi per visum quidam vir canitie venerabilis, veste candida indutus, virgam auream in manu tenens, ac talibus me verbis compellauit: Vide, inquit, Albrice, vt cuncta, quæ tibi dixerò, bene intelligas, eaque adeò tenaci memoria retineas, vt etiam alijs, qui illa scripturi sunt, exponere valeas, volo enim, vt scribantur, & Ludouico Imperatori ad legendum per Seniores vestrum ostendantur: Deinde subiungens: Nostine, inquit, quis ego sim, qui tibi ista præcipio? Tunc ego nihil hæsitans, S. Marcellinum cum esse respondi. Et ille: Non ita est, inquit, vt opinaris, sed Gabriel Archangelus ego sum. Personam, ac formam Marcellini idcirco assumpsi, quia Dominus Deus omnium rerum, atque causarum, ad istos Martyres pertinentium, curam mihi commisit, & nunc veni, vt hæc tibi indicarem, quæ scribere præcepi, quoniam diuinæ voluntatis est, vt ea ex auctoritate eorum ad notitiam Regis sine innotatum interpositione perueniant. Tu verò sicut tibi præcepi, primo diluculo post completum matutinum Officium nuntia quæ audisti ijs, quibus ea nuntiare iussi. Tunc ego: Nemo est, inquam, qui credat, quòd Angelus mecum loquutus sit, aut me ista nuntiare mandauerit. Non erit, inquit, ita, sed dabo signum, quod facias coram eis, quo viso nullam ultra dubitationem habebunt de his, quæ ad eos ex mea iussione pertuleris. Proinde volo, vt dicas Rateiclo, vt exhibeat tibi duos cereos novos, qui nondum accensi fuissent, & vnum ex eis dextra, alterum sinistra tenens sta coram altari: & cum omnia, quæ tibi præcepi narrando compleueris, dic eis, qui hæc audiunt, vt in hoc credant vera, & ab Angelo Dei esse mandata, quæ dixisti, si hi cerei in manibus tuis sine adhibitione ignis

214 Eginhardus Lib. 3. de Translatione SS. Martyrum Marcellini, & Petri Cap. 12. apud Suriū de 2. Junij.

viii-

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

visibilis fuerint, videntibus illis, illuminati. * Huiusmodi fuit narratio Albuci.

LXXVII. Cui cum asseruisti, commissam tibi fuisse à Deo curam omnium rerum, atque causarum pertinentium ad SS. Martyres Marcellinum, & Petrum, intelligo de cura, non tanquam ordinarij Angeli Custodis, sed tanquam extraordinarij Protectoris: non secus ac V. Virgini Dominae Mariae de Escobar dixisti, * 215 * visitandam iri à te, quandiu viveret in hoc exilio, quousq; consummaretur hora prescripta à Deo ad eam exinde liberandam, & bonitate, misericordiaeque sua transferendam in aeternas mansiones, ubi Domino semper frueretur una cum Angelis, & ceteris Beatis. Huic reuelationi p. uatam tantum fidem & habeo, & exposco. Ideo autem praefato modo intelligo affectiorem illam tuam, quia mihi maxime grata est coniectura illa S. Antonini, * 216 * de te non ordinatio vnquam Custode nisi solius Deiparae Virginis. Dignissima sunt, quae legantur, S. eius Patris verba, Haec saltes gloriosus, scilicet Deipara Virgo, habuit & ipsa Spiritum suum supremum in ordine Angelorum. Qui fortassis nec ante, nec postea datus est alicui ad custodiam, sed soli Virgini huic ab initio reseruatus. Sicut enim sola fuit Mater Vnigeniti, & in gratuitis vnigenitis mirabiliter singularis, sic etiã sanè dici potest, custodiã sibi singularè datã fuisse. Si enim habuit singularissimum Sponsum ad seruitium, electissimum Apostolum ad obsequium; quare non creditur habuisse nobilissimum Spiritum ad auxilium? Spiritus enim huius ordinis, qui dicitur Angelorum, tot sunt specie, quot & numero, cum quilibet faciat speciem suam, & specificat a perfectione differat ab altero. Hic igitur Spiritus Angelicus datus sibi ad custodiam prius exultauerat de obedientia, humilitate, & virtutibus alijs ineffabilibus Virginis almae. At ubi Verbum eius est carne vestitum, exultauit in Deo salutari, id est, Iesu Maria filio, quia deputabatur ad custodiã, siue potius ad obsequium Domini Dei sui, cum & Angelus matris sit & Angelus prolis, donec natus sit: & tunc accipit Angelum proprium, sicut fructus ab arbore pra-

* 215 * V. P. Ludouicus à Põre in vita V. Virginis Dominae Mariae de Escobar Lib. 4. Cap. 2 §. 3. pag. 356.

* 216 * S. Antoninus 4. p. Summe Theologiae tit. 15. Cap. 29 §. 2.

Nuncupatio Operis S. Gabrieli A.

praeisus secundum B. Thomam in 1. p.

LXXVIII His S. Antonini verbis, & alijs postea adducendis intertexo illa Richardi de S. Laurentio, * 217 * in quibus etiã agit de Angelo Custode Deiparae Virginis, sed ita, vt illi attribuat supremum gradum supremæ Hierarchiæ. Itaque ad illud Cant. 3. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, & c. inquit, * Hec possunt esse verba Angelorum describentium, quanto studio Angeli famulabantur in terris Virgini gloriose. Lectulus Salomonis, id est, veri pacifici, B. Virgo dicitur, in qua Deitatis Inclinato capite, Dei filius requieuit, velut in lectulo. Vnde ipsa dicit: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Cui autem, sicut dicit Apostolus, omnes Spiritus Coelestes administratorij sint, & c. & non solum ad ministerium hominum minores mittantur Spiritus, sed etiam superiores, & de ordine Seraphim, qui propter charitatis ardorem dicuntur flamma ignis, vel ignis vrens: vnde Psalm. 103. Qui facit Angelos suos flammã ignis, vel ignem vrentem: ostenditur in hoc loco, quod ad custodiam, & obsequium B. Virginis non inferioris, sed superioris dignitatis Angeli deputati sunt, cū dicitur, quod hanc lectulum ambiunt sexaginta fortes de fortissimis Israel, nam B. Virginem ambiebant diligenti custodia, & obsequiosa reuerentia Angelici Spiritus fortes inter fortissimos Spirituum. Qui pro eo quod assidua contemplatione Deum conspiciunt, Israel nomine designantur. Et isti fortes sexaginta dicuntur, non propter numerum, sed propter numeri mysterium: nam ille numerus ex senario constat, & denario. Senarius autem perfectionem significat. Denarius quoque, qui Regis habet imaginem, & decem nummorum in se continet pretium, Angelicam designat naturam, quæ ad imaginem Dei creata est expressis, & velut quendam denarium, tres habet potentias naturales, intellectum, voluntatem, & memoriam, septem donis Spiritus sancti insignitas. Huic sententiæ concordat, quod per decem drachmas in Euangelionouem ordines Angelorum, & humana natura signatur. Igitur per sexaginta fortes illi signantur Spiritus, qui in subtilitate naturalium, &

qqqqq

abun-

* 217 * Richardus de S. Laurentio Lib. 6. Cap. 10. de Laudibus B. Mariae. Hoc Opus immerito attribuitur B. Alberto Magno in tom. 20. editionis nouae Lugdunensis, vt iam monui in Diss. 29. de Sacrific. Missae. n. 393. constatq; ex hoc loco, in quo dicitur, Seraphim missi ad extra, & Gabriel esse ex eorum choros cum tamen B. Albertus saepe neget primū nisi in 2. p. Summae Theologiae Tract. 9. quest. 34. membro 3. ubi non negat, sed potius facit, esse opinionem Mag. Sent. Praepositi, & Guilielmi Antistodorenensis, quod Seraphini aliquando mittantur ad extra, quodque ex eorum choro sint Michael, & Gabriel. Cōsentitque Vincentius Regius in Elucidationibus Euangelicis Lib. 1. Cap. 5. Theoria 1. n. 5. Sallianus in Annalibus anno mundi 4052. n. 51. Gueuara in Cap. 1. Matthaei v. 16. obseru. 5. n. 7. Tannerus tom. 1. Theologiae Diss. 5. quest. 6. dub. 8. n. 8. Viegas in Cap.

Cap. 12. Apocalyp. Comentar. 1. sect. 18. n. 2. Antonius Ferdinandus in Visione 24. Testamenti veteris Cap. 7. Danielis Commentar. & sect. 2. n. 7. Rufus idem B. Albericus sepe nezat secundū, ut super Missus est qu. est. 2. §. 18. & in Biblijs Marianis ex Luca n. 2. & in Tract. 4. de 4. coanis 1. 57. & in 2. Dist. 6. art. 3. ubi de Michael etiam testatur, non legi esse de superioribus, cū habeat usum officij exteriorum. Addi potest Opus Cōpendij Theologica veritatis Lib. 2. Cap. 20. Lib. 4. Cap. 2. Quod Opus in rom. 13. B. Alberti extat. Sed mille sunt lites circa illius verum Authorem. Citatur cū subscriptione ab O. uando in 2. Dist. 10. propos. 12. ubi asserit Michael em esse Principatum, Gabrielem Archangelorum, Raphaelē Angelorum choro. Sed in Compendio impresso cū S. Bonau. Operibus tom. 7. enorme erratū, aut insignis mutatio reperitur, nam

abundantia spiritualium gratiarum, & expressiori Creatoris similitudine quadam, perfectione cæteris præeminere dicuntur. Ita Laurentius de S. Richardo, qui antea *218* dixerat, te fuisse præcipuum Custodem B. Virginis, *Habeat B. Virgo Maria Gabrielem ad sui custodiam deputatum, qui interpretatur fortitudo Dei: quo patrocinate, nihil in ea proficere poterat inimicus, nec ei nocere iniquitatis filius apponebat: nec solum unicum Angelum, sed creditur, quod infinitos. *Cū igitur iuxta Richardū de S. Laurentio fueris primarius Custos B. Virginis, sequitur iuxta eiusdem mentem, competere tibi supremum gradum Seraphicum.

LXXIX. Regredior ad S. Antoninū, qui ubi supra subiicit hæc alia verba, non minus lectu digna, cōterentiaque ad immortalem tui gloriam, *Tu Lector considera, quia explicare non possum, quāto gaudio exultabat Spiritus ille, qui primo vidit Deum incarnatum, prius fuit primus Spiritus sancti Minister ad illud ineffabile opus, quod primus corpusculum illud aut formavit, aut formanti adiecit, qui primus invisibiles cunas Deo paravit, qui primus cibum diuinum de matre in os expressit, qui sicut adiecit visioni in Cælo coram Patre, sic assistebat in terris Filio incarnato, qui primus illud vidit desideratum commercium.* Hæc S. Antoninus, ad quæ consideranda invitavit merito Lectorem; est quæ illud suavissimum, & delitiosissimum de lacte expresso à te ex vberibus Virginis Matris, & instillatum in os infantuli Iesu. *219* Cuius in adulta ætate fuisti eius Aquifer, & pincerna, nā, ut cogitat I. Ludou. de la Cerdas. *220* in epulis apparatus Xpto Dño post victoria Dæmonis credibile est, Gabrielē inter alios principē fuisse; atque adeo fuit veluti Minister Christi, qui pocula ministravit, pincerneque officium gessit. Non quod Custos esset Christi, sed quod in ministerio Christi primus.

LXXX. Prosequitur S. Antoninus, *Stabat totus festinus Angelus Gabriel, & suspensus expectabat Virginis assensum, ut Deo mittenti citò reserret responsum, & ubi eam audivit dicentem, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, tota perni-*

itate Curiam latificaturus Cælestem revolavit ad Cælum, de futuro iucundum. Sed iste Maria Spiritus certus de presenti pro tota Hierarchia Cælesti exultabat. Exultabat namque hic optimus Spiritus Maria, quoniam videbat ipsam Christi Matrem effectam, & tanto Filio dignam. Hucusque S. Antoninus. Qui iure merito opinatur, te confestim repetuisse Cælum, tum ut contubernalibus Angelis renuntiares, esse iam peractā Incarnationem diuini Verbi, quam summis votis desiderauerant, tum ut reditu tuo monstares, apertum iam esse commercium Cæli, & terræ. Posteriores hanc rationem addere fas sit mihi, acceptam istis ex verbis S. Petri Chrylogi, *221* *Ad Virginem Deus aligerum portitorem mittit, nam dat arrham, dotem suscipit, qui fert gratiam: fidem refert, & tradit munera virtutis, qui mox Virginis consensus resoluit sponsionē.* Circa quæ verba pulchrum est glossæ Antonij Ferdinandij, *222* Portitorem Angelum optimè appellat; est enim propriè, qui per apertos, ac liberos portus mercibus invehendis, ac evehendis incumbit. Deus ergo Angelum portitorem mittens apertos deinceps utrobique portus esse voluit, in Cælo scilicet, & in terra; ad familiaria commercia.

LXXXI. Hactenus, Archangele Gabriel, *magne, & fortis* (quibus epithetis ornaris a S. Fulberto Carnotensi) *223* loquutus sum inculto stylo, sed pio affectu de tuis excellentijs, prout eas ex Oraculis sacris, ex Patribus, & Doctoribus memorabilis nominis, coniecturisq; probabilibus inuestigare valui. Quo quidē modo alij inueniēt plura, quæ maiestati tuæ magis deceant; sed cū iuxta legem ordinariam homines viatores non assurgant ad Angelorum visionem intellectualem, seu ad cognitionem per essentiam, & per species proprias, non poterunt nobiliori hoc modo præstantiam tuam percellere, proindeque nunquam adamussim, & exactè explicabunt, qualis, quātusque sis. Exempta fuit ab ordinaria illa lege Virgo Deipara, de qua dixit quæstionum ad Antiochum Author, præferēs nomen S. Athanasij, *224* *Sola ipsa nudam essentiā Gabrielis Archangeli, ut est, contemplant a est.* Et B. Al-

nam Michael ponitur in Principatum, Gabriel in Angelorum, & Raphael in Virtutum ordine. Quia vero de quando incidit sermo, obseruo non improbari ab ipso, quod vnus Michael sit Seraphanus, & Dux contra Luciferum, alter spectans ad chorū Principatum, & Patronus Ecclesie: casuque quod non admittantur duo Michael, ait, & non esse inconueniens, victoriam contra Luciferum attribui Angelo de ordine Principatum, quāuis alij fuerint superiores tã in gratia, quā in natura, & plus meruerint in prelio. Quoniam cum Lucifer, & confortes fuisset, è Cælo repellendi in aerem, oportuit, in carceratione, coria fieri per supremum de illis, qui huc descendunt, & quod sub illius nomine victoria innotesceret nobis, qui Iudæmen, & prelium cum Dæmonibus habemus, ut sciamus, ad quem debemus pro auxilio recurrere.

218 Nempe Lib. 3. §. 9.
 219 De hoc puncto consule Hieronymum de Ornacchea in Canticum Cantorum ad Cap. 1. ex n. 147. pag. 276. & 277. 1. Baptistam Pozam Lib. 3. Elucidarij Deipara Tract. 13. Cap. 5.
 220 I. Ludovicus de la Cerda Cap. 49. de Excellentia Cœlestium Spirituum n. 8.
 221 S. Petrus Chrysologus Serm. 3. de Annunt.
 222 Antonius Ferdinandus in Vis. 2. Veteris Testamenti Cap. 28. Genesis sect. 5. n. 11.
 223 S. Fulbertus Carnotensis Serm. 1. de Nativ. B. Mariæ.
 224 S. Athanasius, vel qui eius nomen præfert, quest. 28. ad Antiochum.
 225 B. Albertus Magnus super Missus est quest. 95. §. 1. & 2. in cuius posterioris sine habet verba, quæ transcribo.

bertus Magnus *225* censuit, fuisse in Virgine animæ suæ, & Spirituum per species proprias cognitionem, quam habuit dispositivè per naturam, & completivè per gratiam. Unde post longum discursum concludit B. Albertus, *Et sic iterum patet physicè, quòd anima in corpore, etiam citra auxilium gratiæ gratum facientis, in contemplationem Spirituum, & Spiritualium adspicere potest, & ad spectum dirigere, & videre. Ergo multò fortius Beatissima Virgo auxilio gratiæ potuit hoc facere in sua contemplatione. Item Paulus scribitur, in raptu vidisse dispositionem Cœlestis Hierarchiæ, & B. Dionysio revelasse. Ergo multò fortius Beatissima Virgo vidit statum Angelorum, & triumphantis Ecclesiæ. Item Martinus vidit Demones. Item Iacob vidit Angelos, quando dixit, Castra Dei sunt hæc. Ex his autem concluditur, quòd Beatissima Virgo in sua contemplatione poterat videre Deum, Angelos, & Demones, & animam propriam, & substantias rerum corporalium per se ipsas.*

LXXXII Authori questionum ad Antiochum, & B. Alberto nec suffragatur, nec refragatur Toletus, *226* eo quòd non videat sufficientia fundamenta siue affirmandi, siue negandi. At suffragantur Suarez, Barradas, Nouarinus, Escobar, *227* & alij. Quorum primus ait, *Licet verum sit, hoc esse supra ordinarias leges hominum viatorum; tamen non est dubium, quin viatori homini hæc visio communicari possit, cum etiam ipsius Dei intuitio ex privilegio singulari interdum tribui possit:: Quòd si hæc clara Angeli cognitio potuit facile B. Virgini tribui; cur non erit verisimile, illi esse datam? Legimus enim, aliquibus alijs SS. seu Virginibus datum esse interdum, ut Angelos, vel animas clarè, & in sua substantia intueantur. Ergo valde probabile est, sæpius hoc esse communicatum B. Virgini eo tempore, quo viatrix fuit. Ergo si aliquando, certè maximè in Annuntiatione huius Mysterij ad hæc cognitionem eleuatam esse credibile est.* Ita Suarez: Adeat cum Lector, si velit ereptum sculpulum, qui sibi resideat de coadunatis in B. Virgine visionem

visionem tuam clara, & turbatione, cogitationeque, qualis esset tua salutatio? Adeatque Barradam, si hæsitet in assumpto à te corpore, cum aliunde B. Virgo perspicue intueretur tuam essentiam.

LXXXIII. Si verò, ut vult S. Thomas *228* non patiebatur status B. Virginis viatricis, quòd te per essentiam videret, quia, ut ait S. Chrysostomus, *229* *Angeli substantiam homo videre libere non valet;* erit planè multò excusabilius in nobis (quos certum est te plenè non nosse, sed tantum per speculum, & in ænigmate) si de tuis perfectionibus tam exiliter, & diminutè tractemus. Linguis certè hominum loquimur, cum Angelorum linguas illæ exigant suo quali iure. Sed erit tempus (ut à Deo propitio, & misericorde speramus) cum erimus velut Angeli Dei, & tunc exactè noscemus, qui sis, tuncque tuam tam à natura, quam à gratia præstantiam linguis velut Angelorum prædicabimus, Deoque grates perennes agemus, qui te condidit tam perfectum, tamque omnibus numeris absolutum ut Author naturalis, totque donis amplissimis ut supernaturalis Author cumulavit, tamque ad sublimia euexit munia tanto cum Terriolarum bono, & gloria Coelicolarum.

LXXXIV. Restat, Gabriel diuinissime, ut pro antiqua meâ erga te religione, & pro hoc qualicumque obsequio, te demississime deprecet sic cū Sophronio, *230* *Agedum, mentem, & cor meum instrue, & ad uniuersa Dei iudicia, & iustificationes dirige. Qui Danieli in Chobar visionem illam planè diuinam patefecisti, sterilitatis meæ labem dissolue. Qui insecundum ante Elisabethis uterum à vinculo, quo tenebatur, Dei in visione soluisti, eandemque fructuosam effecisti, meam quoque infelicem, afflictamque animam grata quadam vniuersitate, internaque lætitia, & luce perfunde. Qui beatissimam, inculpatisimamque sacratissimam, purissimamque Dominam nostram Genitricis Dei Mariam lætam, salutarique annuntiatione ingenti gaudio imbuiisti, Eamque tristitiam, eiusdemque luctum certè salutis sponsione in lætitiã transformasti. Paucis, qui totius mundi maiorem in gaudium conuertisti, vestigumque lætuosa discissa,*

226 Toletus in Cap. 1. Luce annos. 73.

227 Suarez tom. 2. in 3. p. Disp. 9. sect. 2. §. Secundò probabiliter, Barradas tom. 1. in Euangelia Lib. 7. Cap. 6. pag. 581. & 582. Nouarinus Lib. 6. Sacrorum Electorum Cap. 24. n. 956. Escobar tom. 3. in Euang. Lib. 7. Sect. 2. Cōmentar. literal. §. 1. n. 5.

228 S. Thomas 3. p. quest. 30. art. 3. ad 1.

229 S. Chrysostomus Homilia 3. de Incomprehensibili Dei natura.

230 Sophronius in Angelorum Encomio sæpius citato.


omnes letitiæ stola induisti. Te etiam, atque etiam, ò Gabriel, vera letitiæ conciliator, & dator, rogo, obtestorque, ut me, graui agitudine vitiorum pressum, clemēter visites, diuinaq; virtute, atq; animi iucunditate impleas, necnon à tormentis Belial, aspectabiliumq; & inaspectabilium hostium periculis exemptum, per tuam auctoritatem, & adiungas, & tandem in locis illis, quæ omnibus delitijs affluunt, tuto colloces. Hæc Sophronius, & ego, addoque,

O venerande mihi Gabriel, laus magna beati
Angelici cætus, primus qui forsan in axe
Æthereos stas ante choros, tu sydus Olympi,
Numinis O speculum purum, tu gaudia Cæli,
Gloria telluris, dux, lumen, honorque, salusque,
Tu Mars in bellis; tu fortitudo Tonantis,
Vincens Tartareas Gabriel mirande phalanges,
Mariæ Custos, Triados Legatus ad ipsam,
Virgineo ut claudat diuinum Numen in aluo.
Nunc ergo ante tuas sacras ego promior aras
Hæc humili tibi dona manu (sed magna voluntas)
Offero. Tu excipiens venias in vota dicantis.
Tu calamum rege lege meum: fero nomen, & omen
Ecce tuum. Nunquam pigeat meminisse clientis,
Qui te corde, atque ore colit, nec desinet unquam
Decantare tuas laudes, dum vitæ super sit.

Additissimus tibi servus,
& minimus cultor

GABRIEL DE HENAO.

LEC:



LECTORI BENEVOLO, ET AMICO VERITATIS.



IN ANQVAM NEFAS fuerit, placitum aliquod sapienter excogitatum, aut laboriosè accuratum Orbi denudò inferre, densam in illud calumniarum nubem superciliosa hæc tempora exciunt; diem, quam vidit, ereptura. De

tractum nimirum autumant peracti sæculi splendori, si quidpiam siue sub Sole nouum oriatur, siue lucidius emicet; insciaque omnino, vel oblita; laudem sibi, & gloriam accerere, quicquid recens nitidum pepererint; anxia alieni honoris cura sollicitat, nulla sui: quasi verò omnibus à natura ingenitus sui amor; alijs potius, quàm sibi consultum ire suaderet. Si quid autem prodijt vspiam, cui hæc temporum iniuria, minusque benigna mens inuidiam importunius commouerit, Scientia Media est, à nostræ Societatis Doctoribus foeliciter concepta, vel exposita, foeliciterque Orbi data. In huius enim velut Herculis exitium (proh lævum nascendi horoscopon!) infantis adhuc, & vel in cunis ipsis tantum non vagientis insurrexerunt quorundam ora, ne dicam, anguinei sibili, lethiferique rictus immanè hiarunt. Eandem adolescentem, primæuosque iam annos egressam plusquam nouercalia, & Iunonia odia exercuerunt. In eandem denique iuuenilibus auctam viribus, maturæ que

Qua in Prefatione ex n. 2. usque ad 9. additur ratio de Pontificis Decretis non viciis editione huius Tractatus.

que ad ætatis robur exerescentem iræ recruduerunt, totque excitatũt quasi hydrorum capita, quot linguas & calamos. Sed verò tam irritis horum ictibus, quam ingeminatis illius triumphis: Herculeis nimirũ viribus instruxerunt prouida fata, quam Herculeis laboribus deuouerant, vt duram discriminum, & certaminum vicem fausta inconcussa roboris vice rependeret. Detonuit porrò iam huiusce tempestatis vis minax, in fulgura euanescere, & tonitrus graui nubila, quin vel leuissimo fulminis igne opinionis nostræ fulgorẽ deureret, denigrarentve. Cæterũ nẽdum venti quierunt, leues rumorũ auras spirant, commentitiasque narrationes Scholasticis de hac re dissertationibus interserũt, vt quoniam rationum pondera, quæ addantur, defũt, serpent saltem Historica figmenta, quibus & rudibus istorum euentuum auditoribus imponant, & incautas legentium mentes decantatis falso victorijs, affictaque pro se decretoria sententia, sinistrẽ imbuant, atque ab Scientiæ Mediæ veritate, aut probabilitate auertant. Hos fucos proderẽ, has umbras fugare, has minus fidas narratiunculas dispergere, mihi contigit; fœlicitatiquẽ do meæ, quod ea mens subierit, quam equẽ Sciẽtiæ Mediæ bono futurã spero, ac si nobiliori pro ipsa labori incuberet. Adonior itaq; respondere; sed ea veritate, quẽ congruit homini Religioso, & ẽ Societate Iesu: ea cautione, quam prescripserunt Summi Ecclesiæ Præsules, abstinendõ scilicet à rigidis aduersæ sententiæ censuris, & ab incidenti etiam tractatione de materia Auxilliorũ diuinorum, seu de gratia, ac libero arbitrio.

II. Quanquam Thomas Hurtadus in *Resolutionum Moralium parte posteriori Tract. ultimo, Res. 7. à pag. 527.* conetur probare, non fuisse prohibitum agere occasionaliter de efficacia diuinæ gratiæ: & hac ratione tue tur liberos à temerato præcepto Pontificio Antonium de Matre Dei, & Ioannem de de S. Thoma, quos in libris prælo datis tractasse de ea efficacia fatetur aperte. Ioannes etiam Baptista de Lezana *tom. 1. qq. Regular. Cap. 10. num. 24.* notat, * non videri prohibitos ab Urbano VIII. Papa libros tractã-

tes de aliquo puncto, difficultate, seu quæstione de Auxilijs; aliud enim est materia de Auxilijs, aliud verò punctus aliquis, seu difficultas prædictæ materiæ. Quod rationi, & intentioni Summi Pontificis congruere videtur; alias necesse esset, materias alias Theologicas, quæ cum materia de Auxilijs cõnexionem habent, non nisi imperfecte, truncatè, & defectuose imprimi. Maximeque hoc verum erit, si prædictus punctus modestè, sinceriter, & sine æmulatione aliqua, vt decet, tractetur. * Sic Lezana; consentitque Pellizarius *tom. 1. Manualis Regular. Tract. 6. Cap. 4, num. 24.* & cum utroque Franciscus Bonepei *tom. 2. Commentariorum ad vniuersam Theologiam in Prefatione ad Lectorem.*

III. Notatque præterea Iosephus Maria Requiesenus in *1. 2. Disp. 12. Sect. 2. num. 30.* * subtractione prohibita de Auxilijs non comprehendit eã, an potentia in actu primo exigat prædeterminari ad operationes liberas tam naturales, quam super naturales? * Pro qua notatione allegat, & laudat Franciscum Soarez Lusitanum *Tract. 6. de Anima Disp. 2. sect. 5. §. 1. à n. 292. Et num. 300. §. etiam 2. num. 304. tandemque §. 3. à num. 308.* explicantem eruditè, & latè quid intendant Summi Pontifices, dum vetant, ne quis ex professo, aut incidenter tractet materiam de Auxilijs. Ad quam etsi facilis sit illa ratio ex affirmatione, aut negatione quæstionum discussarum de Sciẽtia Mediæ, & de diuinorum decretorum efficacia, nihil obesse, quominus hæ tractentur; monet Mathias Borull cum Antonio de Matre Dei, Ioanne à S. Thoma, & Hieronymo Viue, * quia prohibita non sunt principia illa, sed solus ad conclusiones Auxilliorum progressus. * Ita in *Prefatione ad Lectorem sui Operis de ea Scientia.* Vnde cum de principijs illis egisset Ioannes à S. Thoma *tom. 1. Et 2. in 1. p.* postea *tom. 2. in 1. 2.* breuiter absoluit materiam de Auxilijs, præsertim quoad Controuersiam inter Dominicanos, & Nostros, vtrum scilicet gratia efficax intrinsece distinguatur à sufficienti, sitque sic infallibilis? nam vix in ea consumit octo folia. Qui tomus est posthumus, & in lucem

editus anno 1645. Atcū Franciscus Araujus ante elu-
cubrations suas in 1. p. in qua solent adstrui principia
illa, tradiderit prælo *primā secundā*, ad quā pertinet ma-
teriade Auxilijs, orationis de hac filū traxit multo lon-
gius in tom. 2. dato typis anno 1646. illa nimirū longitu-
dine, imò & maiori, quàm qua solet prælegi publicè in
Scholis ea materia per integrum annum litterarium.
Post confixas etiam Decreto Pontificiō propositiones
quinque Cornelij Iansenij Episcopi Iprensis, in quarū
plerisque sermo est de efficacia diuinę gratiæ, videmus
divulgatos à Theologis pijs, & doctis libros multos tra-
ctantes satis diffusè de principijs illis.

IV. Sed quicquid sit de modo intelligendi
prohibitiones Pontificias Pauli V. & Urbani VIII. re-
missioque Lectore, vt consulat Sherlogum *infra p. 3.*
Sect. 12. num. 57. & 58. nos diligenter cauebimus, ne
eis contraueniamus. Ideoque nullum pro defensanda
etiam historicè Scientia Media tangemus pun-
ctum, mouebimusque lapidem, nisi iam tactum, mo-
tumque à religiosissimis, sapientissimisque Dominica-
nis recentibus, alijsque ipsorum asseclis, pro ea impug-
nanda; nihil enim aliud potest nos reddere securiores à
periculo perfringendi prohibitiones præfatas. Ad hæc:
conferantur quæ in hoc Opusculo scribam cum ijs, quę
de materia Auxiliorum solent Dominicani, & Nostri
dictare discipulis in Gymnasijs, tanquàm de distincta ab
alijs de Scientia Dei, Voluntate, Prouidentia, Prædesti-
natione, & Reprobatione: cum ijs etiam, quę de mate-
ria illa Auxiliorum commiserunt typis permulti Theo-
logi, & nominatim Ioannes Vvigers (adnotatus à Ca-
ramuele in margine tom. 2. *Theologia Rationalis pag.*
161.) Ioannes Thomafius, Franciscus Araujus, &
Franciscus Suarez, vel qui huius, & secundi ediderunt
M.SS. de Gratia auxiliante, & hinc etiam constabit,
nos abstinuisse à tractanda materia illa. Etsi verò
delibemus principia aliqua, quæ ad illam deferuire pos-
sunt, iam notauimus, interdictum id non esse, confir-
mantque exempla innumerorum Theologorum re-
gentium, qui in suis libris non habuerunt religioni, fir-

mare,

mare, aut diruere eadem principia.

V. Illud itidem nunc vereri debemus
omnes, quod iussum fuit ab Innocentio X. Papa anno
1654. die 23. Aprilis, postquam primò elaborauit hoc
Opusculum, misitque ad Lugdunenses Typographos,
sed antequàm ab illis prælo subderetur, procrastinanti-
bus, vt solent, editionem ad duos fere annos a traditio-
ne per me facta Madriti anno 1653. die 18. Augusti
per manus Claudij Rigaud nobilis Bibliopolæ Lugdu-
nensis, cuius, & Sociorum Philippi Borde, Laurentij-
que Arnaud cura, & expensis prodijt impressum an-
no 1655.

VI. Iussio Pontificis hæccine est, *Ceterum
cunctam Rome, quàm alibi circumferantur quædam
asserta Acta MSS. & forsant typis excisa Congregatio-
num habitarium coram felicitis recordationis Clemente
VIII. ac Paulo V. super questione de Auxilijs diuina
gratiæ tam sub nomine Francisci Pegna, olim Rotæ Ro-
mani Decani, quàm Fr. Thome de Lemos Ordinis
Prædicatorum, aliorumque Prælatorum, & Theolo-
gorum, qui, vt assertitur, prædictis interfuerunt Con-
gregationibus, nec non quoddam autographum, siue exē-
plar cuiusdam assertæ Constitutionis eiusdem Pauli V.
super definitione prædictæ questionis de Auxilijs, ac
damnationis sententiæ, seu sententiarum Ludouici Mo-
line Societatis Iesu, eadem Sanctitas sua presenti hoc
Decreto declarat, ac decernit, prædictis assertis Actis
prosententiæ Fratrum Ordinis S. Dominici, quàm Lu-
douici Molinæ, aliorumque Societatis Iesu Religiosorū,
& autographo, siue exemplari prædictæ assertæ Consti-
tutionis Pauli V. nullam omnino fidem adhibendam,
neque ab alterutra parte, seu a quocumque alio alle-
gari posse, vel debere; sed super questione prædicta obser-
uanda esse Decreta Pauli V. & Urbani VIII. suorum
prædecessorum. Hæc ibi.*

VII. Qibus ego nec antea, neque modo
aduersus fui, aut sum, nam non allego prædicta Acta,
neque adhibeo eis fidem, non enim vnquam legi ea si-
ue MSS. siue typis commendata, vt neque præfatam

Con-

Constitutionem Pauli V. quin potius refello, si quid ex eis allegetur, quod aliunde non constet; & de Constitutione dixi, ac dico esse fictitiam: abstinereque à tractanda materia Auxiliorum, obtemperans prohibitioni Pauli V. & Urbani VIII. denuò confirmatae ab Innocentio X. Quod postremum promissum iam est à me proximè, & summa cum cautela prospiciam, ne promissis desim. Quoad Congregationum verò Acta non silebo, fuisse illa olim à me quaesita, & non defuisse, qui pollicitus sit se missurum; haec tamen non sunt missa: Nam postquam nonni proscripta fuisse tanquam apocrypha, destitit à petitione motus scrupulo expensarum superuacuarum in mercede pro transcriptione, & vectura ex Regno extraneo. Vidi alicubi quasdam epistolas Francisci Peñae scriptas tempore Controversiae, missasque è Roma in Hispaniam, sed cum ipse non esset professione Theologus, neque interesset Congregationibus, scribebat quaequid audiebat ab hominibus non bene affectis erga Societatem, cuius neque ipse erat studiosus. Quòd si earum Epistolarum aliquam partem communem facerem meis Lectoribus, risu penè corruerent, ut & ego, cum primùm eas vidi. Sed haec tractatio seriofior est, quam ut permittat huiusmodi interludia. Rursus etsi post primam huius Opusculi editionem inuenirem in archiuis Prouinae nostrae Castellanae multa, quae curiosos inescare possent; nouerimque, non defuisse quendam, qui in sex libris MSS. de Controversijs inter Ordines Predicatorum, & Societatis Iesu tractet à secundo plenissimè de hac de Auxilijs, & Scientia Media, suggeratque complura, quae me praeterierant: quia tamen ob causam mox aperendam deereui nò addere quidpiam primò editis circa Congregationes coram Clemente VIII. & Paulo V. pro sententia nostra, ideo non curavi de eorum sex librorum transcriptione, oblata mihi non magno pretio; & quae in archiuis denuò reperi circa Acta illa, de quibus Nostri comorantes in Vrbe faciebant commonitos Socios in Hispania, intacta reliqui.

VIII.

Fateor, adducta à me olim fuisse,

&c

& nunc repeti plura fragmenta Orationum habitatum coram Clemente VIII. & Paulo V. super quaestione de Auxilijs; sed non à Francisco Peña, neque à Thoma de Lemos, neque à Iacobo le Bussy: cuius MSS. narrationes de ea quaestione solent citari ab Authoribus Gallis, & quem nomine Praelatorum, ac Theologorum censeo denotari in exaratis verbis Innocentij X. Orationes illae non sunt Acta Congregationum; nullusque Nostrorum, cuius scripta à me sunt visa, curauit de Actis conficiendis, sed tantum de conseruandis Orationibus, quas antea scripto, & memoriae traditas recitabant Nostri sine interruptione vlla in praesentia Summi Pontificis. Acta; de quibus Innocentius X. & alij. continet interloquutiones disputantium, & praesentium Congregationibus; censuraeque latae in fine. Quae quia à Vincentio Leni in *Theriacis*, & ab alijs relatis in *Informatione* 1. P. *Francisci Annati de quinque propositionibus ex Iansenij Theologia collectis*, num. 38. pag. 44. allegabantur ad auctoritatem suorum errorum, ideo proscripta fuerunt ab Innocentio X. Caeterum ad scrupulosiore obseruantiam Decreti Pontificij ne vnum quidem verbum in hac secunda editione adijciam circa eas Orationes, sed tantum semel, verbis transferam ex vno loco in alium quaedam earum verba.

IX. At enim quāuis olim allegassem Acta, quae postea vetita essent citari, si prima editio licita fuit, neque haec vllibi interdicta; quidni & secunda? Res, quae semel prohibitionem euasit, semper durat libera, ut probat Salgadus in *Tract. de Protectione Regiae* p. 3. Cap. 4. a num. 55. & alioqui nefas esset iterare nunc editionem tot Operum allegantium talia Acta, quot referentur in hoc Opusculo, & praesertim Antonij de Matre Dei, PP. Dominicanorum Duacensium in *Appendice ad Librum Didaci Aluarez de Historia Pelagiana haeresis*, Ioannis de S. Thoma, Francisci Felicis, &c. rursusque Hieronymi Viues, & Syluestri de Saavedra, illius in *Lib. contra Scientiam Mediam* Disp. 5. Dist. 3. num. 26. pag. 57. Disp. 19. Dist. 5. §. 2. num. 9. pag. 652. huius in *Lib. de Sacra Deipara Vestigatione* 3. Disp. 23. num. 643. pag. 567. Qui liber prodijt impressus anno 1655. & videtur missus ad Typographos ante divulgatam Bullam Innocentij X. annoque antecedenti

¶¶¶¶¶

pro-

prodierat liber Hieronymi Viues, & ad diem 15. Ianuarij concesserat R. P. Prouincialis Prouinciæ Aragoniæ Ordinis Prædicatorum facultatem ad impressionem, si probatus fuisse à tribus Magistris, videturque traditus typis ante Authoris notitiam de ea Bulla: quod etiam mihi contigit in prima editione præsentis Opusculi; vt iam *suprà* dicebam: idemque ipsum euenisse sibi dicerent Franciscus Carriere, & Didacus de Sylua, qui allegant Acta illa, primus quidē anno 1657. prout notabo *in n. 704.* secundus anno 1663. prout etiam notabo *in n. 1138.* sed nunc non possum non mirari, quod tamdiu ea Bulla latuerit ipsam.

X. Ego verò in Tractatione suscepta gero præcipuè personam Historici propugnatoris; speroque, secundam hanc editionē correctā, & locupletatam tam fore gratam, atque probatam Theologis veritatis cultoribus, & studiosis, quam fuit prima; de qua possum palam dicere, nō pepasse vllibi offensionem, sed potius comparasse Authori laudem modestiæ non violatæ in respondendo falsis, incertisque narrationibus contra Scientiæ Mediæ historiam; diligenti etiam in quaerenda omnibus vestigijs veritate, & fidelitatis, sinceritatisque in ea propalanda. Vbi non possum non me gratum præstare Deo, quem mihi persuado inspirasse Nostris, quorum tempore contigit Controuersia de Auxilijs, vt scriptis, & tabularijs domesticis commendaret accuratissime res tunc gestas, quasi diuinarent; subituum tempus, quo posteri indigeremus earum notitiâ ad causæ, & opinionis nostræ defensionem. Pressimus eas silentio, quo vsque Antonius de Matre Dei, Patres Dominicani Duacenses, & Ioannes de S. Thoma, alijque coegerunt nos loqui. Monitusque sum è Belgio, & Gallia, ruptum à me silentium non sine operæ pretio fuisse aduersus Iansenij sequaces, cœperant enim multis fabulis de illa Controuersia implere paginas, & libros; cumque viderent nos instructos fidelibus de illa monumentis, se se non nihil continuisse.

XI Primus, qui aggressus est respondere ad præfatas narrationes, fuit P. Paulus Leonardus, cognomēto Sherlogus, notissimusque in theatro litterario ob Commentaria in Cantica Canticorum, & ob Dioptram Antiquitatum Hebraicarum; edidit anno 1644. præclarum librum Responsionum ad Expostulationes recentium quorundam Theo-

Theologorum contra Scientiam Mediam. Deinde anno 1645. Ioannes Martinez de Ripalda, & Franciscus Annatus, Theologi sapientia, & ingenio sublimes, eandem operam nauarunt, ille *tomoz. de Ente supernaturali Disp. 113. hic in integro Volumine.* Tandem ego anno 1655. divulgavi primo hoc Opusculum; vt recentium aliorum Expostulationibus satisfacerem; nūcque secundis curis emendatum, & auctum committo rursus prælo, vt sit præuium Scholasticæ Theologicæ de Scientia Media Tractationi, quam, Deo fauente, emittere in lucem paro. Dedit enim ipse (quod desiderabam in prima huius Opusculi editione) tempus, & otium, vt quam in MSS. iam diu inchoatam habebam Scientiæ Mediæ Delineationem, amplificarem, & perficerem pro meo modulo, tum autoritate Scripturæ sacrae, & Patrum Ecclesiæ, tum rationibus, tum enodatione argumentorum, quæ ex totidem locis Theologicis contra eam conficiuntur ab Authoribus aduersis modernioribus. Et quanquam Spartam hanc adeo est reuè ornarint cōplures nostrorum Scriptorum, vt denuò à me suscipi superuacaneum videri alicui queat, curatū tamen à me est, actū non agere. Sed de Scholastica Tractatione, quæ post Historicam succedet, alloquar iterum te, Lector amice. Ast modò nō omitam dicere, hanc Opusculorum distinctionē allaturam illud commodum, vt quod Scholasticum sit, non interpelletur, distineaturve frequentibus refutationibus historiarum, dictorumque à vero aberrantium, sed continentem orationem seruet propriam Scholæ.

XII. Porro vt constet, nos in his Vindicijs Historicis Scientiæ Mediæ non fingere hostes, quos feriamus, è verbo ad verbum transcribimus Authores, quibus respondemus. Et curamus quidem exequi quod religiosè, prudenterque monet Ludouicus Carbo *in Introductione ad Sacram Theologiam Lib. 5. Cap. 28.* * Si quid in alienis corrigendum invenerit, corrigat, & cum quodam honore refellat. Possumus enim aliquem summis laudibus ob doctrinæ magnitudinem ornare, & tamen in eo aliquem nevum notare, cum pro contumelia haberi non debeat, hominem interdum falli, & hallucinari posse. Et quod huc pertinet, abstineat à conuitijs, & si quempiam grauitè lapsū fuisse viderit,



viderit,

viderit, non ei succenseat, sed meminerit, se esse hominem, ac proinde se quoque errare posse. Id si fecerit, neminem experietur adversarium, apologiarumque scribendarum odiosum laborem subterfugiet. Contrà verò, si quis quæ ipse docuerit, aut scripserit, alius non temerè confutavit, id nõ agrè ferat, & quam sibi vult ad alios confutandos facultatè cum ratione dari, eam alijs in se tribuat. Quod si fecerit, Theologorum facillè principem imitabitur Augustinum. * Hæc Ludovicus Carbo, dignissima tanè, quæ sciuntur, & obseruentur à Theologis, ut & illa, quæ ad 2. S. Petri Cap. 3. v. 15. habet noster Cornelius à Lapide, * Mirare hic, & imitare candorem, humilitatem, integritatem, & claritatè S. Petri, qui diuini honoris studiosus, sui negligens, adeò dilaudat, in iò canonizat Epistolas S. Pauli, (de quo ait, *Sicut est charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis*) cum tamen sciret S. Petrus, in ijs se taxari, suumque errorem, & lapsum toti orbi pro palati. Nam Gal. 2. 11. de eo sic scribit S. Paulus, *Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem eius restitit, quia reprehensibilis erat.* Notent hæc Doctores, & Scriptores, qui aliorum dicta, & scripta, suis contraria, vituperant, impugnant, dilacerant. * Et quidem maledictis, conuitijsque paginas implere, non est, iudicio Origenis Lib. 1. contra Celsum, disputatoris, sed plebeium, & indignum Philosopho (multòque magis, Theologo) vitium, & furoris indicium, cum deberet rem propositam examinare candidè, & quantum fieri potest, nihil ab ea discedere.

XIII. Quod officium in disputationibus de Auxilijs, & Scientia Media obit integrè, atque innocuè Academia hæc Salmanticensis, mater omnium scientiarum (cuius in gremio scribimus) nam multis ab hinc annis nec in lemmatibus prælo datis, neque in eorum defensione, aut impugnatione lectum, auditum ve est vllum verbum non modo conuitiosum, sed neque inurbanum, & cum acriter, ac feruidè in vtramque partem tertio quoque die disceptetur, tuentibus alijs Thomistarum, alijs Societatis nostræ opinionem toto ingeniorum conatu, retinetur tamen ea moderatio, quæ decet sapientissimorum, grauissimorumq; Theologorum congressum, & quæ è decoro est principis

Aca-

Academiae Hispaniarum.

XIV Nuperque præbuit eiusdem moderationis præclarum specimen Illustrissima Academia Duacensis in Belgio, nam editis à non nemine pro Baccalaureatus petitione Assertionibus de Prædestinatione, in quibus inter alia dicebatur, *Pactum initum cum Christo de gratia danda infallibiliter facièti quod in se est ex facultate naturæ, est inuentum Molinisticum, ideoque fictitium,* Sacra Facultas Theologica anno 1662. die 29. Martij prohibuit, ne illa Thesium pars sustineretur. Vnde spectatissimus Docteur, qui concertationi præsidebat, imposuit Venerandæ Facultatis nomine silentiù Baccalaureo inchoanti argumentum aduersus partem illam. Sic ad me scripsit R. P. Iacobus Platelius nostræ Societatis, oculatus testis fidedignus, quem typis data Synopsis Theologici sui Cursum consummatè doctum pervulgat in theatro litteratorum. D. etiam D. Henricus de Curt, ex antiqua, & apud Flandros prænobili Curtiorum familia, Docteur Theologus Duacensis, & Præses clarissimi Seminarij Turrianis, Vir, in quo Theologia, & aliarum disciplinarum multæ, atque exquisitæ conduntur gaze, monuit me per litteras, Academiam Duacensem non modo agrè tulisse lœdora contra sententiam nostram, sed etiam scripsisse, & signasse anno 1646. die 10. Maij publicum testimonium, & elogium pro eius probabilitate. Namque attentissimè consideratis decem de libero arbitrio, gratia Dei, atque scientia Conclusionibus, continentibus nucleum opinionis Societatis, decreuit sic, *Hæ Conclusiones, & his necessario annexæ, cum præmotiones gratiæ, liberum arbitrium necessitantes antecedenter, respiciant, & vires primas efficaces in quocumque statu tribuant gratiæ ad actum meritovium, quæ vires gratiæ agentia libera discernant in actu secundo, licet discretæ non fuerint in actu primo; cumque de diuina præscientia altè sentiant, videlicet Deum præscire, si poneretur sua ipsius volitio de medijs, vel gratijs, aut quæpiam alia conditio, quid ex vi causæ necessariæ, vel liberæ sequeretur necessario, vel liberè; ac fateantur, usum bonæ gratiæ, si à Deo daretur, præscitum conditionatè, nullam esse causam meritariam, ut absolute detur, sed finalem di-*

taxat

taxat

taxat. Ha, inquam, Conclusiones nulli errori sunt affines, sed Catholica, religiosa, pia, solida, & cōtra hæreticos, aliosue à Patribus Societatis Iesu à quibuslibet defendi possunt. Actum Duaci 10. Maij 1646.

Has Conclusiones nulli errori esse affines, &c. ut supra, confirmo S. Theolog. Facultatis Decanus pro tempore 25. Iulij anno 1650. Valentinus Randonr, prout censui cum alijs 10. Maij 1646. S. Theol. Regius Professor, & Doctor creatus anno 1633.

Idem confirmo Georgius Coluenerius S. Theol. Doctor, & Professor.

Theodorus Van Couerden S. Theol. Regius Professor, creatus Licent. anno 1615. Doctor anno 1620. cum seq.

Matthias Nauens S. Theol. Doctor Canon. Theol. Tornacensis.

Nicolaus Le Long S. Theol. Doctor, & Regius Professor, creatus anno 1619. Doctor anno 1633. Hac cēfura Duacensis Academia, ætate, & sapientia pro- uectior, reformauit aliam minus fauorabilem, quam circa annum 1586. edixerat subscribens Louaniensi Academiae colenatissima, ut referam suo loco.

XV. Ne verò remaneat vllum dubium de comprehēsa Scientia Media sub nouiori hac cēfura, placeat transcubete Conclusiones septimam, & octauam. Quarum tenor is erat: septimæ quidem, *Scientia conditionata quædam admittenda est, qua præsciat Deus, an liberum arbitrium, relictū sibi cum communibus auxilijs, sit in talibus circumstantijs peccaturum, an verò substantiam actus peccaminosi suspensurum, si voluerit ipse Deus liberū arbitrium in ijs circumstantijs constituere? ut que id præuideat Deus, nullo opus habet decreto sua voluntatis præexistenti absolute & tali scientia præuio, sed sola opus est volitione Dei conditionata, quam expressè significat Tō si voluerit, &c. uti si apponatur quapiam alia conditio. Octaua Conclusio talis erat, Per huiusmodi scientiam similiter præuidet Deus, an si ipse vellet dare tales, vel tales gratia præuenientis vires, liberum arbitrium per eas flecteretur, ac determinaret se ipsum ad cooperandum actum*

actum meritorium, an verò id ipsum liberum arbitrium gratiam excitat emfrustraturum sit, ac futurum, ut operationem oblatam respuat, denegās ei cooperationem vitalem propriam? ut que id præuideat Deus, nullo opus habet decreto sua voluntatis existenti absolute, & tali scientia præuio, sed satis est, si conditionem decreti sui possibilem prænoscat, ut ceteras condiciones. Omitto Conclusiones priores, & posteriores, ne longior sim, quam toleret Lectoris patientia. Earumque vice addo breuem periodum aliarum Conclusionum de Deo vno, & trino, Præsede R. admodum D. Claudio I Anuin Manasterij S. Vedasti Ordinis Benedictini Religioso, Professoreque sapiētissimo Sacre Theologie, propugnatarum à M. Ioanne Martini, Duacensi, apud Collegium celeberrimum eiusdem S. Vedasti, die 6. Augusti anno 1655. in quibus post traditam de Scientia Media doctrinam, Authori nominis defertur beneuolentissimè honor his verbis, *Et quoniam scientia diuina futurorum liberorum conditionatorum non est more Intelligentia, nec more Visionis, rectè Mediam dixit, quicumque dixit: ut eq. titulo Authori laudes potius, & gratia debeantur, quàm contumelia.*

XVI. Quæ verba reducunt mihi in memoriam incepti sermonis filum; quod scidi; nempe obligationem, qua me obstrictum nosco euitandi dicacitatem, mordacitatemque indignam certè Theologo, eum etiam laceffitus respondet. Et vel de Aduocatis in causa ciuili dicitur l. *Quisquis 6. Cod. de Postulādo, Ante omnia autē vniuersi Aduocati ita præbeāt patrocinia iurgantibus, ut non ultra, quàm litium poscit utilitas, in licentiam conuertiendi, & maledicendi prorumpant; agant quod causa desiderat temperent se ab iniuria. Nam si quis ad id procax fuerit, ut non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patietur: neque enim conuenientia commodanda est, ut quisquam negotio derelicto, in aduersarij sui contumeliam aut palam pergat, aut subdole. Sic Imperatores Valentinianus, & Valens. Absit, ut simus, quod execrabatur Ennius apud Gellium Lib. 20. Cap. 9.*

Haud doctis dictis certantes, sed maledictis.

Auer-

Auertatque Deus, ut meus calamus in probra, aut etiam in vllum verbum, quod vel leuiter temeret charitatem, dilabatur.

XVII. Rursus concedat diuinum Numen, ut candidè veritatem quæram, & aperiam: à qua si citra meum animum deflexerim in inuestigatis hinc, & inde, ut quorundam falsas (citra suam etiam mentem, sic credo) narrationes elidam, paratus sum fateri, & corrigere meum errorem, quem aut ipse per me denuò recognoscam, aut ab alijs admonitus; homo enim sum, & falli possum; maximè in ijs, quæ ad factum pertinent; quanquam & in ijs omnem, quam potui, adhibuerim diligentiam, ne quidpiam scriptis committerem inconsultè, præterquam res habuerit. Vnde etsi nonnulla prioris editionis fuerint à quibusdam incusata falsitatis, spero, labem hanc fore à me penitus eluendam, productis testimonijs, quæ fidem non tantum faciant, sed extorqueant. Et nunc non silebo, prædijisse defensas Duaci anno 1662. die 2. Augusti, in insigni S. Thomæ Collegio quasdam Conclusiones à P. Fr. Casselet, Præsidi R. Admodum, & doctissimo P. Fr. Dominico Brundan, Regente sanctæ Theologiæ in Studio generali sacri sui Ordinis Fratrum Prædicatorum, quarum vna hæc erat, *Quam autem parum fideliter dixerit P. Gabriel de Henao, Illustrissimum hunc Magistrum (scilicet D. D. Fr. Franciscum de Araujo, Episcopum Segouiensem, & olim in Academia Salmanticensi Primariæ Cathedræ Theologicæ Moderatorem) asseruisse prædeterminationes physicas esse alienas à mente D. Thomæ, patet ex ipso et Araujo, eodem tom. pag. 510. ubi sic loquitur, Sed de D. Thomæ perspicuum est, illum solum denegasse Deo modum prædeterminandi voluntates humanas, quem dicimus alligationis, seu coactionis, quo scilicet prædeterminat causas naturales, & necessarias ad vnum, quia in alijs locis, ut vidimus, prædeterminationem absolutam, & efficacem causarum liberarum admittit. Quid clariùs dici potuit ad asserendum, prædeterminationem physicam esse de mente D. Thomæ & quid conformius potuit adferri ijs, quæ iam tradidimus. Ita in ea Conclusionem. Sed me valde fideliter*

in Euent. 8. n. 47. dixisse, Illustriss. Araujū asserre quædam S. Thomæ verba quæst. 6. de Verit. art. 3. clamareque, esse manifesta contra phisicas prædeterminationes, dubitare nō poterit, qui legat Illustriss. Araujū tom. 2. in 1. 2. quæst. 111. art. 5. dub. 6. n. 43. §. Vnde pag. 467. editionis ex Officina Melchioris Sanchez, anno 1646. Nam cum scripsisset, Ego planè non video, quæ cū probabilitate possit affirmari, B. Augustinum de phisica, & non de morali voluntatis humanæ prædeterminatione in his locis sermonem fecisse; subiungit immediate, Vnde crediderim, me in hac sententia Augustinum sequi. Neque verò putò, me à S. Thomæ doctrina recedere. Nam quæst. 6. de Verit. art. 3. ita dicit, Liberum arbitrium deficere potest à salute, tamè in eo, quem Deus prædestinat, tot adminicula præparat, quod non cadat, vel si cadat, quod resurgat, sicut exhortationes, suffragia orationum, donum gratiæ, & alia huiusmodi, quibus Deus adminiculatur homini ad salutem. Hæc S. Doctoris verba manifesta sunt pro morali determinatione tuenda. Prosequiturque Araujus in n. 44. Quartum principale pro nostrâ Conclusionem adest argumentum, quod Theologicis rationibus conflatur. Sitque prima in hunc modum ratio: si necessarium est phisicum hoc prædeterminans auxiliū, ita quod defecto humana voluntas ad operandum non inducitur, nisi huiusmodi antecedenti phisice prædeterminatæ concursu, sequitur, &c. Ex quibus omnibus constat, quam fideliter ego retulerim censuram Arauji de S. Thomæ mente manifestè aliena à phisicis prædeterminationibus. Neque me potuit modicæ fidelitatis notare, nisi qui aut non habuit copiam citati tom. Magistri Arauji, aut qui noluit eum oculis illustrare. Estque mihi primum magis credibile, nam libri, qui in Hispania prælo committuntur, non facile solent transfusi ad nationes exteras.

XVIII. Vnde est tom. 1. in 1. p. qui ex eadem Officina Madritensi Melchioris Sanchez anno 1647. proindeque vno anno post tom. 2. in 1. 2. datus est in lucem, diuersæ iam fuisset sententiæ Illustrissimus Araujus circa S. Thomæ mentem, neutiquam possem ego argui infidelis narrationis, nam quæ in tom. posteriori tra-

re, Eminentissimum Cardinalem Sfortiam Pallauicinu, virum nostra laudatione lōge altiozem, i. p. *Hist. Concilij Tridētini Lib. 8. Cap. 13.* attingere dicta à Petro Suauide de disputatione habita in Concilio Tridētino circa predestinationem; & gratiam efficacem diuinam, ad quæ dicta ego alludam in *Euent. 15. num. 415.* sed suspendens assensum, est enim in multis alijs conuictus faltiloquij Petrus Suauis. De quo quoad indicata pūcta sic fatur Eminentissimus Cardinalis, *Hoc in loco Historicus noster cōminiscitur varia certamina penes articulu predestinationis, & gratiæ efficacis; & quauis id, quod ipse enarrat, valeret ad nouam probationem, ut palā fieret, maiorem Concilij partem sequutam fuisse eam sententiam, cui ego adhareo unā cum uniuersa mea Religione; nihilominus sincere fateor, horum successuum me ne paruum quidem vestigium inuenire.* Hactenus Purpuratus Pater, maximum nostre Societatis decus, cuius verba ex idiomate vulgari Italico trāstuli magna cum fide in linguam Romanam. Estque valde laudāda ingenua illa cōfessio, cum alias posset ex testimonio hominis, qui fuit auersissimo animo à Societate, promouere causam opinionis, quam ipsa impensè defendat, & cū ipsa tantus filius. Porro etsi in Actis Concilij Tridētini à se visis nō repererit scripta à Petro Suauide de disputatione illa; at in libris Theologorū, qui Concilio interfuerūt, dispiciuntur signa quædam, si non clara, saltem crepera, de quibus loquemur in *Euent. proxime designata*, præsertim in eius num. 412. & 417.

XXII. Tandem vt desinam præfari, nam plura de meo his in Euentilationibus sincero animo, atque consilio dicam, cum eis optatum finem faciam, diuino præeunte, & comitante Numine, rogo enixè ipsum, vt diu custodiat sospitem, & incolumem Lectorem meum.



REVE:

REVERENDI PATRIS
GABRIELIS
DE HENAO SOC. IESV.
DE SCIENTIA MEDIA EVENTILATIONES HISTORICÆ.
INGRESSVS

AD EVENTILANDAS FRANCISCI FELICIS, ET RECENTIUM ALIORUM NARRATIONES.

QVID, ET QVA OCCASIONE PER INTEGRVM OPVS
SIT DISSERENDVM? APERITVR
BREVITER.




P. Fr. FRANCISCVS FELIX Minorita, anno 1646. in Tract. de Scientia Dei, scripsit contra Scientiæ Mediæ historiam. Sed mox, ac Felicis liber lucem adspexit, petierunt à nobis amici non nulli doctrina, & prudentiâ probati, vt responsionem tum Felici, tum quibusdam alijs Modernis, quorum opera nuper prodierant, pararemus. Non potuimus non parere amicorum suasionibus; & veritatis amor inflexit animum non sine spe aliqualem gratiam emerēdi apud sinceros eiusdem veritatis amatores Theologos. Relicta igitur nunc Disputatione Scholastica de Scientia Media, sed ita quidē vt viam ad eam muniamus, attingemus tantū in illa, quæ ad historiā spectant, nam ad alia e vulgata à R. P. F. Antonio de Matre Dei, seu de Oliuera (quod fuit eius in statu seculari cognomentum) Carmelitano Discalceato (qui sub Salmanticensis sui Collegij nomine tres tomos edidit *Cursus Theo-*

A

Theo-

²Theologici) & à R. P. Fr. Ioanne de S. Thoma ex Dominicano Ordine, teruntur omnium manibus, qui plenè, ac plenè satisfacere P. P. Paulus Leonardus Sherlogus, Ioannes Martinez de Ripalda, & Franciscus Annatus Societatis nostræ præstantissimi Scriptores; sed quorum primus dissimulavit suam vitæ institutæ. Multa tamen ex Antonio de Matre Dei, & Ioanne Thomæ sicut velut per transennam denuò refutabimus. Nulli parcemus labori, ut omnibus vestigijs veritatem queramus; quæ si inveniatur, nihil ipsa est ad defendendum tutius, nihil ad dicendum facilius, ut in 3. p. Pastoralis cap. 1. admonitione 12. notabat S. Gregorius Magnus. Curabimus etiam impense, transversum unguem non discedere nedum ab charitatis Christianæ, sed etiam ab modestia, & urbanitatis regulis, tum quia strictissimo iure id exigit professionis nostræ Religio, tum quia sumus responsuri hominibus Religione, sapientiaque gravissimis, & quos observantissimè venerari debemus. Habebantur olim in templo Pacis disputationes, prout ex Galeno observat Mercurialis lib. 1. variar. lect. cap. 13. sicque significabant veteres illi, componi rectè posse disputationes, et pacem voluntatum. Nos ne hæc vel tantillum ledatur, cavebimus oppidò quàm intenti, & quasi mille oculis. Quòd si aliquali cum acrimonia partes nostras tueamur, scitum est illud S. Thomæ 2. 2. quæst. 38. art. 1. in corp. si contentio dicatur impugnationis falsitatis cum debito modo acrimoniæ, sic contentio est laudabilis, quippe non aliter res possint examinari, neque aliter possit in lucem erui veritas, quæ lateat, aut superinductis tenebris fuerit obnubilata. Quæ etiam ex causa pijsissimi, eruditissimique Doctores aduersi nonne & suam adhibens acrimoniæ? Vt inam inter nos disputemus, ut cum Deo Job cap. 13. v. 3. de quo S. Thomas supra ad. 4. ait, non intendisse veritatem impugnare, sed inquirere, neque circa hanc inquisitionem aliqua in ordinatione vel animi, vel vocis fuisse usum. Agedum, & ventilabrum in manus assumamus, ut qua diligentia possimus, in nostra hæc de Scientiæ Mediæ areatriticum à palea discernamus.

EVEN.



EVENTILATIO I.

NARRATIONVM FELICIS!

AN ANTIQVIORES DOMINICANI NEGARINT cognitionis diuinæ erga futura contingentia conditionata infallibilitatem? Consuluntur grauisissima multorum Doctorum testimonia.



IN PRIMIS FELIX Cap. 6. diff. 1. n. 2. repetit ex Thomasio, nunquam PP. Dominicanos admisisse in Deo coniecturalem no-

titiam futurorum contingentium conditionatorum.

Sed audiatur in contrarium P. F. Angelus Marrique Congregationis Cisterciensis Hispaniæ emeritus Generalis, & Academiæ Salmanticensis in Sacra Theologia Princeps, ac Primarius Antecessor, postquæ Pacis Augustæ Illustrissimus Antistes, qui lib. 3. Controu. 24. cap. 1. n. 8. sic loquitur, [Primis annis de notitia sola conditionali certatum est inter utrosquæ Authores (Dominicanos scilicet, ac PP. Societatis) & an admittenda, an neganda esset in Deo? Quippe ea (omnino certa, atque infallibili) a PP. Dominicanis, & eorum sectatoribus penitus negata, non erat opus ad media pertransire.] Rursus Cap. 2. n. 1. ait, [Post scientiam conditionatam in Scholis inventam primus aduersæ partis impetus fuit, eam esse omnimodis ablegandam.] Et paulò post, [Certè quo tempore hæc nos dictabamus in nostro Palatiolenti Lyceo, anno, ni fallor, 1606. & longè post, nullam aliud de hac re occurrebat dubium, nisi indirectè, & quasi ex occasione.] Hactenus sapien-

tissimus Theologus Scientiam Mediæ illustrans integro ferè iusto volumine, quod maturè typis importuna Authoris mors anno 1649. nobis distulit, sed non abstulit, seruator namq; in Collegio Cisterciensi S. Mariæ de Laureto, apud Salmanticam. Vidimus volumen illud, communicante nobis humanissimè R. P. Fr. Michaeli de Fuentes Magistro Laureato Salmanticensi, & Cathedralis S. Thomæ Prælectore, magni ingenij, & eruditionis Theologo, dignissimoque quondam Auditore Illustrissimi Antistitis: cuius nomen, laudesque æternabunt, & cuius Opera Theologica, si, ut commune votum litteratorum est, prodeat in publicum, accedantque alijs iam editis de sacris litteris, Historijs, Annalibusque Cisterciensibus, inuidebit posteritas nostræ ætati, quæ virum tulit adeò absolute doctum.

4 Deinde audiatur Hieronymus Viues Dominicanus, Disp. 3. contra Scientiam Mediæ disp. 1. num. 2. inquiens, [Quamuis aliqui ex Doctoribus Thomistis referantur docuisse, Deum non cognoscere infallibiliter futura contingentia conditionata, infallibilitate, inquam, tam ex parte subiecti, quàm ex parte obiecti (quorum sententiam nulla nota dignam, neque improbabilem esse ostendat infra Disp. 19. quam tu videas) tamen magna controuersia supradicta, Romæ coram

Sanctissimo exagitata, pro comperto supponit ex communi vtriusque partis consensu, prædictorum conditionatorum futuritionem infallibiliter à Deo cognosci.] Sic Viues anno 1654. qui oblitus est implere promissa, & quem refutabo in *Euent.* 2. quoad illud de quaestione disputata in præsentia Pontificis Maximi. Quæ verò dixit, satis sunt, vt ex cõfessione recētissimi Thomistæ, agentisque diffusius, quam quispian alius, de scientia diuina futurorum contingentium cõditionatorum, nolcatur contra Felicē, & contra Ioannem Thomastum, nō fuisse *foliorum sonitum*, atque *inanes umbras*, *futilisque victorie decantationem*, quod scripserant aliqui è Societate, scilicet Thomistas nouiores dissentire iam à nonnullis antiquioribus, qui Deo attribuerant notitiam non vndequaue infallibilem illorum futurorum.

5 Est que attentè notandum, ipsum Viuem *Disp.* 2. *dist.* 5. Marcum Serram, 1. p. q. 14. art. 13. *dub.* 4. §. *secunda pars*, *dub.* 7. §. *Aduertendum*, *dub.* 6. §. *Ad 1.* & sapientissimum quendam Magistrum Salmanticensem, in *Tract. de diuina scientia futurorum contingentium conditionatorum dictato ex die S. Lucæ anno 1643.* *Disp.* 1. *dub.* 2. §. 2. & seqq. defendere, et si Deus pro signo posteriori ad decretum subiectiuè abolutum, & obiectiuè conditionatum de conuersione Tyrriorum cognoscat eam certò, & infallibiliter, certitudine, & infallibilitate tenente se ex parte Dei cognoscentis, & ex parte obiecti cogniti; tamen prioriori ad decretum illud non cognoscere certò, & infallibiliter, certitudine, & infallibilitate ex parte obiecti cogniti, sed tantum coniecturaliter, & probabiliter exinde. Quod dictum antea fuerat ab Agonista Dominicano, qui cum Ferdinando Bastida è Societate nostra pugnavit litterariè coram Summo Pontifice, vt narrabo in *Euent.* 2. vbi transcribam argumenta, quibus Bastida illum impugnavit, & ego contra præfatos Dominicanos, & contra Petrum Cabreram Hieronymianum inuentem simile quid *infra num.* 25. addam non nulla in hoc *Tract. & in alio de Scientia Media Delineatione Theologica.*

6 Tertio audiatur Ioannes Gonzalez de Albelda Dominicanus,

qui Romæ præfens fuit *Disp.* de Auxilijs, & edidit suum opus anno 1621. Egregius is Thomista, 1. p. q. 14. art. 13. *Disp.* 44. *sect.* 2. n. 8. scribit de sententijs circa cognitionem diuinam futurorum contingentium conditionatorum, [Prima sententia est aliquorū iuniorum Thomistarum, qui dicunt, quod eiusmodi futura solum cognoscuntur à Deo coniecturaliter, vel certitudine quadam morali, non autem certitudine logica, aut metaphysica, excludente omne dubium ex parte rei cognitæ. Existimant enim, quod solum cognoscuntur à Deo ex vi connexionis cum conditionibus præsuppositis, ac subinde cum connexio eiusmodi non sit formalis, seu necessaria necessitate illationis, non cognoscuntur certò, & infallibiliter, sed solum coniecturaliter, vel quadam certitudine morali, maiori, aut minori, iuxta maiorem, aut minorem connexionem cum conditionibus præsuppositis.] Sic Gonzalez. En aliqui iuniores Thomistæ putabant, ea futura non cognosci à Deo nisi cõiecturaliter, vel certò moraliter ex parte ipsorum, seu ex parte rei cognitæ.

7 Adijcit subinde Gonzalez *num.* 10. [Secunda sententia est, quod Deus certò, & infallibiliter certitudine tenente se non solum ex parte cognoscentis, sed etiam ex parte obiecti cogniti cognoscit eiusmodi futura. Quam sententiam tuentur non solum discipuli multi D. Thomæ, sed etiam Recentiores supra citati; diuersimodè tamen. Nam discipuli D. Thomæ dicunt, Deum certò cognoscere eiusmodi futura ex præsupposito decreto libero suæ voluntatis circa illa: prædicti autem Recentiores dicunt, Deum illa certò cognoscere antecedenter ad decretum liberum circa illa, in se ipsis, per quandam Scientiã Mediã *Disp.* seq. à nobis impugnamdam. Sed quod ad præsens attinet, hæc secunda sententia generaliter sumpta quantum ad id, in quo tam Thomistæ, quam Recentiores in illa conveniunt, videlicet quod eiusmodi futura sint certò cognoscibilia à Deo, probatur primò, &c.] Hæc Gonzalez, in quibus vides memorari alios Thomistas discordes ab illis prioribus, & concordēs cum recentioribus non Thomistis (qui sunt Societatis Doctores allegati antea à Gonzalez) quoad cogni-

cognitionem diuinam certam, & infallibilem futurorum contingentium conditionatorum in se, seu secundum se, vel ex parte rei cognitæ; ita vt certitudo, atque infallibilitas non se teneat tantum ex parte Dei cognoscentis.

8 Consentitque cum his Thomistis, & cum Nostris Gonzalez, vt declarat in *num.* 14. dicens, [Deus cognoscit certò, & infallibiliter hæc futura conditionata, certitudine tenente se non solum ex parte cognoscentis, sed etiam ex parte obiecti cogniti. Et loquimur in hac conclusione, non de certitudine morali, sed de certitudine logica, aut metaphysica.] Quam conclusionem probat eisdem ferè argumētis, quibus nos utemur in *Delineatione Theologica Scientia Media*, respondetque argumentis in contrarium *num.* 20. & 21. *pag.* 501. & 502.

9 Quarto Alfonso de Luna Dominicanus, in *Observationibus ad 3. p. Magistri Medicinae de Incarnatione, quæst.* 1. art. 4. *pag.* 92. agens de futuris illis conditionatis, [an veniret Christus, si solum esset peccatum actuale, an si ante Adamum crearetur alius homo, essent amici?] dixit de secundo, esse solum verum cõiecturaliter. Vnde infertur, esse affirmabile à Deo vt solum verum coniecturaliter. Magister Luna fuit Cathedralis Scoti, & Durandi in Academia Salmanticensi Moderator, de quo Didacus Alvarez, *lib.* 1. *Respons.* cap. 1. n. 38. & Alfonso Fernandez in *Notitia Scriptorum Prædicatoria familiae pag.* 319. Seruatur in Bibliotheca Regalis nostri Collegij Salmantini liber Magistri Lunæ impressus Salmanticæ apud Ioannem, & Andream Renaut fratres anno Domini 1597. non dum transactis novem annis post editam à Ludouico Molina concordiam liberi arbitrij cum gratiæ donis.

10 Quinto ipse Ioannes de S. Thoma 1. p. q. 14. *Disp.* 20. art. 1. §. *Certe*, *pag.* 611. refert, aliquos ex antiquis Thomistis non admisisse dari in Deo decreta absolata subiectiuè, & conditionata obiectiuè, saltem pro omnibus combinationibus, quæ circa futura contingentia conditionata fieri, & multiplicari possunt in infinitum. Dixerat autem ex consensu tam antiquiorum, quam nouiorum Thomistarum, nulla

futura contingentia conditionata esse certò cognoscibilia sine decreto Dei, & antecedenter ad illud. Ita *initio* §. Quibus verbis significat, fore incerto, & coniecturaliter cognoscibilia illa, circa quæ Deus non habeat decreta iuxta eos aliquos ex veteribus Thomistis. Vnde doctissimus Dominicanus Salmanticensis *suprà* memoratus adhærens Thomasio ait, *Dub.* 2. §. 1. de Thomistis illis, cum non admitterent decreta circa cunctas combinationes possibiles, idè affirmasse, non omnia futura contingentia conditionata cognosci à Deo omnino infallibiliter, sed plura certitudine solum morali, aut coniecturali obiectiuè. Addit que, Thomasiū *art.* 2. *in solutione ad vltimū*, & alios ex Thomistis in *MSS.* existimare, ea futura contingentia conditionata, quæ in Scriptura sacra reuelantur, vel cū rebus huius Vniuersi habent aliquam connexionem, cognosci certò, & infallibiliter à Deo; de cæteris autem circa omnes combinationes possibiles rem esse dubiam.

11 Sed et in eo loco Thomasi *ex art.* 1. ponderanda sunt verba, quæ subiicit ex illorum Thomistarum sententia, [Sed si qua (inquit) decreta dantur, solum sunt circa aliquas veritates, quæ ad præsentem providentiam Dei spectant: sed neque hoc esse ita certum, quin possint aliqua Scripturæ loca exponi in sensu probabili sine talibus decretis conditionatorum.] Sic Thomastus. Cuius ex verbis deducitur, fuisse probabile iudicatum à nonnullis præfatis Thomistis, quod sine prædictis decretis, & proinde sine cognitione diuina certa, & infallibili possent explicari futura contingentia conditionata pertinentia etiam ad præsentem Dei providentiam, & enuntiata in sacris litteris. Quod si enuntiata, ergo cognita: non certò, & infallibiliter, vt præmissis; ergo incertò, & fallibiliter.

12 Idem Thomastus *art.* 2. §. *Dico* 2. *pag.* 620. ait, [Convenimus cum aliquibus antiquioribus Thomistis in eo, quod futura contingentia conditionata, ex se ipsis præcisè, & omni decreto Dei remoto, non fundant cognoscibilitatem certam, & infallibilem; sed vel coniecturalem tantum, si conditio posita condacat, & inclinet ad effectum aliquo modo: Recedimus tamen ab his, qui recitabant concedere

decreta Dei libera circa talia obiecta conditionata.] Hucusque ille. Ergo fuerunt antiquiores Thomistæ, qui negantes decretum Dei liberum absolutum subiectiue, & conditionatum obiectiue circa poenitentiam Tyrionum v. g. exillimarunt, hanc non esse certò, & infallibiliter cognoscibilem à Deo, sed tantum coniecturaliter, atque ita tantum fuisse cognitam à Deo. Vnde ex testimonio Thomasi compertum habemus id, quod asseruimus de attributa Deo à nonnullis Thomistis, initio controuersie, cognitione coniecturali futurorum contingentium conditionatorum.

13 Imò Thomasius *art. 1. §. 6. ex predictis, pag. 609.* ubi stomachatur contra Nostros, eo quòd aliquibus Thomistis attribuant id, quod ipse postea adscripsit, ait, [Si qui Thomistæ, viri doctissimi, asserunt, uòdari in Deo scientiam talium conditionatorum certam, & infallibilem, loquuti sunt ex parte obiecti materialis, & secluso omni decreto Dei; nunquam tamen concedunt Deo scientiam talium conditionatorum coniecturalem, & fallibilem ex parte ipsius Dei cognoscentis. Hoc enim adeo manifestam imperfectionem de se asserit, quòd nullus, nisi dementissimus, possit id attribuire Deo, & quod si dictum fuisset à Thomistis, non modicam bilem mouere posset etiam bene animato pectori, & in illos horrorem incutere, si ita crudè difficultatem hanc tractassent, & resoluisent] vt addit Thomasius *in §. ceterum, pag. eadem.* Quare non defuerunt Thomistæ, qui adstruxerint in Deo coniecturalem cognitionem.

14 Et quidem cum Thomistæ antiquiores non deuenissent in cogitationem de decretis diuinis absolutis subiectiue, & conditionatis obiectiue circa omnia futura contingentia conditionata, & fortè aliqui circa nulla (vt ex anno 1596. deuenit Magister Didacus Alvarez, prout de se narrat *lib. 1. Respons. cap. 4. n. xj.*) deficiebat iuxta ipsos radix, aut constitutum futuri-tionis contingentis conditionatæ, & medium, in quo cognosceretur certò, & infallibiliter à Deo ipsum futurum, secundum se. Vnde dicere debebant, Deum habere cognitionem, per quam assereret, non quidem futurum, se-

cundum se, sed probabilitatem desumptam, & inuestigatam ex casualium inclinatione: quæ intellectui creato esse poterat fundamentum ad cognitionem subiectiue, obiectiueque coniecturalem de futuro; sed Deo non erat nisi ad cognitionem obiectiue tantum coniecturalem, & probabilem, quatenus Deus non posset de ipso futuro, secundum se, affirmare, vel dicere certò, & infallibiliter, fore, vel non fore, posita conditione, etsi posset certò, & infallibiliter affirmare, ac dicere eius vt in causis probabilitatem; quod est, esse subiectiue tantum certam, & infallibilem diuinam cognitionem affirmantem, ac dicentem eam probabilitatem. Quod apte elucidari potest exemplo illo relato à Diogene Laertio *lib. 7. de vitis Philosophorum*, namque orto sermone aliquando de opinione sapientis, Spheroque (Bolphorano, discipulo Cleantis) illum negante opinari, volens illum Rex (Ptolomæus Philopator) arguere, mala Punica cerea iussit apponi: Sphero autem decepto, exclamauit Rex, fallaci illum dicens consensisse phantasia; ad quem Sphærus promptè, ac paratè sic respondens ait, consensisse non esse eam mala Punica, sed probabile esse mala Punica esse, differre autem comprehensibilem phantasiam à probabili.

15 Sextò Balthasar Nauarrete Dominicanus, *tomo 1. in 1. p. q. 14. art. 13. Controu. 36. §. 2. conclus. 6.* scribit, [Ex hac cõclusionem sequitur, quòd quando Deus prædicat futura sub conditione explicata, illa prædictio & potest referri ad futura in se ipsis, & sic non habet infallibilitatem propter rationes adductas, quia scilicet res in se nunquam habent infallibilitatem. Præterea potest referri ad res secundum quandam proportionem ad alias, quæ infallibiliter euenerunt, positis eisdem conditionibus, & sub eisdem circumstantiis, & sic potest dici, quòd Deus infallibiliter prædicat talia futura, & infallibiliter ea cognoscit sub illa eminentiori ratione.] Sic Nauarrete.

16 Cuius sententiam referens Gonzalez *suprà, num. 12.* inquit, [Tertia sententia est, quam tenet Nauarrete *Controu. 36.* ubi dicit tria. Primum est, scientiam istorum futurorum conditionatorum non esse formaliter in Deo, sed solum eminenter, seu virtualiter. Secundum est, hanc scientiam diuersis

diuersis rationibus esse coniecturalem, & certam. Sic asserit Conclaf. 6. Vbi etiam hanc Scientiam appellat Mediam. Tertium est, diuinum decretum circa hæc futura non esse in Deo formaliter, sed solum virtualiter.] Ita Gonzalez.

17 Nec dissimiliter Blasius Verdu Dominicanus *in Relectione contra Scientiam Mediam fol. 13.* dicens, [Non laudo eos, qui affirmant, quòd Deus habet coniecturalem cognitionem eminenter, vel Scientiam Mediam eminentem, &c.] Quæ verba protulit Verdu contra Nauarrete, de quo plura P. Mathias Borruil, *Disp. 4. de Scientia Media, sect. 1. n. 240. & seqq.*

18 Septimò Petrus de Ledesma Dominicanus *in Tract. de diuina Gratia Auxilijs impresso Salmaticæ anno 1611. sed cuius edendi obtenta fuerat facultas Prioris Prouincialis anno 1601. Disp. 2. affini de Scient. futur. conting. Diff. 2. pag. 573.* inquit, [an effectus sub conditione futuri (qui & futuri conditionaliter dicuntur) secundum hanc rationem sumpti, possint cognosci à Deo certò, & infallibiliter, sicut que capaces, vt diuinam cognitionem terminare queant, prius ratione, quam Deus de illa conditione aliquid decreuerit?] Circa quam quæstionem proponit argumeta in vtramque partem, præmittit quatuor suppositiones, & pag. 574. inquit, [In hac difficultate sunt duæ oppositæ sententiæ inter Doctores. Prima sententia est affirmatiua, videlicet quòd in Deo verè est scientia certa, & infallibilis futurorum conditionatorum. Hanc sententiam tenent quidam moderni Theologi, qui non sunt ex Schola D. Thomæ, vt Molina, Gregorius de Valentia, Vazquez, Suarez, Pererius, Stapletonus, & quidam alij ex neotericis Theologis docent, hanc sententiam esse eligendam, in quo quidem apertè significant, quòd hæc sententia, quamuis non sit certa, est tamen probabilior.] Post quæ recitat Ledesma varios modos defendendi primam hanc sententiam, & pag. 579. accedens ad secundam ait, [Secunda sententia est omnino huic opposita, quæ quidem docet, quòd in Deo non reperitur talis scientia conditionata istorum futurorum conditionatorum. Docet enim ista sententia, quòd potest Deus per coniecturas aliquo modo cognoscere, quid causa libera faceret, si in

tali occasione cum illis, vel illis conditionibus constitueretur, non tamen potest certa, & infallibili scientia id cognoscere: atque adeò potest quidè Deus iudicare, quid foret verosimilius, vel probabilius in tali euentu; non tamen potest definitum iudicium ferre, hoc esset, aut erit, si illud fiat, seu fieret.] Pro secunda hac sententia sic declarata conatur inducere Ledesma Caietanum, Scotum, & eos, qui asserbant, non esse apud Deum absolutam, & efficacem intentionem dandi electis gloriam, atque adeò nequè esse certum numerum adultorum, qui eam sunt consequuturi ante præuisionem operum: & addit pag. 580. [Hanc sententiam insinuat Catharinus Opusc. de Prædest. p. 2. circa finem, Iansenius Cap. 47. Concordiæ tractans illa verba, Si in Tyro, & Sidone, &c. Hanc sententiam sequuntur omnes discipuli D. Thomæ, qui hac tempestate interpretantur illum, & omnes, qui sequuntur eius doctrinam in materia de Auxilijs diuinæ gratiæ. Imò pro hac sententia possumus adducere omnes antiquos Theologos. Nam vt fatentur isti moderni Theologi, qui non sequuntur doctrinam D. Thomæ, vt Molina, Suarez, & Vazquez, & alij huiusmodi, apud antiquos Theologos non reperitur aliqua alia Scientia Media, nisi sciencia visionis, & scientia simplicis intelligentiæ.] Hactenus Ledesma. Ex cuius testimonio satis noscitur, Thomistam tunc temporis in Hispania agnouisse in Deo coniecturalem notitiam futurorum contingentium conditionatorum, & negasse certam, atque infallibilem omnimodis.

19 Quam secundam sententiam amplectitur ipse Ledesma *§. Quinta conclusio pag. 590.* dicens, [Secunda sententia est certissima, taliter vt opposita non sit mihi probabilis. Et hæc conclusio diligentissimè probanda est ex sacris litteris, & Sactis, & ex rationibus Theologicis. Primò probatur ex aliquibus testimonijs sacre Scripturæ, in quibus Deus loquitur de effectu horum futurorum conditionatorum tanquam de re debita, & incerta. In quo clarè significatur, quòd Deus non habet certam, & infallibilem cognitionem horum futurorum conditionatorum.]

20 Nō pergo transcribere plura, nā ex præcitata pag. 590. vsq; ad 605. totus occupa-

occupatur Ledesma in adstruenda cognitione diuina coniecturali futurorum contingentium conditionatorum, & *ex pag. 605. vsque ad 621.* in ea liberanda ab obiectionibus, quibus Authores primæ sententiæ impetebant eiusmodi coniecturalem notitiam. Quo de puncto viri viro, armis arma conferta vedere est in *Disp. 4. P. Mathie Borrull de Scientia Media ex pag. 62. vsque ad 85.* Qui in *sect. 1. n. 244. & 245.* vt & P. Suarez *p. 1. de Gratia, Prolog. 2. de Scientia Conditionata cap. 1. n. 4.* allociant Ledesma Nuñum Cabezudum *3. p. q. 62. art. 5. q. 2.* Raphaelem Ripam *1. p. q. 14. art. 13.* Sed de neutro sum certus, lecta prioris *conclus. 2. pag. 146. responsioneque ad 12. & ad 13. pag. 156. & 157.* lectaque posterioris *Disp. 4. cap. 5. §. Dictum itaque.*

21 Octauo Ambrosius Machin, qui Thomistarum castra solet sequi, *1. p. q. 14. art. 13. Disp. 33. Sect. 1. pag. 288.* scribit, [In hac re prima sententia est aliquorum Thomistarum asserentium, Deum non cognoscere futura cōditionata libera, nisi solum coniecturaliter, vel certitudine quadam morali, non excludente omne dubium.] De qua sententia postea ait, esse falsam omnino, quantum ad cognitionem coniecturalem, at que adeo vel omnino negandā esse hanc scientiam in Deo, vel si adstruatur, non esse ponendam cum tanta imperfectioe. Similiter Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Ioannes Caramuel in *Theologia fundamentali pag. 31. editionis Francofurti anno 1652.* refert sub aliquorum, & antiquorum Thomistarum nomine sententiam de diuina futurorum contingentium conditionatorum cognitione coniecturali. Imò & sub omnium Thomistarum nomine refert Angelus à Montepiloso Scotista *tomo 2. 1. p. Disp. 31. art. 1. n. 9.* ait namque, [Thomistæ omnes cum Aluarez sustinentes, futura conditionata non habere veram rationem futuri, nec differre essentialiter à possibilibus, insurgunt contra nostram sententiam, probantes, in Deo non reperiri certam scientiam futurorum sub conditione; sed eā, quam Scriptura Sacra ei tribuit de sic futuris, tantum coniecturam quandam appellari.] Hæc Montepilosus, peccans per excessum, vt & dum in *n. 8.* pronuntiat, opinionem Thomistarū esse in fide periculofam, & in *n. 4.* eos errare, auferendo simpliciter a Deo hanc determinatā

scientiam obiectiuè, cum satis apertè ex Scripturis sacris veritas hæc colligatur. Moderatiùs dixit Alfonso Briceñus Scotista in *1. Scoti Controv. XI. Disp. & art. 3. n. 53.* sententiam oppositam esse sibi certam contra Ledesmam, Nuñum Cabezudum, & Navarretum, quos citat in *n. 1.*

22 Nonò Ioannes Alfonso Curriel *Controv. 7. in cap. 4. Sapientia agens de futuris contingentibus conditionatis disputavit solummodò, an Deus cognosceret illa certò, & infallibiliter? Pro parte affirmante retulit in n. 8. eosdem, quos ex ipso Ledesmius supra, nempe Molinam, Suarium, Vazquium, Valentiam, Pererium, & Stapletonum; & de negatè ait, à nullo ex Scholasticis traditam tunc scripto sub terminis in titulo propositis, sicut à nullo sub illis fuit disputata. Ipse autem vtramque probabilem reputat, sed primam eligit vt probabiliorem.*

23 Imitatur eum Petrus Cornelius *1. p. q. 14. art. 13. Disp. 3. dub. 2. & 3. aitque in huius principio, priorem esse iam ferè communem etiam inter discipulos D. Thomæ;] quibus verbis significat, non fuisse aliquando, aut non fuisse tã cōmunē. Sequitur vtriusque Doctoris vestigia Antonius de Matre Dei. *p. tract. 3. Disp. 9. dub. 2. §. 4. aduocatque in dub. 2. §. 1. n. 9.* Ledesmam aliosque ex iunioribus Thomistis, & *§. 3. n. 14.* multos, nonque cōtemnendos Theologos, & *dub. 5. §. 1. n. 57.* plures ex Thomistis tam antiquis, quam iunioribus, & *§. 3. n. 66.* aliquos ex discipulis S. Thomæ.*

24 Commendat Curielis operā in hoc negotio, & in vendicandā à cēsurā parte negatè prælaudatus Magister Salmanticensis Dominicanus *dub. 2. §. 5.* vbi conatur occurrere argumentis, quæ pro affirmante parte solent fieri. Et licet in *§. 6.* hanc amplectatur, non tamen vt quæ posset euidenter ostendi, sed tantum vrgentiùs suaderi. Tantis fauor erga aliam partem non leue est iudicium doctrinæ non omnino extraneæ à Thomistis, crescitque suspicio exinde, quòd ipse *Disp. 2. dub. & §. 1.* inquit, [Vidimus Disp. præced. dari in intellectu diuino certam cognitionem horum futurorum: in quo non nihil dissidij inter Nostros advertimus, eo quòd quidam illorum decreta subiectiuè absoluta, & cōditionata obiectiuè reuocabant concedere,

dere, omnibus in hoc consentientibus, quòd si talia decreta admittantur, poterunt hæc futura certam notitiam terminare: lam tamen omnes Thomistæ hæc decreta concedunt, & consequenter diuinam cognitionem omnino infallibilem conditionatorum contingētium admittunt.] Sic ille; et si *Disp. 1. dub. 2. §. 1.* dixisset, Thomistas nunquā inficiatos fuisse vniuersim eiusmodi cognitionem.

25 Decimò Petrus Cabrera, Thomistis valde addictus, *3. p. q. 1. art. 3. Disp. 1. §. 22. n. 368. pag. 301.* decernit, [non omnia futura conditionata cognosci à Deo infallibiliter, & certò cum omnibus suis circumstantijs in particulari, vt sunt ea, quæ ex vi conditionum non sequuntur infallibiliter.] Rursus in *n. 379. pag. 302.* repetit idem ipsum, & in *n. 382. pag. 303.* dicit, [futura conditionata, quæ aliquo modo, non tamen infallibiliter, connectuntur cum conditione posita, ex vi illius conditionis cognosci a Deo probabiliter tantum, & secundum efficaciam, & inclinationem conditionis positæ, certò tamē cognosci in ratione possibilem. Hæc secunda pars est manifesta: Prima pars intelligitur de cognitione non ex parte Dei cognoscentis, qui omnia certò, & infallibiliter cognoscit, sed ex parte obiecti cogniti. Et asserit, talia futura dumtaxat esse capacia probabilis cognitionis.] Sic Cabrera, qui postea cum cognitione probabilis aduocat certam eorundem futurorum, quā posset Deus habere ex vi aliarum conditionū, ad quas infallibiliter sequerentur talia futura, v. g. poenitentiam Tyrionum, quam Deus probabiliter cognouit ex vi prædicationis exterioris, cognosceret infallibiliter ex vi auxilij efficacis, & prædeterminationis, si ipse ad illam Tyrios efficaciter prædeterminaret.] Et de conditione, quæ esset decretum subiectivè conditionatum, loquitur nimis asperè *n. 378: quod n. 385.* emendat, nam quam frivolum appellarat, vocat postea probabilem, sed expositam multis calumnijs; & ideo approbat cognitionem certam, quæ habeatur in essentia diuina cognita, vt obiecto primario, ante omnem determinationem explicitam, & expressam suæ voluntatis.

26 Idem Cabrera *q. 62. art. 1.*

Disp. 12. §. 6. n. 147. pag. 427. ait, [futura conditionata, quæ tantum probabiliter inferuntur, aut nullo modo connectuntur cum conditione, cognosci à Deo probabiliter tantum, & secundum efficaciam, & inclinationem conditionis positæ; certò tamen cognosci in ratione possibilem: Est tamen advertendum, quòd cum dicimus Deum probabiliter cognoscere quædam futura conditionata, talis cognitio non debet expendi ex parte Dei cognoscentis, qui omnia certò, & infallibiliter cognoscit, sed ex parte obiecti cogniti, quia non omnia futura conditionata sunt capacia certæ, & infallibilis cognitionis, vt sunt ea, quæ ex merito terminorum vel sunt repugnātia, vel sunt disparata, quia verè ita se habent in re, & per comparisonem ad causas suas: sed tantum sunt capacia probabilis, & coniecturalis cognitionis. Hoc autem Deus certò cognoscit, novit enim tale, obiectum cognitum nō esse capax maioris cognitionis, quam probabilis.] Hæc ibi. Sed in *§. 7. n. 148. pag. 428.* docet, [esse valde probabile, Deū cognoscere futura cōditionata, vt determinatè futura, supposita conditione, non minus certò, quam cognoscit futura absoluta determinatè, nulla apposita conditione.] Intelligitur autem conclusio de cognitione certa, & infallibili, cui falsum subesse nulla ratione potest, & significat huiusmodi conditionata, non solum vt possibilem, sed etiam vt futura, sub conditione tamen cognosci.] Profèquitur hanc conclusionem *vsque ad n. 216. pag. 449.* Quam qui legimus, non possumus facile conciliare cum ea *alia n. 147:*

27 Ex *n. autem 216.* quasi poenitens doctrinæ eo vsque traditæ redit ad eam *alia n. 147.* & scribit, [Dicendum est in doctrina D. Thomæ, Deum non cognoscere certò, & infallibiliter omnia futura conditionata, secundum eam rationem, qua sunt futura, ita vt certitudo teneat se ex parte materialis; sed quædam cognoscere secundum rationem possibilem, quædam secundum rationem futurorum certò certitudine morali, quædam verò omnino certò, & infallibiliter, vt dictum est *conclus. 3. §. 6. n. 147. pag. 427.* Neque obstat, quòd interdum hæc futura prædicuntur à Deo, nō solum vt possibilem, sed etiā vt futura. Hoc, inquam, non obstat, quia sepe

sepe Deus respondet de illis sub ratione futurorum, non quidem cum omnimoda certitudine, sed cum maxima moralitatis, quam neque homo, neque Angelus possunt attingere, cum in multis pendeat ex occultis cogitationibus hominum, & Angelorum moventium ad tales effectus, & ex secretis consilijs, & dispositionibus Dei ordinantis res multas ad eandem effectus. Nec etiā obstat, quod tali cognitioni propter defectum omnimodae certitudinis non repugnat falsitas, quia defectus certitudinis in cognitione horum futurorum non constituitur in ipsa cognitione, sed in obiecto materiali; & ideo ex tali defectu certitudinis non sequitur, non repugnare falsitatem ipsi cognitioni. Quomodo autem sit omnino infallibilis cognitio, per quam iudicatur esse futurum id, de quo non est omnino certum esse futurum, ex eo facile intelligetur, si advertatur, Deum per cognitionem futurum conditionati non iudicare absolute ipsum esse futurum, sed cum hac limitatione, nempe quantum est ex parte preparationis, & preparationis causarum secundarum, & remotioris impedimentorum: quod iudicium semper est verum, tamen res, quae hoc modo iudicatur futura, non eveniat.] Consequenter ad doctrinam istam discurret Cabrera usque ad n. 221. pag. 452. imò & usque ad n. 588. pag. 488.

28. Undecimò Alfonso de Mendoza in *questionibus quodlibeticis* q. 7. scholastica impressatum anno 1588. tum anno 1596. Franciscus Zumel 1. p. q. 14. art. 13. Disp. 8. addit de novo in secunda editione anni 1590. tractantes de futuris contingentibus conditionatis discutunt praecipue punctum de eorum cognitione divina certa, vel in certa, fallibili, vel infallibili, & ita tuunt contra quosdam Theologos innominatos, esse certam, & infallibilem. Quare eo tempore id erat, quod in Scholis facebat curam. Sed & postea Zumel in *Disp. varijs* (quae posthumae prodierunt anno 1608. par. 2. Disp. unica, dub. 5. ex pag. 98. occupat in illo puncto folia decem, & sex. Et cum ex nostris Scriptoribus nullus referatur, qui negaverit Deo certam, atque infallibilem cognitionem futurorum conditionatorum, vellem scire, quinam fuerint illi Theologi, contra quos tam prolixè ea tempestate decer-

tabatur? Et praeterea nisi anno 1593. iidem Theologi persisterent in eademmet opinione, cur P. Henricus Henriquez lib. ultimo *Summae* cap. 4. §. 1. lit. C. in *Glossa*, & cap. 5. §. etiam 5. ex lit. X. in *Glossa* tam diligenter ex Scriptura, & Patribus persuadere conatur contrariam? tamen prudenter in priori loco, relata Molinae, & Zumelis censura contra eos Theologos adijciat, *censuram illam de re universali ante tempus dari*. Nisi etiam anno 1598. (quo typis est vulgatus tomus primus Vazquij in 1. p.) & anno 1599. (quo varia Opuscula Suarij) versaretur ardenter sub controversia certitudo, & infallibilitas divinae de illis futuris cognitionis; cur Vazquius *Disp. 67.* & Suarius lib. 2. de *scient. futur. conting.* totum incumbunt, ut eam certitudinem confirmant plures per paginas. Et quavis attingant modum, qui iam pecebaunt inter Thomistas pro ea fundanda, sed per lineas paucas, & valde succincte.

29. Haec tam extensè prosequuti sumus, ne quis in posterum cum Felice ex Thomasio inculcet, non fuisse unquam à Theologis Dominicanis adstructam in Deo coniecturalem notitiam futurorum contingendum. Et Felici sufficiebant, quae attulerat Sherlogus p. 1. Sect. 14. n. 61. sufficiebant etiam tunc ea, tum quae in Annato *Disp. 3. de scientia Media* cap. 1. n. 3. vidit Viues, ne diceret *Disp. 19. Diss. §. 2. n. 9.* [omnes Thomistas semper admisisse certam Dei cognitionem de futuris conditionatis.] In quo dicto secum ipse non concordat, ut constabit legenti transcripta ex ipso in n. 4.

EIVS COGNITIONIS FALLIBILITATEM ex parte obiecti propugnatam fuisse ab antiquioribus Dominicanis, fatetur Felix, id quae, & non aliud ipsis attribuerunt Nostri.

30. **A** T inquit cum Felice, Theologos Dominicanos, etsi admisissent olim futurorum conditionatorum divinam notitiam coniecturalem obiectivè, seu ex parte obiecti cogniti, non tamen subiectivè, seu ex parte Dei cognoscens. Sed certè nobis abundè est id, quod vltro concedis de cognitione divina coniecturali obiectivè, seu ex parte obiecti cogniti,

31 He-

31. Herice, & Alarcon, de quibus ait Thomastus *suprà art. 1. §. De primo*, pag. 607. [magno apparatu congerere testimonia, probationesque ad ostendendum, Deum illa futura cognoscere, in quibus tantam vim ponunt, ut dicant, Thomistas, qui à principio negauerant, in Deo esse horum scientiam futurorum, tanta mole, & fortitudine argumentorum pressos, dedisse manus; & in eorum castra transisse; & solum in modo concedendi Deo istam scientiam, nempe an ex decreto Dei libero, an independentem ab illo, nunc occupari; nec parva verborum pompa inanem triumphum de tanta victoria tubicinant,] Herice, inquam, & Alarcon ita buccinantes non dixerunt de Thomistis antiquis, adscripsisse Deo notitiam coniecturalem aliò modo, quam quo tu dicis.

32. Expende, amabo te, verba haec prioris *Tract. 1. in 1. p. Disp. 7. cap. 3. n. 14.* [licet in nulla sententia in mente divina iudicium probabile, aut dubium admitti possit, ut manifestè ostendunt testimonia, quae retuli ex PP. et lumine naturali est evidentissimè: at nos non solum hoc contendimus; & probamus, sed etiam esse in mente divina cognitionem evidentem & dispositionis; & inclinationis causarum, & ipsius eventus sub conditione futuri, ut adnotabant distinguens ea duo iudicia in divino intellectu.] Sic Herice contendens, dari in Deo notitiam de futuris contingentibus conditionatis certam, & infallibilem obiectivè, seu ex parte obiecti cogniti, & supponens, non posse in vlla sententia admitti notitiam, quae non sit certa, & infallibilis subiectivè, seu ex parte Dei cognoscentis; seu quae sit coniecturalis, probabilis, & dubia. Quare quando in cap. 7. n. 34. ait; [Peritioris ex adversarijs, quia testimonij ex Sacra Scriptura, & PP. à nostris Theologis productis, minimè satisfieri animadverterunt praescientia illa coniecturali, quam tradiderant antiquiores ex eis, dederunt iam Nostri (si Deo placeat) praescientiam certam, & infallibilem horum conditionatorum,] quando ita fatetur Herice, intelligendus est de notitia obiectivè coniecturali tradita ab antiquis Thomistis, & de certa, infallibilique obiectivè, concessa iam à modernis, non contentis ea, quae esset solum certa, & infallibilis subiectivè. Le-

gatur etiam Herice cap. 10. n. 58.

33. Expende rursus verba haec posterioris *Tract. 2. 1. p. Disp. & cap. n. 4.* [Nonnulli Thomistae docent, non cognosci à Deo futura conditionata contingentia, quorum neque conditiones; seu antecedens, neque consequens à parte rei aliquando erunt: cumque passim in Scriptura, & PP. inveniatur, plura ex his futuris à Deo cognosci; atque praedici, responderunt; Scripturam loqui, non de cognitione divina certa, & infallibili; sed probabiliter tantum, coniecturali, & quasi humana, secundum id scilicet, quod ex talibus principijs, & antecedentibus regulariter oriri solet; quavis aliter etiam possit evenire, & secundum hunc humanarum rerum ordinem Scripturam sacram aliquando loqui; atque praedicere haec, & alia futura conditionata.] Verba secundum id scilicet, &c. denotant, esse sermonem Alarconi de nonnullorum Thomistarum doctrina circa divinam cognitionem probabilem, & coniecturalem obiectivè, & non subiectivè. Et ideo idem Alarcon inquit in n. 5. [Nobiliores, & docti quique ab hac mente sanius resipuerunt, & asserunt, futura omnia contingentia conditionata à Deo certo, & infallibiliter cognosci: quam conclusionem vix, ni fallor, argumentorum nostrae Societatis coacti concesserunt; imò aliqui ex ipsis Thomistis asserunt, scientiam coniecturalem sine temeritate; aut errore non posse Deo adscribi;] ideo, inquam, intelligendus est, quatenus alij Thomistae postea asseruerint; praefata futura Deo esse nota certo, & infallibiliter non modo subiectivè, sed etiam obiectivè.

34. Non itaque Herice, & Alarcon affinxerunt antiquioribus Thomistis sententiam alienam ab eorum mente; nam non scripserunt, ipsos tribuisse Deo notitiam coniecturalem subiectivè, sed tantum obiectivè: quam notitiam sic tantum coniecturalem admisisse in Deo antiquiores illos Thomistas tu ipse fateris cum Felice, ut & Thomastus §. & ex praedictis, pag. 609. alijque seqq. Et quidem notitiam subiectivè coniecturalem à nullo unquam Theologo fuisse adscriptam Deo erga futura contingentia conditionata credit, & merito P. Gaspar de Ribadeneyra *Tract. de Scientia Dei* Disp. 19. cap. 1. n. 4. nā ea esset assensus nitens probabiliter fundamento, seu con-

coniecturâ, fallibilisque ex se; à qua imperfectiōne non potest non esse remotissima quævis diuina cognitio, vt enim docet S. Fulgentius lib. 1. de verit. prædest. cap. 8. *Nihil in se potest ea habere falsi, quia falsitas inesse veritati non potest.* Vnde Petrus Abaelardus lib. 2. Introductionis ad Theologiam cap. 9. & Thomas Vvaldensis 1. tomo Doctrinalis fidei lib. 2. cap. 28. & 29. vehementissimè, sed meritò, excadescunt in nonnullos, qui diuinam notitiam de futuris contingentibus absolutis ausi sunt comminisci obnoxiam vndequaue falsitati, atque incertitudini. Et si verò ego in Scientiæ Mediæ Theologica delineatione conabor deducere antiquiores illos Thomistas, vt de conditionatis admiffa notitia coniecturali obiectiuè, non possint reculare coniecturalem subiectiuè: hoc argumenti genus erit ab absurdo, & cuius sequelam ipsi remouerent toto nisu, remouentque eorū nomine Curiel, Corneius, & Antonius de Marre Dei laudati in n. 22. & 23. proprioque suo Ledesma supra pag. 591. 592. 594. 613. 616. Cabrera adductus n. 25. & seqq.

35 Rectè autem dixerunt Herice, & Alarcon, Thomistas modernos defitititè ab opinione illa de futuro-ram contingentium conditionatorum diuina notitia coniecturali obiectiuè: aitque non minus rectè Thomasius §. De primo pag. 607. [non esse contro- uersiam alicuius momenti inter Autho- res, an sit deneganda, vel ponenda in Deo talium obiectorum scientia?] Iam enim vix est vllus Author, qui eam non adstruat; quicquid sit de medio, in quo à Deo habeatur. Isque est vnus è fructibus longæ, & ardûe conflictatio- nis inter Patres Ordinis Prædicatorū, & Societatis nostræ, vt candidè obser- uant Didacus Ruiz de Montoya, Disp. 61. de Scientia Dei sect. 2. n. 1. Hierony- mus Falolus 1. p. q. 14. art. & dub. 13. n. 209. Sherlogus parte 1. sect. 14. n. 61. & 62. Tam altaque pax in Scholis cir- ca cognitionem diuinam certam, in- fallibilemque subiectiuè, & obiectiuè de eis futuris comparata est litterario bello Nostrorum cum PP. Dominica- nis, vel occasione controuersiæ inter vtrosque. Quod ad do, nam Magister Salmanticensis Dominicanus sæpe ci- tatus scribit Disp. 2. dub. & §. 1. nos

inaniter gloriari de quasi coactis Tho- mistis vi nostrarum argumentorum, cum tamen illa sint solutu facilia, & Thomista propria sponte deuenerint in decreta subiectiuè absoluta, & obie- ctiuè conditionata, quibus omnimoda certitudo, & infallibilitas cognitionis diuinæ de illis futuris fundatur. Vt cumque sit, & modestiæ officio (quod maxime curare debemus) seruato, as- ferere palàm possumus, eam cōtrouer- siam fuisse in causa, vt apud Theologos claresceret, & præualeret certitudo il- la, & infallibilitas omnimoda.

EIVS NON PRORSVS INFALLI-
bilis cognitionis recensentur
aliqui Patroni.

36 **N**ON tamen deest vnus, aut alter, qui notitiam obiectiuè certam de præfatis fu- turis etiamnum neget. Nam doctissi- mus Dominicanus, Primariusque Sal- manticensis Franciscus Araujus 1. p. q. 14. art. 13. dub. 1. pag. 380. q. 23. art. 6. dub. 1. copiosè tradit anno 1647. con- uersionem Tyrriorum, aliaque condi- tionata contingentia, quæ nunquam erunt, non esse cognoscibilia certò, & infallibiliter à Deo; tradideratque id Salmantice in Materia à me visa de Præ- dest. anno 1625. à die S. Lucæ. Anonymus item Author libri de Ordine, deque priori, & posteriori, editi Rhemis anno 1640. cap. 25. pag. 155. fusè probare conatur, nul- lam in Deo esse Scientiam siue Condi- tionatam, siue Mediam, totoque ope- re fatagit euertere scientiam innixam decretis subiectiuè absolutis, obiectiuè que conditionatis, nec non scientiã, quæ feratur ad ipsa futura contingentia cōditionata in se ipsi. Audiuì nomen propriū huius Authoris, contra quem Annatus Disp. 2. & Ioannes Martino- nus Disp. 9. de Scientia Dei sect. 10. & seqq. validè, fusè que dimicant.

37 Sed & paulò post diuulga- tam Molinæ Concordiam Ioannes de Roa Dauila anno 1591. in lib. 3. de supre- ma Dei prouidentia, & prædest. q. 3. sect. 9. n. 38. pag. 406. allegato nominatim Molinæ, defendebat contra ipsam no- titiam coniecturalem diuinam de illis futuris. Et similiter Paulus Benius Eu- gubinus in lib. intitulato, quæ tandem ra- tione dirimi possit controuersia, quæ in præ-
sens

sens de efficaci Dei auxilio, & lib. arb. inter nonnullos Catholicos agitur, cap. 3. ex pag. 67. vsque ad 79. Ante divulgatam verò Concordiã Doctor Frãnciscus Car- thagena anno 1581. Tract. de Prædest. & re- prob. Angelorum, & hominum, Discursu 9. §. ad 3. pag. 257. dicebat, [conuinci (nescio quo) antecedenti argumento, non posse Deū scire infallibiliter, quid de Petro esset, si amplius viueret.]

38 Possuntque adiungi Pau- lus Burgenfis in Additione 1. ad postillam Nicolai de Lira in cap. 23. lib. 1. Regum, Ambrosius Catharinus Dominicanus in Opusculo de Prædest. lib. 2. in resolutione instantiarum è Scripturis pag. 94. & 95. Alfonso de Auendaño, in cap. xj. Matthei v. 21. qui licet primò agnoscat in Deo certam notitiam de poenitentia conditionata Tyrriorum, ac Sidonio- rum, quin habeat verbum vllum de medio notitiæ illius; sed deinde recur- rit ad hanc Cornelij Iansenij Episcopi Gandauensis explicationem cap. 47. Concordiæ Euangelicæ, [Dici etiam po- test, Dominum hæc de poenitentia, & conuersione Tyrriorum, & Sidoniorum non dicere tanquam præscium eorum, quæ futura essent, si illis prædicatum fuisset; sed tantum vulgariter hæc vul- gol oquutum, quomodo frequenter so- let, vt huiusmodi comparatione insig- nem obitinationem Ciuitatum, qui- bus prædicauerat, significaret. Quomo- do dicere solemus, si tantum beneficij alteri exhibuissent, gratiorem procu- dubiò expertus fuisset: vt vt est, &c.] Ita Antistes Gandauensis, cuius verba non displicuerunt Alfonso de Auenda- ño, Scriptori Dominicano. Et simi- lia recitantur ex Caluino à Thoma Sta- pletono, in Antidotis ad cap. xj. Matthei, vbi cum Molinæ sexies citato contradi- cit ei interpretationi; ob quam tamen Caluinus non est inuendus hæreseos nota, vt bene animadvertunt Curiel supra art. 1. n. 77. ac seqq. Ledesma su- pra pag. 614. Alfonsoque Brizeñus, tom. 2. in 1. Scoti Controv. xj. dist. & art. 3. n. 36.

39 Ex dictis manet satis, su- perque refutatus Felix, alijque moni- ti, ne sine discussione se remittant ad ea, quæ scripuit Thomasius hoc de pun- cto. Sed vt nolcatur, quanta sit in æsti- matione apud multos certitudo, & in- fallibilitas omnimoda cognitionis di-

uinæ de futuris contingentibus condi- tionatis, pro qua Nostris non ingloriã defudarunt, iuvat referre nonnulla tes- timonia, & referre quidem merè, nam ego à centuris abstineo.

PLVRIVM THEOLOGORVM
censuræ contra assertionem de ea
cognitione non omnino
infallibili.

40 **D**IDACVS de Tapia, non dum visis elucubrationibus Molinæ, aut non allegatis, dixit 3. p. quæst. 2. art. 3. V. Et si obijciat, pag. 36. [cognosci à Deo infallibiliter & certò, res vt futuras, si hæc aut illa conditio poneretur; de quo dubitare non potest, qui Sacras Scripturas lege- rit.]

41 Zumel 1. p. q. 14. art. 13. Disp. 8. conclus. 1. dixit cum Molina, [non est tutum negare infallibilem, & certã cognitionem cōditionatorū cō- tingētium in Deo.] Et inferius in §. Ad- ducor, [Turpe est, præfatam cognitio- nem certam à Deo repellere.]

42 Thomas Pius à Ponte 1. p. q. 14. art. 13. dub. 3. n. 5. [Negare hu- iusmodi scientiam talium futurorum meritò Molina dicit, non satis tutum, esse in fide.] Concordat Alexander Pefantius ibidem Disp. 5. §. Tertio demum, pag. 102.

43 Thomas Stapletonus præ- citatus in num. 38. arguit apertissimæ corruptelæ verbi Dei, si dicatur cum Caluino, [Christum ibi v. 22. non dis- putasse, quid præuiderit Deus futu- rum de ijs, vel illis, sed quid facturi fue- rant alteri, quatenus ex re ipsa percipi poterat, & ad communem humanæ mentis captum, sermonem accommo- dasset. Si item dicatur, Christum ibi v. 23. humano more loqui, non autem ex cœlesti adyto proferre, quid præuide- rit futurum, si Sodomitis Prophetam aliquem misisset.] Videatur etiam Eminentissimus Cardinalis Bellarmi- nus tomo 4. lib. 2. de Amiffione gratiæ cap. 17. ad 1. rationem Caluini, noteturque quod in n. 38. obseruauit ex Curiele, & alijs.

44 Didacus Alvarez de Au- xilijs diuinæ gratiæ Disp. 7. n. 1. §. Et vt ti- tulus, ait, [Certissimum est, Deum cer- to, & infallibiliter cognoscere, non so-
B lūm

lūm quæ futura sunt absolutè, sed etiā quæ reuera futura essent ex decreto diuinæ voluntatis, si poneretur in esse talis, vel talis conditio.] Ita ad annum 1610. confirmatque lib. vlt. Respons. cap. 5. n. 1. quod opus est posthumum, & editum anno 1633.

45 Martinus de Albiz 1. p. tract. 1. Disp. 7. n. 2. §. Tertia, inquit, [nullum iam esse, qui non assentiatur; neminem iam audere negare, quod Deus cognoscat certò, & infallibiliter futura contingentia conditionata.]


46 Gabriel Pennotus, in Propugnaculo humane libertatis lib. 3. cap. 26. n. 2. §. 3. scribit, [Atque hoc modo (nempe cognitionis diuinæ coniecturalis ex parte obiecti) soliti erant respondere nonnulli, cum primùm hæc quæstio in Scholis cœpit exagitari: Verùm quia hic dicendi modus manifestam vim videtur inferre diuinis Scripturis, & PP. aperte affirmantibus, Deum huiusmodi futura contingentia conditionata certò, & infallibiliter cognoscere. Id circo est tertia opinio Recentiorū quorundam, qui assidua concertatione cautiore effecti cōfidentur, Deum huiusmodi futura conditionata certò, & infallibiliter cognouisse; sed aiunt, illa cognouisse in decreto, &c.] En Pennotus dixit idem ipsum, quod Herice, & Alarcon, de quibus in tot quæstus Thomasius prorumpit. Rursus Pennotus in cap. 27. n. 1. inquit, [negari omnino non posse, esse in Deo scientiam certam, & infallibilem aliquorum contingentium futurorum solum ex hypothesi, non autem absolutè.]

47 Thomas del Bene in Summa Theologica, Disp. 4. quæst. 12. respondet affirmatiuè cum S. Thoma 3. p. q. 1. art. 5. cum Alberto in Summa tract. 16. & cum Ægidio in 1. Dist. 40. q. 1. ad quæstionem, an Deus cognoscat futura libera conditionata? aitque, [responsionem esse ita communem, & certam, vt contraria opinio ab alijs vocetur parùm tuta, ab alijs autem erronea.]

48 Franciscus de Arriba lib. 1. Operis Conciliatorij gratie, & lib. arb. cap. 28. pag. 176. asserit, [indignum esse tribuere Deo scientiam coniecturalem, per quam cognoscat futura illa, quæ conditionata appellantur.]

49 Refert de Ioanne Gueuara insigni Magistro Salmanticensi Augustiniano Alfonso Mendoza eiusdem Instituti, quæst. 7. Scholastica, in fine, [cū audiret quosdam detrahere Deo conditionatorum scientiam, vix à se impetrare potuisse, quin pro summa in Deum, ac Theologiam obseruantia, ac pietate statim resiliens, & exandescens, illorum sententiā fuerit vehementissimè auersatus:] quod contigit, narravitque Mendoza in prima editione, quæ paucis mensibus antecessit impressionem Concordiæ P. Molinæ.

50 De Luisio Legionensi, qui tam Augustinianam Religionē, quam Salmanticensem Academiam Magisterio suo illustrauit, tradit P. Alarcon 1. p. tract. 2. disp. 4. n. 7. [solum dicere, si Authores huius conclusionis petas, dabo tibi, quotquot hominum capita sunt. Nullus est enim ita rusticus, qui interrogatus, quid esset futurum, si pater eius ipsum non genuisset, vel si ipse in alio loco esset? &c. non respondeat, hoc Deus scit, & non coniecturaliter, & humana scientia fallibili, sed certò, determinatè, & infallibiliter, vt pote cui omnia nuda sūt, & aperta.] Sic Luisius Legionensis vtens, quasi vocis naturæ testimonio: de quo posset dici, quod de testimonio anime Terullianus Cap. 1. esse omni litteratura notius, omni doctrina agitatus, omni editione vulgatus, toto homine maius. Censuræ aliæ Montepilosi, & Briceñi recitatę iam sunt in n. 21. pluresque grauium Authorum adducuntur à Fasolo supra num. 210. & 211. Ego verò repetito, retrahi à me calamum à confirmandis talibus censuris meo suffragio.



EVEN.

EVENTILATIO II.

NARRATIONVM EIVSDEM FELICIS.

NVM COGNITIONIS DIVINÆ DE FUTVRIS contingentibus conditionatis omnimoda infallibilitas discussa sit coram Clemente VIII. Papa? Repellitur Felicis in Ripaldam sigillatio. Dicitur nonnihil de Francisco Peña.



EIN Felix Cap. 6. diffi. 1. n. 4. scribit [controversia ad Clementem VIII. deducta, non fuit, an Deus cognoscat futura contingentia cōditio-

nata, neque an Deus illa certò cognoscat, sed solum fuit, an Deus illa cognoscat ante decretū suæ voluntatis?] Et nō multò post, [Vnde non est adhibenda fides Ripaldæ tom. 2. de Supernat. Disp. 23. n. 118. dicenti, esse quinque quæstiones de scientia conditionata, scilicet an in Deo sit obiectorum conditionalium cognitio? an sit certa, & infallibilis? Nam si fuerint propositæ, non tamē disputatæ. Deinde nescimus, qua fide illam narrationem consiciat, cum nec testimonium D. Francisci Peñæ destruat, nec aliud adducat.] Hæc Felix.

52 Scisset tamen, quibus instrumentis instructus Ripalda suam confecerit narrationem, si numerum 43. attentius in pexisset, aut omnino non præterisset. De testimonio Peñæ Decani Rotæ sermonem habet Ripalda n. 46. & 47. eiusque fidem in multis eleuat, vt & Sherlogus part. 1. Section. 4. à num. 16. Annatus Disp. 4. Cap. 1. iterumque in Solutione quæstionis Historice, Theologicæ, & Iuris Pontificij, rursus que in 1. Informatione de 5. propositionibus ex Iansenij Theologia collectis n. 42. pag. 46. & seqq. Permitto, firmissimum illud fuisse quoad omnia; at importunè intruditur à Felice, vel debuisset exprimere is Author tenorem verborum Peñæ, vt inde constaret, disceptatum non fuisse coram Clemente VIII. de præfatis punctis.

QVÆSTIO I. CORAM CLEMENTE VIII. agitata de ea cognitione.

53 Mihi contra Felicem, &

contra Sylvestrum de Saavedra in Sacra Deipara, Vestig. 3. Disp. 23. n. 463. pag. 567. certissimū est, anno 1604. die Octobris 28. inceptam Disp. XXXIII. in præsentia Summi Pontificis, & articulum ad eam pertinentē ex præscripto Sanctissimi tractatum esse à nostro Oratore Ferdinando Bastida in quinque quæstionibus. Articulus erat [An sit sententia S. Augustini, quod ante absolutū decretum diuinæ voluntatis detur in Deo cognitio certa, & infallibilis contingentium dependentium à causa libera, qualem Molina per Scientiam Mediam Deo tribuit?] Prima quæstio discussa, [An in Deo sit horum conditionalium cognitio?] Et post declaratum ipsius statum, propositamque responsionem affirmatiuā, dixit Bastida, [Veritas hac assertione contenta, huius controuersie basis, & fundamentum, est mihi iuxta Fidei principia adeò certa, vt non facile adduci possim, vt credam, hos Patres esse in illa à nobis dissensuros coram Sanctitate vestra, quidquid alij dicant, qui eorum selectos tractatus vidisse, & priuatis colloquijs, & disputationibus de hoc principio interfuisse attestantur. Huius veritatis probationē ex Sacra Scriptura, ex S. Augustini doctrina, ex Scholastica Theologia, & communi hominum sensu desumam.]

QVÆSTIO II.

54 Secunda quæstio discussa die 29. Nouembris, [An sit certa, & infallibilis?] In quæstionis exordio sic Bastida, [Dixi in præcedenti Congregatione (Pater Beatissime) tria in hoc puncto quæri. Primum, an in Deo sit horum conditionalium cognitio? Secundum, an sit certa, & infallibilis? Tertium, an sit ante absolutum decretum. Absolui primum, & statui, hanc cogni-

B a tio.

tionem in Deo esse. Agam hodie descendo, & propugnabo huius cognitionis certitudinem; in quam omnium argumentorum tela aduersarij conuertere solent, vident enim, hanc scientiam, nisi infallibilis sit, non posse ad certitudinem prædestinationis deferre; & ideo quando coguntur concedere, hæc futura à Deo cognosci, dicunt, cognitionem hanc non esse infallibilem, sed coniecturis tantum niti, & Deum in Sacra Scriptura de his conditionalibus humano tantum more, & quasi coniectando loquentem :: Nos vero, qui sine huius scientiæ infallibilitate prædestinationis certitudinem, & mediorem eius infallibilitatem optimè consistere posse, non credimus, nihil nostrà magis referre existimamus, quam huius scientiæ infallibilitatem probare, adstruere, propugnare. Quod utinam à me in hac Congregatione ita præstetur, ut in hac etiam veritate RR. PP. quicquid alij dixerint, consentientes habeam. Cum enim nostræ disputationis non æmulatio aliqua, sed sola veritatis agnitio, finis sit, nunquam meum esse credidi, ea hic docere, a quibus hi PP. dissentirent; sed ea potius quibus assentiri, necesse esset: atque ideo nunquam aliquid mihi gratius contingit, quam cum ad eò vera sunt, quæ assero, vel ad eò efficaciter comprobata, ut ne hi quidem PP. quorum in Nostris impugnandis tantus est ardor, illis contradicere audeant, vel valeant, si ausi fuerint. Quod si semper gratum extiterit, erit hodie gratissimū. Si enim semel conuenerimus, ad fidei dogmata pertinere, habere Deum certam, & infallibilem horum conditionalium cognitionem, habebimus iam id, quod nobis in hac controuersia vnicè desiderandum erat, quodque ad fidei dogmata in illa pertinere potest. Ex quo facile gradus fiet ad quæstionem Scholasticam, an hæc cognitio sit ante absolutum decretum, necne? In qua fortè maior esse posset opinionum diuersitas. Nostra igitur conclusio, quam Sanctitatis vestræ correctioni humillimè submitto, hæc est: Cognitio illa, qua Deus cognoscit futura contingencia conditionalia, dependentia à causa libera, certa est, & infallibilis. Hæc conclusio non solum est certa in via S. Augustini, sed principijs fidei valde conformis.]

55 Quam conclusionem etiam extensè firmasset Bastida, subiungit in fine quæstionis, [Hæc, R. P. nō ea sunt, quæ eludantur solutione illa, quam vestra Paternitas præstitit in fine præteritæ Congregationis, nimirum esse in Deo omnium horum futurorum cognitionem, dubiam quidem, & coniecturalem ante decretum; post decretum verò certam, & infallibilem. In primis enim si sermo sit de decreto incluto in conditione, impossibile est, habere Deum ne coniecturalem quidam cognitionem alicuius obiecti ante hoc decretum: impossibile enim est, videre Deum aliquid esse futurum, his, vel illis conditionibus positis, nisi vna ipsarum sit decretum suum, quo statuat præstare omnia ex parte sua necessaria, ut id fiat. Si verò sermo sit de decreto libero conditionalis, quasi elicito, quod Deus statuat, si talis conditio ponatur, talem effectum fieri, hoc non euacuat difficultatem, quia saltem pro illo priori, quo hæc cognitio præcedit decretum, ponitur in Deo cognitio dubia, & tot imperfectionibus plena. Deinde hoc decretum est liberum Deo. Ergo potuit per totam æternitatem carere illa certa cognitione horum conditionalium, quæ non nisi in decreto habetur; & manere cum sola dubia, & coniecturali, quæ à decreto non penderet. Præterea vestræ Paternitates non admittunt hæc conditionalia decreta circa omnia futura conditionalia. Ergo de illis, de quibus Deus non habuit decretum, nec habebit certam cognitionem, sed dubiam cum omnibus suis imperfectionibus. Tandem quando Deus cognoscit certò in decreto, quæ prius coniecturam tantum nouerat, vel ea cognitio est eiusdem obiecti, vel diuersi? Si diuersi. Ergo nunquam Deus certò cognoscit eadē obiecta, quæ prius coniecturam nouerat; sed alia. Si verò est eiusdem obiecti. Ergo per decretum liberum aduenit Deo perfectio, quam antea non habebat. Patet Consequentia, quia per decretum cognoscit certò obiectum, quod antea coniecturam tantum nouerat. Ergo ex decreto libero aduenit Deo illa perfectio, quam addit cognitio certa, & infallibilis supra coniecturalem, & dubiam. Sed hæc omnia procedunt, admissa gratis huius decreti possibilitate, & necessitate, ut sciens

scientia hæc certa, & infallibilis sit. At quantum absit à vera Theologia reuocate certitudinem huius scientiæ ad huiusmodi conditionalia decreta, ab his Patribus denuò conficta, sequenti Congregatione luce clariùs demonstrabo. Nunc dicta sufficiant, quæ Sanctitatis vestræ correctioni iterum, atque iterum submitto.]

56 Siste hic Lector, & nota, Oratorem Dominicanū suscepisse defendendam ex parte cognitionem dubiam, & coniecturalem, quæ nimirum haberetur à Deo priori aliquo rationis signo ante decretum; sed à Theologo nostro fortissimis nonnullis argumentis est profligata. De qua recolatur, quæ scripsi in n. 5.

QVÆSTIO III.

CENSURÆ ALIQVORVM ADVERSUS opinionem de diuina scientia futurorum contingentium conditionalium innixa decretis.

57 Tertiam quæstionem die 7. Decembris sic ortus est Bastida, [Illuxit optata dies (P. Beatissime) in qua nobis disputandum est, an ea cognitio certa, & infallibilis conditionalium liberorū, quam Deum habere monstrauimus, in eo sit ante absolutum decretum diuinæ voluntatis? Pro cuius explicatione suppono, duplex absolutum decretum ab his PP. distingui in diuina voluntate, licet vniuersa Theologorum Schola vnum tantum huc vsque cognouerit. Alterum appellant absolutum simpliciter, illud nimirum, quo Deus absolute simpliciter, & absque aliqua limitatione statuit, ut res aliqua sit; qualia sunt decreta illa, quibus statuit mundū creare, prædestinatos saluare, & his similia. Alterum vocant absolutum de obiecto conditionato, quo Deus non statuit simpliciter, & absolute, ut res sit, sed ut sit, si talis conditio ponatur; v. g. statuit Deus hoc absoluto decreto, ut Tyrus, & Sidonius conuerterentur, non ita absolute, & simpliciter, sicut statuit conuerti Paulum, aut Magdalenam, sed sub conditione, si Christus illis prædicasset. Quod decretum appellant, ut dixi, absolutum, licet re vera conditionatum sit (si quod vnquam

conditionatum fuit) nihil tamen de eius nomine curo, tum ne in quæstionibus denomine videar immorari, tum maximè quia si semel huius decreti naturam, proprietatesque monstrauero, nullum, ut spero, periculum erit, ne nos ementito nomine fallat. Hæc distinctione absoluti decreti supposita, duplici conclusione satisfacio quæstioni, quarum prima est: Cognitio certa, & infallibilis, quam Deus habet conditionalium dependentium à causa libera, est in Deo ante decretum diuinæ voluntatis simpliciter absolutum. Secunda: Cognitio certa, & infallibilis, quam Deus habet futurorum conditionalium, quæ nunquam erunt, vel eorum, quæ aliquando in absoluta transibunt, est in Deo ante liberū decretum Dei, quo conditionaliter statuerit, hoc vel illud faciendum, si hæc, vel illa conditio ponatur, siue hoc decretum appelletur absolutum, siue conditionatū, parum enim de nomine curo, appello tamen illud, maioris claritatis gratiā, conditionale.]

58 Primam conclusionem breui probauit Bastida, ut pote, [in qua non dissentirent RR. Patres Dominicani, nec vllus posset Catholicus Theologus dissentire.] Secundam verò latissimè; & non longè ab initio ita effectus est, [Decreta absoluta de obiecto conditionato vbi, aut quando S. Augustinus, vel S. Thomas, quo loco huius decreti meminerunt? si nomine absoluti decreti de obiecto conditionato vbi non sunt (parum enim id referret) vbi rem ipsam vel dixisse, vel insinuassee, vel tacitè supposuisse inueniuntur? In tanta Scholasticorum multitudine, in tam multiplici opinionum diuersitate ne vnus quidem est, cui horum decretorum cogitatio ad conditionalium scientiam vel occurrerit, vel placuerit. Dixerunt quidem Scholastici pauci, futura contingentia absoluta in absoluto decreto cognosci, sed de futuris conditionalibus, aut de his decretis ne verbum quidem. Si dicant, non meminerunt huius decreti Scholastici antiqui; sed meminerunt Thomistæ moderni; quod sufficit. Sine ira, admitto, sufficere, meminisse modernos. Sed dicant, qui sunt isti moderni? Nunc quid Soto, Cano, Victoria, Viguierus, Medina, Ioannes Vincentius, Bañez? B3 Minimè

Minimè quidem, in libris enim horum Thomistarum ne vnum verbum reperietur, quo insinuent, hæc conditionalia libera in huiusmodi decreto cognosci Meminerunt huius quidem decreti Zumel, & Mendoza, ille in secunda editione partis primæ, hic in suis quodlibeticis quæstionibus. Fateor, sed non vt probarent, sed vt reprobarent, & tanquam fictitium, & ridiculum (eorum enim verba sunt ista) penitus rejicerent, & extirparent. Qui ergo sunt isti Thomistæ moderni tantæ autoritatis, & diuinorum arcanorum tā eximij diuinatores, vt eorum simplex affirmatio, vel (vt melius dicani) diuinitio sufficiat ad ponendum in Deo decretum liberum tot nominibus repugnans, sine vlla prorsus ratione, absque vlla Scripturarum, SS. PP. vel Scholasticorum autoritate? Tantū Bastida.

39 Et ne censuræ Magistrorum Zumelis, ac Mendozæ de absoluto decreto circa obiectum conditionatum singulares videantur, adijcio similes alias. Petrus de Ledesma in *Disp. 2. affini de scientia futurorum contingentium conditionatorum, diffi. 2. §. Secunda conclusio pag. 582.* vocat [falsum; & improbabile] illud decretum. Et si verò Hieronymus Viues *Disp. 19. dist. & §. 2. n. 9.* interpretetur Ledesmam de decreto conditionato ex parte actus, assue-retque, non negasse conditionatum ex parte obiecti, & absolutum ex parte actus; tamen nisi Viues legit aliud Opus Ledesmæ, quam quod nos, aliena omnino est à Ledesmæ sensu ea interpretatio, vt constabit inspectori eius *pag. 582. & anterioris § 77. §. Secundus modus, posterioris etiã § 98. §. Tertia ratio.*

60 Idem decretum appellatur à Petro de Cabrera *3. p. q. 1. art. 3. d. 1. §. 22. num. 349.* friuolū & in Deo imperfectionē cōstituēs. Quare hic Author *num. 391. ac 392.* docet, vt Deus cognoscat futura contingentia conditionata, [sufficere scientiam naturalem Dei, comprehensiuam suæ essentia, & omnium, quæ in ea eminenter, continentur, & ex vi huius infinitæ comprehensionis comprehendere Deū liberum arbitrium creatum per scientiam naturalem, & certò cognoscere, quid tale liberum arbitrium pro sua libertate sit facturum ex hypothesi, & conditione, quòd illud creet, & consti-

tuat in tali rerum ordine.] Quam doctrinam repetit Cabrera *p. eadem 3. q. 62. art. 1. d. 12. §. 10. num. 250.* alibi-que eius Disputationis.

61 Blasius Verdu in *Relectione contra Scientiam Mediam fol. 12.* inquit, [etiam displicent, qui affirmant, Deū non noscere peccata ante suum actuale decretum. Nam ante omne decretum, quod Deus actu habet, & de facto, nonit simplici intelligētia peccata, in quæ homo laboretur in tali possibili occasione.]

62 Interpono Blasio Ioannem Muñoz Franciscanum, qui in *Disceptionibus, & argumentis Complutensium circa varias Sacre Theologiæ doctrinas in 9. argumento, pag. 65.* inquit, [Ponere in Deo decretum actuale, vel absolutum ex parte actus circa permissionem peccati, quod nunquam erit, ridiculum est, & velle loqui. Bone Deus! Quanta tibi Theologia tyronica, ne dicam, tyrannica, imponit.]

63 Redeo ad Blasium, qui *fol. 25.* hæc habet, [Incidunt in Scyllam cupientes vitare Carybdim, qui dum refellunt Scientiam Mediam, aliam, licet non eodem modo, introducunt, nempe quæ non sit simplicis intelligentiæ, quæ fertur in possibile; nec visionis, quæ ex D. Thoma fertur in ea, quæ de facto futura sunt; sed libera, ratione decreti conditionati. Itaque non est admittendum istud decretum conditionatū, vt pote in perfectissima libertate diuina otiosum.] Et postea, [Hæc est constans D. Thomæ doctrina: nec inuenies apud D. Thomam, quòd diuidatur scientia Dei in naturalem, & liberam; rursus hæc in visionera, & liberam à decreto conditionato.]

64 Balthasar Nauarrete *tom. 1. Controuersiarum in D. Thomæ, & eius Scholæ defensionem, Controu. 56. §. 3. pag. 352.* existimat, esse manifestè contra S. Thomam ponere in Deo decreta erga obiectum conditionatum quodcumque, si quidem S. Doctor, [sæpe demonstret, quòd volitio ad extra, qua Deus aliquid vult, necessariò exigit mutationem in creaturis.]

65 Hac ipsa ratione, mutata ex P. Gabriele Vazquez, vtitur Petrus de Ledesma *suprà à vers. Primò probatur, vsque ad Secundo probatur exclusiue,* asserens, esse satis probabilem ad con-

vincendam suam conclusionem; eorumque omnium, [qui sequuntur doctrinam D. Thomæ,] vt dixerat in *l'leo prius citato pag. 582.* Adijungit de suo Ledesma alias rationes, & post tertiam scribit, [Igitur illa sententia, secundum illum modum declarata, omnino rejicienda est ab Scholis, tanquam nullam habens fundamentum.]

66 Ioannes Alfonso Curiel *Controu. 7. in Cap. 4. Sapientia art. 3. n. 106.* testatur, [nullum à se lectum Authorem pro illa sententia, sed visos aliquos in Theologicis disputationibus eam defendentes.] Quod Curielis testimonium incredibile non erit legenti in Didaco Aluarez *lib. 1. Respons. cap. 5. num. 26.* [Antiquos non egisse de decretis conditionatis, sicut nec de scientia conditionata; sed quòd per consequentiam, & discursum ex his, quæ docent, inferatur; à quadraginta verò annis, nempe post natam controuersiam de Auxilijs, clarè disputatum de eis.]

67 Paulus Nazarius *i. p. q. 14. art. 13. Controu. 1. §. Est autem,* fatetur, decreta conditionata [haud facilè intelligi, & multò difficilius inueniri,] et si impatienter ferat Zumelis censuram: quam, & superiores alias in medio relinquo, tribuendas, non mihi, sed suis Authoribus.

QVID IN QUÆSTIONE IV. TRACTATUM SIT?

68 **Q** Varta quæstio habita est anno 1605. die 4. Ianuarij; tuncque Bastida hunc in modum loquutus est, [Quæstio, de qua nobis hodie agendum est, ita habet, an in præsentī disputatione, in qua tractatur, an Deus ante decretum prædestinationis habeat præscientiam futurorum contingibilium, dependentium à causa libera, itatuendum sit, vnicum esse decretum Dei, in quo decernat velle saluare Petrum; an verò subiiciendum sit aliud, in quo S. D. M. decernat conditionaliter velle saluare Petrum, ponendo illum in tali, & tali ordine rerum, dandoque illi talia, & talia auxilia, quibus si Petrus ex innata sua libertate consentiat, & bene vtatur prædictis auxilijs, saluabitur? Et an prædictus bonus vsus dictorum auxiliorum proueniat à

sola innata libertate, an verò à gratia Dei, quæ faciat, vt homo bene vtatur dictis auxilijs? Et quæ ex istis sit sententia S. Augustini, & Ludouici Molinæ?]

69 Quæstioni isti post nonnulla præloquia sic respondit Bastida, [Etiam si ponatur in Deo ante absolutum decretum prædestinationis præscientia conditionalium, à causa libera dependentium, de qua in hac quæstione tractatur, adhuc decretum, quòd Deus vult, saluare Petrum, vnicum est, & absolutum, nec necesse est, aliud decretum subiicere, in quo Deus statuat conditionaliter, Petrum saluare in tali rerum ordine constitutum; si rectè vsus fuerit his auxilijs. Et hæc est sententia Sancti Augustini, & Ludouici Molinæ. Quod est alijs verbis dicere, Consequentiam, qua hi Patres ex præscientia boni vsus arbitrij conditionaliter futuri, quæ decretum absolutum saluandi Petrum præcedit, inferunt eiusmodi decretum non esse absolutum, sed conditionale, nullam prorsus esse, & in se, & in via S. Augustini, & Molinæ.]

70 Cum verò Bastida diffusè orasset, terminauit sermonem his verbis, [An verò prædictus bonus auxiliorum vsus cognoscatur à Deo tanquam conditionatè futurus à sola innata libertate Petri, an verò à gratia faciente facere? vt in secunda puncti parte quæritur, grauem continet difficultatem, dignam, quæ semel ex professo tractetur. Qua propter in sequentem Congregationem illam de Sanctitatis vestrae licentia referuabo. Cuius correctioni, quæ modò dixi, humillimè submitto.]

QVID IN QUÆSTIONE V?

71 **Q** Vinta itaque quæstio agitata est die altera, nempe 21. Ianuarij, Incœpitque sic Bastida, [Quo Societatis nostræ fato (Pater Beatissimè) factum est, vt nullus ab his sexaginta annis Catholicæ Ecclesiæ hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore Iesuitarum doctrinæ indixerit; eodem in hac nostra controuersia fieri credo, vt nihil contra Concilij Tridentini Patres fuerit vnquam ab hæreticis cogitatum, oblatratum, calumniatum,]

niatum, quod non eodem prorsus modo contra nostram de efficacia gratiæ sententiā ab eius impugnatoribus fuerit obiectum. Tanta est huius sententiæ cum Tridentina definitione coniunctio, vel (vt melius dicam) identitas, vt non nisi eisdem telis apperi, non nisi eisdem argumētis impugnari queat: quod ex præsentī disputatione non obicure (vt spero) constabit. Continet enim punctum, de quo nobis est agendum, grauissimam illam difficultatem de vŭ auxiliōrum gratiæ, tūm inter Catholicos, & Hereticos ab ipso Calvinianæ hæresis exordio, tum inter Patres Prædicatores, & nos ab ipso huius controuersię principiō nimia contentione ventilatam; cuius examen in hanc Congregationem consultō distulsi, vt possem de re tanta, qua par est oportunitate, tractare: maximè cum ad illam Reuerendi Patres totam hanc de Scientia Media disputationem, licet immeritō, reuocauerint. Admittunt enim iam scientiam, qua Deus cognoscatur, quid homo, si in talibus circumstantijs poneretur, esset liberè acturus; non tamen ex se solo, sed Deo faciente, vt id faceret; negant verò Scientiam Mediam, quam nos ponimus, dicunt enim per eam cognosci, quid homo se solo esset facturus sine Deo faciente, vt faceret. Sed quauis hæc difficultas non sit propria Scientiæ Mediæ, sed communis cum scientia futurorum absolutorum, cum per vtramque idemmet effectus ab eisdem causis dependere videatur, per vnam absolutè, & conditionatè per alteram: & quauis, salua fide, dici non possit, Deum facere, vt faciamus ea omnia; quæ per hanc scientiam cognoscit, cum certum sit, hac scientia cognosci à Deo mala opera, quæ tamen vt faciamus, nō facit Deus, cum non eodem modo author sit bonorum operum, & malorum. Quauis autem hæc ita sint, quia tamen ad hoc tota hæc disputatio reuocatur, examinabimus, an bonus vŭs auxiliōrum gratiæ sit à sola innata libertate, an verò à gratia, quæ faciat, bene vti auxilijs? Hoc enim semel statuto, facilè apparebit, an Deus per Scientiam Mediam, quam nos ponimus, præcognoscat homines bene vsuros auxilijs Dei ex sola sua innata libertate, si in tali rerum ordine constituantur, scientia enim Dei

res omnes cognoscit, prout in se sunt. Quæstio igitur hæc non est de bono vŭs nudi arbitrij, de quo tantum D. Augustinus cum Pelagio disputauit; sed de bono vŭs auxiliōrum gratiæ, id est, arbitrij auxilijs gratiæ præuentis; qui vŭs cum iam supponat gratiam, qua rectè vtamur, nullo modo sine gratia esse potest. Quo tamen pacto ab illa gratia sit, inter Hæreticos, & Catholicos hodie, & inter ipsos etiam Catholicos disputatur.] Hactenus Bastida.

72 Qui postquam immediate declarasset, quid nomine vŭs gratiæ significetur, quid de eo vŭs certum debeat esse apud omnes Catholicos, & quæ sit differentia inter Patrum Prædicatorū, Iesuitarumque sensum, inquit, [Hic est præsentis controuersię status, qui ad duas Consequentiās reuocatur: altera horum Patrum, qua inferunt, bonum gratiæ vŭs, si non sit à gratia ex se sola efficaci, & physicè prædeterminante, eo ipso esse à solo arbitrio, & non à gratia faciente facere. Altera nostra, qua inferimus, ad bonum vŭs gratiæ nihil agere arbitrium, vt arbitrium est, eo ipso quod iste vŭs prouenit à gratia ex se sola efficaci, atque aded tam bonū vŭs gratiæ, quam carentiam eius soli Deo esse tribuendam. Expendent Reuerendi Patres Consequentiā suam. Expendam ego in hodierna disputatione nostram Consequentiā, & vt eo pacto vtriusque sententiæ fundamenta, & incommoda quasi vnico intuitu conspiciantur, & nostræ sententiæ ratione à priori reddita, S. Augustini sententiā, & Molinæ mentem breuiter declarabo. Quæ dum præsto, Sanctitatis vestræ, cuius conditioni omnia submitto, solitam, innatamque clementiam tam exopto humiliter, quam ardentè exopto.]

73 Et præstitit quidem Bastida grauissimè, atque eloquentissimè. Quo impositus est finis sexto articulo, & quinque eius quæstionibus, assignatis, vel permisis à Summo Pontifice, vt discuterentur; non secus ac pro alijs articulis varias distinxit quæstiones, vel permisit distingui, nec tolerasset Pontifex, Bastidam insumere integras horas in prima, & secunda quæstione, si extrà præfixam materiam diuagaretur.

74 Ad hæc: colligitur non obscure ex dictis à Bastida in tertia quæ-

quæstione, Clementem VIII. distribuisse articulum sextū in aliquot quæstiones. Nam immediatè post primam conclusionem adiecit Bastida, [Hæc sola conclusio (Beatissime Pater) à qua nullus potest Catholicus dissentire, satis mihi esset ad satisfaciendum propositæ quæstioni, in qua quæritur, an hæc futura cognoscantur ante decretū absolutum? Tum quia illud aliud decretum, ante quod hi PP. dicunt, non cognoscei huiusmodi conditionalia, nō est absolutum, sed conditionatum: Tum quia admissio gratis, hoc decretū de conditionali obiecto esse absolutum, in quæstione proposita non quæritur, an hæc conditionalia cognoscantur ante absolutum decretum, vt abstrahit à decreto absoluto simpliciter, & absoluto de obiecto conditionato? sed an cognoscantur ante absolutum decretum simpliciter absolutum? Vt iam Sanctitas vestra in sequenti dubio declarauit dicens, an cognoscantur à Deo hæc conditionalia ante absolutum decretum prædestinationis? At decretum absolutum prædestinationis est simpliciter absolutum, & non absolutum de obiecto conditionato.] Perpendantur illa verba, [vt iam Sanctitas vestra in sequenti dubio, &c.] Dubium, declaratum à Pontifice, non continebatur in articulo sexto, sed in vna ex quæstionibus, videlicet in quarta, cuius formula exarata iam est in n. 68.

EX PRÆCEDENTIVM RECENSIONE defæctus veritatis splendor eruitur. Variæ Dominicanorum sententiæ circa Dei notitiā de futuris contingentis conditionatis, & censura aliorum circa illas.

75 EX his omnibus liquidò deducitur, disputatas fuisse duas illas quæstiones de existentia scientiæ conditionatorum, & de eius certitudine, atque infallibilitate. Fatemur, Oratorem Dominicanum Thomam de Lemos, citrà expectationem Nostrorum, & externorum communeni, noluisse contendere enixè, quando deuentum est ad XXXIII. Congregationem coram Maximo Ecclesiæ Patre, quod [Deus non cognosceret cuncta contingentia conditionata, de-

pendentia à causa libera,] et si ex suis Hispanis Theologis aliud sentiret alij, vt Magister Alfonso de Luna, qui in loco supra citato aiebat anno 1597. [Disputant multi in præsentī, si solum esset peccatum originale sine actualibus, vtrum & tunc veniret Christus? Quod facile ex dictis intelligitur, nam supposito, quod Deus decreuerit venire pro omnibus peccatis, tam actuali, quam originali, ex vi illius decreti non veniret pro originali solum, aut verò pro actualibus, si originale non esset. Nam decretum, quod Deus defæcto habuit, erat determinatum, simul tendens in finem, & media cum omnibus circumstantijs. Vtrum autem habuisset tunc aliud decretum? Nescimus, quia solum pendet ex diuina voluntate, & tale decretum non colligitur ex Scriptura, nec ex aliquo Sanctorum. Imò dicendum est, quod nec Deus scit, quid esset facturus in tali casu, sicut in multis alijs conditionatis contingentibus. Deus enim non scit modò, si non conderet istum mundum, an produceret alium, vel alios duos, aut mille mundos? Nec scit, si non conseruaret mundum, quem creauit, an eum millies annihilaret, & destrueret? Non enim in decernendo de his fictitijs conditionatis diuina mens præoccupatur; nec ad perfectionem suæ scientiæ pertinet, scire, quid esset facturus, si hæc, vel illa operaretur, vel si hæc, aut illa non produceret; quid si Petrus loqueretur, an Paulus curreret, vel ambularet? &c. Sed perfectio diuinæ scientiæ consistit in comprehensione suæ essentiæ, & omnium rerum possibilium, qualiter sunt in illo, & qualiter erunt, aut possunt esse.] Hactenus Luna. Et ante ipsum dixerat similia Henriquez nostræ Societatis lib. ultimo Summæ cap. 4. §. 2. in fine: qui liber prodijt Salmantinis typis anno 1593.

76 Magistrum Lunam sequutus est postea, & allegauit Dida-cus Alvarez, lib. 1. Respons. cap. 1. num. 38. & 46. cap. 4. num. 10. lib. ultimo, cap. 3. num. 12. adiecitque alios Dominicanos, vt & Petrum Ledesnam Ioannes Thomasius subscribens Disp. 20. art. 1. §. quod attinet, pag. 609. art. 2. §. ad probationem, pag. 632. art. 5. §. ad primam confirmationem, pag. 682. Franciscus Araujus 1. p. 9. 14. art. 13. dub. 1. n. 8. §. Neque

§. Neque enim pag. 380. q. 23. art. 6. dub. 1. n. 32. §. Alij verò pag. 734. Censet itaq; Thomasius (qui clariùs loquitur, quam alij) cognosci certò, & infallibiliter à Deo illa futura contingentia conditionata, quæ in Scripturis reuelantur, vel cum rebus huius Vniuersi habent aliquam connexionem: de reliquis vero combinationibus possibilibus futurorum contingentium conditionatorum existimat non cognosci à Deo vt talia; quia non decreuit, quid faceret voluntas creata existens, vel saltem possibilis sub tali, vel tali conditione; sed suspendit decretum circa vtramque partem contradictionis, quatenus nec statuit, vt operaretur sub tali conditione, nec statuit, vt omitteret operari creata voluntas. Sine decreto autem ipsius Dei non potest consistere notitia diuina obiecti futuri contingentis conditionati; cum iuxta Thomasius, & alios Dominicanos debeat habere illud fundamentum, cui innitatur. Limitant itaque prælaudati Dominici scientiam conditionatam ad illa tantum obiecta, quæ in sacris litteris exprimitur, vel quæ gaudet connectione aliqua cum rebus huius Vniuersi.

77 Et si non sine ingenti inter se diffensione, illam scientiam extendant ad quæcumque obiecta Gonzalez Disp. 44. sect. 1. num. 5. sect. 3. n. 38. Marcus Serra 1. p. q. 14. art. 13. dub. 6. §. Tertio Deus. Hieronymus Viues Disp. dist. 1. num. 11. Disp. 19. dist. 5. n. 33. dist. 6. num. 49. & seqq. Quibus Dominicanis consentiunt Antonius de Matre Dei tract. 3. Disp. 9. dub. 5. §. 3. num. 63. & 66. tract. 4. Disp. 5. dub. 3. §. 2. num. 73. & seqq. Alfonso Brizenus controu. xj. in 1. sent. Scoti dist. 3. art. 5. ad finem num. 24. Et propè est, vt consentiat Thomasius 1. p. q. 19. Disp. 5. art. 7. num. 11. & 12. pag. 226. Cum itaq; apud Dominicanos hæc esset varietas opinandi circa omnium futurorum contingentium conditionatorum diuinam scientiam, meritò Nostri institerunt eius probationi, Bastidaque non destitit à præparata Oratione.

78 Præterea de his obiectis contingentibus, quæ sunt futura absolute, non habet Deus iuxta multos Dominicanos antiqui, atque præsentis temporis scientiam conditionatam, forsitanque Orator Dominica;

nus Thomas de Lemos præbuerat indicia huius mentis, & idè opus fuerit, Oratorem Societatis Bastidam adstruxisse vniuersim, & generaliter talem scientiam, vt versantem etiam erga obiecta, quæ pro posteriori signo naturæ cognouit Deus per scientiam absolutam, seu visionis Legantur Alvarez Disp. 7. de Auxilijs, num. 37. §. ad secundam confirmationem, & lib. 1. Respons. cap. 5. num. 27. ad quintum argumentum, Gonzalez Disp. 44. sect. 3. num. 38. Nazarius 1. p. q. 14. art. 13. controu. 1. §. 3. notandum est, pag. 420. Quibus retragatus est Thomasius Disp. 20. art. 5. §. Ad 2. confirm. pag. 675. Sed illis adiunxerunt se socios Franciscus Felix cap. 6. diff. 3. num. 6. Smilingus tract. 3. de Deo Disp. 2. q. 5. n. 166. Et apud Fasolum 1. p. q. 14. art. & dub. 13. num. 214. Cabrera, atque Machin definiunt, futura conditionata esse illa, quæ nunquam sunt simpliciter futura. Antonius de Matre Dei tract. 3. de Scientia Dei, Disp. 7. dub. 1. n. 4. ad stipulatur præcitat, & Disp. 9. dub. 1. num. 4. aduertit, disputationem de scientia futurorum conditionatorum intra, vel extra decretum, procedere de futuris conditionatis, in quibus non purificabitur conditio.

79 Insuper Didacus Giron Dominicanus, successor Petri de Ledetma in Vespertina Cathedra Theologica Salmanticensi circa annum 1616. postremum vitæ Petri de Ledetma (vt refert Alfonso Fernandez, in Scriptoribus Prædicatorie familie pag. 492.) sæpè publicè auditus est dicere scientiam conditionalem vniuersim, & decreta obiectiue conditionata, quibus niteretur, [esse figmenta somniantium, à veris Thomistis aliena.] Ita assuebat laudatus supra Angelus Manrique testis auritus: quæ Didaci Gironij censura mihi non arridet.

80 Nec silendum est, Balthasarem Nauarræ Dominicanum tomopriori excusso Vallis Oleti anno 1605 non formalem, sed eminentialè solum scientiam conditionatorum obiectorum, de quibus in Scriptura sancta, adscribere Deo, negareque prorsus decreta illa præfata: quod vtrumque conformè esse Thomistis assuebat Controu. 56. §. 2. v. attende obsecro, pag. 349. inculcatque eandem opinionem in controu. 31. tom. posterioris impressi etiam Vallis Oleti

Oleti anno 1609. §. 9. v. Colligitur præterea, pag. 663. Quare quia Dominici Patres tot modis discordarent circa diuinam cognitionem conditionatorum dependentium à causâ liberâ, idè noster Bastida prosequutus est intentum statuendi eam vniuersim.

81 Rursus fatemur, Dominicanum Thomam de Lemos, secus ac præsumebatur, indicatque ipse in quadam solutione, cuius in Congregatione 34. meminit Bastida, recusasse in 33. patrocinium dubiæ, & coniecturalis vilius notitiæ diuinæ, quæ tamen in Hispania inter suos celebris tunc erat, vt satis ostendi in Euent. 1. vnde mirum non est, Bastidam perseuerasse constantem in comprobanda certitudine, & infallibilitate diuinæ notitiæ conditionatorum contingentium, non obstante dicto Anselmi de Monopoli, & Petri Lombardi memorato à Thomasio Disp. 20. art. 1. v. De hoc autem pag. 608. & à Felice Cap. 6. diff. 1. n. 4.

82 Quod siue verum sit, siue falsum dictum; at euentus monstrauit, Clementem VIII. nihil interpellasse Bastidam; huius namque Oratio pro certitudine, & infallibilitate diuinæ cognitionis conditionatorum longissima fuit, implet quippe per plures paginas in folio magno trium voluminum M. SS. quibus vltus sum, quæque custo-

diuntur in Bibliothecis nostrorum Collegiorum, Salmanticensis, & Vallis Oletani S. Ambrosij, exarata manibus optimorum librariorum, allata ex Vrbe à PP. Petro de Arrubal, & Ferdinando de la Bastida. Continentur in istis voluminibus omnino germanis cunctæ Orationes habitæ à PP. Gregorio de Valentia, & à duobus alijs proximè relatis, coram Summis Pontificibus Clemente VIII. & Paulo V. Similia volumina seruantur in Pinacotheca Collegij nostri Complutensis, vt tradit P. Alarcon, 1. p. Tract. 2. Disp. 4. cap. 6. n. 9. & Tract. 3. Disp. 5. cap. xj. num. 13. & vt mihi, qui ea non vidi, quia Complutum non accessi, comperum est ex aliorum etiam relatione recenti. Si iuramenti religione opus foret, testarer Deum, translata à me fidelissimè ex præfatis alijs voluminibus inter se collatis, quæ in superioribus adduxi; sed aliquando omittens quædam verba offensionem modò paritura; si tamen alia minus grata cuiquam sint, ego solum historicè narro, quin Patrum Dominicanorum sententiam in animo sit vel leui censura vellicare; indulgendum est Bastidæ, si quid minus suaue iactauit ante prohibitionem Apostolicæ Sedis.

EVENTILATIO III.

NARRATIONVM EIVSDEM FELICIS.

RESECATUR ADVIVVM TRITA DE TRIGINTA Censoribus contra Scientiam Mediam fabella. Arguitur insufficientie testimonium quoddam.



83 ERGIT Felix Cap. 6. & diff. 2. §. 2. num. 7. inquit, [Denique quod Scientia Media fuerit à Semipelagianis excogitata, constat ex Congregatione 33. facta die Iouis, 7. Iunii, anno 1601. vbi Censores à Papa designati, qui erant triginta grauissimi viri, exceptis Regente Carme-

litarum, & Procuratore Generali S. Augustini, affirmarunt, propositionem fuisse à Molina assertam, & inuentum de Scientia Media à Malsiliensibus excogitatum ad extenuandâ gratiam effectricem bonæ voluntatis. Et ita Censores, vt Bastida Iesuita falsus fuit coram Papa, decreuerunt, Scientiâ Mediam esse abijciendam. Quod ex testimonijs fide dignis adducunt Carmelitani d. 10. dub. 3. §. 2. Ioannes à S. Thoma 1. q. 14. disp. 20.

Disp. 20. art. 6. Quod fuerint triginta, vel quatuordecim, ut ait Ripalda, vel viginti, ut narrat Paulus Leonardus in *Respons. p. 1. sect. 3.* & quod vocentur Iudices, vel Censores, in quo vim facit ipse Paulus, nescio, & parum ad rem facit.] In his Felix breuiat scripta a Thomasio; & vix alibi reperies Franciscanum, ac Scotistam tam per omnia consentientem in rebus Scholasticis Dominicano, & Thomista. Coegit forsan veritatis vis, nam proximè addit [Solum scio, me à viro doctissimo, & in maxima dignitate constituto, & mihi fide dignissimo audiuisse non solum semel, & iterum, & denique iureiurando attestatum fuisse, se in Vaticano vidisse contra Scientiam Mediam fuisse declaratum. Quod si fas esset, virum nominare, nominarè, quia non est testis dormiens, sed viuens, nec Dominicanus.]

84 Ambigua est Felicis narratio. Aut enim doctissimus ille innominatus vidit in Vaticana Bibliotheca M. S. aliquod, & censuram contra Scientiam Mediam. Aut dum cōtrouersia agitabatur, præsente Sanctissimo, aderat Romæ, audiuitque in Vaticano Palatio declarationem, quæ aduersus eam Scientiam sit facta. Potest in utrumvis sensum accipi Felix. Si in posteriorè. Quis tantus ille vir, cui Vaticani penetralia patuerint? An interfuit ut Consultor? An ipsi introducto reuelatum est secretum, quo vel Cardinales, & Consultores obstricti erant à Pontifice sub obedientiæ præcepto, & excommunicationis pœna? Esset quidè tunc magnæ auctoritatis, & ætatis plusquam adultæ. Cum verò de Scientia Media incidere disputatio in annum 1604. & vir ille viueret anno 1646. timendum est, ne eius testimoniū sit hominis capularis, & decrepiti, adeoque luxatæ fidei. Si in priorem, Congregationum Acta, Consultorumque suffragia conduntur in archiuo supremæ, & vniuersalis Romane Inquisitionis, ut memorat Didacus Aluarezc. 33. *de historia Pelagianæ hæresis num. 19.* Est qui mihi referat, ostensum sibi quoddam transumptū in tabulario Castellæ S. Angeli. Subdubitare licet, num aliud in Bibliotheca Vaticana maneat?

85 Insuper ea declaratio non dimanauit à Clemente VIII. nec à Paulo V. uti ex euentu deprehenditur. Quod si à Consultoribus, aut Censoribus, vel

in priuatis suis Congregationibus, vel in publicis ante Summum Ecclesiæ Praesulem? In priuatis, certè nō magni æstimanda est; de quo postea, & in publicis, maioris esset momenti, dummodò ab omnibus, vel à maiori parte Consultorum prodijisset. Sed quis sibi prudenter persuadeat, triumphum, aut indemnitatē Scientiæ Mediæ in iudicio contradictorio, & liberam relictam eiusdem defendendæ facultatem ex sententia Apostolicæ Sedis, si omnes Consultores, vel maior pars ipsam damnasset? Iam autè si ab vno, aut altero orta est declaratio, discordantibus alijs, videat Felix, quidnam præiudicij importet? Desideratur etiā num à nobis auctor, & exactior ratio testimoni perhibiti à doctissimo illo, cui tantum arrogat Felix, & quem nominare, nefas non esset; nam si non dormit (ut alter ille, qui ab Oliuera *supra n. 79.* productus quondam fuit) conueniretur à nobis, & certiores nos redderet sui auctori.

NUM PARVM IN LITIS ALICVIVS decisione præponderet, quod illa à Iudice, vel à Consultore tantum prodierit? Vbi vtri ex istis ad Scientiæ Mediæ causam cognoscendam admissi fuerint?

86 Iudicio Felicis parum ad rem facit, quod grauisissimi viri, de quibus Oliuera, & Thomastus, fuerint triginta, vel pauciores; & quod Iudices, vel Censores, Consultoresve. Cæterum si ad rem parum, quid aliud interesse multum potest? Annue, Consultores tantum fuisse. Sanè inter sententiam Iudicum, & Consultorum deliberationem ingentissimum est discrimen, & diuersimodè concipitur de eare, quam Consultores non approbant; sed Iudices aut absoluunt, aut non damnant. Fuere quidem Consultores tantum.

87 Ausculta nostros Theologos respondentes ad animaduersiones Patrum Dominicanorum circa 10. propositionem Molinæ [In §. ultimo dicunt (Patres Dominicani) se humiliter suscipere Deputatorū centuras, ut iussè, & iuridicè prolatas. Magna scilicet humilitas, suscipere censuras eorum, cum quibus ante totam istam actionem iam conspirauerant aduersus Molinam. Nos omnia

omnia hæc nostra, quæ in refutatione hanc animaduersionum circa propositiones 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. scripsimus, sicut & alias omnes responsiones nostras iudicio Sanctissimi D. N. Clem. VIII. vnici Iudicis fidei cōtrouersiarū, humillimè subiicimus, nec accipimus supra dictas censuras tanquam iuridicè prolatas, cum ab ipso Sanctissimo D. N. intellexerimus, Censores illos non esse in hac causa Iudices. Et quoniam Patres. Prædicatores posteaquam sciuerant, Sanctissimum D. N. insisse ad nostram instantiam, ut nobis exhiberetur huiusmodi animaduersionia scripta, quæ clam Censoribus tradebant, negant, se velle contra reliquas responsiones nostras similiter scribere, vel fortè aliqua cautela, quæ nos lateat, in hac re vtuntur; eos, qui iussu Sanctissimi D. N. hæc sunt visuri, obtestamur, ut si quas huiusmodi animaduersiones circa propositiones reliquas ab ipsdem Patribus, vel aliquo ex Censoribus conscriptas esse constiterit, nobis exhibeantur ad respondendū; cum hæc sit æquissima Sanctissimi D. N. voluntas, & iussio, & hoc exigat ius eorum, qui reum defendunt, ut nihil contra ipsum, vel eius defensiones obijciatur, ad quod defensores eius respondere non possint. Neque enim erit processus in infinitum, si incipiat ab actoribus, & finiarur in rei defensoribus.] Sic Nostri pag. 381. *M. S. tom. Salmanticensis continens Censorum iudicium de 20. propositionibus Molinæ, defensiones item Nostorum circa easdem propositiones, & refutationes animaduersionum Patrum Dominicanorum aduersus illas defensiones.* Custoditur is tomus cum alijs Salmanticensibus, de quibus in n. 82. Loquuntur Nostri de Deputatis ad priuatas Congregationes; & eorundem est testimoniū, seu censura, qua Scientiam Mediam dedecorare satagunt Thomastus, & Felix, aiunt namq; prolata anno 1601. die 7. Iunii, quo tempore nondum publicæ Congregationes initiatæ fuerant; inchoata est 1. anno 1602. die 20. Martij coram Clemente VIII. & postrema celebrata est coram Paulo V. anno 1606. die 22. Februarij, ut Thomastus ipse scribit, consentiente Ripalda, & Annalium Ecclesiasticorū eximio continuatore Henrico Spōdano, anno 1602. n. 1. anno 1606. n. 1. neque in his alijs, quam Summus Pontifex erat Iudex, sententiamque se-

cretò ferebat, expensa sæpius cum solis Eminentissimis Cardinalibus censura Theologorum, licet quandoque & illi non fuerint exclusi.

QVID ETIAM CONDVCAT FIDA, vel infida testium commemoratio? Expenditur Ripalda, & Sherlogi in supputandis Censoribus concordia.

88 A Nnuat deinde Felix, non fuisse triginta. Igitur si numerus appositus ab Oliuera, & Thomasio conuictus est falsitatis, nihilo magis fida erit attestatio censuræ pronuntiatæ à viginti, & octo ex illis. Fingamus, imponi mihi græde aliquod scelus, & actorem allegare contra me viginti, & octo oculares testes. Si de vno solo possim probare, & parèter probem, non ibi extitisse, vbi facinus dicitur commissum, purgabo me sufficienter apud æquos causæ Iudices. Quapropter aut Felix numerū triginta Censorum à falsitate vendicet, aut attestatiōni censuræ fidem non præbeat. Sed primum illud non est aggressus, quia Thomastus, cui adhæret, et si cum Oliuera asseruisset, fuisse triginta; at postea non nisi quatuordecim nominat.

89 Quod si non nemo opponat, Sherlogum etiam, & Ripaldam discordare in numero Censorum. Non ita est, nā Sherlogus p. 1. sect. 3. num. 10. sermonem habens de Censoribus conuocatis ad Congregationes publicas, refert quatuordecim, quos Thomastus; & notat, [Quæ apud nos sunt scheda, omittunt F. Ioannem de Rada, & F. Palantierum Minoritas; sed habent eisdem Instituti F. Propertium Resta de Talleacotio Episcopum Gerūt inēsem, & Charlatinēsem, & F. Henricum Magistrum Generalem Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo; fortasse vel ob ægritudinem, vel ob superuenientes alios casus recedentium loco alij suffecti sunt. Cæterum plurimarum relationum vnanimis consensio est, Consultorum, publicæ, & solemnī altercationi quotidie adstantiū, numerum decem, & quatuor non superasse.] Ripalda verò ait *Disp. 113. sect. 7. n. 45.* [Omnibus Romanis exploratissimū est, quatuordecim tantum Theologos coram Pontifice disputationibus interfuisse.] Idque ipsum iterat *sect. 13.*

num. 128.

90 Cardinales Eminentissimi, qui interfuerunt, non plures, quam octo recensentur, et si Anselmus de Monopoli Capuccinus (quem Zacharias Bouerius in *Annalium Capuccinorum* anno 1605. num. 1. tradit creatum fuisse in Cardinali biennio ante) & Iacobus David Peronius addantur, neque semper omnes; sed initio nouissimi duo tantum ex illis octo. Et hi quantumuis reponantur in numero Censurum, vel Iudicum, ut ex abundanti fas est per Sherlogum num. 11. non triginta, sed supra unum viginti Censores, vel Iudices erunt in publicis Congregationibus, nam Anselmus de Monopoli censuram gessit, antequam donaretur purpura, ideoque inter Censores computatur, & Cardinales.

CATALOGVS CENSORVM, QUI AD ferendum de Molina iudicium, priuatis Congregationibus adfuerunt.

91 **S**I quis aueat scire, quot fuerint in priuatis Congregationibus Censores, iuuit nos in inueniendo earum Congregationum M. S. fortuna, quam desiderabat P. Annatus *Disp. 4. Cap. 1. n. 19. De Actis Congregationum habitantium coram Clemēte VIII. & Paulo V. nunquam solliciti fuimus, ut quæreremus; præsertim quæ dicuntur confecta à Francisco Peña, aut à Thoma de Lemos, & quæ iam sunt nullius fidei declarata ab Innocētio X. Summo Ecclesiæ Præsule. Legimus itaque in volumine M. S. cõpletente Congregationes undecim habitas à Centoribus priuatim ad examen Cõcordiæ Molinæ, hæc, quæ sequuntur verba, [Adit Spiritus sancti gratia. Die 2. Mensis Ianuarij, anno salutis Domini 1598. coram Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis D. Ludouico Madructo, & D. Pompeio Arigonio S. R. E. Cardinalibus, & Generalibus Inquisitoribus totius Ecclesiæ Catholicæ, collectis Reuerendissimis Dominis D. F. Propertio Resta de Talleacotio Episcopo Geruntinensi, & Cariatensi, D. F. Iulio Sanctatio à Montefeltano, (vel Montepolitiano) Episcopo Agathensi, D. Lælio Lano (vel Lando) Suesiano Episcopo Neridonensi (vel Neriscotensi, vel Neritensi, vel Nardonensi) Reuerendisque PP. Sacræ Theologiæ Doctoribus F. Hærico Vicario Apostolico Or-*

dinis Carmelitarum, F. Francisco Brusco Procuratore Generali Ordinis S. Francisci, F. Ioanne Baptista Plumbino Procuratore Generali Ordinis S. Augustini, F. Gregorio Nunnio Coronel eiusdem Ordinis, & Instituti Professore, & Domino Ludouico de Creil Doctore Sorbonico Parisiensi: in quorum numerum postea, absentibus PP. Magistris Vicario Apostolico Ordinis Carmelitarum, & Procuratore Generali Ordinis S. Francisci supra nominatis, cooperti fuerunt R. P. F. Ioannes Antonius Bobius Magister Regens Collegij Romani Carmelitarum, & Dominus Iacobus Le Bussy Doctor Sorbonicus Parisiensis, & Ordinis S. Benedicti Professor; quibus omnibus Sanctissimus Dominus vltimò addidit Reuerendissimum Dominum F. Hippolytum Lucensem Episcopum Montis Pelusij. Ad omnipotentis Dei gloriam in nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, &c.] Ita ibi, est que 1. pag. eius voluminis Salmanticensis. Et pag. 372. in fine Congregationis 11. subscribunt anno 1598. die 13. Martij contra Molinam Episcopi quatuor, duo Doctores Parisienses Sorbonici, & F. Gregorius Nunnus Coronel Augustinianus.

92 Catalogus visus à Thomasio subricet Henricum Syluium Henrici Vicarium tunc Apostolicum Ordinis Carmelitici, sed paulò post eodem anno 1598. creatum Priorem Generalem, Franciscum Bruscum Procuratorem Generalem Ordinis S. Francisci, & huius posterioris loco apponit Ioannē de Rada Procuratorem etiam Generalem eiusdem Religionis; forte ut in Procuratoris, sic etiam in Censuris officium successit Rada, assumptus postmodum ad Archiepiscopatum Tranensem: fueratque Theologiæ Prælector in Salmanticensi insigni Cœnobio S. Francisci, edideratque ibi anno 1586. partem primam Controversiarum Theologicarum. Adijcit præterea ille catalogus Archiepiscopum Armachanum, & Hiberniæ Primatem Petrum Lombardum, Episcopum Aquileensem (quem præposterè nuncupat Aquileiensem) Procuratorem Generalem Capuccinorum Anselmum de Monopoli, Priorem Benedictinum S. Pauli, & Abbatem deinde Castrouillæ, dictum Anastasium, & F. Hieronymum Palantierum Franciscanæ familiæ, donatum ex in Episcopalibus infulis.

93 Noster

93 Noster Ripalda *sect. 9. num. 62.* redigit etiam in calculum Archiepiscopum Armachanum, Episcopum Aquileensem, Priorem S. Pauli, & Patrem Neapoli, seu potius Monopoli. Petrus à S. Iosepho in *Concordia suauitatis humane libertatis Sect. 4. V. Denique*, recitat omnes memoratos præter Propertium Restam de Tolleacotio, Henricum Syluium Henrici, & Franciscum Bruscum. Non potui comperire alios Censores, & qui hæcenus sunt supputati, vigesimum numerum non explent. Nec vnà omnes ad singulas Congregationes sunt adsciti; sed iam hi, iam illi in aliorum locum succedebant; ita ut primum octo, deinde decem impruatis, semperque quatuordecim in publicis præfentes fuerint, ut explorauit Ripalda *sect. 9. num. 55. & 56. sect. 13. num. 128.*

EXAMINANTVR AD AMVSSIM Aliqua, quæ censuræ de Scientia Media auctoritatem vel omnino, vel magna ex parte labefactant, ut quod non subscripserint duo Theologi, alter Augustinianus, alter Carmelita sequens vestigia Reuerendissimi sui Generalis, neque duo Prelati.

94 **A** Ge iam, & censuram de Scientia Media ad examē vocemus. In M. S. Francisci de Peña Decani Rotæ testatur Thomasio sic legi, [Die Iouis, 7. Iunij, 1601. apud Reuerendissimum Dominum S. Agathæ habita fuit Congregatio, ad quam conuenerunt omnes Consultores super examinanda censura, alias facta, in 14. propositionem Molinæ, & post longam, & exquisitam disceptationem, exceptis Regente Carmelitarum, & Procuratore Generali S. Augustini, in censura persistentes affirmauerunt, & propositionem fuisse à Molina assertam, & inuentum de Scientia Media à Malsiliensibus excogitatum ad extenuendam gratiam effectricem bonæ voluntatis.] Hæc est illa censura, quam in Scientiam Mediam tubis, & tympanis, multoque verborum strepitu præconat Thomasio, & quam Felix tãquam ex oraculo Delphico enuntiata suscipit, adoratque reuerenter.

95 Sed in primis huiusmodi censura lata non est in Congregatione

coram Sanctissimo, id que Thomasio, & Felici est in confessio. Deinde non à triginta viris, sed à paucioribus est promulgata, ipsique non tam grauissimis auctoritate, aut scriptis, aut Scholarum plausu, aut studijs decantata, quantum iactitant illi duo Theologi. Tertio non defuerunt, qui refragarentur viro, valdeque insignes, quales fuere Ioannes Antonius Bobius, & Ioannes Baptista Plumbinus, ut in M. S. non negatur. Et renixus Plumbini, si accuratè consideretur, summi debet momenti esse, fuit enim hominis ultra professionem publicam docedi paulò antea sacras litteras in Vrbe, agentis personam, totius familiæ Eremiticæ Augustinianæ, & qui veritatis indagandæ audis, sollicitat per litteras incomparabilè illum Primarium Magistrum Salmanticensem F. Augustinum Antolinez, vitæ integritate, & doctrinæ ornamentis nulli ea tempestate in Hispania secundum, ut suum de Molinæ Cõcordia aperiret sensum. Accepit autem eam Epistolam, quam de verbo ad verbum transcripsit Sherlogus p. 1. *sect. 10. num. 42.* Accepit & aliam excellentissimi Magistri F. Ioannis Marquez, quæ exhibet idem Sherlogus num. 43. Vtraque missa ex Hispania anno 1600. euehit ad cælum vsque Concordiam Molinæ; & in ea, quæ est Ioannis Marquez dicitur, [Nec quidquam appareret in Molinæ Operibus, quod non hominem in primis Catholicum, & cõsumatè eruditum subleat, quæ est nostræ familiæ communis de illo æstimatio; & quod ad punctum de physica prædeterminatione spectat, arbitror citra controuersiam esse, nunquam à S. P. N. Augustino cognitam fuisse, nec ei in mentem venisse.] Perijt & ab extrenanecõsiliū Plumbinus; rescripsitque as eum anno 1600. Doctor Ioannes Garcia Coronel in Vallisoletana Academia Præfessor Princeps Theologiæ, [Has prædeterminationes video generaliter displicere multum ferè omnibus hominibus doctis, qui acriter versati sunt in rebus speculatiuis, & scholasticis, vel in controuersijs fidei, & contra hæreses. In hac Pintiana Vniuersitate neminè melioris notæ præter Dominicanos cognosco, qui arbitretur, prædeterminationes necessarias esse, & omnes penè eas auerfantur: Molinæ librum ab omnibus doctissimis conspexi summis en-

Ca comijs,

comijs effert.] Exstat integra Epistola apud Sherlogum p. 1. sect. 11. num. 46. est que dignissima lectu. Doctor etiam Gregorius de la Camàra, Règens emeritus Cathedræ Bibliorum Sacrorum, Decanus Complutensis, rogatus per litteras ab eodem Plumbino, respondit, [si bene peripexi, iubet me vestra Paternitas, vt satisfaciam duobus punctis. Atque ita dico, quantum ad P. Molinæ librum atinet, cum fuisse visum, & examinatum optimis, & multis ab oculis; censuraque fuit, nullam in eo inueniri propositionem dignam nota aliqua. Quod spectat ad efficaciam gratiæ, doctrinæ, quæ hic viget, & communiter defenditur, non aditruit prædeterminationem physicam, sed gratiæ vocationem, & liberi cooperationem arbitrii adiuti gratiæ excitatæ absq; prædeterminatione physica. Et ego quidem iudico, nihil vitæ esse necessarium in doctrina S. Augustini eiusdemque iudicij sunt multi homines docti Vniuersitatis Complutensis, iuxta sententiam nonnullis iam ab hinc diebus datam in fauorem P. Gabrielis Vazquez, ad quam me remitto, existimo namque versari istic.] Ita Doctor Camàra in Epistola, quam apud me seruo cum alijs, de quibus Sherlogus p. 3. sect. 11. num. 61. Curauit enim, vt, moriente ipso, meam in potestatem venirent.

96 Rursus dissensio Bobij tam in priuatis, quam in publicis Congregationibus, vt constat ex Petro à S. Iosepho, summopere commendat Scientiæ Mediæ; fuit namque Bobius præstantissimus Theologus, & promotus deinde ad Episcopatum Mosketensem à Paulo V. pro vt noscere est ex nostro Possuino in Apparatu, ex Marco Antonio Alegre Casanate in Paradiso Carmelitici decoris pag. 481. & ex nostro Annato in 1. Informatione de 5. propositionibus ex Iansenij Theologia collectis n. 51. pag. 57. Exprimebat Bobius mentem Carmelitane Religionis, seu potius imitabatur sui Sanctissimi, & eruditissimi coetus Generalem Priorem Reuerendissimum P. F. Henricum Syluium Henrici, qui superiori censura, similibusve alijs constanter repugnauit, vt monuit Ripalda Sect. 7. num. 47. Henrico concinnat insigne elogium Marcus Antonius pag. 443. & tam ipsum, quam Bobium laudat ob operam positam cum celebri doctrinæ fama in his cõsultatio-

nibus. Equales alios tribus his viris, velim, assignes ex Censoribus contrarijs. 97 M. S. Peñæ non declarat, quot, & quales fuerint. Vnus ex illis non fuit Episcopus Aquilensis, Clericus Regularis Theatinus, Pinatellorum nobilissime ortus Neapoli, filiusque Marchionis de Lauro, vir non minus exemplari vita, quam genere, & sapientia clarus, clariorque ob Episcopatum renuntiatum, quam possessum; nam is fuit nobis, vt ait Petrus à S. Iosepho supra V. Deinde de Petro Lombardo Archiepiscopo Armaehano quam partem tuitus sit anno 1598. vel 1601. me prorsus latet, sed anno 1607. noluisse subscribere aliorum Consultorum censuræ, noui ex quadam eius Epistola ad Paulum V. transcripta ab Annato in 1. Informatione de 5. propositionibus ex Iansenij Theologia collectis n. 59. pag. 69. quia, vt inquit, [in ijs (scilicet propositionibus) extra Congregationem, saltem me non presente, aliqua sunt mutata, aliqua addita; quedam sunt, quæ, si quid valeat iudicium meum; grauioribus extra Congregationem hanc Theologis nec satisfactione adferent, nec ferre poterunt oppositionem, si contingat contra ipsas fieri.] Quare Armaehanus non potest contra nos allegari.

NULLAM FÆSITATIS NOTAM
Scientiæ Mediæ opinioni ex ea censura accrescere; exemplo S. Thomæ abunde comprobatur.

98 Sed admittamus, septem, eosque in litteris grauitissimos, aduersus Scientiæ Mediæ centuisse. Sane id est, vt de ista Scientiâ actum putetur? Academia Parisiensis anno 1277. sub Stephano de Templier Episcopo huius nominis secundo decreuit contra aliquas S. Thomæ sententias, vt ad longum narrat Ferdinandus del Castillo lib. 3. Chronici Predicatorum cap. 31. Thomas Pins à Ponte in prologo ad 1. part. quest. vñca, dub. 2. Ideone habendæ sunt concludatæ illæ opinionones? Cum tamen inter Vniuersitatem Parisiensem, & eos Censores, qui conuenisse referuntur in domo Episcopi Agathensis, vix vlla quoad grauitatem comparatio institui queat. Et vel vnus Doctor Solemnis Henricus de Gadauo, qui, vt constat ex ipsius quodlib. 2. quest. 9. suum cum alijs Academiæ Doctoribus nomen in decreto suppositum,

it, in ster plurium, ne omnium dicam, in Scientiæ Mediæ Censuram æstimari debeat. Quod si Theologi, quibus determinationes Parisienses non placet, respondere solent, eas non transire Sequanam; liceat nobis multo potius dicere, censuram illam non transisse conclauem Antistitis Agathensis. Si in Parisiensibus, dum coniurarunt aduersus Angelici Magistri doctrinam, sinistra quidpiã affectus suspicatur Ferdinandus del Castillo ob vindictam sanguinis V. Villelmi de Sancto Amore, ac sociorum; possumus & nos absque temeritate suspicari, quosdam ex Censoribus obsequutos iugera Societatem displicentiæ, ne dicam maleuolentiæ, de qua Sherlogus Sect. 4. num. 19. & qua vacuos esse decet omnes Iudices, vt monet S. August. lib. 2. contra Iulianum, alijs verò Platonem fuisse magis amicum, quam probabilitatem nostræ opinionis. Sed de hac suspitione inferius.

99 Inquies, Academiam Parisiensem sub Stephano de Borreto Episcopo huius nominis tertio ad annum 1325. vel potius 1324. post adscriptum Præceptorem Angelicum in album Sanctorum retractasse determinaciones, quas post eius obitum publicarat, non tam maturo consilio, quam vellent Agidius Colūnenis in principio Defensorij doctrine S. Thomæ, & quodlib. 2. q. 7. Gotfredus de Fontibus quodlib. 8. vel 12. q. 5. Capreolus in 2. Dist. 2. q. 1. art. 3. in 4. Dist. 44. q. 2. art. 3. Deza in 1. Dist. 7. q. 2. art. 4. Ferrariensis in lib. 2. contra Genes. C. 93. Martinus Ledesmius in 2. 4. q. 84. art. 1. Didacus Alvarez Disp. 5. de Auxilijs n. 6. sicque reparasse damna antiquæ censuræ. Non obsitam nunc, etsi conscius sim eorum, quæ recentissime scribit in Nodo 2. & 5. indefessus Antiquitatis indagator Petrus de Alba. At verisimile etiam est, Censores nobis aduersos recantasse eadem, aut temperasse suum iudicium ante conclusionem causæ. Et quidquid de ista coniectura sit, Pontificium decretum permittens non minus nobis, quam Dominicanis, vt suam quisque tueretur sententiã modestè, & sine damnatione alterius partis, cassam reddidit eam paucorum hominũ censuram; proindeque ex illa non debuit Felix inferre, [Constat, Scientiæ Mediæ fuisse à Semipelagianis excogitatam.] Non posset alio modo loqui, si in aliquo Ecclesiæ Sacrosancto, & œcu-

menico Concilio talis censura lata esset.

CIRCUMSTANTIÆ, SVB QVIBVS
asseritur prolata censura, non leuiter
obnubilant veritatem.

100. S Vperest mihi non nihil scrupuli in eo, quod Congregatio sit coacta apud Episcopum Agathensem; & quod fuerit trigesima tertia, vt præfert inscriptio Peñæ, tot enim priuatas Congregationes nusquam reperio, etsi celebratis à Consultoribus accedant quatuor ex Generalibus Dominicanis, ac Nostro, atque ex sex Theologis vtriusque Religionis; & quæ iussu Sanctissimi, finitæ sunt anno 1599. omnesque; narrantur habitæ apud Cardinalem Ludouicum Madrucium; neque hic conuenisset in domum Præfulis Agathensis, neque item Cardinalis Pompeius Arigonius, si comitatus est perpetuò Madrucium. Respondebit quis ex Authore quæstionis Historiæ, Theologicæ, & Iuris Pontificij Thest. 8. obiisse Madrucium anno 1600. ideoque non potuisse præesse illi Congregationi. Sit ita. Sed adhuc incertus sum, num Agathensis præfuerit ex commissione Pontificia? Videant alij, an fuerit conciliabulum?

COLLATIO EIVSDEM CENSURÆ
cum alia in tomo quodam M.S.
reperita.

101. NON ibo in incias, in M.S. tomo Salmanticensi censurarum circa viginti propositiones Molinæ repertam à me hanc censuram circa 14. propositionem, [Propositio, & doctrina de Scientiâ Mediâ, & eius necessitate videtur eadem cum illa, quam Malsilienses excogitarunt ad extenuandam gratiam effectricem bonæ voluntatis, & ad tribuendum libero arbitrio, quod gratiæ subtraherent, ne illud læderent; & ad assignandam causam infallibilitatis effectus.:: Cum autem in materia prædestinationis, & gratiæ S. Augustinus semper exploserit omnem præscientiæ rationem, quæ antecedit decretum diuinæ voluntatis,:: expugnat a sanè videtur ab eodem Augustino hæc de Scientiâ Mediâ doctrina cum Malsiliensium

sum errore.] Sic in pag. 134. eius tomi, quin declaratur, quam in Congregatione priuata pronuntiarint Consultores eam censuram, aliasve. Sed ea quidem vel est excerpta ex Congregationibus priuatis decima, & vndecima, in quibus anno 1598. die 6. & 13. Martis coram Cardinali Madruccio ad fastidium vique intercelsit sermo de præscientia Dei, ac de Scientia Media, inuiturque utrobique; vel tradita est in Congregatione alia ad confirmandum quæ in decima, & vndecima decisum erat per septem Censores. Non ouum ouo similius, quam verba huius censure, & illius memorata à Peña tenor; licet mihi semper incertum sit, quota fuerit Congregatio priuata, de qua Peña, & an legitima in domo Episcopi Agathensis? Illud certum est, censuram ante inuentam subscribere non potuisse Procuratorem Generalem Augustinianorum, & Regentem Collegij Carmelitani, cum discesserint ab ea, cuius Peña mentionem fecit, & quæ vel est eadem ipsa, vel germana.

SEMIPELAGIANISMI SVSPICIO,
quam Scientie Mediae inurunt
Censores, pluribus ex capitibus amouetur.

102. **P**orro antequam propalatae censure auctoritatem infirmem, subijcere libet responsionem Nostrorum, quæ in tomo illo ponè subit pag. 135. [Malsiliensium Semipelagianorum error, quem S. Prosper, & Hiarius referunt, erat, Deum prædestinare, aut reprobare paruulos, vel aliquos alios propter opera bona, vel mala, quæ Deus sciebat ipsos facturos, si superuixissent, aut Euangelium, vel lex fuisset aliquibus prædicata. Quia in assertionem non ideo errabant, quia putarent, Deum scire, quid eiusmodi paruuli, vel alij, si superuixissent, vel Euangelium audiissent, fuissent facturi. Verissimum enim id est, ut agnoscit S. Augustinus in lib. de Bono perseuerantiae cap. 9. Sed quia causam prædestinationis, aut reprobationis etiam contendebant, ea paruulorum, vel aliorum opera, quæ nunquam reuera futura erant, neque præcisa propriè absolute futura. Si quidem nullus est in iudicio saluandus, aut damnandus, propter id,

quod facturum fuisset, si hæc, aut illa conditio poneretur; sed propter id, quod re ipsa gesserit, dum in corpore vixit, ut præclare dixerit S. Augustinus. Molina verò sepius asserit, nullum vsum liberi arbitrij per scientiam conditionalium à Deo cognitum, causam fuisse, ut Deus decreuerit, ac voluerit per gratiam efficacem homines prædestinare; ut patet ex quest. 23. art. 4. & 5. disp. 2. passim, maxime in membrò 3. §. error, ubi contrariam Semipelagianorum sententiam dicit esse errorem aperte absurdum, & illum bene impugnat. Quauis rectissime Molina docet, ipsam Dei scientiam de vso liberi arbitrij non fuisse futuram de illo sine illo. Neque enim potest esse scientia de obiecto aliquo sine eiusmodi obiecto. Neque Semipelagiani illi scientiam Dei conditionalium excogitarunt, cum hæc habeat in sacris litteris, & in Sanctis PP. testimonia perspicua. Neque eam scientiam eò referebant, ut assignarent causam certitudinis, siue infallibilitatis effectuum prædestinationis; sed ut opera conditionaliter à Deo cognita, perperam assignarent pro causa prædestinationis, sicut dictum est, & conuictum ex S. Prospero, & Hilario, & ex ipso S. Augustino in lib. de Bono perseuerantiae. Nec denique S. Augustinus vnquam exposuit omnem præscientiam rationem, quæ antecedit decretum diuinæ voluntatis in materia prædestinationis, & gratiæ; sed præscientiam operum, quæ sit causa, cur Deus decreuerit, ac voluerit prædestinare per dona gratiæ, sicut contendebant Pelagiani, & Semipelagiani. Præscientiam autem operum, quæ non sint vllò modo causa decreti prædestinationis, sed tantum effectus, non exposuit S. Augustinus, sed omnino coniunxit cum decreto prædestinationis, ut constat ex lib. de Prædestinatione Sanctorum cap. 10. 17. & 19. ex lib. de Bono perseuerantiae cap. 14. & 17. atque etiam cum voluntate dandi gratiam efficacem, ut cum de gratiæ vocationis efficacis ait lib. 1. ad Simplicianum quest. 2. Cuius miseretur, sic cum vocat, quomodo scit, ei congruere, ut vocatum non respiciat. Denique Molina non voluit negare, quin certitudo prædestinationis existeret etiam ex donis efficacibus gratiæ, prout subit infallibili scientiæ Dei, qua

quæ nouit hominem per illam, adhibita simul sua cooperatione, certò peruenturum in vitam æternam, ut sæpè Molina ait. Qui & rectè docet, nec hoc ipsum fieri ex sola tali præscientia, sed ex decreto voluntatis Dei, quo vult dare huiusmodi dona gratiæ, ut patet d. 49. §. 2. & d. 52. §. Ex his, & q. 23. a. 5. d. 1. memb. 8. §. Proprio, & memb. 11. §. Secundum, ubi ait, certitudinem esse in hac scientia quodammodo tanquam in radice, & solùm ex hypothesi, & memb. 12. §. siqui. Sed tamen contra quodam merito asseruit, eam prædestinationis certitudinem non prouenire ex natura præcisè aliquorum gratiæ auxiliorum, quæ physicè voluntatem ad operandum prædeterminent; & quæ ideo, abstrahendo etiam ab infallibili Dei præscientia de cooperatione hominis futura, redderent certam salutis consequutionem.] Talis fuit Nostrorum responsio.

103. Ad quam Patres Dominicani nullam fecerunt animaduersionem, sicut ad alias à secunda vsque ad decimam, forte quia iudicarunt, imposturam Semipelagianismi, labemque erroris Malsiliensium, reiectam, dilutamque sat perspicuè à Nostris. Consultantur Petrus à S. Iosepho, Sherlogus, & Anatus, ilque tum in Disp. 3. de Scientia Media, toto cap. 4. tum in Augustino à Baianis vindicato, toto lib. 7. Qui phantasma de Malsiliensium Semipelagianorum errore, obiectum contra Molinam, quam sit despiciendum à viris doctis, & versatis in Theologica facultate, ostendunt eruditè, multoque copiosius. Nunc ex Constitutione Innocentij Papæ X. data Romæ anno 1653. pridie Kal. Iunij, qua declaratur falsa, & hæretica, & vti talis damnatur quarta hæc Cornelij Iansenij Irensis Episcopi propositio, [Semipelagiani admitterebant præuenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; & in hoc erant hæretici, quod vellēt, eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.] Nunc, inquam, eneruari facillè potest, aut exarmari aliud Semipelagianismi terribilamentum, quod proferri solet aduersus nostram de gratia, eiusque efficacis sententiam. Sed de hoc alias.

NON MAGNI PENDENDAM
duorum ex Sorbona Doctorum à Scientia
Media defectionem, cum per illustrium SS. Benedicti, & Bernardi cœterum, quorum alter vitæ tenuit institutum, nobilitetur patrocinio.

104. **A**uthoritas censure propositæ in num. 94. multis ex capitibus diminuitur. Suffragatores fuere tantum septem. Ex quibus Iacobus le Bussy, & Ludouicus de Creil Doctores Parisienses Sorbonici, exules à Gallia, qui a aduersi Regi Hærico IV. alebantur a Francisco Peña, Auditore, & Decano Rotæ, homine non bene erga Societatem animato, ut iam in num. 52. adnotauimus. Etsi autem Iacobus fuerit Benedictinus, non tamen nomine, aut sensu amplissimè, & illustrissimè alicuius Benedictinæ Congregationis sententiam tulit.

105. Notum mihi est, ex Hispanica, quæ religione, & litteris eximie tunc, etiamque num. floret, has ad Procuratorem Generalem Romæ commorantem scriptas litteras in Collegio S. Vincentij Salmantino, præclarissimo, si quod aliud, huius Academiae, [Monere volumus, quod à Patribus Societatis IESV defenditur, esse doctrinam S. P. N. Anselmi; & ideo ob hanc causam, & quoniam quod illi propugnant, verum est, & docetur in hoc Collegio à nostris Magistris, & à discipulis eorum Monachis tam in huius Academiae publicis thesibus, quam in his, quæ in Capitulis Generalibus habentur, defenditur. Quamobrem vestrae Paternitati sedulo considerandum est, hanc esse litem nobis æquè communem, à qua nostræ Religionis honor dependet; proinde, qua solet industria in Ordinis bonum vigilare, prospiciat doctrinæ tanti momenti, & media opportuna adhibeat, quibus subsidietur ei.] Reliqua litterarum subscriptarum à Magistris per insignibus Collegij anno 1600. legi possunt in Sherlogo sect. 10. num. 44. Vnus ex illis erat Antonius Perez Magister Salmanticensis, electus postea in Generalem Congregationis Benedictinæ Hispaniæ, qui cum iam gereret Archiepiscopatum Tarraconensem, scripsit in Authentica fide Ioannis,

nis, *Controversijs Catholicis agitata, pariterque discussa anno 1636. cap. 36. ex eiusdem Ioannis 6. vers. 43. num. 27.* [Deus ab aeterno scit omnia futura. n. 29. Quoad futura autem conditionata, quæ ob conditionis defectum nunquam erunt, non est ita certa sententia; mihi tamen perspicua videtur, quæ ad ea, quæ Christus ipse asseruit. num. 34. In his (id est in malis, & prohibitis,) Scientiam Mediam omnino necessariam iudico: propter improbitatem operis, quod (nimec me fallit opinio) repugnat habere pro causa etiam materialitatis suæ decretum absolutum, efficax, & antecedens Dei.] Citatus Sherlogus attexit in num. 45. concordem aliam Epistolam Abbatis Hispalensis Hieronymi Marto, viri ultra morem docti.

106 Nec subtricebo, fuisse apud Vallis Oletum in Capitulo Generali Congregationis anno 1592. propugnatam doctrinam Molinæ, uti ipse in suum ius adduxit anno 1594. die 24. Maij in supplici ad Inquisitionem supremam libello, cum quo presentavit impressas Benedictinorum Conclusiones. Fuerunt & aliæ celebres in Capitulo Generali anno 1601. presidente F. Mauro de Salazar Magistro Salmanticensi, viro in primis conspicuo fama, & nominis celebritate, qui in eum collineavit scopum, ut probaret, doctrinam Molinæ esse ipsissimam medullâ SS. Augustini, & Anselmi.

107 Familia Cisterciensis, inelyta Benedictinæ propago, non tantum Societatis opinionem approbavit in personis doctissimorum Theologorum, quos suo loco recensimus, sed nobis etiam valde strenuos, ac litteratos dedit duces, quos sequeremur, nosque ab inuasionibus contrariæ factionis defenserent. Præstantissimus Theologus F. Petrus à S. Iosepho, Monachus Congregationis Fulienfis, tam ardentem, & validè pro Scientia Media depugnauit, ut ad sui incolumitatē non aliud caput trōnum desideret. F. Angelus Maarique, nunquam satis pro meritis laudandus, elucubrauit, ut in num. 3. dixi, integrum ferè iustum volumen in Scientiæ Mediæ firmissimum præsidium.

108 Labet in antecessum presentare Lectori cupido videndi illud Opus, non dum (quod doleo) missum Typographis, quæ habentur lib. 3. con-

trou. 25. cap. 4. num. 28. [Scientiam conditionatorum antecedenter ad diuina decreta dari, grauissimi haud dubiè hoc nostro seculo Scriptores Societatis IESV non minus constanter defendunt, quam vniformiter. Ita Molina, quem, ut ego puto, Theologi omnes venerari equè tenentur, non soli, qui defendunt, sed qui impugnant; illi ut ducem, sub cuius signis militant; hi velut aduersarium, sed planè strenuum, cuiusque inuentis debent, quod ipsi ducant. Ita, inquam, ille in Concordia, & in presenti, vbi & Valentia, & Vazquez, vterque magnus, & subtilissimus Doctorum nostri temporis. Idemque modestissimus Franciscus Suarez 1. p. & in Opusculis, & Prologomeno 2. de gratia. Quos quatuor primos duo illustres Cardinales Robertus Bellarminus, Tolerosque, inde alij sequuntur, tot planè numero, ut vulgum penè efficiant; sed aded graues scriptis, doctrinaque, ut vilescere nequeant à multitudine.] Prosequitur n. 29. Quin & ex exteris hanc sententiam sequuti sunt multi, & graues Authores, Alfonso Mendoza in suis quodlibetis quest. 7. Scholastica, Magister Curiel controu. 7. citata art. 3. num. 106. cū retulisset decreta conditionata, atque ea impugnasset, dixissetque, in nullo se Authore hætenus vidisse. Illustrissimus Ferdinandus Mascareñas, Diotalleuius, Pennotus, & qui mihi pro multis semper erit, Magister Lorca rom. 1. in 3. p. disp. 10. num. 27. docens, eam esse sententiam D. Thomæ. Idem in Commentarijs 1. p. circa quest. 14. Alexander Pefarius, Thomas Pius, Ioannes Puteanus, Philippus Gamacheus, Ioannes Vigers, atque Malderus cū multis alijs, quos nouissimè refert, & propugnat noster Petrus à S. Iosepho in suaui Concordia disp. 4. per totam, maxime autem sect. 2. & 4. nisi quod tamen (ut id obiter notem) dum RR. PP. Carmelitanos Discalceatos, qui huic Scientiæ pro viribus obstant, Salmanticenses absolutè appellat, & alias Complutenses pro ea refert, aut sentire videtur, aut innuere, contra hanc Scientiam, Salmantinam Scholam stare, quod re vera nequaquam dici potest. Licet enim habeat, ab initioque habuerit vtriusque partis egregios defensores; at Primarij illius Professores à Magistro Curiele, qui primus extra Dominicanam familiam hanc cathedram obtinuit nostris

nostris temporibus, vsque ad nos, qui eam, licet immeriti, possidemus, omnes hanc Scientiam admisisse, docuisseque habemus compertum: quod de Curiele testantur ipsius scripta; & de dignissimo illius successore Augustino Antolinez, postea Archiepiscopo Compostellano, dubitare non licet, quippe acri huius Scientiæ propugnator. Tertius à primo Basilius Legionensis publicauit eandem in suis quodlibeticis questionibus Salmanticæ excusis. Et tandem quartus, & cuius successus, Franciscus Cornejo eandem Scientiam publicè distulit, cuius nos testes sumus. Nec insciamur, quod aliqui eorum retractasse dicuntur. Sed de retractatione nobis non constat; de sententia nō licet dubitare.] Huc utque Illustrissimus Angelus Manrique.

CLARISSIMA SORBONENSIVM
pro sua opinione
suffragia.

109 **D** Vobis illis Doctoribus Sorbonicis Iacobo, & Ludouico, qui nobis obijciuntur, opponit vicissim Petrus à S. Iosepho supra V. Rursus DD. duos alios, nempe Andream Duuallium, & Philippum Gamachaum; qui in Operibus editis clarissimis fœdera nobiscum inferunt; addam ego multos alios inferius: Sed nonne non timebo Geruasium Bionnam, qui in Tract. de Auxilio gratiæ Disp. 5. q. 4. art. 6. tuetur Scientiam Mediam; & Disp. 3. q. 2. art. 5. ait; [Major, & sanior pars Theologorum Orthodoxorum cum S. Thoma physicam illam voluntatis præmotionem ut fictitiam, & improbabilem amolitur.] Sic Bionnius anno 1645: qui debuisset abstinere ab ea censure de fictitia, & improbabili physica præmotione.

110 Testatur Petrus à S. Iosepho supra V. Adde, accepisse se a viris fide dignis, ne vnum quidem in Collegio Sorbonico, ex quo tempore excitata est controuersia inter Dominicanos, & Iesuitas, repertum esse, qui Scientiæ Mediæ non adhererit. [Quod aded perseuerat, si fides adhibenda est Eugenio Philadelpho in Exercitatione Scholastica tripartita contra nouam rationem tuendi physicas præmotiones liberorum agentium, eorumque libertatem exponendi, cap. 3. §. 5. ut

ex illis sex; qui quotidie ad Sorbonam docent, nullus approbet physicarū prædeterminationum opinionem, & anno superiori (scilicet 1635.) cum ad pileum Baccalarei supra quadraginta pararentur, duo tantum inuenti sunt, qui causam prædeterminatorum susciperent: Neque fieri aliter potuit, ut Sorbona sibi constaret, essetque consentiens hodierna prittinæ. Siquidem olim ea definiuit, quæ cum physicis præmotionibus stare nequeunt, ut facile compert, qui excusserit ea, quæ addita sunt ad 4. Sententiarum. Est igitur nostræ hæc, & propria quædam gloria in hac disputatione, quod Sorbonam sequamur, Scholarum omnium parentem.] Hætenus Eug. Philadelphus. Sed de Academia Parisiensi dicemus plura opportuniore alia occasione.

REPONUNTUR EX ADVERSO
Nunij Coronelis censura alia primario-
rum ex eiusdem Augustiniana
Familia virorum lau-
datissima iu-
dicia.

111 **F** R. Gregorius Nunnius Coronel, qui fuit etiam suffragator censure, & in Romana Curia exercebat Procuratoris Generalis munus pro Eremitarum S. Augustini Prouincia Lusitanica, in qua gratus non fuerat Philippo Prudenti Hispaniarum Regi; conjunctionem sanguinis habebat cum Didaco Alvarez, vno ex Dominicanorum agonotheris. Magistri titulum præteribit Gregorio Reuerendissimus Antolinez, Illustrissimus postea Archiepiscopus Compostellanus, in Epistola data Salmantice anno 1600. & in Congregationum M. S. de quo in n. 91: vna cum alijs vocatur Doctor Sacræ Theologiæ: ex quo colligere est, litteratum hominem fuisse, neque enim seculus putandus est in ea Religione, vbi Magisterium, & Doctoratus non est titulus sine meritis. Post hæc primò edita noui magis hominem, inuentis duobus eius tomis de Optimo Reipublicæ statu, impressis Romæ anno 1597. quò in Opere ostendit se satis perpolitum Theologia, & aliarum Artium studijs. Sed Gregorius, si non reuocauit suffragium, certior factus est à Reuerendissimo Antolinez,

tolinez, opiniones Molinæ in Academia Salmantina, & in Castellana Provincia Ordinis Eremitici Augustiniani [tanto cum piausu admittas, ut vix esset, qui alias vel legeret, vel defenderet.] Ita in Epistola missa à Salmantica anno 1600. & exarata à Sherlogo n. 14.

112 Petrus à S. Iosepho opponit Gregorio duos Augustinianos perillustres, nempe Gabrielem Pennorum, & Ioannem Puteanum; adijci que possunt alij, de quibus suo loco. Quid senserint Ioanez Marquez, & Augustinus Antolinez, viam est proxime, & in num. 95. nosceturque amplius ex sequenti Epistola Augustini Antolinez Romam missa anno 1600. die 23. Aprilis ad P. Christophorum de los Cobos veteranum Theologiae Praeceptorem, Rectoremque paulo antea Collegij Salmanticensis Soc. IESV, qui (socio P. Ferdinando Bassida) adierat Urbem defensurus causam P. Ludouici de Molina. En Epistolam, [Gratia Christi, &c. Valde sollicitus sum de V. Paternitatis salute. Vtinam tam incolumis fuerit, quam totis votis ardentius cupio! Sed non minori cura me vexat id, quod audio agi istic de libro Concordiæ P. Molinæ. Et V. Paternitati fateor, adeo me studiosum, & discipulum eius esse, ut fortunæ meæ gratularer, si occasio opportuna contingeret pergendi ad Capitulum aliquod Generale Religionis meæ. Subirem libenter itineris labores, dummodo egomet istic publice defenderem omnes eius opiniones. Sat certo credam, V. Paternitatem, aliosque eiusdem Ordinis nullo modo passuros esse, ut voti sui compotes euadant, qui hoc agunt; abs dubio enim iniuste legeretur liber, quo nullus melior, doctior, & vtilior editus est hac tempestate, & ex quo profecerint omnes ferè homines docti, qui subinde scripserunt. Hanc æstimationem debet Author omnibus nostræ professionis hominibus, ut tam scriptis, quam viua voce in actionibus publicis tueantur ipsius opiniones pro viribus, atque acerrimè, non modo eas, quæ acceptæ sunt, & ratæ, sed & quæ spectant ad iustificationem hominis, & ad auxilia diuinæ gratiæ; & quas æquum est defendi, atque protegi vsque ad apicem; multoque magis non tolerare vltimam in eis mutationem. Ego verò mihi deo, si Author abiret in aliquo non id fore, quia haberet quid-

ce.
lam.
persua
notatus.

piam correctione dignum, sed ob incuriam V. Paternitatis, ac P. Bassidæ, de quibus semper, & de tota Societate conquerar. Quod si absit incuria, fieri non potest, quin liber prodeat, nisi valde laudatus, de manu Iudicis quantumcumque rigidi. Nonnullis ab hinc annis multi libri publicati sunt; sed, si attentè consideratur, ex hoc tanquam ex fonte dimanauit quicquid boni in eis reperitur; foretque maximo dolori, ut, intactis riuulis, fons percelleretur. De me affirmarim V. Paternitati, tam altè concepissem de hoc libro, ut hæcenus meas ad manus non peruenerit alius ex editis nostræ tate, de quo non conceperim longè minorem existimationem: vellemque potius esse Author huius operis, etsi mole exigui, quam grandium multorum, quæ circumferuntur, veniuntque multis nummis. Putabam, istud negotij iam esse conclusum. Quod si ego prolaturus essem sententiam, sic me gererem, ut Authori in iungere onus committendi chartis complura alia, & ut in aliquo Conuentu annuam pensionem designarem, qua satisficeret Typographorum expensis. Excepit me Madriti nuntium huius nouitatis, & negotiorum turbam impeditus, has scribo litteras. Si Salmanticæ commorarer, præstarem, ut illi Patres Magistri mitterent suam de eadem re censuram. Precor enim Paternitatem V. ut me quam citissime admoneat, si quid noui, aut periculi accidat. Exosculor manum P. Ferdinandi de la Bassida; Deique seruet V. Paternitatem.] Tantum Sapientissimi Augustini Antolinez Epistola, cuius authenticum antigraphum apud me manet.

QUANTI HABENDA SIT ILLVS
strisimorum aliquot Episcoporum lata
aduersus Molinam sententia.

113 EPISCOPI Illustrissimi Propertius, Iulius, Lælius, Hippolytus subscriptores centuræ, fuere quidem grauissimi dignitate, & gradu tamen singulorum, & eminentia in litteris parum hæcenus compertum nobis est. Propertius, Conuentualis antea Franciscanus, mortuus est ex tristitia ob inuenta nescio quæ scripta delata ad Clementem VIII. Iulius, Conuentualis

ualis etiam Franciscanus, frequens erat in aula Eminentissimi Cardinalis Bernerij Alcalani, promoti ex Ordine S. Dominici ad galeram. Lælius ob Medicinam exercitam in statu sæculari, ex quo in Episcopum creatus fuit, non adeo incubuerat studio Theologiae. Hippolytus, Religiosus antea Seruitæ, Magisterque Theologiae in Vniuersitate Ferrariensi, ut narratur pag. 100. Vitæ Pauli Veneti Seruitæ (hominis de Ecclesia Romana non bene meriti, cuius epitaphium cum immodestis elogijs prohibitum est ab Urbano VIII. Pontifice Maximo, & cuius à Paulo V. excommunicatio notissima fuit Christiano orbi, & cuius colligitur ex præcitata vita mens, ac consilium præstitum eidem Hippolyto contra opinionem Societatis, ex qua Bellarminus, & Bassida contra ipsum Venetum scripserunt) Hippolytus, inquam, inuitus penè tractus est à Iulio in subnotationem. Quod mihi incredibile non est, quam Oliueræ Tract. 3. Disp. 10. dub. 6. §. 2. n. 100. excogitabile, Alfonso Salmeronem, integerrimum, & doctissimum virum, inductum à Nostris ad Scientiam Mediam. Has notitias desumpsit ex tomo M. S. Congregationum priuatarum, ibi enim in margine subscriptionum post r. & postremam Congregationem curiosus quidam (fuit forsitan P. Arrubal) singulis Centoribus notulas appegit, quæ Sherlogum non latuerunt, ut indicat p. 1. sect. 4. num. 19. Idque consultò aduerto, ne aliquis meo ex cerebro progenitas autumet.

RATIO APERIENDI OCCULTA
aliqua de censoribus. Deuoluitur in
modernum quendam
Theologum.

114 NEC dissimulandè videbatur, quædò non solum Oliueræ, qui in isto abstrusæ, & reconditæ eruditionis genere primus Argonauta, & Columbus fuit, vellusque aureum reportauit, & Indias inuenit, quibus Theologia ditaretur; sed Dominicani etiam Patres Duacenses, Ioannes Thomasius, & ignotus ille confarcinator quæstionis Historicæ, Theologicæ, ac Pontificiæ, & Franciscus Felix, tandemque Hieronymus Viues Disp. 6.

dist. 3. num. 26. Scientiam Mediam in inuidiam vocent commemoratione grauissimorum triginta Iudicum, qui eam Romæ condemnarunt. Et quantum sparsis his, & repetitis rumoribus nihil derogatum sit Scientiæ Mediæ inter prudentes, & maturos Theologos, præcauendum erat, ne alij, qui sine examine nouellas quasque relationes cæcorum instar per compita diuendunt, & inflatis exaggerant buccis, enuntient in vulgus, Iudices illos fuisse Ecclesiæ Græcæ, & Latine Doctores. Fauetque nobis exemplum S. Basilij, qui scribit in Epist. 79. [Quoniã verò videt, aduersarios meos ab ijs, quæ in initio sparserunt, nihil immutari; nec aliquam impendere curam, quod præteritis ne debeat, sed magis illa repetendo obfirmare, & ad scopum, quem sibi ipsis initio præfixerunt, composito gressu contendere, ut & vitam nostram affligant, & nominis nostri opinionem apud fratres calido commento polluant, iam mihi non videtur tutum, ut silentio me cohibeam amplius; sed subit animum meum illud Itala dicentis, Silui, num semper silebo, & feram? Patiens fui, ut parturiens loquar.] Satius vtiq; fuisset Oliueræ, si non eos nauigationis cursus, quos nec Didacus Altiarez, nec Raphael Ripa, nec Ioannes Gonzalez Albelda tentarant in libris editis, postquam Romanæ de Auxilijs, & Scientia Media controuersiæ interfuerant, intactos, atque imperuios reliquisset. Non credit ipse Tract. 3. disp. 10. dub. 7. §. 3. num. 116. euolasse Spiritum sanctum ad Collegium Societatis Conimbricense, ibique P. Petro Fonseca reuelasse thesaurum Scientiæ Mediæ absconditum, & à nemine vsque tunc inuentum; neque ego persuaserim mihi, aduenisse in Collegiam, Conuentumve Oliueræ, ut ipsi reuelaret, aut inspiraret, ère Theologica fore, si præcipuum locum refutandi Scientiam Mediam primus ipse auspiciaretur à tam leuicis narrationibus de triginta Iudicum censura. (?)

CONTRA

CONTRA DOMINICANOS ETIAM
pronuntiarunt Censores. Quidam illi olim
opinarentur de medio scientiæ di-
vine conditionatæ?

115 **E**st & aliud caput extenuandi
authoritatem censuræ. Gra-
uissimi illi, & sapientissimi
Theologi in Congregatione 10. priuata
anno 1596. die 6. Martij nōminus cōseue-
runt contra Dominicanos, quā con-
tra Molinam. Toti in eo fuerunt, vt De-
us cōditionata libera dependentia à cau-
sis creatis non cognosceret neque in se
ipsis, neque in decreto subiectiuè ab-
absoluto; sed tantū in decreto condi-
tionato subiectiuè, & absoluto obiectiuè.
Accōmoda attētas aures ipsis Theo-
logis pag. 299. voluminis M. S. priuatarū
Congregationum, [Quōd si Molina dicat,
Scientiam Mediam esse constituendam
ad cognoscenda futura contingentia cō-
ditionata, quæ quauis nunquam sint,
fuit prædictum, quōd forent, si appone-
rentur tales conditiones, sanè superflu-
am, & minime necessariā existimamus
talem Scientiam Mediam. Nam vt in
quibusdam eiusmodi futuris conditio-
natis, de quibus videmus in Scripturis
diuinis fieri mentionem, prædicantur
causæ valde dispositæ, & omnia pro-
pense in talem effectum; ita etiam con-
cluditur in illis conditionata quædam
Dei prouidentia cum eo causarum con-
cursum. Vnde conditionalis propositio
de futuro libero includere debet sub
conditione permissionem, aut prouidē-
tiam Dei, & ex consequenti supponit,
nostro modo intelligendi, liberam quā-
dam Dei conditionalem prædetermina-
tionem, qua posita nouisset, quid esset
facturus in tali rerum concursu, & ocea-
sione. Quæ præscientia cum foret con-
iuncta prouidentia conditionali, solum
enim supponit prædeterminationē sub
conditione; & cum conditionata ista fu-
tura dicat ordinē, secundū modū nostrū
cognoscendi, ad talem conditionalem,
& liberā Dei prædeterminationem, &
ad illam conditionalem prouidentiam,
quod totum necessariō inuoluit respec-
tum, & habitudinem ad liberum decre-
tum, & liberam Dei voluntatem; non
est profectō, cur distinguamus aliam sci-
entiam à libera, & naturali, quibus om-
nia illa æquè cognosci possunt. Quare ex
illo Matthæi cap. 11. Quia si in Tyro, & Si-

done facta fuissent virtutes, quæ facta sunt in
re, utique in cilicio, & cinere poenitentiam
egissent: & ex illo libr. 1. Regum cap. 23. Si
trahent me viri Ceila, &c. non sequitur ali-
qua futuritio, nam neque illud fuit fu-
turum, neque præuisum futurum in re,
cum nunquam fuerit à Deo statutum, vt
eueniret: sed solum prædictum sub con-
ditione, quam consequentiam vnū ser-
uaret ad alterum in futuritione, si Deus
statuisset illud, vel hoc permittere decre-
uisset: quod quidem cum adhuc non de-
beat dici futurum, sed solum quōd si De-
us voluisset, illud esse futurum, non ex-
traheret illud præcisè à possibilitate fu-
turitionis præcisè. Imò verò ad summū
dicit solum ordinem ad conditionalem
prædeterminationem: ad quæ sufficiunt
scientia simplicis intelligentiæ, & scien-
tia visionis, siuè libera, & naturalis. Eua-
ngelicit ergo noua ista cogitatio Scientiæ
Mediæ.] Sic Censores. Et testem mihi
immortalem Deum inuocare possem,
si fidei comparandæ gratiā ne celsè esset,
quōd nec verbum adiecerim, nec detra-
xerim ex M. S.

116 Vides, à Censoribus aliter
iudicatum de scientia conditionatorū,
quā modō à Dominicanis, & Oliuera
Franciscoque Felice propugnetur. Hi
enim docent, conditionata contingentia,
exempli gratia, poenitentiam Tyrio-
rum cognosci à Deo in decreto, quod
absolutè detur actu, sed conditionatum
sit obiectiuè, quia decernit suum obie-
ctum, nempe poenitentiam Tyriorum
futuram esse, si ponatur prædicatio
Christi. Id ipsum coram Summo Pon-
tificè à Didaco Aluarez, & Thoma de
Lemos tandem defensatum est contra
Nostros; & Aluarez lib. 1. Respons. cap.
4. num. 3. in fine dicit, videri improba-
bile contrarium: asserit tamen in eisdem
cap. num. 10. vers. Ad confirmationem, de-
cretum absolutum subiectiuè non ha-
beri expressum in sacris litteris, vel in
Sanctis Patribus, licet ex illis colligatur
per solidam rationem Theologicam. At
Censores, etsi putarint, ad poeniten-
tiam absolutam Tyriorum esse necessa-
rium decretum absolutum, & præde-
terminationem Dei; simul tamen in
animum suum induxerunt, ad poeni-
tentiam cognoscendam vt futuram con-
ditionatè, non dari actu decretum sta-
tuens, fore poenitentiam sub conditio-
ne prædicationis, & virtutum Christi;
sed

sed id sciri à Deo independenter à tali
decreto existente absolute; sciri, in-
quam, per hoc, quōd noscat Deus, ve-
rum esse, quōd si Christus prædicaret
Tyrijs, haberet ipse Deus decretum ab-
solutum prædeterminans Tyrios ad poe-
nitentiam.

117 Nec soli Censores ita
fenserunt; sed etiam Bañez 1. p. q. 23.
in posteriori editione art. 3. §. Ad motiuū igitur,
Matthæus Rispolis in statu Contro-
uersiæ prædefinitionum, & prædetermina-
tionum cum lib. arb. lib. 1. quæst. 1. con-
clus. 2. per totam tribuens S. Augustino,
omnibusque Thomistis, Zumelius, &
Cabrera, quos citat Didacus Ruiz de
Montoya tomo de Scientia Dei disp. 71.
sect. 1. eorumque verba expendit Hie-
ronymus Fasolus 1. p. quæst. 14. art. 13.
dub. 16. num. 276. Zumelij autem so-
lius Didacus Aluarez lib. 1. Respons. cap.
4. num. 3. & 6. Conenserunt Recen-
tiores aliqui innominati tempore tum
Petri de Ledesma, tum Ioannis Gon-
zalez de Albelda, vt obseruare est in
prioris Disp. 2. affini de Scientia futurorum
contingentium conditionatorum disp. 2. §.
Aliqui respondent pag. 385. §. Alij verò
Doctores pag. 598. & in posteriori Disp.
44. sect. 3. num. 27. §. Eandem sententiam.
Consensit etiam Ambrosius Machin
Disp. 34. sect. 2. in magnam eius proba-
bilitatem, & Raphael Ripa in 1. p. q. 14.
art. 13. Disp. 4. cap. 5. §. Dictum itaque
videtur non agnoscere nisi decretum
conditionatum subiectiuè. Blasius item
Verdu in Relect. contra Scientiam Mediam
fol. 12. existimat, cognosci à Deo in-
dependenter à decreto actuali peccata,
in quæ homo laboratur; & fol. 25. in-
ficiatur decretum obiectiuè conditio-
natum, subiectiuèque absolutum. Fa-
tente autem Didaco Aluarez, proximè
allegato loco §. Tertio probatur, qui decre-
tum obiectiuè absolutum, & conditio-
natum subiectiuè adhibent (vt fecit Ba-
ñez cum alijs, quos adduxi) plurimum
fauent sententiæ constituentium in Deo
Scientiam Mediam.

118 Iam rogo Docto-
res, quibus cum ago, num Censorum
authoritas tanta sit, vt ob eam deseri
debeat Scientia Media; seu cognitio di-
uina conditionatorum contingentium
non fundata in decreto efficaci antee-
denti siue conditionato, siue absoluto
subiectiuè? Si tātā velint esse, quidni

valebit, vt ipsi Doctores repudient eo-
rundem conditionatorum scientiam in
decreto subiectiuè absoluto fundatam?
Dicent, murasse Censores in hac parte
sententiam. Vnde id constat, ostend-
ant. Mera somnia sunt. Asseram &
ego intrepidè, obliterasse censuram,
qua minus consideratè infamarant Sci-
entiam Mediam.

NIMIA IN CONCLVDENDA CAU-
sa festinatio non leuem inconsideratio-
nis notam Censoribus appingit.
Redarguuntur aliqua
ipforum cen-
suræ.

119 **S**ane Censores celerius;
quā par esset, decreue-
runt de Molinæ Concordia
in vndecim Congregationibus à die 2.
Ianuarij vsque ad 13. Martij, in eis que
reas peregerunt innumeras propositio-
nes Molinæ. Vix sufficebat illud tem-
pus ad legenda, & meditanda scripta
Molinæ. Nulla autem res festinata simul,
& examinata esse potest. Nec est quidquā om-
nium, quod habeat laudem diligentis sue si-
mul, & gratiam celeritatis, vt aiunt Apu-
leius in Deo Socratis, Abbasque Gerod-
henis in Censura super Commentaria Vrol-
beronis Abbatis in Cantica. Non dubito,
quin quicumque, vt ego, viderit Con-
gregationum illarum Acta, accusabit
Censores in multis. Complura ferunt
sua virgula, quæ si nunc temporis Im-
probarentur ab aliquo Theologo, audi-
retur non sine risu, & cachino in thea-
tro peritorum. Nolo ea è tenebris eru-
ere, ne benignitate Lectoris abutar, si
nimis spatier.

120 Ipsi Censores meliori
consilio, cum sexaginta antea proposi-
tiones præsertim reprobassent, post-
modum ad viginti se se coarctarunt; cir-
ca quas censuræ, etsi limatiores, homi-
num sunt querentium nodum in scir-
po, salebras in plano, parumque exper-
torum in negotio Theologico. Pela-
gianismum esse aiunt in secunda censu-
ra, [quōd homo per vires naturæ cum
solo concursu generali Dei possit assen-
tiri mysterijs supernaturalibus sibi pro-
positis, & explicatis, qualia sunt, Deum
esse trinum in personis, Christum esse
Deum, & similia, tanquam à Deo re-
uelatis, actu merè naturali.] In deci-

ma inquit, esse Cassiani errorem, [quod homo solis viribus naturalibus liberi arbitrii, & concursu generali Dei possit elicere actum absolutum merè naturalem dilectionis Dei super omnia.] Dux hæ centuræ, vt alijs parcam, nec sapiētiam, nec lucernam redolent. Et in fauorē primæ propositionis conspiciendus est Ripalda *de ente supernaturali* 45. d. 104. sect. 9. vbi quàm Catholica sit, quàmque Theologorum vallata præiudicijs in sensu præconcepto, & declarato à Molina, patet ad oculum. Secunda propositio cum limitationibus subiunctis à Molina nec transuersum vnguem discedit ab Orthodoxa regula; stantq; pro ipsa nobilissimi Theologi conglobati in ea Ripalda *disp.* 104. sect. 16 num. 146. & in lib. 2. *aduersus propositiones Michaelis Baij Disp.* 21. sect. 1. num. xj.

PAUCITAS PROPOSITIONVM,
intrà quas demum pensatio trutinæ
stetit. Censura orta ab aliena
mente suspicio non
exigua.

121 **H**INC iidem Censores, visis Nostrorum responsis, non iam tam grandi supercilio, dignas expunctione sex tantum, aut septem propositiones clamitabant. Fortè in principio nimium detulerunt cuidam contra Molinam Apologia, quam Dominicani Patres Vallis-Oletii, & Salmanticae degentes Romanam transmiserunt; nam Congregationum censuræ, vt plurimum cum illa Apologia colludunt, vt animaduertunt Ripalda *disp.* 113. *de ente supernaturali* sect. 9. num. 59. Sherlogus p. 1. sect. 4. num. 19. nec mens solùm fuit Dominicana, sed etiam manum, vel saltem modum, & verba, quibus centuræ confectæ sunt, tribuebat famæ mulsitatio Religioso cuidam ex Prædicatorum Ordine, sicut Sherlogus memoriæ prodit. Sed Author quæstionis Historiæ *thesi* 8. prouinciam concinnandi censuram adscribit Gregorio Nunzio Coronelli, cui ad Dominicanos facilis esset, & familiaris accessus ob consanguinitatem cum Didaco Aluarez.

REPELLITVR NOVA ALIA CENSURA. Percurruntur contemptim futiles quædam de Scientia Media fabellæ compositæ ab innominato Authore quæstionis Historiæ. Acta Francisci Peñæ non sunt authentica.

122 **H**Actenus de censura facta anno 1601. quæ cum edita non sit in Congregatione coram Summo Pontifice, nequàm ob illam reputari debet firmum, & stabile, quod ab Oliuera narratur de triginta grauissimis viris, vno, vel altero excepto, decernentibus in Scientiam Mediam, præsentem Christi Vicario. Recurrit Thomasius ad aliam censuram præstitam in conspectu Sanctissimi, & firmatam Romæ die 10. Ianuarij anno 1637. testimonio Iacobi Morer Notarij, qui priorem illam censuram suo etiam testimonio confirmarat die 11. Iunij anno 1636. Sed cum à posteriori penderet fides narrationis Oliuiericæ, siluit tamen Thomasius, quo anno, quo die, qua in Congregatione, & coram quo Pontifice sit pronuntiata, Censoresque triginta, vno, vel altero excepto, non protulit. Vnde, quovisque ishatus expleatur, nutabit fides relationis.

123 Author Historiæ quæstionis rot cōcatenat fabulas, vt ex eius dicto non nisi chimæris obduci possit lacuna. Ait *thesi* 18. [Cœptum est in Congregatione 59. (habita anno 1604 coram Clemente VIII.) agi de Scientia Media. Die 27. Octobris, Bastida differt per duas Congregationes, ad punctum difficultatis venire, probans in 59. Deum cognoscere conditionatè futura; & in 61. illa cognoscere certò, quauis Consultores iuberent, vt accederet ad quæstionem, vtrum illa cognitio antecederet decretum? Die 28. Octobris in 60. Consultores per quatuor horas examen protrahentes concluderunt, Scientiam Mediam esse ipsissimum Pelagianorum, & Semipelagianorum fundamentum.] Prosequitur *thesi* 19. [In 61. die 20. Nouembris de Scientia Media iterum. In 62. Nouembris 30. iterum contra illam conclusum. In 63. Decembris 6. Bastida venit ad punctum difficultatis. Sed

co

eo audito, etiam tertio exploditur Scientia Media in 64. Congregatione. In 65. 4. Ianuarij 1605. quæsitum, an detur decretum in Deo de actibus liberis antecedens omnem consensus liberi præuisionem? In 66. conclusum affirmatiuè ex Augustino.] Hæc omnia tam quoad numerum Congregationum, & dies, quàm quoad tractationes de Scientia Media, discrepant à M. S. quod vidit Thomasius, vt expromptè quisque iudicabit, si oculos iniiciat in Thomasi paginas 608. 611. 620. 621. 688. dissident item à M. S. quod mihi est in vsu, vt constat *ex num.* 53. & *seqq.* Inter vtrumque M. S. ea sola est discordia, quòd illud reiicit Cōgregationem 33. in diem 27. Octobris, & Congregationem 35. in diem 6. Decembris; hoc verò vnā Congregationem in diem 28. alteram in diem 7. Facile fuit irrepere mendum in arithmeticos numeros vtriusvis M. S. Sed in quæstionem Historicam nō tot verba, quot errata sunt congesta. Dispunxit ea, recensuitque Anuatus: & quæ in *thesi* 8. de numero Cōgregationum priuatarum, damnationeque Scientiæ Mediæ. Lectorem remitto ad Annatum *in solutione eius quæstionis, tum in 1. Informatione de 5. propositionibus ex Theologia Iansenij collectis num.* 38. pag. 42. vsque ad num. 59. pag. 70.

124 Si tantum admonero, Acta Francisci Peñæ, quibus vtuntur Thomasius, & Author quæstionis Historiæ, nullam mereri fidem, vel quia sunt adulterata, vel quia in sui origine ab homine nō Theologo indiligenter, & minus beneuolè sunt conscripta; siquidem quæ allegantur ab illis, non continent inter se, neque cum Actis Cōgregationum coram Ecclesiæ Summo Capite, visis à Thomasio. Is si viueret, velletque firma haberi, quæ ex publicarum Congregationum Actis refert, non approbaret adducta ex Peñæ ab Authore quæstionis. Et quidem Peñæ, non benè affectus erga Societatē, mira inuidia, & sollicitudine disseminabat è Roma per Hispaniam, & alias Christiani orbis prouincias narrationes de rebus pertinentibus ad causam de Scientia Media, & Auxilijs diuinæ gratiæ agitatum in Vrbe, tradebatque exteris, earum rerum imperitis, ibi commorantibus, vt & ipsi mitterent ad suas na-

tionem. Nacti sumus quosdam huius farinae, veriùs, fursuris, Relationes imposturis plenas, in quibus recitantur longissima Peñæ cum Clemente VIII. colloquia, pluraque alia, quæ nec pueri credent, nec qui non dum ære lauantur. Iamque Acta Congregationum habitarum coram Clemente VIII. ac Paulo V. super quæstione de Auxilijs diuinæ gratiæ, quæ circumferebantur sub nomine Peñæ, denuntiata sunt ab Innocentio Papa X. anno 1654. tanquam indigna, quibus fides præstetur, & quæ allegentur.

AN EX CONFESSIOE BASTIDÆ
liquida sit Censorum contra Molinam
nam subscriptio? Debuisset
Felix non esse tam
credulus.

125 **A**D integram discussionem verborum Felicis restat versare quod de Bastida inquit, videlicet factum fuisse coram Papa, Censores decreuisse contra Scientiam Mediam. Fefellit Felicem Thomasius. Cæterum si Abrahamus Bzobius Dominicanus incautum me ita deciperet; multa exscriberem, quæ Nitelà alla Franciscana indigerent; & in controuersia Fratrum Prædicatorum cum Minoribus delata ad Pontifices Maximos Clementem VI. anno 1351. Pium II. anno 1462. circa vnionem diuini Verbi cum Christi sanguine effuso è corpore in Passione, de qua concertatione in Palatio Apostolico, præsentibus Cardinalibus, Episcopis, Doctoribusque diuini, & humani Iuris, audiuit per tres dies disputationem Pius II. potius crederem eidem Abrahamo Bzobio, quàm Ioanni Gobeilino *lib. xj. gestorum illius Pontificis ex pag.* 511. vsque ad 537. Lucæ V Vadingo *in Annalibus Minorum anno* 1351. Henrico Spondano *in Annalibus Ecclesiasticis anno* 1352. & 1462. Dermicio Tadoxo à pag. 443. Nitelæ Franciscanæ, Martino Bressero *lib. 6. de Conscientia cap.* 23. n. 334.

126 Potuisset Felix ex vno Authorum, quos sequitur, alteri tam credulus non esse, ediscere. Testimonium Patrum Societatis quoad patrocinium Scientiæ Mediæ iudicatum non est magni ponderis ab Oliuera, [quia necessitate ab extrinseco (vt ait

D2

Tract.

Tract. 3. Diss. 10. dub. 8. §. 2. n. 133.) proueniente compulsi sunt doctrinam adstruentem Scientiam Mediam tueri. Sic ille, & bene, si necessitatis ab extrinseco probabilia saltem indicia attulisset. At Felici occurrebant multa, quæ necessitatem ab extrinseco in Thomasio producenti per vulgus eam Bassidæ confessionem suadebant. Cum enim Otiuera subsidiarius miles ex insperato Thomasis accessisset, & noua illa argumendi machina bellica, constructa ex Censorum effatis, Scientiam Mediam potenter arietasset; confederationis, & amicitie iura necessitate quadam ab extrinseco compellebant Thomasi, ut narrationem de Censoribus, quam plures in suspicionem vocabant, & pro indicta haberi volebant, non solum ratificaret, sed etiam magis, & magis promoueret.

127 Idcirco testimonium eius non debuit a Felicitanti quæ circa Bassidæ confessionem factam in Congregatione 3^o anno 1595. coram Paulo V. Lustrari oculis totam Bassidæ orationem quæ continetur in M. S. a pag. 601. vsque ad 627. & non aliam confessionem reperio, quam illam, quæ transcribitur à Ripalda *sect. 12. n. 121.* nisi quod bis in M. S. repetitur, sed diuersis verbis. Non erat tunc sermo de Scientia Media; [sed an Deus sua efficacæ gratia moueret hominis voluntatem ad actus liberos bonos, non solum interiùs laudando, inuitando, excitando, aut aliter moraliter attrahendo, sed etiam verè, & actiue propriè, salua tamen humana libertate? Et an talis efficacæ gratia conuenienter ab aliquibus Scholasticis physicè prædeterminare dicatur?]

ADNOTATIO DE LEVI QVADAM
discordia inter M. SS. quibus
vtimur.

128 HIC obiter notamus Bassidæ exordium in Oratione præsentî, [Ventum est (inquit) Pater Beatissime, per quadraginta coram hac Sancta Sede disputationes ad totius huius Controversiæ caput, &c.] Ira M. S. Salmanticense, & geminum Vallis Oleranum. Sed Complutente, quo vsus est Ripalda, habet, [Post quadraginta ferè coram, &c.]

Conciliari possunt, quatenus trigesima octaua Congregatio expectabatur mensis Februarij circa articulum septimum, & quindecim eius propositiones; sed cum Clemens VIII. correptus fuisset morbo, ex quo deinde obiit quinto Nonas Martij, omitta est. Hinc prima coram Paulo V. dicitur trigesima nona, & secunda dicitur quadragesima in Salmanticensi M. S. At in Complutensi adiectum est *Toferè* ad significandum, eam Congregationem non esse reuera quadragesimam, futuram tamen, si articulus designatus à Clemente VIII. venisset ad disputationem, & vno die fuisset absoluta tractato de quindecim eius propositionibus. Res sanè factu difficilis.

AVTHOR QVÆSTIONIS MEMORATE
ineptit indecorè in multis, quoad numerum
Congregationum, & quoad
presentes eis.

129 EX ista adnotatione deprehenditur, quam insignis illud sit Author quæstionis Historiæ, numerat namque 68. Congregationes coram Clemente VIII. & 14. coram Paulo V. Non sunt habitæ nisi 37. coram priori, & 10. coram posteriori. Licet autem à 7. Congregatione non eodem die, quo disputabatur à Theologis, ut antea fiebat, sed sequenti Censores ferrent suffragia, ut tradit Ripalda *num. 177.* his Censorum conuentibus non aderat Pontifex; & numero Congregationum decissent quinque.

130 Idem Author scribit de Consultoribus, [Hi die 2. Februarij ad 13. Martij, quolibet die conueniant; bis verò in hebdomada reliquo anni 1598. 50. Molinæ propositiones notant. Idem fit 1599. coram Illustrissimis Madrucio, Bernerio, & Bellarmino.] In his etiam ludificatur. Nam non à die 2. Februarij, sed Ianuarij coeperunt congregari Consultores, & continuarunt diebus alijs eiusdem mensis, vsque dum 23. die Congregatio quarta est coacta, quinta, die 30. sexta, die 6. Februarij, septima, die 13. octaua, die 20. nona, die 27. decima, die 6. Martij, vndecima, die 13. & omnes sunt celebratæ coram Eminentissimis Madrucio, & Arigonio; aut saltem oppositum non constat.

131 Bellarminus non potuit

rule adesse tæquam Cardinalis, nisi à die 3. Martij anno 1599. non enim antea creatus est Cardinalis. Nec vnquam adfuit Consultorum Congregationibus priuatis; sed eodem anno præfens fuit cum Cardinalibus Madrucio, & Bernerio, nuncupato Alculano, nonnullis Dominicanorum, & Iesuitarum Patrum congressibus, de quibus postea agetur. Quibus verò in Congregationibus Sanctissimi adfuit Cardinalis Bellarminus, affirmare non valeo. Ripalda *sect. 13. num. 130.* ait, concessisse in tuam diocesim initio disputationum; & quibusdam in Relationibus notatur, Cardinales Alculanum Dominicanum, & Bellarminum Iesuitam non esse vocatos à Clemente VIII. ad primam disputationem habitam anno 1602. die 20. Martij, ut neque Cardinales Sanctæ Seuerinæ, Pinelum, & Sfrondatum.

132 Cætera, quæ de alijs Congregationibus priuatis Consultorum post diem 13. Martij, anno 1598. narrat quæstionis Historiæ Author, conuincuntur falsitatis ex Ripalda *sect. 10.* Et tam hæc, quam illa ex Thomasio, quandoquidem Consultorum Congregatio, in qua Semipelagianismi insinulata est Scientia Media, fuerit 33. in M. S. Peñæ, penes Authorem autem Historiæ quæstionis allegantem M. S. idem, & addentem alias Congregationes à 22. die Februarij ad 7. Iunij anno 1601. excesserit longissimè numerum 33. & ferè 200. attigerit. Thomasio testatur, accepisse se ex fide dignis Congregationibus Consultorum fuisse 47. non secus, ac quæ in præsentia Summorum Pontificum; similiter testatur in 3. Consultorum condemnatam esse Scientiam Mediam; & in 33. coram Clemente VIII. vocatam esse ad iudicium, licet eius damnatio sit prorogata vsque ad 35. ob subdola effugia Bassidæ. Sed cui non ingerat admirationem tam inuicem sibi respondisse priuatas, & publicas Congregationes? An pingitur, & fingitur, ut libet!

PROPVLSATVR CALVMNIA NOUITATIS obiecta à Felice, qui ab insigniorum Scotistarum deviant semitis, horumque Duce subtilissimo.

133 ABSOLVI Euentilationes verborum Felicis; nam quod

nouitatis insimulet Scientiam Mediam, hacque de causa inuisam sibi esse præferat in progressu Tractatus, discutitur à Sherlogo *part. 3. sect. 3.* vbi accusationem eam nouitatis depellit luculenter, atque eruditè, delibabimusque nos aliquid postea. Ioannes etià Muñoz perdoctus Franciscanus, agens speciatim de Felice, inquit in *Disceptationibus, & argumentis Complutensium circa varias Sacre Theologiæ doctrinas, in argumento 9. de Scientia Dei pag. 71.* [Demum illi Authori displicet Scientia Media, quia noua: Et alijs forsitan ex contentione displicet. Sed hoc nihil refert. Nam etiam antiquitus ad primam lucem distinctionis formalis ex natura rei, & Conceptionis Immaculatæ, Virginis multi carpebant Scotum, & tamè modò vtraque hæc opinio benè auditur, & placet. Tolle ergo contentionem, & habebis pacem.] Sic Muñoz contra Felicem.

134 Qui etsi tam rigidus fuerit in Scientiam Mediam, sunt tamen in numeri alij subtilissimi Theologi Seraphicæ familiæ, quibus ea Scientia in primis arrideat tanquæ rationi, & magnæ illi Scoticæ menti valdè conformis. Antonius Cordubensis in *quæstionario lib. 1. quæst. 55.* præuis determinationes diuinæ voluntatis respectu nostrorum actuum liberorum detrectat; absque prædictis autem determinationibus stare nequit Dominicanorum opinio. Expendit Bassida in postrema Congregatione verba Antonij Cordubensis, de quo addidit, [Nec acrius, nec clariùs aduersus Dominicum Bañez dicere potuisset, si contra ipsum directè, ut Molina fecit, scribere voluisset.] Quid? Quod in 10. dub. Antonius Cordubensis Scientiam Mediam suis coloribus depingit. Vnde Didacus Alvarez. *l. 1. c. 1. Respons.* exponens aliquos Authores, quos pro se Suarez citarat, præterijt de industria Cordubensem, quem antea in n. 3. nominarat. Anno 1593. in Capitulo Generali Ordinis habito Vallisoleti, defensata est doctrina Molinæ, ut is ipse anno 1594. die 24. Maij allegauit in libello suplici ad Inquisitionis Hispaniæ supremum Tribunal, vnàque præsentauit impressas Theses. Anno etià 1612. in Comitibus Generalibus Romæ celebratis defensata est Scientia Media, ut in *Dissertatiuncula de ea* testatur P. Præpositus *dub. 1. num. 4.* Similiter & anno


D3 1618.

1618. Salmanticæ in Capitulo Generali à Fr. Francisco de Caueraulo, vt refert P. Antonius de Quiros ad 1. p. S. Thomæ q. 14. art. 13. n. 133. post Sherlogum p. 3. S. 10. n. 48.

135 Theodorus Smising, & Angelus Mōtepillolus admittunt quidem decreta diuina, in quibus cognoscantur à Deo futura contingentia conditionata, sed contra Dominicanos negant esse antecedentia, & causatura prædeterminationē physicam in voluntate creata, quando adimpleretur conditio. Quare non omnino sincerè adiunguntur Dominicanis à Felice Cap. 6. diff. 2. n. 4. Alfonsus Briceñus videtur adirere decreta antecedentia, sed non quæ inferrēt prædeterminationem physicam, quin potius hanc expressè, & copiose respuit.

136 Collegit Franciscanos alios Scientiæ Mediæ fauentes abique graui inter ipsos, & nos dissidio solertissimus Sherlogus *ibidem*, quos ego in *fratrum* repetam, cum labo quoque quosdam recētes. Extant autem in Hieron. Fafolo 1. p. q. 14. art. 13. n. 309. 367. & 368. in Bernardo Aldreto tom. 1. in 1. p. Diss. 28. *rota Sect. 4.* antiquiorum, nobiliorumque Franciscanorum, Alensis scilicet, S. Bonauenturæ, Richardi, Aureoli, Mayronis, Ockami subiecta omnium oculis, verba ex quibus nostræ sententiæ certa vestigia, ac signa deprehenduntur; vt etiam ex Lycheto, & Bassoli apud Hugonem Cabellū in 1. *dist. 39. quest. 5. in Scholæ ad 9. Viso de contingentia.* Iosephus à Sancta Maria Dominicanus in *tract. Thomistico de libero arbitrio q. 4. art. 4. pag. 564.* nobis non adimit Irrefragabilem Doctorem Alentem. De quo, & de alijs Franciscanis non renuit Petrus de Ledesma Dominicanus in *tra-*

ct. de Auxilijs diuina gratia pag. 7. Videnus etiam est Eximius Doctor P. Suarez *part. 2. operis de diuina gratia lib. 5. cap. 50. ac 51.* vbi permultos recentet; in quo diligentiam suam non minus probauit Bahida, cum disputauit vltimo coram Paulo V. Et in Congregatione 35. coram Clemente VIII. cum retulisset hæc verba Alfonsi de Mendoza *in suis quodlibeticis questionibus*, [eos Thomistas (qui diuinæ cognitionis certitudinē in hæc decreta reuocant) deoto potius aduersario suo, quam proprio agonotheta D. Thomæ adherere,] subiunxit, [sed uce Scoto adherere certū est, Scotus enim si attentè expendatur, fortè non de antecedenti decreto, sed de cōcomitanti loquitur, vt eum noiter Vazquez intelligit.] Ioannes Muñoz *supra in 7. argumento* inquit, [Scientiam Mediam ante decretum habere validum fundamentum in Scotō in 1. *dist. 39. §. argumenta, ad 1.*] Sed de Scoto plenius Hugo Cabellus in locis indigitatis à Sherlogo *præcitatis*, & Aldretus *supra tota Sect. 3.* Tot famigeratissimi Franciscani solatio nobis erūt & complures, qui viua voce vbiue terrarum patrocinantur Scientiæ Mediæ hac tempestate. Scimusque, nonnullis acorem Felicis molestum fuisse; illumque argumentandi locum aduersus Scientiam Mediam non visum dignum Franciscani, & Scotistæ manibus, quæ ex Sacræ Scripturæ, Conciliorum monumentis, Patrum oraculis, & Theologia arcanis deprompta fulminea iacula vibrare solent, dispendium hæreditarij vigoris facturæ, si creperis, & obscuris narratiunculis distrahan-
tur.



EVEN-

EVENTILATIO IV.

NARRATIONVM VINCENTII LENIS. Summi Ecclesie Pastores definitiuum aduersus Molinam diploma non confecerunt.

137



Incentius Lenis in *Theriacæ ac-versus libros Dionysij Petauij, & Antonij Richardi de libero arbitrio; lib. 2. cap. 9. sect. 2.* scribit, [De

hique nouissimum, & robustissimum triariorum agmen ducant duo Summi Pontifices Clemens VIII. & Paulus V. cum Purpuratis Patribus, & Prælati eruditissimis, qui circa huius sæculi initium disputationi de Auxilijs Iudices præderunt, & in fine Bullam, sententiamque scripto, quod vidimus, firmauerūt, in qua propositiones 50. Ludouici Molinæ Apostolica centura notatur, & tota controuersis pro SS. Augustino, & Thoma aduersus Petauium, & Richardum, eorumque Socios definitur. Promulgetur illa Bulla, & debellatū est.] Hæc Vincentius Lenis, ad quæ semel, & iterum lecta obstupul. Quis enim non admireretur summam hominis audaciam! Parentissimum est Christiano Orbi, neque Clémentem VIII. neq; Paulū V. quidquam decreuisse siue voce, siue scripto contra opinionem Societatis Iesu.

138 Audiatur præclarissimus Ecclesiasticorum Annalium cōtinuator Henricus Spondanus anno 1606. n. 1. [Paulus V. Pontifex Romanus disputationes de graui illa, ac molesta controuersia de diuinæ gratiæ Auxilijs, & libero arbitrio, quam inter Religiosos Prædicatores, & Societatis Iesu sub Clémentem agitaram inuimus, quibus ipse Paulus cum cæteris Cardinalibus illius Congregationis semper interfuerat, conticere iussit; sanxitque postmodum, vt vtriusque, dum aliud decerneretur, liberum esset suam sententiā in Scholis modestè tueri; sed sine damnatione alterius partis.] Audiatur item Cardinalis Iacobus Dauid Perronius, qui Romæ die 20. Martij anno 1606. scribens ad Henricum IV. Galliarum Regem,

inquit, [Quod spectat ad disputationē de Auxilijs, disputationes finitæ sunt, sed nullum adhuc decisioni initium datum est.] In altera epistola missa à Roma, die XI. Iulij anno 1606. ait, [à Pontifice iussum, vt acta omnia Concilij Tridentini, processusque, ac narrationes omnes, quæ ad illud spectant, ex Castello S. Angeli, in quo seruabantur, extracta sibi traderentur, vt videret quicquid ad eas quæstiones, quæ tunc disputabatur, pertineret: sperare se, cū primū perfecisset, repetendā huiusce causæ disceptationem: quo tempore facturum se satis desiderio Christianissimi Regis, imperioque significandi progressum huius negotij.] Ita Eminentissimus Peronius, vir litteris, prudentia, & vitæ probitate, rebusque benè gestis pro Ecclesiæ Catholicæ salute nominatissimus. En fuisse elapsos quinque penè menses, post finitas disputationes die 22. Februarij, & adhuc Paulum V. Pontificem Maximum non modò non edidisse Bullam, verum etiam ancipitem, indeterminatūq; mansisse in vtramuis partem.

139

Perstitit vtrique & postea, nam eodem anno iuxta Henricum Spondanum *supra*, & Ripaldani *infra*, vel potius anno 1607. die 28. Augusti iuxta Thomam Pium 1. p. q. 23. art. 3. *dub. 8. n. 1.* & Annatum in 1. *Informatione de quinque propositionibus ex Iansenij Theologia collectis n. 7. pag. 9.* [Meliori, maiorique Censuram parti adherens cum Cardinalibus pronūtiavit, vt omnis doctrina Molinæ indemnis consistere, & vtriusque familiæ sententiā in Scholis Catholicis tutè, & impunè doceretur, donec aliud à Sancta Sede decerneretur, ea tamen lege, vt neutram quispiā censuris carpat, iniurijsve lacessat. Quæ Pontificis sanctio vtrique parti nota fuit facta, & vltior huius causæ processio interdicta. Quo euentu vulgatum per Urbem est, maiorem suffragiorum partem nobis fauisse, primamque priuata Congregationis censuram reuocasse.

Cui

Cui opinioni Cardinales, & Censores annuebant publicè,] vt ait Ripalda, *sect. 12. num. 126.*

140 Et quidem die 18. Septembris anno 1607. R. admodum P. Claudius Aquaviua Generalis Præpositus Societatis nostræ scripsit Romæ Epistolam ad R. P. Didacum de Sosa agentem vices Prouincialis Castellani R. P. Christophori de los Cobos ob huius in Urbem profectioem ad Congregationem VI. Generalem. Admonet ea in Epistola de Summi Pontificis viux vocis oraculo in hoc negotio. Gratiissima mihi est, & dulcissima commemoratio R. P. Didaci de Sosa, me enim inmerentem in Societatem allegit anno 1626. Fuit vir eximie probitatis, & prudentiæ; rexit ter Castellanam hanc Prouinciam, visitauit septuagenario maior Mexicanam, functus est munere Assistentis apud R. admodum P. Generalem Mutium Vitelleschum ab anno 1631. vsque ad 1639. in quo decessit Romæ plenus meritorum, & ætatis, cū ad annum 1578. Societati fuisset adscriptus Salmanticæ, vbi Illustrissimam domum, & opulentissimum maioratū pro Christo repudiavit.

141 Præterea Sherlogus p. 1. *sect. 3. num. 13.* refert Sanctæ Inquisitionis edictum, in quo ex iussu Pauli V. renuntiatur, [vt in tractanda hac controuersia nemo audeat alteram partem censurare; Et vt omnes absterneant a verbis mordacibus, & quæ malam intentionem redolere valeant;] ibique dicitur, [Sanctissimum Dominum opportuno tempore suam euulgaturum determinationem, vti ipse asseruit.] Sic anno 1608. die 9. Septembris. Sanctum est simile edictum Toleti eodem anno die 30. Augusti, subscribentibus Licentiatis D. Francisco de Mexia, & D. Francisco de Mendoza, & Secretario Blasio Muñoz de Velasco, vt constat ex exemplari apud me extante; latumque est ex Sedis Apostolicæ mandato expedito Romæ anno 1607. die 5. vel 6. Septembris, nisi posteriori hoc die intimatum solummodò sit Generalibus Prædicatoriæ, & Iesuiticæ familiæ, vt supersederent instituta, longèque prosequuta controuersia, & vt possent suas in Prouincias mittere Religiosos, quos eius de causa Romam adiciuerant, tamdiuque ibi retinuerant. Cæterum primà deci-

sio Consistorialis facta est die 28. Augusti, anno 1607. non autem 1605. posito, repetitoque ex Calcographi incuria in *num. illo 13. Sherlogi.*

142 Insuper iussu Pauli V. Illustrissimus, & Reuerendissimus Decius Archiepiscopus Damasci, Nuntius Pontificius in Hispania anno 1608. die 6. Nouembris scripsit Madriti ad R. P. Franciscum de Galarza Prouincialem Societatis in Castella iniungens, vt curaret in suis vnionem voluntatum, omniaque charitatis officia erga Patres Dominicanos, quod etiam iniungebar Reuerendissimo Prouinciali ipsorum, quando iam sua Sanctitas adhibuerat remedium circa iudiciorum diuersitatem. Tradita est ea Epistola Prouinciali nostro commoranti tunc in Curia Madritensi, qui illam notam fecit die 12. Nouembris P. Alfonso Ferrer obeuntis partes ipsius in Castella, iussitque divulgare per totam Prouinciam. Non ergo Paulus V. Bullam confecit, in qua sententiam Molinæ, & 50. eius propositiones authoritatis Apostolicæ acriore censura perstrinxerit.

143 Neque item Clemens VIII. Hicnamque in cælum migravit anno 1605. quinto Nonas Martij, nondum finitis disputationibus, quæ necessaria erant ad plenam causæ cognitionem. Et anno 1598. permisit non minus Theologis Societatis, quam Dominicani Ordinis, vt suam quisque siue verbo, siue scripto sententiam publicè tueretur, cum antea anno 1594. die 5. Iulij, certior factus de dissidijs in Hispania gliscientibus inter Prædicatores Patres, & Iesuitas, prohibuisset tractationem de eis punctis, quæ turbas concitarent. Vnde ridendus est nugiuendus Vincentius Lenis, dum tradit, Clementem VIII. in fine disputationis de Auxilijs firmasse Bullam; ac si anno 1607. superstes esset Clemens, simulque cum Paulo V. ad clauum Ecclesiæ sederet. Exhibendus est etiam Vincentius, cum eandem Bullam attribuit Clementi VIII. & Paulo V. Subpudet nos in his nugamentis refutandis immorari.

144 Peruenere forsitan ad manus Vincentij M. SS. censura Consultorum in priuatis Cōgregationibus contra 50. vel potius 60. propositiones Molinæ, diuendereque vult illas tanquam duorum Pontificum diplomata, & sanctiones

etiones Apostolica authoritate compositas. [Promulgetur, Inquit Vincentius, illa Bulla, & debellatum est.] Bene quidem, nam si ea Bulla esset authentica, & non confecta in concauo Lunæ, neque mera imaginatio, opus non foret confessionem victoriæ a nobis extorquere, victos nos, & debellatos fatemur sponte, edocti a S. Patriarcha nostro Ignatio, qui in *lib. Exercitiorum spiritalium regula 13. vt. cum orthodoxa Ecclesia. vere sentiamus*, nos monet, vt siquid, quod oculis nostris apparet album, nigrum illa esse definiat, debeatque iridem, quod nigrum sit, pronuntiare. Saniusque esset nostrum consilium, quam ipsius Vincentij, qui post tres indubitas Urbani VIII. & Innocentij X. Bullas aduersus Cornelium Iansenium Episcopum Iprensium, non destitit ab huius defensione. Speramus, Vincentium Lenem, aut quisquis ille est, qui hoc nomen sibi affinxit (vt suspicatur noiter Dionysius Peranius in *elencho Theriacæ Vincentianæ*) recepturum se iam ad bonam frugem, post postremam Bullam Innocentij X. editam anno 1653. pridie Kal. Iunij, in qua sigillantur de hæresi propositiones 5. Cornelij Iansenij Episcopi Iprensis, [Quin per eam declarationem, & definitionem, super prædictis quinque propositionibus factam, intendat sua Sanctitas approbare vltatenus alias opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelij Iansenij.] Quod si Vincentius recipiat, fiet, vt de doctrina Molinæ, & Sociorum falsos alios non ferat rumores, vti hætenus præstitit ad authoritatem comparandam Iansenianæ doctrinæ, cui Moliniana est extreme opposita, & cui velis, remittique Socij Molinæ in Belgio, Hispania, & Gallia restiterunt. Gratiarum Deo, qui dedit nobis de tanto hoste victoriam per Dominum nostrum Iesum-Christum.

145 Censuræ Consultorum contra 60. propositiones Molinæ, habitæ a Vincentio pro decisionibus Cathedræ Apostolicæ Romanæ, iam sunt a nobis plusquam satis exagitate, ne possunt comparere in cōspectu Pontificiæ censuræ, quæ ad libram æquauit Dominicanorum, & Molinæ opiniones, seu æquilibres declarauit: magis autem est standum iudicio Pape, ad quem pertinet determinare de fide, quando in iudicio profert, quam quorumlibet la-

pietium in Scripturis opinioni, vt 2. 2. *quæst. 10. art. 12. in Corp.* docet Angelicus Præceptor. Prodiit ex intentissimo, longoque examine Pontificio indemnus Molina, quin ex toto Concordiæ libro ademptus sit apex, aut adiectus, adeo vt dicere de eo liceat, dum tot aduersarijs impetitus, tantisque procellis per decennium afflictatus spectatur,

Quem neque Tydides, nec Larissens Achilles, Non anni domuere decem, non mille carine.

Et vt dicat Maurolycus *lib. 5. Oceani Religionum*, loquens de Molina, [Cuius eruditus de Auxilijs partus positus in fornace exaninis Pontificij, & sæpius igne probatus deprehensus est aurum omnibus numeris purgatissimum.] Ea Molinæ indentitas in Pontificio examine dispulit longissimè tenebras, quas Contultores incurere moliti sunt. Effulsi illo ex tempore Molina, ceu nouus Theologiæ Sol, nullis vnquam Vincentij nebulis, aliorumve emulorum calumnijs fuscandus.

146 Nec plura contra narrationem Vincentianæ, in qua se vnungram quidem, sed palearum congeriem inuenimus. Imo quæ diximus, non sunt iam necessaria, nam Theriaca Vincentij Lenis prohibita fuit anno 1654. die 23. Aprilis ab Innocentio Papa X. qui simul declarauit, nullam omnino fidem esse adhibendam commentitijs illi Bullæ Paulinæ, neque ab vlllo allegari posse, vel debere. Dedi verba Pontificis in *prefatione ad Lectorem.*

GEMELLA ALIA FABELLA traducitur.

147 **N** Arrationi Vincentianæ similis fuit alia, quæ tempore Pauli V. sparsa est per Hispaniam. Nam non defuit, qui fasciculo litterarū Romæ misto ab Hispano quodam Auditore Rotæ ad Regem Philippum III. interposuit schedulam non subscriptam, in qua paucis verbis referebatur opinionis Parrum Societatis damnatio Pontificio viux vocis oraculo. Allatus est fasciculus per extraordinarium tabellarium, simulque Epistola nomine non vulgaris certè hominis ad quendam scripta, tradens eandem damnationem. Huius Epistolæ exemplaria inu-

innumera (quorum vnum ego habeo) divulgata sunt cōfessim per Hispaniam; Rexque Catholicus significauit Regi-
næ, Confessario, & Duci Lermenſi Frã-
ciſco Gomez Rojas Sandoualio familia-
riſſimo ſuo quid in Epistola cōtineretur,
& à Duce recitatū eſt in theatro Curie
Regiæ lætiſſimū ſibi, & PP. Dominica-
nis, triſtiſſimumque PP. Societatis nun-
tium. Sed deueniente poſteà ordinario
tabellario, & perferentē indemnitate
vtriuſque ſententiæ, detecta eſt tota
ſtrophæ machina.

AN CLEMENTI VIII. VT DOCTO-
ri priuato ingrata fuerit opinio Molinæ? Quid-
nam ei dixerint duo Cardinales? Quam
attentè ſe geſerit? Eius tempore
ſparſi falſi rumores de
condemnatione
Molinæ.

148 **S**ED video mihi audire
ſubmurmurantem aliquē
in nos, excuſantemque
non nihil narrationem Vincentij, nam
ſaltem Clementi VIII. ingrata fuit
Scientia Media cum annexis alijs Moli-
næ placitis de natura gratiæ efficaci,
Cæterum de hac Clementis VIII. vt pri-
uati Doctoris auerſione initio delatæ
controuerſiæ ad ipſum legatur Didacus
Ramirez in *Vita Cardinalis Bellarmini lib.*
3. cap. 9. vbi nonnullas ſubindicat cau-
ſas acceptas, vt putō, ex Authoribus,
qui Italica lingua, & Latina eandem vi-
tam ſcripſerunt; earum autem nulla no-
cet probabilitati, bonoque nomini opi-
nionum Molinæ. Præterea Ioannes Pa-
pa XXII. viſus aliquando eſt ſentire, vt
priuatus Doctor, minùs rectè de Sancto-
rum beatitudine, cæleſti que habitatio-
ne ante generalem reſurrectionem; id
tamen malo non fuit veritati, quam,
mortuo Ioanne, definiuit eius ſucceſſor
Benedictus XII. in Extrauagante inci-
piente *Benedictus Deus.* Miſſis alijs An-
tiquitatis exemplis:

149 Certiſſimum eſt, Cle-
mentem VIII. meliùs poſteà exiſtimaſe
de Molinæ cauſa, putariſſeque dignam,
quæ maturiori iudicio, lentiori que inſ-
pectione examinaretur. Cum enim ex-
cepſiſſet ex Cardinalis Perronij ore, vt
referunt Eugenius Philadelphus in *Ap-
pendice ad Camerarium ſ. Ad extremum pag.*
338. Raynaudus contra nouam libertatem

p. 1. C. xj. num. 12. Sherlogus p. 1. ſect.
3. num. 15. p. 2. ſect. 18. num. 98. Petrus
à S. Iosepho D. S. & n. 4. *Concordia ſua-
uis, V. interim,* Annatus D. 4. C. 1. à num.
20. *uſque ad finem,* C. 4. ſ. 2. num. 102.
Cellorius de *Hierarchia,* & *Hierarchis L.*
8. C. 18. ſ. 2. pag. 733. [Si quodd medi-
tabatur, definiſſet, curaturum ſe, vt Ger-
maniæ, Galliæque ſectarij decreto illius
ſubſcriberent, & ſancitam doctrinam
ſuis chirographis cōmunirent:] rur-
ſuſque cum ex Cardinalis Bellarmini,
moriturum potiùs, aut priùs ipſummet
Clementem, quàm decerneret contra
Societatis ſententiam: cum itē ex in-
ſignioribus in Europa Academijs acce-
piſſet litteras commendatitias Molinæ,
vidiſſet que complurium Religioſorum
cœtuum, & Theologorum omni ex gē-
te, & natione ſuffragia eidem fauentia:
cum denique mutuis colloquijs, libro-
rum, manuſcriptorumque lectitatione
pleniorem rei notitiam comparaiſſet,
iniit prudentiſſimum conſilium indi-
cendi Congregationes, in quibus ſe præ-
ſente, nonnullique Cardinalibus, &
Epiſcopis, Generalibuſque Dominica-
no, & Societatis, Theologiſque diue-
ſorum ſtatuum diſputaretur de dubijs à
ſua Sanctitate præſcriptis, vt auditis par-
tibus, accuſationeque vniuſ, ac defen-
ſione alterius poſſent Conſultores, me-
liùs inſtructi, cenſuram ferre, ipſeque
Pontifex definitiuam ſententiam; no-
uerat quippe ex C. *Quia nonnunquam,* de
Verborum ſignificatione, argumentis frequen-
ter, & collationibus veritatem latentem ape-
riri.

150 Eis diſputationibus adeò
fuit intentus Clemens VIII. vt non ſe-
mel Dominicanum, & Ieſuitam ſpatio
ſeptem horarum concertantes audierit,
& vt intrà quindecim dies repeti qua-
ter iuſſerit. Quod in homine ingraueſ-
centis ætatis, totque alijs negotijs di-
ſtento noxium ſaluti fore Medicus ſuæ
Sanctitatis palàm proteſtatus eſt; idque
circo in poſterum adhibita moderatio.
Quam verò Clemens comperendæ ve-
ritatis ſolicitus fuerit, oſtendunt in pri-
mis decretæ ſupplicationes, & preces
tum priuatim, tum publicè ad implo-
randum diuini Numinis auxilium, &
lucem; illud etiam, quòd ante inceptas
Congregationes inuiſerit ſeptem Eccle-
ſias, genibuſque flexis aſcenderit Sca-
lam ſanctam. Præterea cum quadam
nocte

nocte decumbens legeret in P. Suarij
Opusculis de Auxilijs punctum, de quo
diſputandum erat die ſequenti, accidit,
vt ſomno corriperetur, interimque cæ-
reus incenderit partem ſyndonis, ac ſtra-
guli, margineſque libri: expergeſaſtus
Pontifex, turbaruſque calore, ac ſumo
inclamauit Cubicularium ſecretum,
cui poſt extinctum ignem dixit, [non
videri bonum omen pro Societatis do-
ctrina.] [Quin imò, venia veſtræ Sancti-
tatis, optimum eſt (repoſuit Cubicu-
larius) nam ſi veſtra Sanctitas dignetur
aduertere, videbit, neq; vnam libri lit-
teram igne fuiſſe tactam, etſi margines
conſagrarint: quo præmonſtratur (ſi ex
his ſucceſſibus diuinandum eſt) Socie-
tatis doctrinam, tametſi vndique peti-
ram, ſaluam per manſutam.] Sic Cubi-
cularius, qui erat nobilis Hiſpanus. Nar-
rant id in *vita Suarij* Patres Antonius
Arana, & Ludouicus Valdiuia, quorum
M. SS. cuſtodiantur in archiuo Caſtel-
lanæ Prouinciæ Societatis.

151 Non diſſimulabo hic,
quòd narrabat Venerabilis P. Ludoui-
cus de la Puente, notiſſimè vir ſancti-
monix, ſcilicet quo tempore ſiniſtra fa-
ma de Clementis VIII. auerſo in no-
ſtram ſententiam animo implebat Hil-

paniam, ſignificatum ſibi eſſe ad ſui, &
Sociorum ſolatum à quadam perſona
eximiæ virtutis, viſitationibuſque Cæ-
litum frequentata (quantum priuata
opinione licebat credere) Glorioſiſ-
ſimum Societatis Parentē S. Ignatiū an-
no tum 1600. tum 1603. dixiſſe ipſi,
Societatem nō iri conſulam in contro-
uerſia tunc agitata, probabilitati que de-
fenſatę opinionis ſuum locum non de-
futurum. Et ſic etiam ſcriptum reliquit
Ludouicus ipſe in *Vita inedita præclariſſi-
mæ Virginis Mariæ de Eſcobar Fundatricis
Recolleſtarum Birgittenſium,* ex qua illud
nouit.

152 Scioque ex prælau-
dati Patris Valdiuiæ monumentis fide-
dignis, Patrem Ludouicum Moli-
nam, cum videret, audiretque Madri-
ti, volare per ora multorum grauium
etiam hominum rumorem de confixa
ſua ſententia iudicio Pontificio, dixiſſe
mira animi quiete, & ſecuritate, *Non
ita eſt, nec poteſt eſſe, niſi ego non intelligo Con-
cilium Tridentinum,* cumque vrgeretur
magna authoritate peruulgantium, re-
poſuiſſe obſtinatè, *Non ita eſt,
voſque videbitis, eſſe falſum
rumorem.*

(i)

EVENTILATIO V.

NARRATIONVM IOANNIS MARTINEZII PRATENSIS.

An aliqui è Societate, vt Michael Marcus, & Baſtida, (cuius geſta
memorantur) Henriquez (cuius vita deſcribitur) Pererius,
& Azor Scientiæ Media vale-
dixerint?

153



P. Fr. Ioannes
Martinez de Pra-
do ex Ordine
Prædicatorio 2.
p. *Cōtrouerſiarum
Methaphyſicaliū*
(ſic ipſe appel-

lat) *controp. 12. a. 3. ſ. 3. num. 45.* (quòd
opus in lucem prodijt anno 1649.) ſcri-
bit in hunc modum, [Nec deſunt ex
patribus doctiſſimis Societatis, qui no-
biſcum ſentiant, (quoad denegandam

Scientiam Mediam, & adſtruendas præ-
determinationes phyſicas,) vt videri
poteſt in P. Henriquez de *ultimo fine
hominis cap. 4. num. 2.* P. Pereyra lib.
8. *Phyſicorum cap. 8. & lib. 9. cap. 13.*
cuius verba expreſſa ſunt, & omitto,
quia iam relata à Magiſtro Nazario 1.
p. *queſt. 22. art. 4. controp. 2. pag. (mihi)
617.* Idem tenet P. Michael Marcus 1.
p. *queſt. 23. art. 7. & 3. p. queſt. 68. art.
1. dub. 1. ad 3.* cuius ſcripta nondum in
lucem edita, licet luce, & laude digna,
apud

apud me habeo. Publicè nostram sententiam docuit P. Ferdinandus de la Bastida, olim Romæ vnus ex Scientiæ Mediæ defensoribus pro Patribus Societatis, à quibus postquam abscessit, propriam mentem explicuit Abulæ, & Vallis-Oletæ; cuius facti testem adhibeo grauissimum, omni exceptione maiorem, nempe Illustrissimum, & Reuerendissimum D. D. F. Petrum de Tapia Siguntinum Antislitem, qui totum hoc publicè retatus est in tract. de Gratia, quem dictauit publicè, cum esset Primarius Complutensis.] Hucusque Martinez. Qui iterum in controu. 16. art. 6. §. 3. num. 47. dinumerat alium ex Nostris, nempe P. Ioannem Azor 1. p. Institutionum Moralium lib. 1. cap. 21. q. 8.

154. Sed quod attinet ad P. Michaelē Marcum, de quo etiam Ledesma tract. de diuina gratia Auxilijs quest. vnica §. Ex hac sententia pag. 9. iam satisfecit Sherlogus p. 2. sect. 13. num. 75. Nec condonandum est Martino, quod Modernum istum non legerit; nā oculos, aut aures peregrinari circa ea, quæ in inuenta causa aduersus reum debeant ab actore sciri, indignum venia est.

155. Cæterum Magister Martinez in tomo edito, anno 1662. de Euch. & Sacrif. Missæ, 3. p. q. 74. dub. 10. §. 4. n. 48. ostendit se contum verborum horum, quæ de ipso scripti ob non lectum Sherlogum, & quia ego in tomo de Euch. Diss. 4. Sect. 5. num. 63. non retuli quid in quodam puncto dicerent Basilius Legionensis, & Franciscus de Araujo, scribit contra me, etsi non nominatum, [Euationem hanciam poterat impugnatam legisse in Magistris Basilio, & Araujo; videat que, an sibi non solū in hac, sed in multis alijs questionibus ob non lectos Thomistas possint aptari eadem verba?] Sic ille. Sed respondeo, fuisse à me lectam impugnationem elaboratam ab Araujo, aut a Legionensi, & me fuisse italoquentum, vt eam præoccupauerim ex parte: ex parte, inquam, quia aliqua, quæ retorquet ad homines, non vrgent contra me, qui non vsus sum argumentis, ad quæ alludit. Non allegauit Araujum, aut Legionensem, quoniam illa in questione breuitatem amans omisi citare patronos aduersæ sententiæ. Et quod non sim incurius legendi Thomistas, satis monstraui in libris hæ-

tenus publico datis. Præterea minus notabile foret, non legisse Aranjum, aut Legionensem in puncto illo, quàm Sherlogū in eo alio, de quo Martinez. Opus namque Sherlogi recens, & celeberrimum erat anno 1549. in Hispaniæ Academijs, tantoque cum plausu retudit calumnias eo vsque vulgatas aduersus Scientiam Mediā, vt mirum fuerit, Magistrum Martinez suscepisse denud munus actoris cōtra eam, non lecto Sherlogo, aut non refutata defensione ab ipso exhibita. Quæ cum pro mei defensione sufficiant, instaurabo sermonem de Michaelē Marco in alio loco.

156. Quoad Ferdinandum Bastidā, salua reuerentia debita Illustrissimo Episcopo Siguntino, post Archiepiscopo Hispalensi, si eius sit testimonium illud, difficulter adducar, vt mihi persuadeam, mutasse sententiam, quando iam sui iuris factus (ob nullitatem emissæ in Societate professionis cum impedimento suscepti antea habite per vnum, aut duos dies in alia Religione apud Conchensem Vrbe, vt ipse ex insperato probauit coram Hispaniarum Apostolico Nuntio, accesseruntque dimissoria à Societate litteræ R. admodum P. Claudij Aquaviuæ Præpositi Generalis) Cancellariatum, & principem Cathedram Theologicam Vallis-Oletanæ Academiæ regebat, & in eiusdem Ciuitatis Cathedrali Ecclesia Canonatum Magisterialem. Noui Vallis-Oletæ ipsum, & multoties alloquutus sum; de opinionis autem incōstantia nec verbum vnum audiui siue ab ipso, siue ab alijs; quæ sitque modò per litteras graues viri contemporanei responderunt, prælegisse sæpe publicè, ac defensasse sententiam, quàm in Societate didicerat; tamque crebrò de ea clam, & palam actitasse, vt in proverbium abierit, [Videtur Bastida nihil nisi Scientiam Medicam, & Auxilia scire.] P. Lucas Vvadingus Primarius olim Professor Theologiæ tum in Collegio Vallis-Oletano S. Ambrosij, tum in Vniuersitate Salmanticensi pro Regali S. Spiritus Collegio, demumque in Scholis Regijs Madritensibus Interpres disciplinæ moralis Aristotelicæ, atque Christianæ scripsit ad me litteris indidem datis 11. Decembris, anno 1649. quæ sequuntur, [Nullus de Bastida poterit maiori, quàm ego, certitudine attestari, nam cum ip-

so, post discessum à Societate, egit per quindecim annos, quibus Vallis-Oletæ legi Theologiam, & sæpe audiui loquentem constanter de hac materia publicè, ac priuatim.] Ita obseruantissimus mihi Magister, fato iam functus anno 1651, Sed Epistolam seruo, quæ pro me fideiubeat. Est etiam magni momenti, quod Bastida in postremis constitutus testamento legauit Collegio Societatis Vallis-Oletano S. Ambrosij (vbi post reditum à Roma docuit publicè aliquot annis Theologiam) ingentia quatuor volumina continentia controuersias, & acta Romæ habita de Scientia Media, & auxilijs, vt quando per Sedem Apostolicam fas esset, darentur typis. Vtui nobis fuerunt pretiosissima illa volumina ad conficiendum hanc Fractatum. P. Ripalda sect. 7. num. 43. refert quæ excepit ex ipsiusmet Bastidæ ore, Madriti ad tempus commorantis non diu ante mortem. R. P. F. Didacus de Prado Religiosus Sanctæ Mariæ de Mercede, Magister Salmantinus, & cathedræ S. Thomæ meritis Prælector, postque Illustrissimus Archiepiscopus Brundusij, affenerunt coram fide digno viro P. Didaco de la Fuente Hurtado, meoque in docenda Salmantici Theologia peritissimo Collega, ratum sibi esse ex colloquio cum Bastida apud Madritum, quò tempore in parentum suorum domum diuerterat ex Imperiali Societatis Collegio, vbi maxima omnium acclamatione disputauerat exercitij ergo contra Scientiam Mediā, confinesque alias difficultates, perseuerasse firmū, & stabilem in antiqua sententia. Cuius contrariam non potuit publicè tanquā Theologiæ Antecessor docere Abulæ, nunquam enim illic Theologiam tradidit. Fortè in petitione Canonicatus, vel Gradus litterarij suscipiendi in Dominicano S. Thomæ Collegio, aut Vniuersitate aliquam sui ostentationem fecit, celata callide propria mente, ne demeretur Prædicatorum Patrum gratiam, neve Gradus litterarij mercedem ex actè redderet, si ad vnam, aut alteram petitionem inibi aspirauit.

157. P. Doctor Henricus Henriquez sub initium disceptationis inter clarissimam Dominicanam Familiam, & nostram minimam Societatem IESV connixit aliquantulum præ-

determinationibus, vt antea notarunt Ledesma, atque Alvarez. Sed vna hirundo non facit ver. Et multa iam diligenter obseruata à Falolo 1. p. quest. 14. art. 13. num. 184. Sherlogo num. 71. intermiscet Henriquez cap. 4. §. 2. cap. 14. §. 9. quæ Scientiam Mediā, auxiliæque efficacia non prædeterminantia concernunt. Nimirum vt ad Societatem redijt, dimisso Dominicanorum Instituto, cui se addixerat; ita etiam in opinionem Societatis volens nolens se inflexit.

158. Scripsimus hæc olim, sed certè absque necessitate, nam Henriquez edidit Theologiæ Moralis Summam, in qua iam Dominicanam, iam nostram indicauit sententiam, priusquam cogitaret de status mutatione. Sed quia rem plerisq; occultam aperuimus, visum est addere quæ sequuntur. Fuit quidem ille non minoribus præditus virtutibus, quàm litteris; cæterum cū in proœmio cuiusdam libri tradidisset typis nescio quid non approbatum à Societatis Censoribus, ægrè tulit R. admodum P. Claudius Aquaviua Generalis, poenamque assignauit, iussitque, vt à libris non sparsis adimeretur folium vnum, & aliud recuderetur. Quibus turbatus Henriquez, procurauit à Summo Pontifice, & obrinuit transitum ad S. Dominici Ordinem: breue tamen post tempus, pacato iam animo, & sedato impetu, restituit se priori vocationi, & Societati, hortatu, & iuuamine P. Gregorij de Valentia dilectissimi (sui discipuli tunc Romæ commorantis. Vixit postea in Societate, obiitque sanctè Tibure, die 28. Ianuarij, anno 1608. Fuit natione Lusitanus, patria Portuensis, cooptatusque Compluti in Societatem anno 1552. vix pueritiam egressus, quam transegerat nostro in Collegio edoctus primæ vitæ Christianæ, & humaniorum litterarum rudimenta à fratre maiore natu Emmanuele Lopez, Prouinciæ Toletanæ diu post Præposito. Theologiam publicè professus est in Collegio Salmanticensi ab anno 1566. vsque ad 1571. continuauitque in Cordubensi, & Granatensi, indeque redux in Salmanticensi commisit prælo eruditissima sua Opera. Insignes habuit auditores, vt Franciscum Suarez, & Gregorium de Valentia prænominatum, atque

alios, quos taceo. Idque fuit illius in impressis libris consilium, ut breui methodo in unum cogereret reperta apud anteriores; unde sapè factum est, ut contrarias, & pugnantes inter se opinionones ad compendium redigens videatur ipsas amplecti, aut saltem in medio relinquere. Atque ita accidit in presentia materia, prout noscet facile, qui illum perlegerit tã in textu, quàm in glossa.

159 P. Benedictus Pererius lib. 16. in *Genesim* cap. 11. disp. 7. num. 95. refertur apud Sherlogum p. 2. sect. 15. num. 75. a Cabrera Hieronymiano, & a Ledema, atque Alvarez Dominicanis tanquam vnus ex patronis Scientiæ Mediæ. Eo autem locorum quibus citatur a Nazario, solummodo tradit, causam secundam, tam liberam, quàm necessariam, moueri à prima. Quod in opinione Societatis verisimum est. Omnes namque causæ secundæ agunt ut motæ à prima, tum quatenus agunt dependenter à prima in esse, & conseruari, quæ dependentia est quædam continua motio causarum secundarum à prima per virtutem operatiuum acceptam ab ipsa: tum quatenus agunt dependenter à prima ut applicante eas siue physicè, siue intentionaliter ad operandum: tum demum quatenus agunt ut adiutæ à prima per concursum simultaneum, qui in causis non immanentibus est motus potentia tantum actiua, in immanentibus est motus tam actiua, quam passiva. Pro qua doctrina stat S. Thomas *quest. 3. de potentia art. 7. in fine corporis* inquit per recapitulationem, sic ergo Deus est causa actionis cuiuslibet, in quantum dat virtutem agendi, & in quantum conseruat eam, & in quantum applicat actioni, & in quantum eius virtute omnis alia virtus agit. Et eum coniunxerimus his, quod Deus sit sua virtus, & quod sit intra rem quamlibet, non sicut pars essentia, sed sicut tenens rem in esse, sequetur, quod ipse in quolibet operante immedie operetur, non exclusa operatione voluntatis, & nature. Omitto alia eiusdem S. Præceptoris 1. p. q. 105. art. 5. in corp. atque ad 3. & Caietani 1. p. quest. 14. art. 13. §. Nec sustinendus est Scotus; remittoque Lectorem ad P. Franciscum Suarez d. 22. *Metaphysicæ* sect. 2. à num. 47. explicantem aptissimè, & multifariam illud axioma, omnis causa secunda agit ut

motæ à prima, quin motionis per physicam prædeterminationem explicatio vllatenus desiderari debeat, aut possit. Videatque Mag. Martinus Eugenium Philadelphum in *Exercitatione tripartita Scholastica*, appendice ad *Camerarium* pag. 330. Sherlogum num. 72. vbi Nazarij incuriam in legendo Pererio, vel affectionem in dissimulanda ipsius mente contra prædeterminationes physicas, patefacta lib. 8. cap. 9. *Philosophie* conspicit reprehensam; graueque erit Martinio (prout de lapide est à Calsiodoro lib. 8. *Variarum*, epist. 20. animaduersum) offendere, vbi alterum repererit offendisse. Vellem, ut Nazario infixum altè fuisset monitum illud Eulogij apud Photij *Bibliothecam codice 225. Oportet, veritatis studio legitime certantes, omnia abundè accipientes, sed non ad fraudem, partim quidem silere, partim verò arripientes afferre.* Sed de Pererio postea recurret sermo.

160 P. Ioannes Azordistat multò plus a prædeterminatoribus, quàm cælum à terra. Disquirat in loco allegato, [An Deus, quando cum natura, vel voluntate operatur, ipsam moueat, & applicet ad agendum?] Resolutio eius affirmatiua est, conuenienter ad sensus proximè à nobis expositos. Dein examinans, [quid est hoc, quod dicitur, Deus facit, ut ignis faciat?] Subiungit, [nihil aliud esse, nisi Deum velle, ut ignis vrat ea vi, & facultate, quam initio accepit. Sic etiam Deus vult, ut tu hoc, aut illud velis, vult, ut sic, & non aliter loquaris, vult, ut hoc loco, & tempore disputes. Vnde cum Deus naturas instituit, vires agendi, vel faciendi tribuit, & ideo natura quæque cum facultate sibi à Deo data, & conseruata potest, sed nunquam aget, aut faciet, nisi Deus velit, ut agat, aut efficiat. Cum igitur Deus facit, ut natura faciat, non nouam tribuit facultatem, & vim, qua possit, nec formam vllam, qua in se mutetur, sed vult, ut faciat. Deum esse causam alicuius, ait Almainus, non est, nisi Deum velle, ut illud sit, vel fiat. Hoc autem fit, quia cum ignis lignum vrit, Deus non solum cum igne facit calorem, quo lignum exurit; sed etiam facit ipsam actionem, qua lignum comburitur ab igne: hoc autem esse non potest, nisi Deus pariter faciat,

ut

ut ignis vrat. Nam quemadmodum actio, qua lignum exurit, quia in se ipsa boni aliquid est, nequit esse, nisi Deo volente, & faciente, ut ipsum lignum vrat; sic etiam actio, qua ignis vrit, cum in se bona sit, non est, neque esse potest, nisi Deo volente, & faciente, ut ignis vrat. Nam quicquid boni fit, non nisi Deo volente fit; & quicquid boni aliquis vult, aut facit, non vult, aut facit, nisi Deo volente, ut velit, aut faciat.] Hactenus Azor; cuius cuius doctrinæ summa est, causas creatas, ut agant, indigere concursu omnipotentia diuinæ applicatæ per volitionem, non verò facultate alia, nec vi, nec forma vlla, qua in se mutantur. Et loquitur de causis creatis instructis iam (sufficienter ex parte sua, ut, quantum est ex se, possint agere, si non desit concursus) Dei simultaneous. At si Azor agnouisset physicam prædeterminationem in igne v. g. agente, neutiquam diceret, [Cum igitur Deus facit, ut natura faciat, non nouam tribuit facultatem, & vim qua possit, nec formam vllam, qua in se natura mutetur; sed vult, ut faciat.] Nam physica prædeterminatio est noua facultas, ac vis, vel saltem est noua forma indita à Deo igni, qua in se mutatur huius natura. Prosequitur Azor, & declarat, causis creatis liberis preparari concursum diuinæ Omnipotentia ad actiones prauas

per volitionem permissiuam; interseritque complura, quæ conuerrere quisque valeat aduersus prædefinitiones voluntatis increatæ, prædeterminationesque physicas creatæ ad entitatem materialem peccati. Vnde Sherlogus, & Ripalda meliori fide addiderunt Ioannem Azor, *quest. illa 8. syllabo* Scriptorum Societatis, qui prædeterminationes repudiarunt.

161 Ad hæc: P. Ioannes Azor cum PP. Benedicto Pererio, Michaeli Vazquez, Gregorio de Valentia, Christophoro de los Cobos, Benedicto Iustiniano, Petro Arrubal, Mutio Vitellesco, Bernardino Rosignolio subscripsit cuidam Tractatui confutanti efficacem gratiam physicè prædeterminantem, contententique suadere decem de causis, non esse tolerabilem in Ecclesia Dei, sed autoritate Sedis Apostolicæ reiciendam esse sententiam de natura gratiæ eo modo efficacis. Custoditur hic Tractatus in Bibliotheca Valis-Oletani nostri Collegij S. Ambrosij, subscriptusque propria Azoris, octoque aliorum manu in Vrbe circa annum 1599. ut coniector; neque enim exprimitur annus, neque dies. Si autem Azor, & Pererius aliud sentirent, quàm quod diximus, non subscripsissent præfato Tractatui.

* * *

EVENTILATIO VI.

NARRATIONVM EIVSDEM MARTINEZII PRATENSIS.

Num Illustrissimus Araujus physicis prædeterminationibus bellum indixerit? Vindicatur à plagiarij nota.

162



Apientissimus P. F. Franciscus de Araujo ex primaria Theologicæ facultatis Salmaticensi Cathedrali ad Segobienis Episcopus

patus sedem euectus, quo nobiliorem

Thomistam nec nostrum sæculum, nec retroacta viderunt, pronuntiauit animosè, & candidè tom. 2. in 1. 2. *quest. 111. art. 5. dub. 6.* alienas esse à S. Thomæ prædeterminationes physicas; & in morales alias proram deflexit, censens, intrinsecam esse auxiliari gratiæ diuinæ, ut distinctæ à merè sufficienti, aliquam efficaciam, & connexionem

E2

cum

cum consensu, nō prædeterminantem physicè, sed solùm moraliter, qui a potestate metaphysica, & physica, non verò morali potest componi cum dissensu, quippè ea vi pellat voluntatem in consentium, vt ratione difficultatis dissentendi nunquam ipsi resistet. Hæc est sententia Illustrissimi Præsulis, qui quantumuis ad Societatis nostræ non accedat semitam, recedit tamen à Dominicanorum communi propugnata Romæ coram Summis Pontificibus, & reperita tertio quoque die vbiuis in publicis disputationibus.

163 Diffiteri id non potuit Martinez, sed respondet *contra illa* 12. art. 3. §. 2. num. 42. Illustrissimum Antistitem [loqui ex aliena sententia. Nam Tractatus ille de Gratia alienis laboribus est compositus. Nam, vt scripsit grauis viri testati sunt, sapientissimus Magister permisit illum tractatum, qui in Bibliotheca communis proprii Authoris nomine asseruabatur, cum suis imprimi, ne cogèretur vir ad alia natus, & distractus, curren- te prælo, integram Tractatum de Gratia de nouo elaborare.] Hæc Martinez Dominicanus, enormissimi plagij crimen iniiciens in hominem celebrem suæ familie, in Magistrum principem, & emeritum Salmanticensem, ne tanto patrono gloriantur physicarum prædeterminationum impugnatores. Deuisset quidem ille dissimulare furtum, tamen si compertum sibi prorsus fuisset, tum vt Religionis suæ prospiceret honori; tum præcipue vt sacras infulas non offenderet, quantum namque alioqui esset actum de opinione doctrinæ præclarissimi Theologi, & ornatissimi Episcopi, quantum etiam decreveret Dominicani Ordinis Scriptorum laus, eorumque, qui ex illo ad Magistrum Salmantini promouentur apicè, nullus nō ceruicet. Suspecta post hac essent reliqua eius Authoris Opera, quibus totam Metaphysicam, & Theologiam Scholasticam complexus est, dictataque ex suggestu, & euulgata in libris ab alijs Dominicanis eandem subirent suspicionem. Quis impudè non crederet, & diceret, tuum, R. P. Martinez, opus Metaphysicale instar informis corniculæ alienis laboribus esse adornatum, si locij tui præcellentis Magisterio, & dignitate integer

Tractatus de Gratia, iusti voluminis mensuram implens, furtiuus est habendus? Neatrum ego inducam in meum animum, nec mutire audebo.

164 At inquis, istius Tractatus meminisse Ioannem Vincentiū in *Relectione de Gratia Christi* quasi. 7. pag. 905. in editione Romana anni 1591. fere quinquaginta quinque annis antequam ederetur à Magistro Araujo. Et hoc per te est euidentissimum indicium, vt alia, quæ subiungis, meique non sunt in his Euentilationibus instituti, præteream. Mihi sanè non licuit hæcenus legisse Tractatum istum, audiuiq; extractum è Bibliotheca Religiosissimi Salmanticensis Conuentus S. Stephani à Reuerendissimo P. F. Thoma Turco Priore Generali Prædicatorum paucis abhinc annis, vt curaret imprimi. Fortè ex ipso profecit Illustrissimus Araujus; sed id nec plagij calumniam meretur, nam non ob quodlibet furtum quis debet existimari plagiarus. 1. Non statim 6. ff. de lege Fabia de plagarijs; nec argumentum est, vt præsumamus, loqui ex aliena, & non etiam ex propria sententia.

165 Tu ipse 3. p. quæst. 74. dub. 10. in questione, an aqua conuertatur immediatè in sanguinem Christi? §. 1. num. 2. dicis, Magistrum Araujum desumpsisse ex Basilij Legionensis Opusculo Tractationem, quam habet de hac re 3. p. quæst. 74. art. 8. dub. 2. à pag. 259. usque ad 282. Et tamen tertio quoque verbo eius quæstionis allegas, & laudas Magistrum Araujum pro sententia negatiua, quam cum ipso sequeris.

166 Magna pars Speculi Moralis Vincentij Bellovacensis, & secunda Summæ S. Thomæ coincidunt non tantum quoad sententias, sed etiã quoad verba, ita vt citrà dubium sit, vnum Opus ex alio fuisse cõcinnatum, & completum. Accidit que idem ipsum circa Glossam Pontij Carbonelli, & Catenam auream S. Thomæ in quatuor Epangeliis, vt nouiter est comprobatum à perdoctis Franciscanis, præsertim à R. P. F. Martino Perez de Guetara; & mihi non credibile, S. Thomam ex Vincentio, neque ex Põtio transcripsisse. Sed non ideo qui ex alio hausit, putandus est, non ita tenuisse, siue fuerit is, cuius nomen in Opere præfertur, siue alter, qui postea

ma-

manum apposuerit.

167 Petrus de Prusia Dominicanus Theologus in *Alberti Magni vita scripta paulò post annum 1483. cap. 7.* ait, [credi sibi que omni ambiguitatis serupulo, S. Thomam ab Alberto desumpsisse magnum apicem scientiæ. Quod euidenter apparet, si libri vtrorumque inspiciantur. Nam reperies frequenter easdem sententias sub eisdem verbis expressas, articulos etiam per omnia sub eadem forma in argumentis, & solutionibus positos. Nec hoc derogat sanctitati Thomæ; cum sit humilitatis; nec minor ideo est in scientia, cum hoc ipsum apud Hieronymum inuenies, dum suis dictis quædam ex aliorum Commentarijs inserit, vt Ambrosij, & Theophili. Sed etiam in hac re formam videmus summæ humilitatis Alberti, qui nunquam penè opinionem ponit propriam, quin Sanctorum dictis ipsam confirmare studeat, non mutando verba, vt quibusdam moris est, sed tenorem verborum in omnibus seruans. Notat enim ipse Albertus in quodam passu suorum librorum, vanitatis amatores reprehendendo, cum dicit, sunt quidam, qui dum nihil inuenire possunt ex se, ea, quæ dicta sunt ab alijs, ipsi scribere sub alia verborum forma nituntur. Illos verò collaudat in sua Metaphysica, qui non ad ostentationem, sed pro maiori elucidatione, Doctoris cuiusque dicta terminando explanant.] Idem Petrus de Prusia cap. 30. refert ex Iacobo de Zuzato in *Chronico Ordinis Prædicatorum*, S. Thomam, [abbreviando, & in vnum redigendo reipsones Alberti ad Vuillelmum de Sancto Amore, cõpilatè ex eis gratiosum librum, qui iam intulatur Thomas contra Vuillelmum.] Brulefer, & alij apud Hugonem Magnesium in *Apologia apologiæ pro Scoto* pag. 17. & 205. ac seqq. tribuunt Alexandro Alensi multa quæ in S. Thoma reperiuntur.

168 Theophilus Raynaudus in *Morali disciplina* d. 3. in proæmio admonet, labores Ludouici Viues de Passionibus translatos verbatim propè à Bartholomæo de Medina in suos ad 1. 2. Commentarios, illaudato semper ipso Viue. Idem Theophilus (si benè memini) multus est in adnotandis exemplis antiquis, & recentibus librorum

suppositiorū per plagium, cum de bonis, & malis libris agit. Ioannes etiam Morinus parte prioris *Exercitationum Biblicarum* lib. 6. Exerc. 1. cap. 2. incusat Petri Galatini in *libris Arcanorum Catholice veritatis* silentium de Porchetto in lib. prænotato *Victoria contra Iudæos*, ex quo pleraque desumpsit; & alij sugillant Porchetum ob tacitum nomen Raymundi Martini, cuius laboribus se vestiuit. Henricus Hèriquez in *Glossa præfationis ad Lectorem præmissæ in altera parte summæ Theologiæ Moralis* aiebat circa litteram E. [Cassianus conqueritur de Tiraquelli furtis, & noster Franciscus à Ribera in proæmio ad Apocalypsim refert, F. Melo quædam ex dictatis eius vitiosè transcripsisse, quædam malè addidisse, aut deleuisse. Ludouicus à Molina 1. p. quæst. 14. & Franciscus Suarez 3. p. quæst. 3. d. 1. d. 11. sect. 2. aiunt, Magistrum Zumel multa ab ipsis mutuatum esse.] Parco recentendis alijs, qui dicuntur hausisse, decerpisse que multa ex alienis elucubrationibus: possentque ego digito designare nonnullos huius temporis Auctores, quos in furto deprehendi nō vnus aut alterius tantum Tractatus, sed complurium. Absit tamen, vt cuiquam ruborem ingeram, nisi iustæ defensionis necessitas aliquando cogat; & coget forsitan, si nonnulli pergant loqui hostiliter de Scriptoribus Societatis, deque eorum opinionibus. Absit etiam, vt si dem integram præbeam ijs, quæ de S. Thoma tradunt Petrus Prusianus, cæterique allegati; quæ eo solùm fine memorauit, vt si quis fidem exhibeat, colligat contra Martinez, potuisse Araujū loqui ex propria etiam sententia in ijs, quæ ab alijs acceperit; non aliter ac S. Thomas in ijs, quæ probauit, loquutus esset, quantumuis ab Alberto Magno, & Alexandro Alensi deriuasset in sua scripta.

169 Insuper vt de Araujo putemus propria ex sententia citatum esse, suppetunt nobis plurima, & eaque peremptoria argumenta. Nam in primis *prologomeno*, & pag. 1. inquit, [Scripturus in hoc 2. tomo super 1. 2. Angelici Doctoris materias, & prælectiones è suggestu dictatas Auditoribus meis, proximis præcedentibus annis, &c.] Dictauit itaque Salmanticæ Tractatum de Gratia; proindeque & approbavit

E 3

doctri-

doctrinam in eo contentam. Non ergo ob festinationem præli coactus est vir ad alia natus, & distractus interere surreptos codices. Deinde pag. 456. citat Albeldam; & pag. 454. Cornelium Iantenum Episcopum Iprentem: qui duo Authores multo posteriores fuere Authore memorati Tractatus à Ioanne Vincenzio. Quare certum omnino est, sapientissimum Antistitem impendisse aliqualem operam Tractatui de Gratia. Si autem impendit, temerè cogitatur locutus in reliquis ex alieno Marte. In pag. item 457. ait, [Quod ego in tyrocinio meditabar olim, iam in senectute displicuit.] Sic de incidenti quodam puncto ad controuersiam de physica, vel morali prædeterminatione. Vltimò noster P. Ioannes Martinez de Ripalda in *Materia de Auxilijs*, quam anno 1634. in Academia Salmantina prælegit, d. 2. sect. 5. attribuit nonnullis ibidem Magistris propositam à nobis opinionem num. 162. ubi consultò transcripsimus aliqua Ripaldæ verba, vt qui conferat ea cum euulgato postea ab Episcopo Segobienti Tractatu, iucicare facile queat, Ripaldam respexisse ad constantem Magistrum Araujum, cuius animum atque uisus sit ex auditis in litterarijs Actibus, vel ex priuato colloquio, vel ex conquisitis, & uisitis eius prælectionibus. Postea uero in *tomo 2. de ente supernaturali lib. 5. d. 113. sect. 13. num. 130.* expressit nomen, quod antea occultarat. Scribit namque ibi, [Colliges quartò, doctrinam Romæ discussam, & à Domini capis tandem susceptam, ab ijs deleri, qui qualitatibus physicè prædeterminantibus, à motione vitali illustrationis, & affectionis sanctæ distinctis, refragantur, vt inter Complutenses Albelda, & inter Salmanticenses Araujo.] Sic Ripalda; qui eiusdem *tomi disp. 104. sect. 5. num. 15.* allegat Araujum in *Tract. de Auxilijs*, non indigitans disputationem, questionem ue, articulum, aut dubium, neque numerum; hocque citandi modo insinuat, non uisum à se nisi Tractatum M. S. Et tomus quipem Arauji uisum lucis nactus est anno 1646. at tomus Ripaldæ anno 1645.

170 Huc perueniebam, cum R. P. F. Iosephus Romerus ex prælustri Trinitatis sanctissimæ Ordine

Magister Salmantinus, & cathedræ Durandi tunc, nunc Primariæ Theologicæ Moderator eximius, communem mihi fecit M. S. de Auxilijs Tractatum, quem Araujus tradidit uia uoce in gymnasio Academiæ anno 1626. ex die S. Lucæ. Gauisus sum vehementer legens *ibi quasi. 5. dub. 1. eadem*, quæ de prædeterminationis physici nomine, deque distinctione à morali habentur in *repetito tome pag. 455. & 456. ibidem* est illud de infante exposito foribus Ecclesiæ. Desunt quidem alia multa, quæ in *tomo*. Sed in hoc sunt addita, quia doctrinam in M. S. breuiter traditam, pro more publicè dictantium, oppugnarunt deinceps alij, vt compertum est ex his Arauji uerbis pag. 458. num. 38. [Inter nouiores Theologos sunt nonnulli, qui refutant hanc nostram distinctionem de physica, & morali humanæ uoluntatis prædeterminatione.] Nouioribus istis Theologis respondere necessarium fuit, & occasione hac explicuit ampliùs suam mentem Araujus; forè id ipsum præstitit in alijs Tractatibus M. S. de Auxilijs, aut de Gratia dictatis iterum. Sufficiant delibata argumenta, quæ prudenti cuius manifesta erunt ad detergendam ueritatem à Martinez iniustam, interim dum tam grauitè lacessitus præstantissimus Præsul iustam sui defensionem suscipit.

171 Post hæc primò edita non defuit quidam sapientissimi Antistitis discipulus, qui ad ipsum scripserit de nostra hæc cum Magistro Martinez disceptatione. Respondit autem modestissimè, se, etsi in iuuenili ætate militasset pro physicis prædeterminationibus, in uirili tamen accessisse ad morales, efficaces quidem, & independentes à Scientia Media, ita ut nec esset fautor præterminationum physicarum, nec præuisionis futurorum contingentium conditionarum ante diuinum decretum: quam suam sententiam satis declarauerat *tum tomo 2. in 1. 2. tum tomo 1. in 1. p.* excolueratque eam suo Marte, & ingenio, estò non negaret, Magistrum Ioannem Vincenzium anteuississe. Quoad cætera uerò, de quibus notabatur, dixit, nullam sibi facessere curam, cum sciret quid contigerit uiris multò maioribus, celi Socrati cum Platone, huic eum Aristotele, S. Hieron.

cuius

cum Ruffino, atque ut cecinit Poeta,

Sæpe tenet magnos hæc fortuna uiros, &c.

Ita in ea Epistola familiari, quæ per uarios circuitus peruenit ad meas manus

suo chirographo signata, & quam sum paratus ostendere. Trahit adhuc uitam magnus hic Vir, sed priuatam, renuntiato Episcopatu, proindeque soli Deo uacat, ad æternam se præparans.

EVENTILATIO VII.

NARRATIONVM EIVSDEM MARTINEZII PRATENSIIS.

Quis pro Araujo concessus nobis sit ab illo. Renocantur ad calculum nobiles aliquot Thomista physicarum præmotionum desertores.

172



ORRO dum Martinez conatus est adimere nobis commilitonem uenit contra physicas prædeterminationes, alterum dedit præter intentionem, eumque qualem possemus optare. Etenim Tractatus, cuius in Ioanne Vincenzio extat mentio, & cuius Authorem non tam casu, quam à consilio Martinez subtricer, compositus est ab ipso uero Vincentio. Is enim scribit pag. illa 905. [Et hinc est, quod essentialissima perfectio Dei est ipsum esse; quod non in præsentia probandum, sed ex multis, quæ in libro de Origine, & potestate gratiæ tract. 2. diximus, præsupponendum.] Præterque in præfatione ad Lectorem dixerat, [Nonnulla quoque reperies, in quibus te ad nostrum librum de Origine, & potestate gratiæ remitto. Non putes, solum esse sine re titulum. Nam Opus illud, Deo aspirante, Salmantini excusù typis breui poteris, si placuerit, legere.] Ita Vincenzius, cuius Operis incepti de Origine gratiæ meminit etià Alfonso Fernandez in *Scriptoribus Prædicatorie familie pag. 377.* iam illius Tractatus, aut Libri Author si desinuit à physicis prædeterminationibus, ut sciretur Martinez, sequitur ineluctabiliter, per doctissimum Vincentium Dominicanum, publicumque in Salman-

tina Schola Professore Theologiæ, Rectoremque cathedræ Durandi, & Vespertinæ, indeque translatum ad Mineræ Collegium Romanum, ubi Theologiam docuit, fuitque totius Ordinis Procurator Generalis, atque Vicarius, & designatus Confessarius Serenissimi Alberti Archiducis Austriae, indixisse bellum physicis prædeterminationibus.

173 Et hinc liquet, quanto iure inter earum desertores recensentur Vincentius à Francisco Suarez p. 2. *Operis de diuina gratia lib. 5. cap. 10. num. 1.* Sherlogop. 2. *sect. 14. num. 75.* Ludouicoque de Molina in supplice ad Hispaniæ Supremam Inquisitionem libello dato anno 1594. die 24. Maij, quo cum libello præsentauit ipsius Vincentij codices, & F. Mantij de Corpore Christi ex eodem Ordine Prædicatorio, Primarijque Complutensis, & Salmantini, promisitque, se allatum lecturas F. Bartholomæi de Miranda Lectoris olim, & Regentis in Collegio Romano S. Thomæ super Mineruam, tuncque Magistri Palatii sacri, & F. Gasparis de Corduba Magistri celeberrimi in Bætica.

174 Neque obstat, Vincentium in ea *Relect. quest. 6. pag. 732.* expressè docere, efficaciam auxiliorum intrinsecā esse, ut opponit Martinez s. 1. num. 40. annumerans illum hæc de causa physicis prædeterminatoribus. Mirabile namque est, hominem in Scholis,

lis, & literis nutritum, atque adultum non animaduertit ille discrimen auxiliorum moraliter intrinsecè efficaciam ab auxilijs intrinsecè physicè efficacibus. Docuit illa, non hæc Vincentius.

175 Si Martinez legisset Ledesnam in *Tract. de diuina gratia Auxilijs* pag. 34. 35. 43. 54. 55. 62. 73. 103. 125. 126. 137. 180. 190. & sepe alibi, minimè associasset Vincentium physicis prædeterminatoribus, sed notasset potius, in quot, & quantis discordarit à suis. Citat Ledesma Vincentium super 1. p. 5. *Thomæ*. Vnde ibi potuit adiumento esse sequaci eius Araujo, & non in *Tract. de Origine, & potestate gratie*.

176 Habuit Vincentius comitem non modò Araujum in neganda prædeterminatione physica, & moralis adstruenda; sed etiam Ioannem Gonzalez Albeldam, vt patet ex huius *Disp. 58. ad 1. p. 5. Thomæ* sect. 1. & 2. ac 3. Quapropter Martinez æquanimiter ferat, quod noster Quietus *contr. 10. Physicorum punct. 3. §. 1. num. 3.* dicat, abiuratas ab Albelda prædeterminationes physicas, & quòd tam de isto, quam de Araujo conforme quid affirmet præcitatus Ripalda. Incutat Martinez vtrumque aperti mendacij tum ob id, tum quia Dominicanum Bañez vocent primum parentem, & assertorem physicarum prædeterminationum. Sit hoc de Dominico Bañez mendacium, dummodò & mendacium sit, quòd Ludouicus Molina appelletur inuentor Scientiæ Mediæ, gratiæque diuinæ efficacis constitutæ in esse talis per entitatem ipsam gratiæ, & per consensum conditionatè futurum cognitum infallibiliter, atque immediatè à Deo. Sed ego RR. PP. Dominicanos, qui Molinam sic nominant, haudquaquam lædam tam iniurioso verbo, & quòd frugale, modestumque os Religiosorum dedecet, meo iudicio, dictum de viris non infimè notæ.

177 Redeo ad Vincentium, Lectorisque oculis subijcio quædam verba Basilij Legionensis *Var. Disp. p. 1. quest. 9. expositiua cap. 3. pag. 399.* [Multum certè, atque ad eò plurimum, & publicè omnes, & singuli priuatim familiæ Dominicanæ debemus, quæ vt aliquando aliquibus merendi causam

attulerit, tamèn semper alit, atque ex se educit viros alios, qui excellenti doctrina, atque virtute præditi, quòd alij exulcerarunt, sanent ipsi, malisque ita medeantur cunctorum, vt non sit maior ex vulnere per ipsos accepto dolor, quàm ex salute per eosdem recuperata lætitia. Id quòd vel ex his, cuè de Auxilijs diuinæ gratiæ hoc sæculo disputata magna animorum contentione lunt, cernere licet: in quolibet nonnulli obstinatè prædeterminationem illam voluntatis ex physica Dei motione, aut qualitate prouenientem, quæ ita ad vnam partem determinaret ante consensum voluntatem, vt deinceps non esset electionis humanæ illi positæ motioni Dei aut obtemperare, aut refragari, docuerint, excitauit tamen Deus olim doctissimum, & religione excultissimum virum Ioannem Vincentium ex eadem familia, qui eam docendi rationem validissimè impugnans, morales tantum prædeterminationes per excitationes, quæ actus sunt intellectus, & voluntatis, induxit, legit, distant in Salmantino Theologorum gymnasio, me & spectante, & audiente, & postea alij ex eadem familia ab illa propositione cum laude, & fructu discesserunt.] Hæc Basilij Legionensis, vt videat Martinez, quæ immeritò computarit ipse Vincetium inter prædeterminatores physicos.

178 Et ego quidem egregio prædeterminatori morali Vincentio, nec non Albeldæ, & Araujo addam Reuerendissimum P. F. Thomam Turcum Generalem Priorem familiæ Dominicanæ, hominem dignissimè præfectum sanctissimo, doctissimoque Ordini, ob virtutum, sapientiæque dotes micantissimas. Is etiam proximis annis significauit in Hispania, quantum sibi displicerent prædeterminationes physicae, propitius solis moralibus; dixitque in publicis Conclusionibus apud Cidi Valentiam habitis, dum ibi celebraretur Generale Capitulum, aberrare longè à S. Thomæ prædeterminatores physicos. Quòd retuli in 9. ad *Empyreologiam præloquio, num. 35.* nuncque repetere iuuat, & confirmabo magis in *Euent. seq.*

179 De Vincentij à prædeterminatoribus physicis dissensione quantum ad id, ne Deus vlla ratione præ-

deter-

determinet ad materiale peccati, re-feratur tum Fr. Franciscus Corneius Augustinianus, Primitarius Theologus Salmanticensis, laudatus, & transcriptus à Sherlogop. 1. sect. 12. num. 30. tum Fr. Petrus de Ledesma Dominicanus in *Tractatu de diuina gratia Auxilijs art. 18. §. In hac difficultate pag. 391.* Fuitque ad eò firmus Vincentius in respuenda prædeterminatione ad materiale peccati, vt sola Ecclesiæ auctoritate ab ista sententia dimoueri posse, affirmarit. Ad stipulandum Vincentio Ioannes Gonzalez Albelda, & Araujo, ille *Disp. 59. in cuius sect. 1. num. 5. §. Secunda sententia, sect. 2. num. 14. §. Probatur primo, & ante Disp. 44. sect. 3. num. 35. §. Secundo dico, oppositâ Didaci Aluarezij opinionem repellit; hic 1. p. quest. 19. art. 10. dub. 2. & 3. confutans eundem Aluarezium nominatim pag. 517. n. 45. & pag. 522. num. 47.* Quo in puncto concordant Paulus Nazarius 1. p. quest. 22. art. 4. controu. 3. §. An autem, conclus. 4. 5. & 6. Blasius Verdu in *Relect. pro diuini Auxilij efficacia fol. 54. & 55.* Vbi & negat prædeterminationem ad bonum opus morale ordinis naturalis, allegato sul Ordinis Raymundo Pasquali in *Epist. ad Romanos.* Concordant etiam Magistri Yanguas, & Mondragon apud Sherlogum p. 1. sect. 11. num. 46. sect. 13. num. 52. Narratque Eugenius Philadelphus in *Exercitatione tripartita Scholastica cap. 3. §. 5.* [Cum hæc questio superioribus annis (videlicet ad annum 1636.) ageretur Tolosæ in Generalibus Comitij Ordinis S. Dominici, obtendereturque Bannesi, & Didaci Aluarez auctoritas pro prædeterminationibus ad actus malos, significatum esse ab ijs, qui positiones ea de re propugnabant, opinionem illam non videri huic tempori consentaneam.]

180 Dominicanos alios qui physicas prædeterminationes vniuersim repudiarunt, conglomeras Sherlogus p. 2. sect. 15. num. 75. & Eugenius supra prosequitur, [Addo, nostra memoriâ propugnatas Auenione Thefes, quibus negabantur physicae præmotiones causarum liberarum, idque coram Prouinciali, & Inquisitore fidei, atque ipso totius Prouinciæ Capitulo. Adstitit his Conclusionibus anno 1606. die 12. Augusti P. Theophilus Raynaudus, vt ipse in *Hoplothea contr. ictum ca-*

lumnia sect. & serie 2. cap. 9. pag. 277. refert, exarans Thesium septimam sic conceptam, [Efficacis gratiæ natura talis nobis videtur esse, vt neque physicè, neque moraliter voluntatem humanam prædeterminet ad volendum, & eligendum bonum, quòd sibi ope gratiæ inspiratur; hac enim ratione sublatus creditur omnis omnino liberi arbitrij vsus tam quo ad exercitium, quàm quoad specificationem. Nam fieri non potest, quòd Deus per gratiam voluntatem determinet, quin ipsa determinetur, & sine indifferentia velit id, ad quòd determinatur. Gratiæ enim efficacis effectus infallibilis est, non necessarius.]

181 Idem Theophilus à pag. 226. scribit, [Nò vnus, aut alter Theologorum Societatis IESV, sed omnes ad vnum calumnia nec leui Ordinem Prædicatorum grauasse dicuntur, affingentes eius Doctoribus in causa diuinæ gratiæ, quòd nec cogitari à Catholico possit, nimirum quòd homo tactus à Deo efficaciter, ac prædeterminatus per immisionem robustissimi auxiliij, & earum virtutum, quas S. Augustinus vocat efficacissimas, non possit ei diuinæ motioni reluctari, atque resistere. Hoc sibi à nobis per calumniam asfingi exoptulabat heri, & nudius tertius R. P. Prior Coenobij Auentionensis Ordinis Prædicatorum P. Petrus Tillbac, vir religione, ac eruditione conspicuus, pernegans, Ordinis sui Doctores tale quid vnquam cogitasse; imò addens, salua fide, nihil tale asseri posse, cum, decernente, & anathemate in aduertantes iniiciente Tridentina Synodo, ratum sit, liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum posse dissentire, si velit; ita vt quamuis non possit non recipere motionem à Deo immisionem, quòd ad receptionem illam præueniatur humana libertas; tamen postquam ea motio impressa est, fas sit homini nolle præstare, quòd illa possit, & in actum secundum vltiorem, ad quem ea motio prædeterminat, non erumpere, etiam si reuera sit erupturus certo, & infallibiliter, quia ita lubebit: quamuis si luberet, pollet resistere, non obstantè impetu diuinæ motionis præimmisionis. Hactenus ille, qui recepit, tensum hunc suum de diuinæ gratiæ elucubilitate omnium Ordinis sui eis, & ultra

ultra Alpes, ac Pyrenæos adscriptione firmandum; eademque opera omnes nos calumniæ nota inurendos in hac parte. Benedictus Deus, qui tandem fecit utraque vnum, & acres, ac longas circa diuina auxilia eluctabilia, vel non eluctabilia contentiones hac veritatis, pro qua sola pugnabamus, clara, & liquida professione conclusit. De veritate, aut falsitate doctrinæ ab alterutra parte traditæ non licet per Maiores editis scripturibus pronuntiare: cui legi, donec à legislatore laxetur, standum humiliter est. Non veretur tamen, nudè, & citrà discussionem omnem contestari, nos non fuisse calumniatores, & simpliciter absque examine referre, quid alterutra pars dicat, aut dixerit, id quod dumtaxat nunc habeo propositum. Reuera ergo traditum esse à Theologis Ordinis Prædicatorum, hominem non posse diuino auxilio prædeterminanti resistere, & ex suppositione quod illud auxilium receperit, non posse non agere, & producere actum, cui tale auxilium destinatur, idque Doctoribus illis non fuisse per calumniam ascriptum, inde constare potest, quod mordicus tuentur diuinam prædeterminationem physicam ad actum liberum. At quis potest diuinam prædeterminationem frustrare? Vel quis iã ad aliquid determinatus per extrinsecam potestatem

fortiorem, cuiusmodi est diuina, possit se determinare ad oppositum? Merito itaque Bañez 1. p. quæst. 23. art. 5. circa 6. & 7. conclusionem impugnans quandam lauelli opinionem, argumento 5. & in solutione ad 7. eiusdem lauelli, conceptis verbis ait, actum nostrum sequi necessitè ex prædeterminatione diuina. Neque effectus, inquit, diuinæ voluntatis impediri potest à voluntate nostra (ecce, non potest) sed necesse est necessitate consequentiæ, & suppositionis, quod voluntas nostra sequatur efficacem Dei directionem, & concursum. Id quod maxime repetit tractans locum Concilij Trident. Et eadem habet varijs locis à Suario adnotatis lib. 3. de Auxilijs cap. 7. num. 2. nec non Medina, & Zamel ibidem adducti, & Alvarez toto propè Opere de Auxilijs. Itaque siue Bañez, & eius affectæ verè ista, aut falsò dixerint, quod nunc non moramur, hæc eis tribuendo non sumus, aut fuimus calumniatores, sed hanc denique mentem ab horum Theologorum affectis fuisse susceptam gratulamur.] Hæc ibi Theophilus, longa valdè; sed quæ equi, bonique consuletur huc à me transf-

lata Lector, cui Hoplothea non sit in promptu.



EVENTILATIO VIII.

NOVÆ CVIVS DAM NARRATIONIS.

Authentico instrumento depellit à se Author accusationem de mendacio circa quædam verba Reuerendissimi P. F. Thomæ Turci Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum.

182



ECENTER monitus sum è Belgio à R. P. Huberto Vvithemio Rectore Collegij nostri Duacensis, viro spectatè religionis, & doctrinæ, non de fuisse Duaci, & Louanij, qui de me publicè verbo, & scripto dixerint,

confinxisse in vacui cerebri officina insignem mendacium, cum retuli n. 178. estatum Reuerendissimi P. F. Thomæ Turci Generalis Magistri Ordinis Prædicatorum. Rescripti, fuisse illud à me lectum in authentico instrumento, quod Salmanticam misi: P. Felicianus Patqualis nostræ Societatis, meus in Theologia Condiscipulus, qui præsens fuit Conclusionibus, in quibus Reue-

ren-

rendissimus Generalis protulit verba illa; sed quia mortuo P. Bernardo de Aldrete, inter cuius schedas præfatum instrumentum extabat, non iam inueniebatur, curaturum me, vt simile aliud conficeretur denuò apud Valentiam Cidi, superstitibus enim adhuc erant plures, qui eis Coclusionibus interfuerant, & quantocyus missurum in Belgium, vt de veritate constaret. Quare obtinui anacrisim tub forma fidem faciente, misiq; cam ad R. P. Rectorem Duacensem, per cuius manus sparsa est Duaci, & Louanij, retinui eiusdem informationis exemplar, quod Lectoribus huius operis volui facere commune. Sic enim magis elucescet, mei moris non esse, mendacia vendere, fucumque facere, exhibique colligetur, paratum me esse ad comprobanda reliqua, quæ ex tabularijs domesticis, & extraneis in lucem produco, si in posterum quispiam appellet me veteratorem, vt in Belgio accidit.

☞ [COPIA. ☞

183 Informatio testium recepta in præsentis Ciuitate Valentie ad instantiam Syndici Collegij Diui Pauli Societatis IESV diætæ Ciuitatis Valentie Coronæ Aragonum.

CVRILÆ CIVILIS VALE.

Anno à natiuitate Domini 1662. die verò intitulato 13. mensis Iulij, coram Iustitia in Ciuilibus præsentis Ciuitatis Valentie Coronæ Aragonum, seu in eius Curia personaliter comparuit P. Ludouicus de Tapia, Syndicus infra scriptus, qui posuit petitionem tenoris sequentis:

P. Ludouicus de Tapia, Syndicus Collegij D. Pauli Societatis IESV, præsentis Ciuitatis Valentie Coronæ Aragonum, proponens meliori modo, quo potest, asserit, quod cum Reuerendissimus P. F. Thomas Turcus Generalis Prior Ordinis S. Dominici, in Generali Capitulo, anno 1647. mense Maij, in Ciuitate Valentia Coronæ Aragonum habito, adesset Conclusionibus, in quibus Fr. eiusdem Ordinis ex Prouincia Tolosana physicas prædeterminationes pro viribus tuebatur, argumentum propositum fuit per Excellentissimum D. D. Ludouicum Crespi de Borja Episcopum Plasentia, Legatum per suam Maiestatem Regis Domini nostri Sanctitati Alexandri VII. tunc Præpositum

Primarium, & Archidiaconum Muri veteris in Metropolitana Valentina, & Cathedra Sacre Theologiæ in Vniuersitate præsentis Ciuitatis, contra eas physicas prædeterminationes, tanquam minimè defensas à S. Thoma; quas cum Frater Tolosanus diceret esse expressam D. Thomæ doctrinam, tunc Reuerendissimus Thomas Turcus, versatissimus in S. Thoma, assumpto argumento contra Fr. Tolosanum, securus, quod tale testimonium D. Thomæ non extaret pro physica prædeterminatione, semel, & iterum dixit illi, *Ostende mihi locum S. Thomæ, in quo physicam prædeterminationem defendent, & creabo te Magistrum in Religione contra Constitutiones tuæ Prouinciæ*, repetendo multoties verbum *Attende*. Et cum dictus proponens indigeat, vt de hoc facto constet, requirit summariam quandam testium informationem sibi recipi de personis, quæ in celebratione dictarum Conclusionum Generalium extiterunt, & de dicta informatione fienda, & recipienda, & præsentis petitionis sibi tradatur vna copia, aut plures authenticæ, & fidem facientes, quia de hoc facto dubitarum est, cum sit iustitiæ consonum, implorando eam. Dictis die, & anno. *Fiant requisita.*

Gaona Assessor.

Infirmatio testium recepta in præsentis Ciuitate Valentina, die 15. mensis Iulij, anno Domini 1662.

P. Magister Fr. Ioannes Pertusa, Presbyter, Artium Magister, & Sacre Theologiæ Doctor, Ordinis, & Religionis sanctissimæ, & indiuiduæ Trinitatis residens in Conuentu Virginis Mariæ de Remedio extra muros præsentis Ciuitatis Valentie constructo, ætatis 40. annorum, parum plus, vel minus, testis productus, & datus pro parte, & ad instantiam P. Ludouici de Tapia Syndici Collegij D. Pauli Societatis IESV præsentis Ciuitatis Valentie, in, & super quadam requisitionis Scriptura per illum coram Iustitia in Ciuilibus præsentis Ciuitatis Valentie, siue in eius Curia posita hodierno die, qui more Sacerdotali iurauit ad Dominum Deum, & eius sancta quatuor Euangelia dicere veritatem, & interrogatus super contentis in dicta petitione,

Dixit,

Dixit, quod Reuerendissimus P. Thomas Turcus Generalis Ordinis S. Dominici in Conclusionibus, quas defendebat quidam Fr. Dominicanus Prouinciae Tolosanæ anno 1647. in celebratione Capituli Generalis habiti in Conuentu D. Dominici præsentis Ciuitatis Valentiae, prosequens quoddam argumentum dictus P. Generalis contra dictum Fr. Tolosanum respondentem se, non habere nisi duas solutiones contra hoc argumentum, primam ex S. Thoma: tunc dictus P. Generalis versatissimus in S. Thoma, securus, quod id testimonium D. Thomae desideraretur, dixit illi semel, & iterum, ostende mihi locum S. Thomae, & creabo te Magistrum contra ius tuæ Prouinciae. Quod dixit scire iste testis, quia adfuit præsens tēpore illo, quo fuerunt celebratæ dictæ Conclusiones, quod dixit virtute iuramenti superius præstiti.

Et generaliter, & dixit dictus testis, quod non.

Magister Fr. Ioannes Pertusa.

Die 18. mensis Iulij, anno Dñi 1662. Doctor Ioseph Leonardus Estebe, Presbyter, Artium Magister, & Doctor Cathedrae, & Examinator Sacrae Theologiae Vniuersitatis præsentis Ciuitatis Valentiae, & Rector Parochialis Ecclesiae S. Catherine Martyris dictæ Ciuitatis, ætatis 38. annorum, parum plus, vel minus, testis adductus, vt supra, qui more Sacerdotali iurauit ad Dominum Deum, & eius sancta quatuor Euangelia dicere veritatem, & interrogatus,

Afferuit, omne contentum, & latissimè expressum in dicta petitione esse verum. Quod dixit scire, quia iste fuit præsens, quando celebratæ fuerunt dictæ Conclusiones Generales in Regio Conuentu D. Dominici præsentis Ciuitatis Valentiae, & hoc dixit iuxta iuramentum superius præstitum.

Generaliter, & ad omnia dixit, non.

Doctor Ioseph Leonardus Estebe.
Rector S. Catherine Martyris.

Die 20. Iulij, anno Domini 1662. Doct. Gaspar Tahuenga, Presbyter, Sacrae Theologiae Doctor, Cathedrae olim Philosophiae, & Præpositus Regiae Congregationis Oratorij S. Philipi

pi præsentis Ciuitatis Valentiae, ætatis suæ 48. annorum, parum plus, vel minus, testis productus, & datus vt supra, qui more Sacerdotali iurauit ad Dominum Deum nostrum dicere veritatem; & interrogatus,

Dixit, & asseruit, esse verum omne contentum, & specificatum, & mentionatum in dicta petitione, & permanente assumpto argumento dixit Reuerendissimus Generalis Turcus Fratri dictæ Prouinciae Tolosanæ, qui tuebatur dictum argumentum, ostende mihi auctoritatem S. Thomae. Et fixum est quod dixit, loquendo de illo, quod antea præmiserat in illis verbis per illum repetitis, creabo te Magistrum contra ius tuæ Prouinciae, modo & forma in prælibata petitione contentis. Quod dixit scire dictus testis, quia in Teatro, vbi celebratæ fuerunt dictæ Conclusiones, quæ fuerunt in vno ex tribus diebus festiuis Paschæ Spiritus sancti dicti anni 1647. fuit præsens, & hoc fuit tam prænominatum, & celebratum pro notorietate, & pro efficacia atq; argumentatione dicti Reuerendissimi Generalis, & gratiosa, ac laudabili modestia dicti Religiosi respondentis. Et hoc dixit virtute iuramenti superius præstiti.

Generaliter autem, & ad omnia dixit, non.

Doctor Gaspar Tahuenga.
Præpositus Congregationis.

Dictis die, & anno.

Doctor Franciscus Campos, Presbyter, Sacrae Theologiae Doctor, bis Artium Cathedrae, & Præpositus Collegij Corporis Domini nostri Iesu-Christi præsentis Ciuitatis Valentiae, illius habitus, ætatis suæ 38. annorum, parum plus, vel minus, testis productus, & datus vt supra, qui more Sacerdotali iurauit ad Dominum Deum, & ad eius sancta quatuor Euangelia dicere veritatem, & interrogatus,

Dixit, quod omne contentum, & largiùs expressum in dicta petitione est verum, quod dixit scire dictus testis, quia fuit præsens, quando dictæ Conclusiones Generales fuerunt celebratæ in dicta conformitate. Et dixit hoc sub iuramento superius præstito.

Generaliter autem, & ad omnia dixit, non.

Doct. Franciscus Campos.
Rector S. Thomae.

11

In præmissorum fidem ego Enrich Notarius publicus de insigni Notariorum Collegio Ciuitatis, & Regni Valentiae, hic loco Scribæ eiusdem Curiae pono signum. ✽✽

Nos Gabriel de Liñan Ciuis Iustitiæ causarum Ciuium præsentis Ciuitatis Valentiae, Iudexque ordinarius eiusdem, vniuersis, & singulis certificamus, quod dictus Gaspar Enrich est Notarius publicus dictæ Ciuitatis Valentiae, & eius Regni, probus, fidelis,

atque legalis, instrumentisque, & scripturis per eum receptis, clausis, & sub-signatis, tam in iudicio, quam extra, plena, & indubia fides adhibetur. In quorum fidem præsentibus expedire iussimus, sigillatas sigillo ordinario nostri officij, refrèdatisque per Scribam nostræ Curie die 24. Iulij, 1662.

Ludouicus Añonoza.
Dicti Iustitiæ.]

EVENTILATIO IX. NARRATIONIS DOMINICI A SANCTA THERESIA.

Extra controversiam non patet in Schola SS. Augustini, & Thomæ opinio, cui contradicunt Societatis Theologi.

184



P. Fr. Dominicus à S. Theresia Carmelitanus Discalceatus, 1. 2. tract. 10. d. & dub. 2. §. 1. ait,

[disputatione non egere in Schola D. Augustini, & Thomæ, quod voluntas creata, sicut & quælibet causa secunda, in omni sua operatione omnino à Deo præmoueat, ita vt priusquam ipsa agat, & se moueat, moueat, & applicetur ab illo ad agendum, ac proinde patiatur recipiendo eius motionem :: quæ sit qualitas physica intrinsecè recepta in voluntate per modum efficacis applicationis ad actum decreto Dei præfinitum, pro quo exhibetur, illumque infallibiliter inferente, integra manente libertate, & facultate voluntatis ad oppositum.] Sic ille; cui gratulor de tanta rerum harum luce cœlitus potius, quam humanitus comparata.

185 Si prædeterminatio physica non eget disputatione in Schola, cui comperta sit doctrina SS. Augustini, & Thomæ, nullibi certe egebit. At quænam est illa Schola? Nam Domi-

nicani, & Patres Societatis ab anno 1594. ad hodiernum vsque diem æquè contenderunt de SS. Augustini, Thomæque mente, ac de re ipsa.

186 Disputationes omnes habitæ coram Clemente VIII. & Paulo V. insuper penè videntur in horum Patrum inuestigando sensu. Et cum deuenum est ad prædeterminationem physicam, tota disputatio 42. fuit de S. Augustini circa eam mente, & 46. de S. Thomæ. Terminauit Bastida in 42. suam Orationem his verbis, [Sed hæc pro hodierna Congregatione sint satis, nec enim omnia, quæ ad Augustinum spectabant, dicere institui, hoc enim pluribus eiusmodi coetibus indigeret; sed attingere tantum præcipua capita, in quibus hæc sententia, & eius fundamenta tam clare repugnant Augustino, vt iure dici possit, non minus in hac parte de prouidentia circa prædestinatos, eos, cum quibus controuertimus, Augustino esse contrarios, quam in altera de prouidentia circa reprobos, in qua expressissimis verbis Dominicus Bañez, 1. p. quæst. 22. art. 5. dubitatione circa 2. & 3. conclusionem §. De hac questione, non solum Augustinum deserit, sed ex pro-

F. festo

fesso impugnat, & quasi in reclarissima ineptitudinem cuiusdam Consequentiæ non viderit, grauius redarguit. Sed forte quia concilius sibi erat, se in dimidia parte huius dogmatis de diuina prædestinatione, & gratia in faciem restitisse Augustino, non ausus est dicere, se in hac de physica prædeterminatione sententia ab Augustino etiã dilcedere, cum tamen nihil in ea sit, quod Augustini doctrinæ, & verbis non sit euidentissimè contrarium, vt satis clarè demonstratum arbitror ex ijs, quæ dixi, quæ denuò Sanctitatis Vestre correctioni humillimè submitto.] Ita Basida.

187 Cuius Oratio in disputatione 46. istud habuit exordium, [Rem aggredior (Pater Beatissimè) non optatam solum mihi, & diuturnis votis expetitam, sed etiam ad huius controuersie rationem magni pòderis, quam varijs de causis non ingratis futuram existimo. Aggredior enim, Angelicum Doctorem D. Thomam ab ea vindicare sententia, quam grauisissimi Doctores Caluino assignare non dubitant. Etenim cui gratum non sit, imò quis non vehementer exoptet, planum fieri, vniuersæ Theologiæ faciliè Principem, doctrinæque Catholicæ præcipuum columen, Thomam alienum esse ab ea opinione, quam Sacra Scriptura, Sacritque Concilijs repugnare, gratia sufficientiam, & arbitrij libertatem solo nomine retinere, Deum peccati auctorem constituere, & iulmet Authoribus testantibus, concordiam gratiæ, & liberi arbitrij inexplicabilem reddere, superioribus disputationibus demonstrauimus? Adeò enim difficilis, & dura est hæc sententia! Tanta verò de sincera D. Thomæ doctrina merito concepta opinio, vt vel hæc tantum satis esse queant, vt quis vel vno eius aspectu à D. Thomæ remotissimè esse, & abhorreere sentiat. Sed quominus ita omnes iudicent, prohibent quorundam Recentiorum studium, & contentio, qui suis commentis probabilitatem S. Thomæ autoritate adiungere, & conciliare conantur. Sed quoniam ij, ad quos spectaret, maxime S. Thomam ab huius suspitione sententiæ, si ab alijs obijceretur, eximere, ipsimet tanto viro illam imponunt, meum erit, communis Theologorum

Magistri honori, dignitati que consulerè, eumque à tam indigna calumnia apud Sanctitatem Vestram, quoad consequi poterò, vindicare.] Hactenus de exordio.

188 Peroratio autem huiusmodi fait, [Quis tantam in hac vna opinione cum doctrina, & verbis S. Thomæ contrarietatem in eo Authore (videlicet Dominico Bañez) nõ mireretur, qui nihil aliud præter sententiam S. Thomæ se tenere gloriatur? Quis me non vel impudentiæ, vel incredibilis audaciæ argueret, si dum singulis penè verbis, & assertionibus D. Thomæ placitis repugnarem, Angelicum Doctorem à me stare gloriarer? At tam foelicibus auspicijs nobiscum certant hi PP. & quauis eodem prorsus modo, quo Caluinus, & omnino contrario modo, quo D. Thomas, in his omnino, quæ ad hanc sententiam pertinent, loquantur, nihilominus à Caluini doctrina toto celo dilare, & S. Thomæ sententiam in omnibus tenere iudicentur. Quis tantam foelicitatem, & in alieno iudicio partam potestatem non inuideat? Quis prorsus non stupeat? Sed est, qui videt, & iudicat, est, inquam Spiritus sanctus, qui non alijs, quàm Sanctitatis Vestre lucidissimis oculis, & ineffabili iudicio rem definit. Ego sanè hoc vno irrefragabili argumento vniuersa concludo, vel excutisse omnes, qui à 300. iam annis S. Thomæ doctrinam euoluerunt, sequuti sunt, aut prosequuti, vel sententiam de physica prædeterminatione non esse ex S. Thomæ mente. Certum est enim, nullum ex veteribus ante Dominicanum Bañez ita vel scripisse, vel sensisse, vt aut D. Thomæ tale quid tribueret ne somniasse quidem.] Hucusque Basida loquens multò acrius, quàm nunc liceret. Nos verba referimus, non censuramus, nec ad censuram referimus, nec censuram acceptamus. Tunc sic poterat loqui disputatores, tum quia nulla erat adhuc censurandi prohibitio, tum quia disputationes illæ ad determinandum rem hanc per censuram Sedis Apostolicæ ordinabantur. Quæ sunt verba sapientissimi Magistri Ioannis Thomasi *rom. 1. in 1. p. Disp. 20. art. 6. §. Quid de Romanis Censoribus pag. 689. & antea art. 4. §. Quapropter in Congregatione pag. 659.*

659. postquam recitasset cõuitia quædam iactata contrà opinionem de Scientia Media. Atque, vt notabat Blasius Verdu in *Relect. pro diuini auxilij efficacia fol. 45.* [per sepe disputationis vis vrgeret, atque inflammat, & intereà ad alperè, seu acerbè dicendum, & interrogandum impellit,] ideoque ipse veniam petit, [si contigerit, fines modestiæ præterire,] & ego etiam, si contigerit, exarare aliorum verba, quæ quid piperis habeant.

189 Constat ex delibatis Orationibus Basidæ, quantum competuerint Dominicani, & Iesuitæ in Summi Pontificis presentia auctoritatem suam partium ex patrocinio SS. Augustini, & Thomæ. Libri etiam euulgati, & quotidianæ disputationes eandem competitionem prosequuti sunt. Num post editum alterius Carmelitæ Discalceati Antonij de Matre Dei Tractatum 3. in 1. p. tam dilucide innouit vtriusque S. Doctoris mēs, vt posteriori Carmelitæ iudicatum iam videatur, quid senserint duo illa Ecclesiæ Catholicæ lumina? Fortunati nos, qui in hæc tempora incidimus! Suam è Carmelo Philosophiam traxit quondam in Italiam Pythagoras, si credere quis velit Authori Historiæ Prophetiæ *lib. 2. cap. 41. num. 6. lib. 3. cap. 9. num. 8.* Iam absque tanta defatigatione difficilis, & ardua præteritis sæculis humanæ libertatis cum diuina gratia conciliatio, iam absque tanto sudore reconditissimi sentus SS. Augustini, & Thomæ patebant tam clarè, si Carmelitanum Theologum adeamus, vt de cætero nihil disputandum superfit.

190 Sed posterior ille Carmelitanus, alijque defensores prædeterminationis physice attendant, quæso, ad hæc Illustrissimi Arauji verba *rom. 2. in 1. 2. quæst. 111. art. 5. dub. 6. num. 42. pag. 465.* [Videant, quàm parum consentaneè Augustinianæ doctrine loquantur, cum nihil illis sit familiarius, quàm quòd ita Augustinus dixit, ita docuit, nosque Augustini sententia, & doctrina premunt. Sed vbi Diuus hic Pater physice prædeterminationis meminerit, non ostendunt.] Et paulò antea *in num. 41. vers. Sed accedat,* [Mirum planè est, quòd quidam nouitij Theologi, quorum multi absque vilo examine suorum Magistro-

rum sectantur placita, tantam sibi fidem velint haberi, vt indubitanter posteriori Theologi credere teneamur, hunc Dei physicum humanæ voluntatis prædeterminationum concursum, cuius nec Sacra Concilia, nec SS. PP. aliquando meminerunt; sed ab eis fuit quodam fallaci discursu confictus.] Sic Araujus, qui postea *in num. 43. vers. Vnde crediderim,* affert quædam S. Thomæ verba *quæst. 6. de veritate art. 3.* clamat, que, esse manifesta contrà physicas prædeterminationes. Nos merè historicè narrauimus quæ Araujus dixit post decretum etiam Pontificium, optamisque, vt ex sinceris, & puris Theologiæ fontibus, Augustino, ac Thomæ, magis in dies elucescat veritas, quam in controuersia de Auxilij anxie indagamus: quo sub onere gemunt notarum Scholarum gigantes Theologi; & eò quisque doctorem se ostendit, quò maior, crebrior, & indefensor labor ipsum exercet in his labyrinthis. Et verò etsi cum tam confidenter nobis opponitur, probroque vertitur dissidium à SS. Augustino, & Thomæ, quid piam nostræ opinioni decedat apud rude, & imperitum vulgus; at apud doctos, veteranosque Theologos nihil valent voces illæ.

NON ABSIMILITER DICEBATVR, sed perperam, à Iansenistis, opinioniones Societatis, aduersas propositionibus Cornelij Iansenij Episcopi Iprensis, militare aperte contra SS. Augustinum, & Thomam. Explanantur propositiones illæ.

191 **E**LAPSI proxime annis Cornelius Iansenius Antistes Iprensis, sectatoresque eius magno in nos strepitu insultabant velut in hostes SS. Augustini, ac Thomæ, quorum se vnicos esse defensores gloriabantur. Iansenij Operi commendatitia illa inscriptio *Augustinus Cornelij Iansenij*, haud aliter ac *Vicleffus dictus* est à suis *Ioannes Augustini*, teste *Valdensi lib. 1. Doctrinalis fidei antiquæ cap. 34. num. 5.* Sparsi à Iansenistis per Christianum orbem libelli infamatorij Scriptorum Societatis, pleni criminationibus de diffensione à SS. illis Doctoribus. Concinnatæ Conclusiones ex septem

tem præcipue propositionibus Iansenij defendendæ in Academijs ob congesta testimonia eorundem Doctorum, quarum Conclusionum exemplar apud me habeo. Cæterum quinque ex eis propositionibus damnatæ sunt anno 1653 pridie Kal. Iunij à Pontifice Summo Innocentio X. & anno 1656. 17. Kal. Nouembris à Sanctissimo D. N. Alexandro VII. nunc feliciter Ecclesiam gubernante: indeque cunctis manifestum fiet, eas falsò attributas fuisse SS. illis Doctoribus, Richarditaque, & alios Societatis, Iansenistis repugnantes, non fuisse inimicos, sed obseruantissimos discipulos Augustini, & Thomæ.

192 Nullus qui rectè sapiat, iam dicet, censuisse Augustinum, & Thomam [aliqua Dei præcepta hominibus iustis volentibus, secundum præsentem, quas habent vires, esse impossibilia; deesseque ipsi gratiam, quæ possibilia fiant] sed dicet, censuisse potius è diametro, adesse iustis gratiam necessariam, & sufficientem, ut possint adimplere actu præcepta ipsos obligantia, & quæ proinde non sint ipsis impossibilia, seu quorum adimpletio actualis non sit ipsis impossibilis, nec transgressio, si detur, sit expers culpe.

193 Non dicet secundo, in ea fuisse mentem Augustinum, & Thomam, [ut interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistatur.] Sed dicet, existimasse è contra, gratiæ interiori quandoque, imò & sæpè resisti, id est, cum gratia componi actum resistentiæ, & dissentus nostræ voluntatis tendentis in oppositum eius, ad quod amplectendum inclinet, moueatque sufficienter ipsa gratia. Quare voluntati nostræ respectu gratiæ conceditur resistentia actualis, quæ negatur eidem voluntati comparatæ cum decreto efficaci Dei, dum Romanorum 9. v. 19. scribitur, *Voluntati eius quis resistit?* Nec tantum asseritur de voluntate nostra posse resistere gratiæ, ut statutum fuerat in Concilio Tridentino *sess. 6. cap. 5. & can. 4.* in Concilio Prouinciali Senonensi, *decreto 15. fidei*; sed expressè etiam affirmatur, voluntatem nostram quandoque, imò & sæpè actu resistere gratiæ: quod idem est, ac voluntatem nostram non modo in sensu diuino gratiæ, sed etiam

in sensu composito, nec solum potentie similitate, sed etiam similitate actus posse refragari gratiæ.

194 Non dicet tertio Augustinum, & Thomam docuisse, [Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiri in homine libertatem à necessitate; sed sufficere libertatem à coactione.] S. Thomas *quæst. 6. de malo art. unico* iam olim damnauit de hæresi hanc propositionem; quæ proscripita etiã est inter Baianas. Non, inquam, id dicet; sed à SS. illis Doctoribus libertatem à coactione, seu libertatem, ratione cuius actus sit præcisè voluntarius, & non violentus, reputatam esse insufficientem ad meritum, & demeritum; & requisitam esse libertatem à necessitate, seu libertatem, quæ ultra id, quod est principium actus esse in ipso agente, sciente singula, in quibus est actus, aut ultra id, quod est actum non esse à principio extrinseco, passio conferente vim, importet exemptionem ab antecedenti necessitate, seu à causa, aut conditione præuie determinante, ut actus sit.

195 Non dicet quarto, Augustinum, & Thomam persuasisse sibi, [Semipelagianos admisisse præuenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; & in hoc hæreticos fuisse Semipelagianos, quòd vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare,] sed dicet, opinione Augustini, ac Thomæ negatam esse à Semipelagianis necessitatem interioris gratiæ per Christum ad initium actuum salutarium in vitam æternam; eaque de causa Semipelagianos incurrisse hæresim, & non quia gratia talis esset, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare; gratis enim dato quòd admisissent necessitatem gratiæ ad initium actuum salutarium in vitam æternam, vellent satis Catholicè, imò aliud Catholicè velle non possent, quàm quòd gratia talis esset, cui resistere, vel obtemperare esset in potestate voluntatis.

196 Non dicet quinto, incusatum esse Semipelagianismi ab Augustino, & Thomæ, [quòd Christus pro omnibus omnino hominibus mortuus sit, aut sanguinem fuderit, aut quòd Christus pro salute dumtaxat

xar

zæ prædestinatorum mortuus sit.] Sed dicet, Augustinum, & Thomam iudicasse, negandum non iri sine falsitate, temeritate, & scandalo, quòd Christus pro omnibus omnino hominibus mortuus sit, aut sanguinem fuderit, & affirmandum non iri sine impietate, blasphemia, contumelia derogante diuinæ pietati, tandemque sine

hæresi, quòd Christus pro salute dumtaxat prædestinatorum mortuus sit. Dicerent hinc prudentes, cordatique viri cæcè non credere calumnijs de Theologorum Societatis defectione à SS. Augustino, & Thomæ in alijs materijs. (9)

EVENTILATIO X.

NARRATIONVM CVIVSDAM QVÆSTIONARIÏ INNOMINATI, ET PÆTRI MATTHÆI HISTORICI.

De authoritate Catechismi Romani quidnam dixerint PP. Societatis? Declaratur, quant a ea sit.

197



VTHOR quæstionis Historice thesi 27. inquit, [sententia docens prædeterminationem physicam, & ideo negans Scientiam Mediam, distinctius traditur in Catechismo Tridentino 1. part. de 1. art. *Symboli fidei num. 20.* dicente, non solum autem Deus vniuersa, quæ sunt, prouidentia sua gubernat, atque administrat, verum etiam, quæ mouent, & agunt aliquid, intima virtute ad motum, atque actionem ita impellit, ut quauis causarum secundarum efficientiam non impediatur, præueniat tamen, cum eius occultissima vis ad singula pertingat, &c. Respondent PP. Societatis, Catechismum non esse magnæ authoritatis, utpote compositum à tribus PP. Ordinis Prædicatorum, & à Pio V. ex eodem Ordine approbatum.] Ita incognitus criminatur, sæpè antea refutatus, cuius sine nomine quæstio Historica, Theologica, & Iuris Pontificij de Concilio Tridentini mente circa Scientiam Mediam prælo est tradita Tolosæ anno 1644. Estque anno seq. iterum ibidem tradita à P. Francisco Annato, ut eam solueret, & ut ad solutionem adderet appendixem.

198 Cæterum Societatis PP. nusquam dixere, Romanum Catechismum non esse magnæ, sed non esse infallibilis authoritatis, neque esse à Pio V. ut Canonicum approbatum, quauis eius iussu sit editus, quod verissimum esse, solus Quæstionarius ille ibi inficias. Hinc Antonius Diana, vir hoc æuo in Morali Theologia scientissimus, *tom. 10. tract. 11. Miscellaneo resol. 19.* et si tradidisset innui in Catechismo, *p. 2. cap. 4. num. 62.* Eucharistiam antiquitus ministratam pueris, vsu rationis carentibus, non deriuasse gratiam in ipsos, neque nunc deriuaturam, si contra iam receptum in Ecclesia vsu ministraretur, defendit nihilominus cõtrariam sententiam cum maiori Theologorum, præsertim recentium, parte. Sunt & alia, in quibus non verentur Theologi à Catechismo recedere. Non vacat ea, quæ plura sunt, nunc percurrere.

199 Sed in puncto prædeterminationis physice nihil contra Catechismum opinatur Theologi nostri, tametsi id ipsum eidem exprobrat Guilielmus Amesius Calvinista, *tom. 4. Bellarmini enervati cap. 2. thesi 1.* cuius verba exarat Raynaudus *p. 2. contra nouam explicationem libertatis cap. 1. num. 3. pag. 321.* Nam primò in editione Methymnensi, anno 1604.

E3

& in

& in quibusdam Antuerpiensibus (teste etiam Andrea Henricque de Villegas, Dominicanorum alicla, cap. 3. *controuersia* 12. de Deo 710, pag. 305.) non legitur *Impellit*, sed *Implet*. Secundo si sermo sit de causis necessarijs, cum non possit non sequi operatio, casu quo applicentur passio, & expediantur diuina Omnipotentia per voluntatem preparatiuam concursus, recte dicitur, impelli Dei assistentis intima virtute ad operandum. Imò prædeterminatio intrinsecè impulsiva non dicitur verè intima Dei virtus. Si autem sermo sit de causis secundis liberis, recte etiam dicentur impelli, & præueniri diuina virtute ad operandum, quatenus eis præbentur à Deo cognitiones, ceteraque prærequisita in circumstantijs, in quibus Deus nouit operaturus, si præberentur. Ex quibus patet etiam responsio ad ea, quæ ex Catechismo opponit Ioannes Thomasius 1. p. 7. 19. *Disp. 5. art. 4. §. Tantam ergo pag. 189.*

200 Hæc sufficiebant circa Catechismi authoritatem; sed cogimur dicere plura, quoniam Ioannes Martinezius Pratenfis Nostris eiusdem verba obijciens *lib. 2. Physicorum* 9. 14. §. 5. dilatat ex num. 36. usque ad 46. quæ de ea authoritate breuiter, compendiosiusque dixerat Quæstionarius, scribitque in num. 40. [Scio, nonnullos, ad pauca respicientes, audacter dixisse, tranteat, quòd sic habeatur in Catechismo, quia in illo priuati Doctoris continetur doctrina, non fidei definitio, aut Pontificis ex cathedra loquentis assertio. Quod in simili sibi fuisse responsum narrat perdoctus Magister Fr. Hyacinthus Coquetius.] Ita Martinezius.

201 Sed enim quauis ego valde veneret authoritatem Catechismi, si ramentum illi, de quibus præfati Magistri, non aliud responderant, quàm quod refertur, nescio, cur de audacia taxentur. Quæ enim in Catechismo addite sunt ab eius Authoribus ultra Scripturæ sacræ, Summorum Pontificum, & Conciliorum oracula, doctrina est priuatorum hominum, delectorumque aliquot ex Prædicatorio Ordine Theologorum, non autem fidei decisio, nec Edictum Summi Pontificis ex cathedra decernentis. Quis hoc neget? Plus V. in privilegio editionis, quod Paulo

Manutio concessit, tantum ait, *Pastorali officio cupientes, quam diligentissimè possumus, diuina adiuuante gratia, fungi, & ea, quæ sacro Tridentino Concilio statuta, & decreta fuerunt, exequi, curauimus, ut à delectis aliquot Theologis in hac alma Vrbe componeretur Catechismus, quo Christi fideles de eis rebus, quas eos nosse, profiteri, & seruare oporteret, docerentur. Qui liber, cum, Deo iuuante, perfectus, & in lucem edendus sit, providendum duximus, ut quam diligentissimè, & fidelissimè imprimatur.* Laudat, commendatque in his verbis Pius V. Catechismum, sed non approbat tanquam librum Canonicum; ut neque hoc genere approbationis profectus est Clemens VIII. alterum Catechismum, quem eius iussu, & approbatione per Bullam data euulgauit Eminentissimus Cardinalis Bellarminus, & quem coram ipso Clemente VIII. allegauit Bassida in Congregatione 33. & quem Urbanus VIII. iussit fore in vltis Missionarijs versantibus apud Sinas, & Iaponios. Quare si qui fuerunt, qui seruata debita reuerentia, non admiserunt authoritatem Catechismi Romani in eis verbis, quæ contra Nostris opponuntur, audaciæ notam non merentur

202 At Martinezius & erroris notam impingit illis, de quibus supra, inquit enim in num. 44. [Oportet, amplius manere, & confirmare, quia iam confecerint Catechismum, ne serpat sensum virus erroris, qui in eualione iudicatur.] Sed, ni fallor, viros doctos non deterrebit hæc censura, si occurrat occasio diterepandi à Catechismo in vna, vel altera re ab illius Scripioribus posita ex suo priuato sensu, vel Doctorum suæ familiæ.

203 Ipse Coquetius, à Martinezius laudatus, habens sermonem de Rituali Romano scribit in *Dissertatione de Confessione facta absenti* cap. 7. num. 42. [alicuius priuati Doctoris opera confectum esse, & illius authoritatem non excedere. Neque contentus Pontificis, aut iussio, ut contempsum fuerit, & euulgatum, confert aliquod pondus rebus, quæ in eo præscribuntur; tum quia non præcessit seruium, ac sufficiens Theologorum examen; tum quia Pontifex non intendit, communibus, ac receptis sententijs Scholarum vltio pacto præiudicare propter illius

CENSURA ACADEMIARVM LOUANIENSIS, & DUACENSIS CONTRA OPINIONES P. LEONARDI LESSIJ EXAUTHORATUR.

205 IDEM Quæstionarius *Thesi* 4. & 5. reficit memoriam censuræ Louaniensis, & Duacensis Academiarum contra doctrinam P. Leonardii Lessij, & Sociorum. Sed debuisset potius obliuioni eam committere, nisi doctrinæ illi æstimationem comparare velit. Nam ea censura redita est irrita, & casta tum retractione multorum Academicorum, tum maxime Edicto Octauij Frangipani Episcopi Calatini missi in Belgium à Sixto V. cum potestate Nuntij Apollolici Legati à latere. quo in Edicto publicato ad annum 1588. die 10. Iulij, articuli doctrinæ Lessianæ vocantur *sana doctrina*, ex testimonio etiam Sixti V. & Cardinalium.

206 Quid? Quòd Cornelius Iansenius Episcopus Iprensis *lib. 3. de gratia Christi Saluatoris* cap. 1. magnificat authoritatem illius censuræ, ut ex illa prober, nullum dari hominibus in statu nature lapsæ adiutorium gratiæ sufficientis, quin simul sit efficax. Qui cum sit iam damnatus error, absit, ut illa censura allegetur in posterum contra nos, ut monet Moraines mox laudandus; etsi absque plena causæ noticia fuerit allegata non modò à Quæstionario, sed etiam à Didaco Aluarez *lib. 1. Respons. num. 30. §. Præterea, & lib. de Origine Pelagianæ heresis* cap. 33. num. 18. Antonio de Matre Dei tract. 3. *Disp. 10. dub. 8. §. 1. num. 130.* Thomasio *Disp. 20. art. 4. §. Quapropter* pag. 659. art. 6. §. Hoc etiam pag. 691. *Viue Disp. & Dist. 3. num. 25. Disp. 19. Dist. & §. 2. num. 15.* Araujo 1. p. 9. 23. art. 6. dub. 1. num. 52. §. *Ac tandem* pag. 742.

207 Actum agemus, si hæc latius prosequamur post Authores Imaginis primi sæculi Societ. *lib. 6. cap. 4. §. Aduersantium nobis*, Sherlogum p. 3. sect. 9. *Anatum in solutione questionis historicæ* n. 13. & in 1. *Informatione de quinque propositionibus ex Iansenij Theologia collectis* num. 7. pag. 9. num. 36. pag. 40. *Maacium Habert Episcopum Vabrensem, in Defensione fidei* cap. 14. §. 3. postque Antonium Moraines in *Ant. Iansenio* *Disp. 23. sect. 4. num. 24.* Expe-
ctamus

illius opinionem, cui Manualis, seu Ritualis editionem commisit. Sexcenta sunt exempla, quæ afferri possent; sed breuitati consulimus.] Sic Coquetius, ut occurrat authoritati Ritualis Romani adducit à Nostris pro quadam Suarij doctrina, de qua dicemus paulò post. Et Petrus de Fay in *additionibus* ad 3. part. S. Thomæ *quest. 9. art. & Disp. 3.* respondet, eius authoritatem (quantum ad punctum indicatum) [neutiquam admitti debere, aut posse. Imò planè hæc in parte reuocatum, & reprobatum censendum esse. Quòd verò non corrigatur, eorum, quorum interest, incuria, & negligentia, aut inaduerterentia fieri.] Hæc Coquetius, & Fay, quibus similia de Catechismo Romano in nullo à Nostris ego hæcenus legi, cum tamen minor urgeat ratio in Catechismo, quam in Rituali tum ob verba multò significantiora, & grauiora Diplomatis Pontificij, quòd huic est præfixum, tum ob normam administrandi Sacramenta, in hoc præscriptam omnibus Ecclesijs, à qua dependet æterna fidelium salus. At in Catechismo ultra ea, quæ debent fide diuina credi, tradi solent multa pro maiori fidelium instructione, quæ si probabilia sunt, sufficunt.

204 Imò & ipse Martinezius notissimè 3. p. *quest. 83. dub. 4. §. 2. num. 23.* oblitus eorum, quæ prius scripserat de authoritate irrefragabili Catechismi, censet contra eundem Catechismum p. 2. cap. 4. num. 70. oblationem, & esum agni Paschalis in veteri lege non fuisse simul Sacrificium, & Sacramentum, sed tantum primum illud, contenditque, S. Thomam in eadem fuisse opinionem. Quòd argumentum tam patens est ad hominem, ut ponderatione non egeat. Nec plura de Catechismo, cuius præcellentis authoritati ut detrahatur, longe sum, sicut & alij ex Societate, exempli gratia, Vazquez 3. p. *Disp. 198. cap. 3. n. 32.* Gaspar Hurtado *Disp. 3. de Euch. diff. 6. §. Ad fundamenta*; sed tantum intendo, tribuisse ei nimis Martinezius, cum Philosophum ageret, nam cum iam partes Theologi sustinet, testatur moderamen, quòd nos.

Etiam etiam quæ promittit P. Petrus Pösius *p. 5. Hist. Societ. tomo 1. lib. 7. num. 62. pag. 326.* qui controuersie de Gratia in Belgio inter Letsium, & Bavianos originem, progressum, & finem fideliter, eleganterque enarrabit.

**FAVORABILIS CENSURA VNI-
uersitatis Coloniensis pro Societa-
tis opinione; & de
alijs remissiuè.**

208 **O**PERÆ pretium autem erit, alterius Vniuersitatis censuram velut spongia eluere maculam, si quæ fuit inulta per Louanensem. Igitur Vniuersitas Coloniensis in *explicatione*, & *refutatione errorum Ioannis Monhemij* ita habet, [Et sanè quauis nos à diuina misericordia pendeamus; quauis nihil boni operetur fidelis, quod non efficiat Deus; quauis non solum gratia conferatur, vt conuerti possimus, sed etiam vt conuertamur; etsi gratia hæc, quæ ad operandum necessaria est, & velle facit, non sit quæcunque inspiratio, aut cogitatio sancta, seu boni propositi suggestio, sed efficax Dei operatio; quauis hæc omnia vera admittamus, & ex D. Augustini varijs libris elici posse concedamus: homini tamen semper liberam relinquitur, diuinæ operationi præbere impedimentum, eamque vel admittere, vel etiam respicere. Sic Irenæus, &c. & quotquot tandem in Ecclesia viri celebres extiterunt.] Hæc Vniuersitatis Coloniensis censuram cum retulisset Bassida in *Appendice triginta trium Authorum contra prædeterminationem physicam postposita Congregationi postrema coram Paulo V.* subiungit, [Quid clarius ad refellendam, & reiiciendam physicam prædeterminationem dici possit, non video.] De censuris aliarum Vniuersitatum affatim Sherlogus *p. 1. sect. 8. & 9. p. 3. sect. 6. & tribus seqq.* nolque paucim plures afferemus.

**DISCVTITVR, NVM QVIDAM E
Societate docuerint, Clementem VIII.
Papam posse errare, & de fide non
esse eius Pontificatum
maximum.**

209 **I**DEM Questionarius thesi 9. ait, [Circa hæc tempora Ro-

ma publicè tuerentur Molinistæ, non esse de fide Clementem VIII. esse Pontificem Maximum; dicunt, ipsum posse errare.] Respondeo, horum posterius fallacissimum esse, loquendo de Clemente VIII. non vt singulari persona, sed vt Pontifice Summo desinentem ex Cathedra. Videatur Annatus in *Appendice ad solutionem Quæstionis Historice* pag. 32. vbi ex verbis Christianissimi Regis Henrici IV. quæ truncarant Quæstionarius, & eius Apologista, totam calumniæ machinam detegit, exponitque ritui, & sannis.

210 Quoad prius respondeo, referri quidem à Petro Mattheo Historiographo Gallo, in *Henrico IV. lib. 7. narratione 4. §. 2.* vnum Iesuitam negasse esse de fidei essentia, quod Clemens VIII. foret verus Papa, minimè autem negasse, esse id de fide. At quàm differat vnum ab alio, & quàm rectè primum negari potuerit apud peritos loquutionis exacte Theologicæ, notum est ex S. Thoma *1. p. q. 2. art. 2. ad 1. 2. 2. q. 1. art. 5. in Corp. & ad 3. ac 4. in 3. sent. Dist. 24. art. 2. q. 2. in Corp. art. 3. q. 1. in Corp.* Negatum etiam fuit secundum à Turrecremata *lib. 4. summæ p. 2. cap. 9. Caietano 2. 2. quæst. 1. art. 3. in responsione ad 4. Cano lib. 6. de locis Theologis cap. ultimo* Bañez *2. 2. q. 1. art. 10. dub. 2. ad 2. in prioribus commentarijs, Mantio in M. SS. q. de auctoritate Papæ ad 3. relatus ab Oniedo controu. 4. de fide punct. 7. num 85.* Qui omnes sunt Dominicani, & in eadem damnatione, ac Iesuita, si is docuisset, quod ipsi imponit Quæstionarius, exprobratque Societati tanquam crimen læsæ Maiestatis Pontificiæ. Sic dudum euenit balatroni cuidam, qui vt in Societatem, eiusque Scriptores Theologos Morales exasperaret idiotarum animos, confecit opinionum malè sibi sonantium summam ruditer materiata ex allegationibus Nostrorum apud Antoninum Dianam, non aduertens, aut dissimulans, omnes omnino opiniones ibidem memoratas, quæ Nostrorum verè sint, habere multo plures, si minus tot patronos ex Summistis, & Moralistis Prædicatoriæ familiæ. Sed hoc omisso.

211 Propositio, quod hic numero homo, pacifice, & absque hesitatione susceptus ab Ecclesia in Pontifi-

ficem, non debeat ex fide centeri verus Papa, legitimusque successor S. Petri, propugnata fuit in Academia Complutensi anno 1601. à Gaspare Hurtado, Socio tunc Collegij Maximi, ibiq; Primario Artium Regente. Ei propositioni, pro Doctoratus laurea defendendæ, subscripserunt Doctores duo, alter Gregorius de la Camara Regens emeritus Cathedræ Bibliorum sacrorum, Decanusque Complutensis, alter Aluarius de Villegas Velperarius Theologie Moderator. Sic narrat ipse Gaspar Hurtadus *disp. xj. de fide diff. 13.* & addit, [re ad Clementem VIII. delata, Romam ab eo vocati sumus (non carcerati, vt quidam falsò scribit) ad rationem dicte propositionis reddendam; iamque viæ accingebamur, cum obtentum est à Pontifice, vt res in Hispania transigeretur, datis ad id iudicibus, à quibus, re exactè discussa, innoxij prorsus, & indemnes declarati, doctrinaque ipsa sana planè iudicata.] Hactenus Gaspar Hurtadus.

212 Et ego quidem suspicor, vulgi, aut quæ mulorum falso rumore, cui incautè crediderit Petrus Mattheus, affectum esse Nostris, quod de Gaspare Hurtado nondum è Societate, Gregorio de la Camara, & Aluaro de Villegas tradidi, & hac me in mente confirmabunt tum apocryphæ Francisci Peñæ Relationes à me visæ, in quibus processui Romanarum de Auxilijs, & Scientia Media controuersiarum immiscetur intempèstiuè semel, & bis commemoratio indignationis Pontificiæ ob Complutenses Conclusiones, quasi essent à Iesuitis defendatæ: tum quod Petrus Mattheus scribat, fauore Oratoris Regis Hispaniarum Iesuitam non fuisse coniectum in vincula. Quod eatenus verum esse potuit, quatenus, intercedente Hispano Oratore, Doctores Complutenses non sint coacti sistere se Romæ. Nec est credibile, Oratorem Hispanum interpositurum suam auctoritatem, nisi alicuius è sua natione ageretur causa.

213 Post hæc primò edita notauit in *vita P. Gabrielis Vazquez, Scriptore P. Eusebio Nierembergii tomo 2. Virorum illustrium Societ. pag. 565.* P. Luisium Turrianum nostro in Collegio Complutensi Præsidentem fuisse quarundam Conclusionum conformium cum eis,

quas circa idem tempus in Academia Complutensi defendatas dixi à Gaspare Hurtado; illarumque de causa Rectorem nostri Collegij, & Gabrielem Vazquium (qui præsentis fuerant) ipsumque Turrianum adscitos fuisse ab Inquisitione Toletana, vt præoccuparet Romanam, quam rescierat vocasse ad se Gasparem Hurtadum, eosque alios Doctores Complutenses. Sed tam hi, quàm Nostris prodierunt indemnes, Inquisitionis Toletanæ iudicio.

214 Scripsitque ipse Turrianus postea *p. 1. Selectarum Disp. 35.* [Quæstio est, an sit de fide, istum esse Pontificem, ita vt contrarium sit hæresis? Sanè ante Clementem VIII. communis Scholasticorum sensus, præsertim eorum, qui scripta sua typis mandarunt, fuit, non esse de fide; & citantur à Recentioribus ferè triginta Authores ex diuersis Academijs Ecclesiæ in Gallia, Germania, Italia, Hispania, qui ita senserunt, vt omittam multos alios, qui ita docuerunt in suis M. SS.] Sic ille, qui subinde adhæret affirmatiuæ sententiæ; sed addit, [tempore Clementis VIII. ab omnibus ferè viris doctis Hispaniæ iudicatam esse negatiuam vel veram, vel valde probabilem, nullamque mereri censuram, & post Clementis VIII. tempus, vnum, vel alterum Doctorem iudicasse non esse probabilem, alijs communiter dissentientibus, eo quod non appareat vel damnatio Pontificis, vel prohibitio illius doctrinæ, vt vnusquisque ex principijs generalibus possit ferre iudicium] Concluditque, [non posse hoc tempore sine scandalo defendi, rem non esse de fide.]

215 Hæc addere volui, vt constet, quàm sim veritatis studiosus, quàmque ingenuè fatear ea, quæ Nostris obijciuntur, si re ipsa sic acciderint: simul tamen liquidum manet, quæ tunc auctoritate, & probabilitate saltem ab extrinseco sententia illa in Hispania à quodam ex Nostris fuerit ad disputandum proposita. Num Romæ etiam idem contingerit? Comperire non potui, persuadeoque mihi, non contigisse. Illud certum videtur, ex Hispania non Nostris, sed Complutenses eos Doctores fuisse accusatos apud Clementem

VIII.

QVID

QVID DE CONFESSIO NE SACRAMENTALI per litteras, aut internuntium dixerit vnus, aut alter è Societate ante declarationem Clementis VIII? Quid ante illum vnus, aut alterum dixerint multi, & graues Theologi?

216 **T**ACET Quæstionarius in *Thesilla* 9. aliud, quod Petrus Matthæus tradit immediatè *ubi supra*, cum tamen extra Quæstionarij scopum non magis sit illud, quod sinit, quam id, quod expressit. Narrat itaque Petrus Matthæus, [alterum Iesuitam publicasse quandam propositionem, quæ fuit inuentio satis insolens ob nouitatis periculum, absurdarumque consequentiarum, scilicet confessionem posse fieri per litteras, & per internuntios.] Additque, [has turbationes causam partim fuisse itineris, quod Romam suscepit Suarez, sapientissimus Iesuitarum.] Quibus in verbis is Historicus ostendit se tam alienum ab antiquitatis Theologicæ notitia, quam à beneuolentia erga Nostros. Candidè fateor, (etsi possem dissimulare, sed in me præualet sincera veritatis amor) P. Ioannem Hieronymum è Societate Concionatorem sub annum 1594. publicè dixisse Toleti, posse scripto fieri confessionem inter absentes in casibus extremæ necessitatis, ut si quis esset in articulo, periculo uel mortis constitutus, aut in diurna apud infideles, vel hæreticos captiuitate, deficeretque copia Sacerdotis præsentis, qui audiret peccata, & impenderet absolutionem. Ita refert P. Franciscus Suarez in *Epistola quadam M. S.* cuius mentionem faciam in *Euent. XI.* An verbo, uel M. S. aliud è Societate alibi dixerit idem ipsum? est mihi prorsus ignotum. P. Emmanuel Sà in *Confessoriorum Aphorismis impressis anno 1599.* propendit in istam sententiam, tametsi in *impressis Madriti anno 1600. V. Absolutio num. 10. V. Confessio num. 14.* contraria præferatur. Hi sunt Iesuitæ rei præfatae propositionis.

217 At debuisset Historicus ille uel non se intromittere in puncta Theologica, uel scire, fuisse istud multis sæculis ante Societatem sub controversia inter Theologos, quorum alij affirmantem partem, alij negatam tue-

bantur. Audiatur Alfonso de Viualdo in *Candelabro p. 1. Tract. de Confessione num. 23. pag. 71.* ubi quæstioni, [si confessor reperit, se non potuisse absolueri à certis casibus, & tamen postea obtinet facultatem absoluendi, nec reperire potest poenitentem, quem tamen reputat, adhuc manere in gratia, an possit absolueri illum in absentia? Et si possit quis confiteri absenti Sacerdoti per litteras, & ab illo absolui?] Huc in modum respondet, [Sed licet hæc (nempe negatiua) sit communis opinio; uerior, & mitior, conformiorque Dei misericordiæ uidetur mihi contraria; imò quòd in casibus supradictis, & cum quis est incarceratus, uel aliquo alio loco detentus, cui non conceditur Sacerdotis copia, uel quando quis est infirmus, qui non possit adiri, uel portari ad Sacerdotem etiam ægrotatem, & similibus, posse quem confiteri per litteras, & in absentia absolui, secundum Paludanum in *4. Diss. 17. q. 2. art. 1. Adrianum in 4. de Confess. q. 1.* quos refert, & sequitur, multis adductis fundamentis, Nauarrus *cap. 21. num. 36. & C. 27. num. 268. (uel 269.) fine.* Tenet Syluester *V. confessio 1. num. 16.* ubi dicit (ut & Scotus in *4. Diss. 17. quæst. vnica circa finem*, indicatque S. Antoninus *2. p. histor. tit. 17. cap. 3. proxime ante §. 1.*) sic confessum fuisse D. Thomam Archiepiscopum Cantuariensem. (Et saltem Hincmarum Episcopum Rheimensem, qui obiit anno 882. sic absoluisse Hildeboldum Episcopum Suesionensem, constat ex *illius Opusc. 40.*) Item quòd Nauarrus *cap. 26. num. 14.* refert ex D. Antonino, (*3. p. tit. 17. cap. 12. & c. 21. §. 3.*) quòd multi grauissimi Theologi super hoc cõgregati in quodam Concilio (nempe Basileensi) idem tenuere. Tenet etiam Syluester *V. Confessor 3. §. 1. & Confessor 4. §. 6.* Petrus de Soto *de Confess. Lect. xj.* (ubi ait *fol. 206.* Ad necessitatem huius Sacramenti sufficit per interpretem, uel nuntium, aut scripto confiteri, & eodem modo, nuntio, uel scripto absolui: tenent etiam hoc plures Nostri, &c.) Tapper *art. 5. pag. 210.* dicit probabilissimum, Ledetma, Medina, Corduba in *Summa, quæst. 19.:::* Et tenet expressè Orozco in *Opusculis.* Insinuat Couarubias *lib. 2. variar. cap. 13. num. 16.* dum ait, nisi iusta causa adsit, quæ rem

hanc,

hanc, & actum istum licitum reddat, nempe infirmitas corporalis, aliud uel inuile impedimentum.] Hactenus Viualdo, cuius Candelabrum recognitum, & auctum impressum fuit Barcinone anno 1595. obtenta à Superioribus licentia duobus antea annis.

218 Et Sorus in *Relect. de ratione regendi, & detegendi secretum, memb. 3. quæst. 4. Conclus. 5. dub. 4. pag. 93.* inquit, [fortan posset poenitens absentis Sacerdoti mittere confessionem scriptam, & Sacerdos rescribere absolutionem, ut ait Palud. in *4. Diss. 17. quæst. 2. De quo alias.]* Ioannes etiam de Medina *Codice de poenit. tit. de modo secretè confitendi* scribit in *4. dicto*, [Si peccator non potest Confessorem adire, nec eum ad se accersere, probabile est, posse per internuntium, & per litteras sacramentaliter absolui, ut tenet Adrianus, & Palud. Et de confessione quidem non dubitatur::: De absolutione tamè probatur, quòd possit in absentia impendi. [Concordat Michael de Palatio in *4. Diss. 17. Diss. postrema pag. 308.* Omitto Petrum Tarantasiensem (qui assumptus ad Pontificatum summum appellatus fuit Innocentius V.) S. Antoninum, Cardinalem Turrecrematam, Raynerium, Ioannem Peñam, Summas Tabienam, Armillam, Margaritam, & quæ dicta est *Defecerunt*, (quos sub titulo, & extracta ex S. Antonino impressa est in iomate etiam Hispano Methymne Campi anno 1550.) Directorium, Alexandrum Alentem, Alexandrum de Ariollis, Richardum de Mediavilla, Ioannem Maiorem, Henricum Iacobinum, Rutilium Benzonium apud Suarium *infra*, & apud Vazquium *tomo 4. in 3. p. quæst. 91. art. 4. dub. 2.* et apud Scortiam in *Selectas Summorum Pontificum Constitutiones Epitome 163. theoremate 404.* & apud Henriquez *lib. 5. Summa cap. 2. §. 7. in glossa lit. X.* Nam qui designatis locis sunt citati, satis, superque sunt, ut constet, propositionem Iesuitæ non fuisse inuentum tam in auditum, quantum iactat, & exaggerat Petrus Matthæus: nisi infortunium sit Nostrorum, ut in eorum ore appareat insolens, & monstruosa, quod in aliorum uoce, & scriptis antiquum uideatur, & cicur.

219 Vnde et si postea anno 1602. die 29. Iulij Clemens VIII. Pon-

tifex Maximus damnauerit meritò, & prohibuerit sub grauibus poenis propositionem asserentem, *licere per litteras, seu internuntium Confessario absentis peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere*, iusta damnatio hæc, & prohibitio non modò perculit Iesuitam illum, sed tot alia magna nomina, quorum memini. Ea que est fœlicitas Ecclesiæ Catholicæ, ut ex Christi in terris uiuersali Vicario, luceque ipsi cœlitus affusa dedoceantur sepe fideles multa, quæ antea in rebus obcuris, & arduis censebant priuato iudicio probabilia, & tuta, cum tamen falsa essent. Quibus in casibus veri, generosique filij Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ Romanæ aiunt cum Petro Domiani *Opusc. 5. in fine, Nos, si quid errauimus, ad Petri magisterium corrigendi libenter accedimus, & retractationis opprobrium non veremur.* Hæc est enim illa (ut ita loquamur) officina fabrilis, cui nimirum is, qui fabri dicebatur filius, præsidet, ad cuius regulam omnis meritò moneta reducit, ad cuius rectoris lineam, quidquid uispiam deprauatum fuerit, reformatur.

QVONAM PACTO P. FRANCISCVS Suarez interpretatus sit decretum Clementis VIII? Qui etsi interpretationem deliri iusserit, non tamen ipse, neque Paulus V. improbauit doctrinam, ad quam fuerat adhibita.

220 **P**RÆDICTA Clementis VIII. declaratio perlata est ad P. Franc. Suarez, quo tempore prælo mandabat tomum 4. in 3. p. in cuius *Diss. 19. Sect. 3.* eam sapientissimè comprobauit, fueratque ipse semper in eadem sententia, sed propter auctoritatem Doctorum, qui contrariam defendebant, non alia censura, quam falsæ, notabat illam. Ceterum in *Diss. 21. Sect. 4.* interpretatus est Pontificum decretum, quatenus damnaret confessionem per litteras, aut internuntium factam Sacerdoti absentis, & ab eo absente datam absolutionem, non tamen hanc exhibitam à Sacerdote præsentis, quando eidem absentis fuerit facta confessio per poenitentis signa, & expressam confessionis petitionem, de quibus adsit testimonium fide-

si indignum, quando iam presente Sacerdote moribundus delitutus est sensibus. Interpretationem hanc subiecit Suarez censuræ Pontificis, cuius menti cõformem esse peruidebar sibi ex Cõcilio Arausicano 1. cap. 12. relato C. 7. qui recedunt 26. q. 6. ex Carthaginensi 3. Cap. 34. relato C. Egrotantes 75. de Conf. Dist. 4. ex Carthaginensi 4. Cap. 67. relato C. 8. Is qui 26. q. 6. ex Toletano 12. Cap. 2. Ex Eusebio 1. Papa apud Burchardum lib. 18. cap. xi. apud Ivonem p. 15. cap. 35. ex S. Leone 1. Papa Epistola 91. ad Theodorum, ex S. Augustino lib. 1. de adulterinis coniugijs cap. vlt. & lib. 50. Homiliarum in 41. ex S. Thoma, vel alio Authore Opusculi 65. de Officio Sacerdotis, ex Ritualibus antiquis, ex multis Theologis, atque Canonistis veteribus, tandemque ex rationibus magni momenti.

221 Nihilominus interpretatio Suarii obliterari iusta est à Cle-
Clemente VIII. non quia displicuerit doctrina, sed quia sui verba adhuc viuentis glossasset, vt putat Ludouicus Caspenis Capuccinus Tract. 24. de Pœnit. Sect. 22. num. 190. vel alijs de causis tunc Suario occultis. Quo quia inaudito, prolata fuerat sententia, visum fuit conueniens, vt è Conimbrica conferret se Romam, sequutus consilium illud Ivonis Carnotensis in Epist. 159. edicentis, quoniam iudicia Romana Ecclesie à nemine foris retractari posse, eadem Romana Ecclesia docente, didicimus: si qui aliquando se pragrauatos ipsius Ecclesie auctoritate conqueruntur, hoc eis consilium damus, vt non descendant in Aegyptum propter auxilium, sed ab ipsa ad ipsam confugiant. & inde expectent leuamen; quia quæ aliquando corripit paterna seueritate, eadem frequenter colligit materna pietate.

222 Non diu post Urbem salutatam à Suario, finem viuendi fecit Clemens VIII. cui successit Leo XI. Et huic breuiter intempetiuam morte pregrepto Paulus V. Is autem adduci non potuit, vt reuocaret Antecessoris sui decretum; sæpe tamen testatus est, neque ab Antecessore, neque à se improbari doctrinam Suarii; quem præsentem valde honorauit, iamque absentem anno 1607. & 1613. gemino Breui splendidissimo. Et anno 1614. in Rituali Romano recognito à se, atque approbato prodierunt hæc verba con-

tinencia doctrinam Suarii, tit. de Sacram. pœnit. §. Ordo ministrandi Sacram. pœnit. Quod si interconstendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox, & loquela egrum deficiat; nutibus, & signis conetur, quoad eius fieri poterit, peccata pœnitentis cognoscere: quibus vtcumque in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si constendi desiderium, siue per se, siue per alios ostenderit, absolendus est. Quæ verba etiam leguntur in Rituali recuso Romæ anno 1636. cum priuilegio Urbani VIII. Notentur illa, siue per alios, id enim fuit, quod scripsit Suarius, quodque post ipsum docent complures Theologi, vt videre est in Diana p. & tract. 3. Ref. 4. in Amadeo Guimenio lib. aduersus quorundam expostulationes contra nonnullas Iesuitarum opiniones morales, Tract. de Pœnit. propos. 19. & in Scriptore vitæ Suarii ipsius ante libros de Angelis, & ante tomum primum de Gratia, retaturque Antonius Hiquæus in 4. Scoti Dist. 17. quæst. vnica, num. 135. esse sententiam magis piam, & communiorum rem apud Modernos.

223 Cætera, quæ ad hanc Suarii causam spectant, prosequuntur sunt multi, speciatimque Tannerus tomo 4. Disp. 6. q. 9. dub. 1. Egidius Coninck in Opusculo de absolutiõne moribundi, & vt audio, innominatus quidam Author in Dissertatione recenter edita. Nominaui Tannerum, quia num. 16. affert eiusdem Suarii litteras anno 1610. scriptas, in quibus peritissimè declarat, quo pacto salua stet sua doctrina, quin opus sit curare de antiqua sua interpretatiõne circa definitionem Clementis VIII. eo quod in illo moribundi euentu aptè, & propriè dici possit, confessionem fieri, presente Sacerdote. Adhuc tamen non pauci Theologi apud Amadeum supra num. 5. eandem usurpant interpretationem. Sed Suarius pro sua erga Sedem Apostolicam submissione retraxit se à priori sensu, imò & curauit deleri è suis libris in Hispania, etsi nec tunc, neque modò decretum Pontificium promulgatum fuerit ab Hispana Inquisitione. Cordi obediensimil viri erat altè infixæ doctrina illa Micrologi in lib. de Ecclesiasticis obseruationibus, Cap. 25. Sedi Apostolicæ omnes per omnia, absque omni hesitatione debemus obedire, cui nunquam debitam exhibemus obedientiam, si eius statuta potius iudicare, quàm implere curamus. Hoc est enim priuilegium obedientie de senten-

tia

tia sui præceptoris non iudicare, in ijs dumtaxat rebus, quas Canonicis Scripturis contraire non videmus: imò statim exequi quod iubetur. Nam quicumque facere noluerit, nisi quod prius sua ratione probauerit esse faciendum, non tam præceptoris suo, quàm propriæ voluntatis arbitrio satisfacisse iudicabitur. Hanc ergo puram obedientiam cum omnibus spiritualibus nostris præceptoribus certissime debemus, maxime tamen Apostolicæ Sedi ex intimo corde debemus, quæ totius Christianæ religionis caput est, & origo. Sic Micrologus. Fuitque illud in Suario summa moderationis specimen, quod in tot voluminibus postea divulgatis ne hircere quidem de hoc puncto visus sit ad sui suæ defensionem, siue excusationem, tametsi videret, in ore, & scriptis plurimum impunè, & sine damnatione versari suam interpretationem. De qua ego hætenus loquutus sum more tantum historico, remittens iudicium Theologicum de ea in Tract. de Pœnit.

DESCRIBVNTVR QVÆDAM PETRI MATTHÆI VERBA CIRCA CONTROVERSIAM DE AUXILIIS, & SCIENTIA MEDIA, REIJCITVRQUE IN ALIUM LOCUM RESPONSIO AD EA, INTERIM TANTUM ADNOTATIS QUIBUSDAM ALIJS B. FRANCISCI DE SALES PRO NOSTRA OPINIONE.

224 **T**RADIT tandem ibidem Petrus Matthæus, [ortam fuisse tertiam quæstionem ex Molinæ Iesuitæ circa gratiæ, & liberi arbitrij concordiam scriptis, quæ dimidia plusquàm ex parte continere ferebantur Pelagianorum hæresim, & in quibus nimis audacter loquitur contra opinionem S. Augustini; cui tamen Ecclesia adedè defert in materia gratiæ, & liberi arbitrij. Patres Dominicani, qui primas Theologiæ cathedras in Hispania, & Lusitania tenebant, dixerunt, opinionem Molinæ erroneam prorsus esse, & præcipuè Lemos contendit monstrare id. Quæstio hæc fuit agitata coram Papa, Cardinalibus, & Generalibus Ordinum residentibus Romæ. Sed eius decisio remittenda est alium in annum, tuncque dignosci poterit, num iudicium Papæ efficiet, vt homo sit fortior à suo libero arbitrio, quàm à Dei gratia?] Sic Petrus

Matthæus vltra alia, quæ addit, & quæ discutientur à nobis inferius. Quæ verò nunc transcripsimus, sunt dicta valde populariter, & ab homine necdum Theologo, sed neque Philosopho, quare ea scripsit ex fide aliorum, Societati nostræ non studiosorum, & instructus longè aliter de rebus nostris, quàm deinde, quando Nostros Tolosæ quæsiuit & conscientiæ arbitros, & mortis testes, vt testatur P. Annatus in Appendice ad solutionem quæstionis historice num. 7. pag. 28. Hunc Petri Matthæi locum designat Illustrissimus Araujus 1. p. q. 23. art. 6. dub. 1. num. 52. §. Ac tandem, pag. 742. Sed exarans Quæstionarium Thesi 6. apud quem vidit illum citatum, ideoque, tacito Quæstionario, attribuit Petro Matthæo verba hæc, [Ex Concordia Molinæ oritur discordia, maximè quia Augustinum sub caligine fuisse, non attendisse ad rem, ex eius sententia turbatos esse viros eximios, diceret.] Quæ Quæstionarij sunt.

225 Cæterum ad hæc, & ad alia Petri Matthæi partim iam respondimus in præcedentibus, partimque respondebimus in decursu Tractationis. Nunc solum dicimus, expectandum non fuisse ab Historiographo illo, aut ab eo, cui ipse fidem adhibuit, vt in controversia discussa coram Summo Pontifice interponeretur huius decretum de homine fortiore à suo libero arbitrio, vel à Dei gratia. Nostrorum mentes nunquàm prius illud pulsauit, semperque constanter, & Catholicè posterius aliud falsi sunt. Est enim tam admirabile, quàm verum, quod quando voluntas nostra sequitur vocationem, & consentit motioni Dei, sequatur tam liberè, quàm liberè resistit, quando resistit; tametsi consentire gratiæ, dependeat multo magis à gratia, quàm à voluntate; resistere verò, dependeat solum à voluntate. Quibus verbis explicat suam, & nostram sententiam B. Franciscus de Sales Episcopus, & Princeps Geneuensis in Praxi amoris diuini lib. 2. cap. 12. quod opus (omni nostra commendatione sublimius) editum est ab Authore, idioma Gallico, anno 1616. Et anno 1661. linguæ Hispanæ commune factum à pio, & elegantè Interprete Licenciato D. Francisco Cuvillas Donyague, cuius versione vsus

G sum

sum modò, vtarque aliàs in seqq. red-
dens è verbo ad verbum. Quod aduer-
tere semel volui, nam auto-


graphum Gallicum ad
manus non
habui.

EVENTILATIO XI.

NARRATIONVM EIVSDEM QVÆSTIONARI.

*Dissoluitur sycophantiarum striga, quam ipse inscite nexuit,
loquens de Assertionibus defensatis Vallis-Oleti, in qui-
bus effer vere cœpit controuersia de Auxilijs, &
Scientia Media. Afferitur fidele instrumen-
tum de Actis earum Asser-
tionum.*

226



DEM Quæ-
stionarius Thesi
6. scribit, [Ex
Concordia Mo-
linæ oritur dis-
cordia:: Eius
tamen dogma-

ta publicè tueretur Antonius de Padilla
eiusdem Societ. anno 1594. 5. Martij,
in pervigilio festi D. Thomæ Aquina-
tis, quæ velut per contemptum desig-
nando, ait P. Aluari Ordinis Prædica-
torum, *Putatisne vos habere clauem scien-
tiæ in Ordine vestro?* Incalescentibus dis-
putatione animis, PP. Ordinis Prædi-
catorum dicunt, Theses esse erroneas;
cumque illi essent magnæ authorita-
tis, commouetur Ciuitas: territi Pa-
tres Societatis eadem die ad vesperam
Sacro Tribun. Inquisitionis librum Mo-
linæ tanquam de hæresi suspectum de-
nuntiant, rogant tamen, ne Patres
Prædicatores sint Centores; ventila-
tur quæstio in Academijs.] Sic ibi.

227 Sed ausim dicere, to-
tam ferè hanc narrationem esse fabu-
larum catenam. Quod vt manifestum
fiat, non grauaor hic transcribere im-
pressum Vallis-Oleti eodem illo anno
1594 exemplar, in quo redditur ratio
Conclusionum illarum Vallis-Oletani
Collegij S. Ambrosij Societ. Iesu, &
allarum Collegij S. Gregorij Ordinis
Prædicatorum, die 17. Maij, anni eius-

dem. Quod exemplar singulari Dei
prouidentia inuentum est a nobis, vt
Quæstionarij, & aliorum nebulonum,
qui accepta ex ipso commenta diuul-
garent, possemus retidere calumnias.
Ostendimus illud quibuscumque li-
buerit inspicere.

228 Exemplaris tenor hu-
iusmodi est, [Tranlumptum relatio-
nis quarundam rerum, quæ contigere
in Conclusionibus Theologicis Val-
lis Oletani Collegij Societatis IESV
die 5. Martij, anno 1594. & in alijs Gre-
goriani Collegij Ordinis S. Dominici
die 17. Maij, anni eiusdem, confirma-
tæ testimonio grauium personarum,
quæ præsentis fuerunt, & Notarij pu-
blici subscriptione authoratæ. In S.
Ambrosij Vallis-Oletano Collegio
Societatis IESV, die 5. Martij, habitæ
sunt Conclusiones in defensionem li-
bri Concordiæ P. Doctoris Molinæ So-
cietatis eiusdem, quarum Conclusio-
num quæstio hæc erat: *Vtrum cum aqua-
libus auxilijs gratiæ possit contingere, vt è
duobus infidelibus, ad fidem vocatis, alter con-
uertatur, manente altero in infidelitate?*
Huic quæstioni respondebatur in secun-
da Conclusionem subiectis verbis: *Quò
fit, vt è duobus infidelibus, seu peccatoribus
eisdem omnino auxilijs gratiæ præuenientis
vocatis, alter sepe conuertatur, manente alio
in sua infidelitate, vel peccato: ita tamen vt
illius conuersio licet in suo ordine libero arbi-*

rio

trio tribuenda sit, principaliter tamen virtu-
ti gratiæ præuenientis iam tunc in conuersio-
ne cooperantis adscribi debeat. Conuene-
re ad hunc Actum Dominici Patres
S. Gregorij, & S. Pauli. Et P. Præsen-
tatus Fr. Didacus Nuño Lector Col-
legij S. Gregorij dixit ibi publicè, se
mense Maij in suo Collegio defensu-
rum Conclusiones, in quibus tuere-
tur, esse errorem id, quod in præsentis
Societatis Actu defendebatur. Dicitur
igitur P. die 17. Maij anni eiusdem
præsedisse Actui, quem sustinuit Colle-
ga sui Collegij, quo in Actu defensauit
Conclusiones, quæ iam impressæ pu-
blicate fuerant, distributæque Vallis-
Oleti multis personis; in quibus Con-
clusionibus quæstio erat: *Vtrum accidat,
vt è duobus hominibus audientibus Euan-
gelium cum equali omnino auxilio ex parte
Dei, pro sola libertate arbitrij vnus conuertatur
ad fidem, & alius non conuertatur?* Quæ-
stioni illi respondent in Conclusionem
6. verbis sequentibus: *Licet ille, qui
non conuertitur, recipiat aliquando plura
auxilia non solum externa, sed etiam inter-
na sufficientia, quam suscipiat ille, qui
conuertitur ante instantiam suæ conuersionis, in ip-
so tamen conuersionis instanti suscipit ille au-
xilium efficax, quod maius est, & multum
excedens vniuersa auxilia sufficientia ad
eundem effectum: atque adeo simpliciter est
asserendum, quòd semper ille, qui conuertitur,
recipit maius auxilium, quam ille, qui
non conuertitur: unde asserere simpliciter,
quòd cum eodem auxilio omnino equali ex
parte Dei pro sola libera voluntate vnus con-
uertatur, & alius non conuertatur, est adeo
falsum, & improbabile, quòd defendi non
possit.* E Collegio S. Ambrosij adie-
runt hunc Actum PP. Antonius de Pa-
dilla, & Emmanuel de Rojas Lectores
Theologiæ Collegij eiusdem. P. An-
tonius de Padilla manè, antequàm in-
ciperet argumentari, lecta Conclusio-
num quæstione, & ad eam responsio-
ne, quæsiuit, contra quem Authorem
antiquum, aut modernum, qui Catho-
licus foret, dirigebatur illa Conclusio?
Siquidem nullus esset, qui, siue scrip-
tis, siue libris editis, eam negasset
quoad partem quæstioni satisfaciendæ.
PP. S. Gregorij vno ore responderunt,
nos hic non defendimus, hanc Conclusionem
esse contra determinatum aliquem Autho-
rem; tuemur eam, tantum vt iacet. Instat
P. Padilla: *Vestras Paternitates meo in Actu*

publicarunt, se in hoc defensuros oppositum
eius, quod ego in meo, & sic nunc per Vallis-
Oletanum disseminarunt, Conclusiones hæc esse
contra librum P. Molinæ, & contra id,
quod in Societate fuit propugnatum: unde
omnes intelligunt, Conclusionem hæc esse cõ-
trà præfatam doctrinam, interestque autho-
ritati meæ Religionis, bonoque meo nomini,
vt veritas cognoscatur; sicque Vestra Paterni-
tates declarent, num hæc Conclusio contra
nos sit, sin minus, legam in hoc P. Molinæ li-
bro, ostendamque clarè, non esse vllatenus
contra ipsum, quin potius ab eo affirmari,
condemnarique contrarium, non enim tan-
tum est indefensabile, vt Vestra Paternitates
asserunt, sed etiam est error, quippe adimatur
gratia, siue auxilium adiuuans, quod à nullo
Catholico negatur. Vrsitque vehemen-
ter P. Padilla, vt palàm exponerent,
illud non esse aduersus P. Molinam, ne-
que Societatem, vel permitterent le-
gere in libro, quando ipsi in Actu S. Am-
brosij legerint P. Molinæ, quas libuit,
clausulas, damnando eas tam immeri-
tò, & vt visum ipsis est: quapropter
æquum erat, recitari ibi à P. Padilla
veritatem. Sed tandem noluerunt PP.
Gregoriani declarare, non esse vlla ra-
tione contra librum, neque contra So-
cietatem, minimèque passi sunt legi
librum; factò pedibus ab ipsismet Fra-
tribus strepitu hunc in finem. Et cum
videret P. Antonius de Padilla, se non
audiri, dixit, ostensurum se domi cui-
cumque vellet, quatenus illa Conclu-
sio non militaret contra P. Molinam,
neque contra Catholicum aliquem.
Cumque explicuisset, non esse illud,
quod in controuersia versabatur, redu-
xit quæstionem ad terminos difficul-
tatis in litigium vocatæ, id est, *an in eo,
qui conuertitur, necessarium sit aliquid au-
xilium præueniens, quod suapte natura effi-
cax, prædeterminet voluntatem ad conuer-
sionem, vel satis sit auxilium præueniens suf-
ficiens, (quo etiam donatur, qui non conuer-
titur) vt simul cum concomitante conuertatur?*
Dixitque, posteriorem hanc par-
tem, à se præhaberi, defendari à doctis-
simis omnium nationum hominibus,
qui scribebant aduersus huius temporis
hæreticos, vt Driedo, & Ruardus Bel-
gæ, Stapletonus Anglus, Gregorius de
Valentia in Germania, & Bellarminus
in Italia, fundarique in magno aliorum
Authorum numero, quos in sua cella
ostenderet cuius videre volenti, quin

aduersari possent exhibere quintam Authorum partem pro contraria opinione. Et in sua comprobationem sententiae argumentatus est ex auctoritate Concilii Tridentini. P. etiam Rojas vespere suo argumento confirmavit eandem sententiam, nullusque ex eis praetulit aliquod signum non modò retractandi, aut condemnandi sententiam P. Molinae, quodque in Societate fuerat defensum, sed ne quidem vlla ratione applaudendi solutionibus argumentorum, opinionive apud S. Gregorij Collegium propugnatae; quin potius uterque magno conatu perstitit in probanda sententia P. Molinae; quam ut certam à se haberi significarunt.

Præfatis additur, quòd cum P. Antonius de Padilla manè damnans propositionem damnatam etiam in Gregoriani Collegij Conclusionem ad quaestionem responsiva, instaret dicens, non esse propositionem, neque doctrinam P. Molinae, prodijt P. Fr. Petrus Hernandez Rector Collegij S. Gregorij, rogauitque P. Antonium de Padilla, concederetne V. Paternitas hanc propositionem, Pro sola libertate voluntatis vnus conuertitur, & alius non conuertitur? Interrogationi ista, ut quæ non contineret propositionem damnatam in Conclusionibus, sed truncatam aliam, & cum diuersis adiunctis capacem multiformium sententiarum, respondit P. Antonius de Padilla, Distinguo. Tunc P. Rector S. Gregorij dixit, Non ergo audet V. Paternitas concedere. Rursus P. Antonius, Ea propositio distinguenda est. Et interpositis alijs verbis, cessatum est ab ea propositione, continuarumque intentum principale, ut in superioribus; nec postea actum est de propositione intermissa à P. Rectore S. Gregorij, siue ut concederetur, siue ut negaretur; sed tantum de propositione Conclusionum Gregoriani Collegij; resque transacta est, ut manet relatam.]

TESTIMONIA.

[Ego Magister Fr. Iosephus de Luxan dico, præsentem me fuisse speciali cum attentione Actui Collegij S. Gregorij. Et PP. Lectores Societatis euidenter probarunt, opinionem P. Doctoris Molinae esse probabilem. Factumque huius relationis, & capitulum in ea additum contigit, ut ibi continetur. Vallis-Oleti 31. Maij

1594. Magister Fr. Iosephus de Luxan. Ego Fr. Raphael Diez assero id ipsum, quod P. Magister Luxan. Data ut supra. Fr. Raphael Diez.

Dico, euenisse idem, quod supra relatam est, & eodem modo.

Fr. Andreas de Espinosa.

Ego Licentiatus D. Didacus Lopez de Salzedo, Rector Collegij Sanctæ Crucis in hoc oppido Vallis Oletanae, & Cathedraticus Decretalium in hac Vniuersitate dico, adfuisse me manè Actui habito, hoc Maij mense, apud S. Gregorium. Et quantum facultati Theologiae non nauarim operam, videtur mihi in Actu euenisse id, scilicet P. Antonium de Padilla dixisse, Conclusionem defensam à PP. Lectoribus S. Gregorij Catholicam esse, & contradictoriam erroneam, sed diuertam ab ea, quam defensam P. Antonius in alijs Conclusionibus anterioribus; item non esse illam, quæ deducebatur ex libro P. Molinae, nec vllam habere similitudinem cum doctrina memorati Patris; in cuius asserti testimonium voluit P. Padilla legere in libro P. Molinae doctrinam inibi traditam; ut constaret, contradictoriam minime esse ei, quæ continebatur in Conclusionem præfatorum PP. S. Gregorij. Videaturque mihi, P. Padillam toto manè neutiquam condemnasse doctrinam P. Molinae; sed potius curasse explicare, atque probare eam esse valde conformem Concilio Tridentino. Ita accidit, quantum iudicare possum, & in veritatis attestacionem subscripsi meo nomine, 31. Maij 1594.

Lic. D. Didacus Lopez de Salzedo.]

Hunc laudat Petrus Salazar de Mendoza in Chronico Magni Hispaniarum Cardinalis Petri Gonzalez de Mendoza, lib. 2. c. 41.

[Ego Fr. Franciscus de Arriba Lector Theologiae Vallis-Oleti apud S. Franciscum dico, quòd cum semper defenderim, veraniquè iudicari P. D. Molinae doctrinam, de qua tractatum est in Conclusionibus relatam Collegij Gregoriani, præsens fui præfato Actui, & non vidi, aliquem ex PP. Societatis ostendisse se contrarium opinionem P. D. Molinae, dedisse vel vllum oppositionis signum. Porro quòd dixit P. Antonius de Padilla, nihil aliud fuit, quam Conclusionem respon-

pondentem quaestioni in præfatis Conclusionibus Gregoriani Collegij non esse villo modo contra P. Molinam. Fr. Franciscus de Arriba.] Is secum tulit Romam Conclusiones defensadas anno 1601. in Capitulo Generali, continentem totam doctrinam Molinae, designatis in margine locis, vnde erant desumptæ. Ita refertur in M. SS. à me visis. Sed ipse in Opere conciliatorio gratiae, & lib. arb. lib. 1. cap. 27. edito Parisijs anno 1622. meminit Conclusionum propositarum à se Romæ, quæ quidem non fuerunt omnino conformes cum Molinae doctrina. Magnus is Theologus fuit Prouincialis Prouinciae Conceptionis, & à confessionibus Christianissimæ Reginae Annæ Austriae, (quæ nunc vivit vidua Rege Francorum Ludouico XIII.) legique, aut audiui, fuisse electum Episcopum Ciuitatisensem.

[Ego Licentiatus Samaniego Canonicus huius Sanctæ Ecclesiae Vallis-Oletanae dico, veram esse me præsentem vespere fuisse Actui, de quo fit mentio, & qui habitus est apud S. Gregorium die Martis, 17. Maij. Quòd hic refertur de P. Emmanuele de Rojas, accidit, ut in iusta relatione continetur. Assueueramque, responsum non esse in rei veritate dicto P. Magistro Rojas; & meo iudicio nec ipse manit contentus, nec potuit manere, iure hominis docti, uti ipse est. Et sic meo nomine subscripsi. Facta Vallis-Oleti, die Mercurij 1. Iunij, 1594. Licentiatus Samaniego.] Adfuit is etiam Actui Ambrosiano, primusque omnium replicauit, & cum Magistri Dominicanici cuperat committere quantum ingenij præstia, virgerentque ad finem replicae, & dicerent, Hic est dies noster, destitit ipse ab argumentando; inuitus ferè, & prorumpens in verba quædam, quæ à Magistris Dominicanis audita sunt ut parum suavia, ab alijs ut lepida.

[Ego Doctor Nicolaus Lopez de Bolaños Canonici Pœnitentiarius Sanctæ Ecclesiae Vallis-Oletanae dico, me adfuisse Conclusionum Actui relato, qui habitus est in Collegio S. Gregorij, & fui præsens mane, ac vespere; restorque, euenisse quòd in relatione, & in addito capitulo narratur, & ut utrobique narratur. Vallis-Oleti 1. die Iunij, 1594. Doctor Nicolaus Lopez de Bolaños.

Ego Doctor Sobrinus Cathedraticus Vesperarius Theologiae in Vniuersitate Vallis-Oletana dico, adfuisse me vespere Collegij Gregoriani Actui memorato; & omnia, quæ narrantur de P. Emmanuele de Rojas, qui vespere disputauit, accidisse omnino, ut in hac relatione traditur. Nihil dico de successu matutino, non enim nisi vespere præsens fui Actui. Vallis-Oleti 1. die Iunij, 1594. Doctor Sobrinus.] Franciscus nomine. Is fuit Canonicus etiam Magistralis Ecclesiae Vallis Oletanae, Capellanus Maximus Monasterij Regalis Madritensis dicati Incarnationi sanctissimæ Verbi diuini, Concionator Regis Philippi III. demumque IV. Episcopus Vallis-Oletanus, eximie vir doctrinae, ac probitatis.

[Ego Doctor Alfonso Peñaranda Abbas S. Saluatoris dico, præsentem me fuisse Collegij Gregoriani Actui habito, die Martis, 17. Maij, & quantum attinet ad id, quòd manè (quò tēpore solùm adfui) contigit, non discrepat vel leuiter à relatione hac, capituloque adiecto. Et quia verum est, subscripsi meo nomine. Vallis-Oleti die 1. Iunij, 1594. Doctor Alfonso Peñaranda.

Ego Fr. Isidorus de Valcazar Lector, & Cathedraticus in hac Vallis-Oletana Vniuersitate dico, præsentem me fuisse Collegij Gregoriani Actui habito die Martis, 17. Maij; & quòd accidit, quantum recordor, id fuit: post quaestionem propositam, & post duorum replicantium argumenta prodijt replicaturus P. Antonius de Padilla, dixitque, num illa conclusio ad quaestionem responsiva esset contra aliquem Doctorem Catholicum à Societate, vel extra? PP. S. Gregorij responderunt, non esse contra Doctorem aliquem, sed ab ipsis defendi, ut iacebat. Tunc P. Antonius dixit, Conclusionem illam, qua parte satisfaciebat quaestioni, nec à P. Doctore Molina, nec ab villo alio Doctore Catholico fuisse negatam; imò contrariam censurari minus rigide à PP. S. Gregorij, quam à P. Doctore Molina, hic enim aperte erroneam vocabat. Cum autem PP. S. Gregorij intanter interpellati nolent respondere, in quem dirigeretur illa Conclusio, dixit P. Antonius, se velle argumentari de eâ, quæ quaestioni erat, & quæ

ventilabatur inter Catholicos Doctores, nimirum an daretur auxilium, quod prædeterminaret voluntatem physicè ex natura rei; semperque disputavit defendens magna vi opinionem P. Molinae. Quod & a P. Emmanuele de Rojas vespere præstitum est. Sicque quoad iubilantiam contigit quod in relatione, & in capitulo addito narratur. Et in veritatis testimonium subscripsi meo nomine. Vallis-Oletæ die 1. Iunii, 1594. F. Iſidorus de Valcazar.

Ego Fr. Antonius de Herreros Lector Monasterij Vallis-Oletani S. Mariæ de Mercede dico, præsentem me fuisse die 17. Maij, 1594. in Collegio S. Gregorij manè, ac vespere cuiusdam Actui, & Cõclusionibus defenſatis à P. ibidem Collega. Contigitque quod traditur in relatione superioris; nec plus, minusve quod in capitulo superaddito, & ut in illo continetur. Et quia verum est, subscripsi meo nomine, die 1. Iunii, anno 94.

Frater Antonius de Herreros.

Ego Doctõr Valentia de Oliuera Medicus dico, me mane, ac vespere adfuisse Actui propugnato in Collegio S. Gregorij, die Martis, 17. Maij, anno 1594. & accidisse prorsus, quod in relatione, & in capitulo adiecto narratur. Et ad veritatis testificationem subscripsi meo nomine die 2. Iunii, anni dicti.

Doctõr Valentia de Oliuera] Hactenus de tranſumpto, & de testimonijs.

EX INSTRUMENTO DESCRIPTO
deteguntur imposturae Quæ-
ſtionarij.

229 **L**IQVET exinde primò, non Didacum Alvarez, sed Didacum Nuñum Cabezudum. Lectorem tunc Collegij Gregoriani Prædicatorum, conuenisse in Actum propugnatum apud Collegium Ambrosianum Societatis. Quo de Actu facit mentionem ipsemet Alvarez lib. de Origine Pelagiana hæresis cap. 33. n. 19. quin dicat, præsentem se fuisse: quanquam non negarim, ipsum legisse Theologiã in Conuentu Vallis-Oletano S. Pauli. Sic enim ipse refert lib. & cap. 1. Responſum. num. 28. ad finem. Cum Nuño concurrir in Ambrosiano Actu Magister Fr. Hieronymus Vallejus Lector præfati Paulini Conuentus.

230 Clareſcit sedò, Nuñum

dixisse non admodum moderatè defenſatum à seiri in altero Actu, non vacare errore doctrinam, quam impugnabat. His auditis, Alfonso Romerus Societatis Scholasticus, cui P. Antonius de Padilla præsidebat, dixit iuuenili percitus ardore, Num quid vobis est data clavis scientiæ? Ita apud nos fama constans est, accepta ex ore ipsius Alfonso Romeri, qui postea cum laude docuit Theologiã, obiitque Salmanticæ anno 1635. & cui respondit Nuñus, ea est magna admodum superbia, & aliena ab usu Religionis Domini-canae, quæ profitetur magnam humilitatem, unã cum litteris. Sed ne in aliud dicerium prorumperet iuuenis Romerus, representit Antonius de Padilla, vir temperatissimus, qui fuit filius vnicus Comitum Buendientium (Buendia) & S. Agathæ (Santa Gadea) hæretique Maioris Præfecturæ (Adelantamiento Mayor) Castellæ, virtutibus, prudentia, & sapientia, recusatoque Archiepiscopatu Burgenſi, quam sanguine illustrior: de quo V. P. Ludouicus Pontanus in vita celeberrimi P. Balthasaris Alvarez C. 20. Ludouicus Alcazar lib. 1. in Apocalypſi not. 26. Sect. 3. num. 1. Hæretus, seu quisquis in eiusdem Alcazaris Opere præfatur ad Lectorem, Philippus Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis pag. 41. Eusebius Nierembergus Volumine 3. Virorum illustrium Soc. pag. 708. Sherlogus p. 1. Sect. 9. num. 39. p. 3. Sect. 5. num. 20. Ludouicus Muñoz in Vita Venerabilis D. D. Lulix Carbajaliæ lib. 3. C. 19 & P. Ludouicus Valdiuia in Historia M. S. Prouinciæ Castellanae Soc. tomo 2. Peregrit vitæ periodum clarissimus hic vir Vallis-Oletæ anno 1611. Rector tunc Collegij Salmanticensis, cum apud Vallis-Oletum anno 1572. Ingressu suo Societatem honestasset. Quo etiam anno Salmanticæ adscriptus est in Societatem P. Emmanuel de Rojas, de quo tanquam de eius Commagistro fit mentio in superiori Instrumento, & non parùm honorifica à P. Valdiuia in præcitata Historia, vbi notat, fuisse in Philosophia Didacalum egregij Theologi Martini de Aluiz, qui iam Augustinianus rexit Compluti primariam cathedram Theologicam.

231 Patet ter. id, non incidisse sermonem de S. Thoma Aquinate in Actu Ambrosiani Collegij. Quare per summam calumniam scribitur à Quæſtionario, designatum esse S. Doctorem

doctorem velut ex contemptu.

232 Constat quarto, Actum non fuisse habitum in pervigilio festi S. Thomæ, sed pridie, Sabbathoque secundo quadragesimæ.

233 Compertum est quinto, Patres Societatis eadem Actus die sub vespere non aduolasse in eadem Inquisitionis Tribunal, vt Molinae, tanquam rei hæreseos, nomen deferrent. Qui enim in Actu Gregoriani Collegij tam validè, & animosè pro Molina depugnarunt, longè fuerunt ab eo accusando de hæresi. Vt omittam, finitum de more esse Actum Ambrosiani Collegij hora ferè quinta post meridiem, qua hora mense Martij fax prima erat: incommodum sane tempus adeundi sanctæ Inquisitionis ædes. Sed demus, adijſſe cum laternis, ne in viarum offenderent lapidibus. At ea hora non inuenirent in Tribunali Inquisitores.

234 Rideat Lector figmenta Quæſtionarij; notetque cum S. Chrysostomo Homilia 57. in cap. 11. Ioannis, Eiusmodi esse veritatis naturam, vt vnde magis oppugnatur, inde magis confirmetur, & quò magis obtegatur, eò clarior euadat. Tritum omnium ore est liberale illud effatum Tullij Oratiõne in Vatiniũ, Tantam semper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut arte subverti possit. Et licet in causa nullum patronum, aut defensore obrineat, tamen per se ipsa defenditur. Simile est illud aliud eiusdem in Oratiõne pro M. Cælio, O magna veritatis vis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraqueſtias omnium insidias facilè per se ipsa defendat! Nec ideo debuimus deponere curam defendendi veritatem historiæ de Scientia Media; idem enim Tullius etiam fateatur in Oratiõne pro Quintio, esse inſerendum ita perspicuam veritatem, vt eam infirmare nullas res possit, subdit tamen, adhibendam esse interdum vim veritati, vt eruatur.

ALIA SPECTANTIA AD ASSERTIONES Vallis-Oletanas, præmittiturque causa, quæ ad eas mouit.

235 **S**ED vt reuertar ad Actum Ambrosiani Collegij, & ne quis fugillet P. Padillam, vt qui cecidit

nerit classicum, authorque fuerit seditionum in materia de Auxilijs, nisi enim ipse Concordiam Molinae protegendam suscepisset in Actu Ambrosiano, non fuissent suborta tot iurgia, & dissidia. Sciendum est, P. Padillam necessitate compulsum inijſſe consilium illud. Etenim Magister Nuñus anno 1594. in Collegio Gregoriano prælegens Tractatum de Fide, peruenientique ad art. Vtrum infidelitas sit peccatum? proposuit quæſtionem, quæ postea fuit repetita in Actibus memoratis; stabilivit suam sententiam, & damnauit aduersam, quam attribuit Molinae in lib. de Concordia quæst. 14. art. 13. Disp. 12. notans eam rigidissimè, totumque librum, & eius Authorem tractans asperrimè. Hæ censuræ tanti Magistri magnam fidem compararunt apud discipulos seculares, quorum in ore, & in aliorum subinde creuit earum acrimonia vsque adeò, vt iam Molina audiret in Academia Vallis-Oletana quasi homo suspectus de non sana doctrina.

236 Præterea cum quidam Academiæ Vallis-Oletanæ Doctõr Theologus typis tradidisset Conclusiones, in quibus continebantur nonnullæ sententiæ Molinae, territus minis Magistri Nuñi ausus non est e cathedra tueri. Quibus omnibus de causis P. Padilla, præcedente proluxa consultatione Noſtrorum, & licentia P. Viceprouincialis Francisci de Galarza, aggressus est defensionem Molinae. Quare immunis prorsus est à calumnia illa de seditione mota.

237 Notitiam horum omnium comparavi ex archiuo Castellanae Prouinciæ Societatis, & ex tomo 1. de ipsius historia scripta anno 1635. à P. Ludouico Valdiuia, seruataque ibidem. Vbi etiam extat exemplar Epistolæ grauissimæ, & longissimæ missæ e Salmantica anno 1594. mense Ianuarij ad Illustrissimum, Reuerendissimumque D. Nuntium Pontificium per P. Franciscum Suarez tuentem se, & Societatem à varijs calumnijs circa doctrinam, & mores divulgatis in duabus Epistolis, quæ ferebantur traditæ D. Nuntio, & in quibus imputabatur Societati, quòd e medio tolleret auxilium efficax gratiæ diuinæ, faueretque magnoperè Pelagio, & damnaret vt erroneam doctrinam Angelici Præceptoris, quòdque Molina scripſisset tanta cum libertate, vt

vt valde offenderit Magistros Scholasticos. Satisfacit modestissimè, & manifestè P. Suarez in sua Epistola §. 7. Præcesserunt ergo multæ, grauelque causæ, & urgentes ad Actum Ambrosianum.

238 Dicata fuerunt Conclusiones, non quidem Principi Hispaniarum Philippo, (qui suscepto Regno ad annu 1598. dictus est III.) vt refert Sherlogus p. 3. sect. 5. num. 20. Sed Principi Alberto Archiduci Austriæ, cuius sub umbra P. Antonius de Padilla proposuit tuendam totam Molinæ Concordiam.

COMMENDATIO CONCORDIÆ P. Molinæ, quæ eis in Assertionibus proposita est, vt defendetur.

239 HÆC est illabelligeratissima Concordia, quam nascentem suffocare conati sunt nonnulli, sed approbata à doctissimis PP. Dominicanis, Bartholomæo Ferreira sacre Theologiæ Magistro, Inquisitionisque sanctæ Deputato, ac librorum Censore, & à Ioanne de las Cuevas Confessario Serenissimi Principis Alberti prænominati (qui tunc erat S. R. E. Cardinalis, Legatus à latere, Generalis Inquisitor, Gubernatorque Maximus Lusitanie, & postea Archiepiscopus Toletanus, Moderator Supremus, tandemque Comes Flandriæ) lucem vidit expectatam Olyssipone typis Antonij Riberrij Typographi Regij anno 1588. non autem 1599. vt refert Antonius de Matre Dei Tract. 3. Diss. 10. dub. 7. §. 4. num. 122. quo quidem posteriori anno Olyssipone typis Emmanuelis de Lyra fuit excusa ad Concordiam Appendix continens responsiones ad tres obiectiones, & satisfactiones ad decem, & septem animaduersiones. Et anno 1592. Cõchæ typis Christiani Barnabæ Cõcordia cum Appendice prodijt inserta Commentarijs ad 1. p. Et anno 1595. typis Ioachimi Trognæij edita est sine illis Cõmentarijs, sed altera sui parte auctior apud Antuerpiam, & non apud Lugdunum, vt minus benè Antonius de Matre Dei, supra dub. 3. §. 1. num. 63.

240 Atque Molina in Appendice Olyssiponenfi, [Omnia sua scripta præuio diligenti, ac diuturno examine magna cum laude fuisse approbata etiam, vt vocant, Consiliorum autho-

ritate, nimirum Castellæ, Aragoniæ, & Sancti Officij Regni Lusitanæ.] Secunda hæc approbatio narratur à Ripalda Diss. 113. sect. 9. num. 54. his verbis, [Nondum liber (Concordiæ) in lucem prodierat, cum aliquot Dominicani, instigante (vt creditur) Bañez, qui admonitus de refuit, plura eius asserta derulerunt ad Inquisitores Lusitanos. A quibus re diligentissimè cognita, censuraque doctissimis Theologis commissa, pronuntiatum tandem pro Molina fuit, eiusque liber lucem videre permisit.] Sic Ripalda. Quod autem Salmaticenses Magistri Dominicani, missis ad Lusitanos obiectionibus contra Concordiam, suppetias ipsis attulerint, tradit etiam P. Molina in iuppici ad Inquisitionem supremam Hispanam libello, quod exhibuit anno 1594. paucis diebus ante 24. Maij.

241 Idem Ripalda continuò meminit alterius tertie approbationis, prosequitur enim in hunc modum, [Vix in Castellam liber Concordiæ peruenit, cum iterum Bañez plures illius propositiones criminatas est coram Inquisitoribus Vallis Oletanis, qui cautam maturo consilio à sapientissimis Centoribus examinatam, & pro Molina dictam ad supremum Generalis Inquisitionis Tribunal, vltimò decernendam retulerunt. Molina certior rei factus coactus est se ipsum tueri tum pluribus, & eruditis apologeticis scriptis, quæ iudicibus expendenda obtulit, tum delatis apud ipsos pluribus assertis Bañez, quæ ex Commentarijs ipsius in 1. p. & 2. continentibus doctrinam de physica prædeterminatione, de existentia substantiæ panis in Eucharistia, & de augmento charitatis per solos actus intensiores habitu excerptis. Supremus Sactæ Inquisitionis Senatus censuram Molinæ cõmisit maximis Hispaniæ Theologis, deque ea re Academiæ Complutensem, & Siguntinam cõsuluit, ac tandem post annum integrum in fauorem Molinæ sententiam protulit. Quo liber ipsius Galliam, Italiam, Germaniam; & alias Europæ prouincias foeliciter appulit, magna que omnium Theologorum expectatione, & plausu exceptus triplici continuò editione vulgarus est.] Hæc Ripalda. Sed existimo, referri anticipatè quæ de censura Complutensis Academiæ in fauorem Molinæ. Nam

vsque

vsque ad 1. diem Octobris anni 1596. præclarissima Academia centuram non tulit, vt videre est in Sherlogo p. 1. sect. 8. num. 36.

242 Quauis verò Molinæ Concordia, & opinionēs toties fuerint approbata, Magister Dominicus Bañez, & ipsius sectatores non cessabant in eas inuahi, nihilque non tentabant siue in priuatis colloquijs, siue in publicis concionibus, ac disputationibus, vt inuidiam eis concitarent Salmaticæ, Vallis Oleti, alijsque in Ciuitatibus Castellæ.

RELIQVA DE EIS Assertionibus.

TANDEMQUE anno 1594. die 5. Martij Didacus Nuñus Cabezudus, homo alioqui modestus, & doctus, nescio quo argumentationis calore incensus, erroris infamiam impexit coram grauisissimo litteratorum consensu Thesi, quam ex Molinæ libro tuebatur P. Antonius de Padilla in Vallis Oletano S. Ambrosij Collegio.

243 Auditâ tam inopinatâ notâ, substitit Padilla, dubius animi, num responderet, vel taceret, sed memor Rufiani lib. 1. Inuectiuarum in S. Hieronymum monentis, Quauis Christiano cetera crimina silendo depellere, exemplo Domini gloriosum sit, sed tamen hoc in fide se fiat, maximum scandalum generat; seu memor patius S. Hieronymi in Epistola 61. ad Paramacchium contra Ioannem Hierosolymitanum cap. 1. dicentis, Nolo in suspitione hereseos quemquam esse patientem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam eius, dissimulatio conscientia iudicetur, si taceat: memor, inquam, siue vnus, siue alterius sententiæ, decreuit respondere. Quod præstitit quidem, vt ab vno adstantium excepimus, ea magnanimitatè, moderatione, & doctrinæ præstantia, quæ decebat virum ex Hispaniæ summis Proteribus natum, spectatissimæ inter Religiosos virtutis, omnibusque numeris absolutissimum Theologum. Maior seipso visus tunc est. Fine imposito longæ orationi, quâ subsequutus est ingens totius coronæ plausus, alios, vt argumentarentur, inuiraui vrbane, adeoque pacatè, ac in nulla præcessisset indignationis occasio.

244 Succesit immediatè argumentatio alterius Magistri Dominici valde quidem efficax, nec minus modesta. Sed cum Nuñus saepe interfaretur, quin sineret se, neque argumentantem audiri, dixit P. Padilla, sinat V. Paternitas, vt audiamus P. Magistrum replicantem, quando iam V. Paternitas fuucltus est suo officio. Ad quæ verba surrexit è sede Nuñus, & mussitans nescio quid excessit è gymnasio. P. autem Padilla preisit labra, exhibito adstantibus præclaro exemplo. Non minus laudabiliter se gessit in altero Actu Gregoriano Collegij.

245 Sed antequam haberetur, & postridie eius diei, quo habitus est Ambrosianus, prædicauit in S. Pauli Conuentu, & de Fcclis sancti Officij Inquisitionis P. Fr. Alfonso de Auedaño celebris Concionator Dominicanus, dixitque multa, quæ alludebant ad Actum Ambrosianum, & quæ infamabân doctrinam in eo propugnatam, adiecit alia in Concione de S. Thoma, & in altera apud Ecclesiam Maiorem, de quibus monitus Nuntius Apostolicus iussit, vt abstineret à prædicando, & transacta Quadragesima sisteret se Madriti coram sua Illustrissima Dominatione. Meriam Nuñus die Martij 12. sacra S. Gregorio, dixit non nihil in Concione, quam ad populum fecit in Capella sui Collegij. Harum rerum rumores, & querelæ Nostrorum ad Inquisitionem supremam obtinuerunt, vt de Inquisitoris Maximi iussu intimaretur Magistro Nuño, ne in Actu, cui condixerat diem 17. Maij, censura aliqua perfringeret doctrinam Molinæ, vel desisteret ab eo Actu. Delegit primum, exequutusque est.

246 At quia de vtroque Actu varij varia enarrabant, nec deerant, qui de Nostris victoriam canerent, timendumque fuit, ne (vt in paræmia Hispana est) ad longas vias longa mendacia, cum iam vniuersam Castellam veterem, ac nouam peruaderet de Actibus Ambrosiano, & Gregoriano rumor, visum fuit Nostris, fide publica firmare, quæ acciderant; diuulgareque per Hispaniam authenticum instrumentum, quod transcriptum, redditum de verbo ad verbum è vernacula lingua in Latinam. Hactenus de Actu habito in Vallis Oletano S. Ambrosij Collegio.

ELO-

ELOGIUM COLLEGII AMBROSIIANI Soc. IESV apud Vallis-Oletum.

247 **Q**UOD fuit quasi prima palæstra, ubi concertationes de diuinæ gratiæ Auxilijs maiori cum conatu, & celebritate inchoatæ sunt ab Hispanis Theologis; & cuius meminisse non possum sine grati animi significatione. Hoc enim in Collegio Christianam pietatem, Humanioresq; litteras didici, & ad Societatem admittus sum; quod summi beneficii loco æstimandum semper à me putem. Hic etiam Theologiam audiui à præstantissimis Magistris; postque Rhetoricam, Philosophiam, & Theologiam tradidi. Nimius non ero, si religionis, & sapientiæ arcem hoc Collegium appellem, dum mente reuoluo insignes sanctitate, ac litteris viros, quos suo aluit in sinu, & quos in diuersas Christiani Orbis partes trāsmisit, ut quam instillarant pietatem, ac doctrinam, effunderent ubique gentium. Longissimum esset eos enumerare, altiorisque eloquentiæ opus, meritis laudibus prosequi Ambrosianum Collegium. Dicam tamen elegantissimis P. Francisci Sac-

chini verbis parte 3. *Historiæ Societatis lib. 3. n. 188.* felix faustumq; omen, quod in eius erectione contigit anno 1567. & quod insequentium annorum successus confirmarunt. [Quo tempore (ita Sacchini) Sociorum quasi agmen ab S. Antonio in paratas Collegio ædes migravit; pariter examina duo apud ad earum parietem conuolarunt: iuuentisque cauernulis, non solum aliquandiu contituisse, sed & fauos confecisse, eosque exemptos constat. Quod cum Patres animaduertissent, dum quod vocandum Collegio nomen, qui cooptandus Patronus esset, consultant; reputantibus illas dulcissimis succi, materiæque lucis altricis ingeniosas opifices, cum infantis Ambrosij infedissent ori, manaturam inde suauitatem, ac lucem significasse, optima præcepta spe aliquid ad animarum cæleste mellificium eam quoque familiam collaturam; visum est cunctis oblatum diuinitus patrociniū Doctoris eius, quem infantis vtriusque eadem nutrices quadam ratione germanum fecissent.] Hæc Sacchini.

EVENTILATIO XII.

NARRATIONVM EIVSDEM QVÆSTIONARIJ.

Quid Romæ in Congregationibus peculiaribus, Papa non presente, actum sit? Præuia nonnulla ad eas.

248



POST VANISSIMAS de Actu Ambrosiano narrationes subiicit Quæstionarius, in *Thesi 7.* [Res ad Clemētem

VIII. defertur anno 1597. Societas tota defensionem Molinæ suscipit, quanuis oppositum suaderent domestici, & extranei, ut Cardin. Baronius,

Pontifex statuit Consultores.] Quibus recensitis, procedit Quæstionarius ad *Theses 8. & 9.* referque in eis iudicia Consultorum circa opiniones Molinæ. Latuerunt Quæstionarium multa, quæ lapsa inter annū 94. & 97. tempore contigit. le comperimus.

(9)

RECVRVNT PP. DOMINICANI, & Societatis ad Tribunal Sæctæ Inquisitionis in Hispania. Quidnam vtrisque iniunxerit Inquisitor Generalis? *Epistola Episcopi Legionensis ad Papam.*

249 **I**GITVR anno 1594. Patres quidam Dominicani detulerunt Inquisitioni sanctæ decem Molinæ propositiones, siue tanquam erroneas, siue tanquam hæreticas, ipseque Molina præsentavit Inquisitioni supremæ duos libellos supplices, in quorum vno explicabat suam sententiam, & aduersam Dominicanam, in altero comprobabat suam ab autoritate, & in vitroque expostulabat de Patribus Dominicanis; isque alter oblatus est die 24. Maij. Sed & paulò post traditæ sunt Inquisitoribus Vallis-Oletanis tres bractæ papyraceæ, in quibus continebatur doctrina Molinæ redacta ad decem propositiones, explicataque breuiter, ac dilucidè, & subscripta à non paucis Theologis Academicarum, arque Religionum. Tradita etiam est refutatio sexdecim calumniarum contra doctrinam Molinæ, exaratis eius verbis, quæ euidenter erant opposita propositionibus ipsi imputatis. Præsentatum insuper est compendium totius libri Molinæ tributum in quatuor puncta principalia, quorum primum continebat viginti propositiones fidei Catholicæ aduersus Pelagianos, & Semipelagianos. Secundum edidit ebat res intellectus diuini scientias, notabatque, nullam earum esse causam peccati. Tertium statuebat, omnes actus liberos nostræ voluntatis subesse diuinæ prouidentia. Quartum asseuerabat, actus, quibus prædestinati consequuntur suam salutem, esse effectus diuinæ prædestinationis, declarabatque, quo pacto libertas humana foederaretur cū certitudine prædestinationis. Singulis autem punctis additæ erant citationes libri Molinæ. Et quanuis curatum sit de breuitate in prænaratis Tractatibus, nihilominus indicatum fuit Nostri, sicut & PP. Dominicanis, à DD. Inquisitoribus, ut paucis sub verbis suas vtrique sententias comprehenderent. Quare Nostri suam sic proposuerunt, [Ad nullum actum liberum, et si

sanctum, & supernaturalem, nedum vitiosum, & prauum, ita nos Deus præmouet physicè, quin vel ea præmotione vigente possimus actum illum omnino non elicere; & sententiam, quæ has physicas præmotiones asserit, falsam censemus: omnes tamen actus liberos nostros, quando à nobis efficiuntur, immediatè conficit Deus; & quidem supernaturales per gratiam excitantem, ac præmouentem ad eos liberum arbitrium, tum etiam per gratiam adiuuantem, atque efficientem illos simul cum ipso libero arbitrio. Vtrum verò prædefiniat Deus ab æterno omnes actus liberos nostros, supposita Scientia Media? non est vna inter nos sententia; plerique tamen affirmatiuam probamus.] Hactenus Nostri.

250

Eodem anno 1594 Eminentissimus Cardinalis Gaspar de Quiroga Archiepiscopus Toletanus, Inquisitorque Generalis iussit Prouincialibus Ordinum S. Dominici, & Societatis IESV, hisque per litteras de mandato Inquisitoris intimato per Licentiatum Arellinas de Reynoso Fiscalem Inquisitionis, & Secretarium Regium scriptas à P. Francisco de Porres Prouinciali Toletano, ut quousque Inquisitio super exorta controuersia consuleret Academijs, Antistites Ecclesiarum, & Religiosorum cœtuum doctiores Theologos, inuigilarent diligenter arcendis suis subditis ab alterius partis rigidioris censura, & ab scandali occasionibus. Ità lego in Epistola Prouincialis Toletani ad Castellānum P. Gundisaluum Dauila. Nū Inquisitor Generalis ex proprio motu id præceperit, vel potius ob delationem nostrarum opinionum coram ipso factam à Dominicanis PP. vel defensionem à Nostri præsentatam? asserere certò non possum. Illud scio, commotam tunc fuisse totam Hispaniam, ubique enim narrabantur, quæ in Actibus Ambrosiano, & Gregoriano euenerant, & vel Laici ipsi theologizabant,

251

Illustrissimus Ioannes Alfonso de Moscoso Episcopus Legionensis, (qui postea fuit Malacitanus, & è vita decessit anno 1603. vir in paucis suo tempore numerandus) tantis perturbationibus, disidijisque indolens scribebat eodem anno, die 14. Iulij, ad Sanctissimum, [Nonnullos (cu-

(cuiusdam familiæ) versutiâ Diaboli communis hostis deceptos, quasi Deo obsequium præstarent, turbasse Catholicorum animos, dum quavis oblata occasione sine prudentiæ regimine nimium in Ludouici Molinæ de gratiæ, & liberi arbitrij concordia opiniones debacchantur, cum tamen eas præter Societatis Iesu Theologos multi alij doctissimi viri, tanquam Tridentinæ Synodi definitionibus germanas omnino defendant; quas & ipse Complutensium in Academia, priusquam ad insulas assumptus esset, prælegerat. Proindequæ Sanctissimum Dominum suppliciter obtestari, vt per Apostolicæ Sedis definitionem statuatur quid ea in re certò tenendum.]

DE DISSENSIONIBVS PRÆFATIS certior factus Papa causam ad se avocavit Romam. Quidnam scripserit suo in Hispania Nuntio, & Inquisitori Generali? Quidnam ipse Nuntius, Quæstores fidei, & Rex Catholicus scripserint Prouincialibus vtriusque Ordinis, & Castellano Societatis Præpositus suus Generalis?

252 **H**AS litteras præuenerat rumor, ad Sanctissimum penetrans, vel antequam scriberentur. Nam die 5. Iulij anni eiusdem Eminentissimus Cardinalis Aldobrandinus nomine suæ Sanctitatis dedit ad Illustrissimum Camillũ Gaetanum, Patriarcham Alexandrinum, & in Philippi II. Curia Nuntium, litteras alias, quibus præcipiebat sua Sanctitas, tum ne Patres Dominicani, & Iesuitæ agerent siue palam, siue secreto de controuersis materiis, neque acriore censura alter alterius opiniones perfringeret: tum vt ipse Illustrissimus Nuntius Romam mitteret scripta omnia, quæ ad hoc negotiũ spectarent, quippe esset adeò graue, vt soli Apostolicæ Sedi reseruandum videretur. Similes litteræ expeditæ sunt ad Eminentissimum Cardinalem Galparem de Quiroga Generalem in Hispania Inquisitorem, quæ quia præleserebant inhibitionem ab omni causæ cognitione, supplicatum est & ab ipso, & à Rege Catholico per Ducem Sesensem Oratorem suum apud Pontificem. Qui post colloquium cum Oratore, die 15.

Octobris, cum Cardinali Deza in Capella, seu Consultorio, die 19. rursusque cum Oratore, die 22. respondit, non fuisse sibi in animo, ne leuiter quidem derogare authoritati Inquisitionis in Hispania supremæ, atque adeò scripturum ad eius Præsidentem, vt ad se deportari curaret totius causæ instrumenta; expediebat enim, rem tam difficilem, tamque contrariarum opinionum inter Religiones adeò graues, hominesque adeò Catholicos, & doctos non centurari alibi, quam Romæ, ubi habebat sedem sua Sanctitas, assistentiamque Spiritus sancti; & alioquin periculum foret, ne aliqui Theologi Hispani ducti impetuationis (quæ in eo negotio manifestè eruperat) centurarent dubia pro certis, & certa pro dubijs. Addiditque sua Sanctitas, præmissò examine causæ, decretum à se iri, quid tenendum in ijs, de quibus merito dubitatum fuisset; & commissurum Inquisitioni Hispanæ, vt castigaret illos, à quibus certa, & clara negata fuissent. Stetit promissis Summus Pontifex.

253 Sed, quicquid dicat Sherlogus, litteræ ad Inquisitorem Generalem directæ peruenierunt Madritum ante huius mortem, obitam die 20. Nouembris anni eiusdem 1594. Sherlogus p. 1. sect. 8. num. 33. inquit, [Antequam Breue Apostolicum ad Cardinalem Quirogam, Maximum Inquisitorem in Hispania, perlatum esset, terrenam corporis habitationem reliquit: Supremus tamen fidei Senatus, quod suæ Sanctitatis litteris disponebatur, sedulo executus est; & per se, & per subordinata inferiorum Inquisitionum Tribunaia. Extant datorum mandatorum anno 1594. mense Octobris ab Inquisitionibus Toletana, Vallis-Oletana, Hispalensi, Valentina primitiua exemplaria. Nec minori diligentia Illustrissimus Nuntius Dominus Camillus Gaetanus duorum Ordinum Superiores Prouinciales de suæ Beatitudinis voluntate admonuit, & districtè præcepit, vt cum omni obseruantia duo superius relati articuli susciperentur. Eius Epistola 15. Augusti anno 1594. exarata est: quæ recepta, nobiliores cuiusque Societatis in quaque Prouincia Theologi quid de proposito litis questione sentirent, scripto commiserunt, traditoque Pro-

uincialibus opusculo, hi vnum exemplar Supremo fidei Senatui remiserunt, alterum Illustrissimo Domino Nuntio Camillo Gaetano, vt constat ex responsua Epistola Inquisitionis Toletanæ 13. Ianuarij, anno 1595. Ab vtriusque verò statim Tractatus omnes Romam missi sunt ad Sanctissimum Clementem VIII.] Retuli hæc verbis Sherlogi, quia non traduntur in autographis, quibus vtor. Sed aduertendum est, Epistolam Illustrissimi Nuntij, & mandata Inquisitionum non esse data post excessum Generalls Inquisitoris, de cuius mortis die supra assignato constat mihi ex Petro Salazar Mendozano in Chronico Magni Hispaniarum Cardinalis Petri Gonzalez de Mendoza, lib. 2. cap. 25. & ex Petro Ioane Martyre Rizo in Hist. Conchensi 2. p. cap. 13. pag. 194.

254 Post hæc primò edita vidi litteras datas ab Illustrissimo Nuntio ad P. Gundifaluum Dauila Prouincialem Castellæ anno 1594. die 15. Augusti, & à S. Tribunali Inquisitionis Vallis Oletanæ adeundem eodem anno, die 1. Octobris, subscribentibus DD. Inquisitoribus Licentiatò Alfonso Gayran, Licent. Leziñana, & de mandato S. Officij Petro de Burgos Secretario.

255 De anno 1595. nihil est relatu dignũ, nisi quòd extant apud me litteræ tum Regis Catholici die 4. Februarij, tum Claudij Aquaviuæ Generalis Præpositi Societatis die 13. eiusdem mensis ad P. Gundifaluum Dauila Prouincialem Castellæ, vt quantum possit, caret, ne iudiciorum cum PP. Dominicanis dissidia in sua Prouincia turbent affectuum concordiam, linguarumque modestiam.

QVIDNAM A REGE CATHOLICO præscriptum sit vtrique Religioni per suum Confessarium? Academia Complutensis ter approbat doctrinam P. Molinæ. Inquisitio Vallis-Oletana, & Nuntius Pontificius, siue Inquisitor Generalis quidnam commonefecerint Prouinciales vtriusque Religionis?

256 **A**NNO insequenti 1596. Rex Catholicus litteris apud

Aranjuez datis die 19. Martij per Secretarium Ferdinandum Gasol, iussit Prouinciali Dominicanorum P. Fr. Ioanni de Villafranca, & Visitatori Castellanæ Prouinciæ Societatis P. Gartig de Alarcon conuenirent Madriti suum Regium Confessarium P. Fr. Didacum de Yepes Hieronymianum; cuius ex ore acceperunt nonnulla prudenter, & piè præmeditata à Rege; cupitaque obseruari ab vtriusque Religionis viris, ne ex inceptis opinionum dissensionibus orirentur scandala. Addiderunt & ipsi die 16. Aprilis remedia alia satis opportuna. Subscripsit primò solus Confessarius Regius, post tum ipse, tum Prouincialis Dominicanus, & Societatis Visitator, Socijque Prouincialis P. Fr. Franciscus de Pereda, & Visitatoris P. Ioannes Gasias. Quorum omnium certior factus est P. Christophorus de Ribera Societatis in Castella Prouincialis à P. Gasia de Alarcon Visitatore per Epistolam die eodem missam Madrito Salmanticam: vnde die 20. eiusdem mensis omnes sibi subditos fecit Prouincialis commonitos eorum, quæ per Visitatorem fuerant sibi iniuncta. Sed die 13. Octobris Reuerendissimus Confessarius Regius in Epistola missa ad præfatum Societatis Prouincialem adhibuit de mandato Regis quandam moderationem rigoris illorum remediolorum; scripsitque similem Epistolam Prouinciali Dominicano.

257 Eodem anno 1596. Academia Complutensis ex iussu Sanctæ Inquisitionis, discussio per integrum annum Molinæ libro, honorificam censuram tulit, die 1. Octobris, memoratam iam in num. 241.

258 Rursus anno 1597. die 5. Augusti propitiã aliam edidit censuram, quanuis indirectè, siquidem directè fuerit data in fauorem doctrinæ P. Gabrielis Vazquez, sed qua parte concordabat cum P. Molinæ doctrina. Et non desunt, qui scribant, Magistrum Dominicum Bañez procurasse distinctionem primi tomi in 1. p. Censura autem sic se habet, [Ex commissione Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Nuntij per Nostrum Dominum Regem ad nos directã, infrascripti Doctores vidimus, quæ P. Gabriel Vazquez

quez Societatis IESV 1. p. q. 23. d. 88. 98. & 99. tractat in materia de Auxilijs, vbi hæc duo disputat, in quibus inter PP. eiusdem Societatis, & Dominicanos solet esse controuersia: primum, si ille, qui responderet vocationi Dei, præueniatur semper maiori gratia excitante, quam ille, qui non respondet? De qua re licet D. Augustinus ita obscure loquatur in varijs locis, vt vtrique parti tam affirmanti, quam neganti ansam dederit; nihilominus perpensis omnibus locis, quibus de hac re ex professo agit, pars affirmatiua potius videretur nobis Augustini, quam opposita. Quam partem affirmatiuam sequitur absolute P. Vazquez, & sine ulla hæsitacione. Secundum est, vtrum inter gratiam excitantem, hoc est, congruam cogitationem intellectus, & iubitum motum voluntatis ex vna parte, & nostrum liberum consensum, concursusque actualem Dei illi debitum, ex alia, mediet aliqua physica applicatio prædeterminans voluntatem? In quo P. Vazquez tenet negatiuam partem, existimans, dictam gratiam excitantem esse causam sufficientem nostri liberi consensum cum concursu Dei illi debito. In qua re quauis Augustinus non excludat expresse dictam applicationem physicam prædeterminantem, quia de illa non agit: non tamen illam exigit, sed secundum eius doctrinam dicta gratia excitans est sufficiens, vt sit causa nostræ bonæ voluntatis.] Doctores, qui subscripserunt, fuerunt nouem, & inter eos Ludouicus de Tena, Derulesis post Episcopus, satisque notus ob doctrinæ suæ egregia monumenta, quæ reliquit.

259 Secundæ huius censuræ meminit Bastida coram Paulo V. Pontifice Maximo in Congregatione 38. anno 1605. Inquies prope suæ Orationis finem, [Differentia tota est circa essentiam efficacis gratiæ: in quoniam posita sit hæc efficax gratia, per quam Deus hæc omnia præstat, & de modo, quo Deus per illam mouet. De qua tamen controuersia nihil in his propositionibus agitur, cum tamē multa in Augustino sint, quibus S. Doctor declarat, in quo consistat efficax gratia, & modum, quo hæc omnia præstat, quæ ad paucas propositiones, itidem ex Augustino sumptas, reuocari

facile possent, in quibus si RR. PP. nobiscum ea facilitate conueniant, quæ nos cum illis conuenimus in his, quibus suam prædeterminationem stabiliri sibi persuadent, finita lis erit, & vt minimum si semel hæc expendantur, euidenter constabit, iure optimo totam Complutensem Academiam de mandato Illustrissimi Nuntij Hispaniarum Patriarchæ Gaetani, de hoc speciali puncto interrogatam, respondisse, nunquam Augustinum gratiæ physicæ prædeterminantis, vel applicantis meminisse, optimèque totam gratiam, quam Augustinus agnouit, per eam gratiam, quam nos constituimus, explicari. De qua re extrat apud nos authenticum instrumentum.] Hactenus Bastida.

260 Tertiam aliam censuram Complutensis Academiæ iussu Regij Senatus Castellæ, eamque commendatitiam Opusculorum P. Francisci Suarez, in quibus agitur de Scientia Media, & Auxilijs efficacibus impredeterminantibus physicè, lege, si lubet, in fronte Opusculorum, quæ anno 1599. facta sunt communis iuris.

261 Anno 1597. die 17. Iunii Inquisitio Vallis Olerana direxit ad P. Christophorum de Ribera Castellæ Prouincialem litteras subscriptas à Licentiatis Alfonso Gaytan, & Salzedo de Morales, in quibus confirmantur illæ aliæ scriptæ anno 1594. die 1. Octobris, excludunturque interpretationes quedam, quibus si nonnulli PP. Dominicani disputauerat publicè Biblii, Abulæ, & Salmanticæ de materia vetita, prout coram Inquisitione suprema Hispaniarum conquestus fuit P. Gaspar de Pedrosa Procurator Generalis Societatis in Curia Regia, anno 1595. vel principio anni 1596. nam exemplar supplicis libelli tunc oblatus caret designatione anni. Rescriptis Prouincialis è Lucroni die 28. Iulij, ad Sanctum Tribunal, eodemque die Superioribus localibus Prouinciæ intimauit illius imperium.

262 Anno 1598. Illustrissimus in Hispania Nuntius Pontificius accepit Epistolam scriptam Romæ die 27. Februarij ab Eminentissimo Cardinali S. Severinæ de mandato Sanctissimi, denuntiavitque eam Illustrissimo Domino Inquisitori Generali (cui grat

erat D. D. Petrus Portocarrerus Episcopus Cordubensis) Inquisitionique Supremæ, cuius iussu Inquisitiones aliæ admonuerunt Prouinciales Prædicatorum, & Societatis, licere per Summum Ecclesiæ Pastorem disputare priuatim, & publicè, prælegereque in Scholis suas de diuinæ gratiæ Auxilijs opiniones, seruata tamen moderatione ab acrioribus censuris, prout antea etiam iniunctum fuerat. Video, anticipari à P. Ripalda sect. 9. num. 53. præfatæ facultatis tempus; sed quod designauit, ratum mihi est cum Sherlogo p. 1. sect. 8. num. 33. ex Inquisitionis Tolitanæ litteris anno 1598. die 15. Martij ad P. Ludouicum Guzmanum Tolitanæ Prouinciæ Societatis Præpositum, & ex alijs Vallis Oleranæ Inquisitionis eodem anno, die 5. Maij ad P. Christophorum de Ribera Prouinciæ Castellanæ Præpositum, hisque litteris subscripserunt Licent. Gaytan, & Doctor D. Encus de Salzedo, fidemque fecit Petrus Lopez de Alegria Secretarius: die autem sequenti P. Prouincialis misit è Vallis-Oleræ harum litterarum exemplar per totam Prouinciam, faciente fidem suo Secretario P. Roderico de Cabredo. Hanc silentij in materia de Auxilijs relaxationem in fauorem vtriusque partis præcesserunt scripta Magistri Dominici Bañez, & P. Roberti Bellarmini, contendentem illo, concedendam esse soli Dominicanæ, hoc autem vel vtrique, vel neutre. Sed tandem oborta est pro vtraque. Non vidi ea scripta, nisi tantum commemorationem eorum in M. S. satis fide digno.

DOMINICANVS QUIDAM MAGISTER Romam ex Hispania missus causam agit contra P. Molinam, quem, non accersito, neque audito eius procuratore, damnant aliquot Consultores. Romam etiam perueniunt ex Hispania duo è Societate defensuri partes P. Molinæ, intercedunt damnatoriæ censuræ, quasdamque Dominici Bañez propositiones mutuo accusant.

263 DOMINICANI PP. Prouinciæ Hispaniæ anno 1597. vel 1596. Romam miserunt Religiosum quendam, qui apud Supremum Romanæ Inquisitio-

nis Tribunal causam ageret aduersus Molinam. Ferebat ille comitem vix prolixum scriptum, cui titulus, *Apologia Fratrum Predicatorum Prouinciæ Hispaniæ contra librum Concordiæ P. Ludouici de Molina Societatis IESV. Religiosus actor interuentu Cardinalis Alexandrini Dominicanorum Prætoris, cui Apologiam dicauerat, obtinuit à Pontifice, vt Concordia Molinæ examinanda traderetur Theologis, qui, eâ attente perlectâ, expensisque obiectionibus in Apologia Dominicanorum contentis, censuram ferrent. Inceptum est anno 1598. die 2. Ianuarij, & conclusum die 13. Martij coram Eminentissimis Dominis D. Ludouico Madrucio, & D. Pompeio Arigonio S. R. E. Cardinalibus, & Generalibus Inquisitoribus rotius Ecclesiæ Catholicæ, parteque in audita, & nimis festinanter damnata sunt erroris, aut temeritatis sexaginta vt minimum propositiones P. Molinæ à nonnullis ex Censoribus, licet alij reclamauerint. Præfatus Religiosus Dominicanus, qui tam solerter negotium gessit Romæ aduersus Molinam, dicitur in M. S. nuper laudato fuisse Magister Didacus Alvarez, qui de se ait, lib. 1. Respons. cap. 14. num. xj. functum esse officio Regentis in Collegio S. Thomæ super Mineruam ab anno 1596.*

264 Transactis octo mensibus post latam censuram in Molinam, postulatam à Sanctissimo fuit, ne pateretur, tantum virum indefensum damnari, & ab eis Censoribus, quorum aliquos recusare iustæ suadebant causæ. Et verò, vt ait Abbas Gerodhenis in Censura super Commentaria VVulberonis Abbatis in Cantica, Non nisi his duobus, prudentiâ, & beneuolentiâ omnis intelligens recognoscit cuncta contineri iudicia.

265 Quo tempore à Nostris intercensio facta est, iam aderat Romæ P. Christophorus de los Cobos cum Ferdinando Bastida accitus è Castellana Societatis Prouincia, vbi controuersie magis efferbuerant, vt Molinæ patrociniū susciperet. Et venerat quidem ille satis instructus scriptorum armis, quibus Molinam defensaret, & offenderet delatores, notatis in Dominico Bañez opinionibus examine dignis; vt quod in Eucharistia maneret existentia panis; & quod per solos in-

teniores actus charitatis daretur meritum noui augmentigratiæ. De prioripropositione egimus nos in *Tract. de Euch. Sacram. Disp. 6. num. 4.* ibique retulimus aliquorum Authorum censuras: quibus addenda est quædam Innocentij VIII. Papæ relata ab Albertino in *Corollario 3. ex predicamento quantitatis dub. 5. num. xj.* aduersus similem doctrinam Pici Mirandulani; addenda etiam est autoritas Goffridi Abbatis Vindocinensis in *Opusc. 1. Nouissimæque Ioannes Martinez de Prado 3. p. q. 75. dub. 9. §. 3. num. 23.* ait, eam propositionem esse periculosam, & *num. 26.* non posse doceri, dixeratque *num. 2.* fuisse meritò retractatam à Bañez in *secunda editione*, etsi is adiecerit, non continere quid contra fidem. De posteriori propositione agit Ripalda *Disp. 90. de Ente supern. Sect. 3. & in num. 17.* producit Doctorum complurium censuras: fateturque Ioannes de S. Thoma *2. 2. à q. 23. usque ad 45. Disp. 15. art. 4. pag. 103.* semper vitam esse rigidam, ideoque ipse *pag. 104.* aggreditur temperare eius rigorem.

INTERCESSIO AUDITVR BENIGNE à Papa. Consultores recognoscunt censuram, temperantque eam nonnulli semel, & iterum, alijque, vt ab initio, ei omnino contradicunt.

266 **A**NNVIT supplicationi Pontifex Summus, iussitque vt à prioribus Censoribus, duobusque allectis inspiceretur diligentius præstira censura. Prodiit Molinæ Concordia non adeò castigata ex secunda hac inspectione. Nam in viginti tantum propositiones est animaduersum. Sed cum ex præscripto Pontificis deducta esset reformata censura in conuentum Cardinalium Bernerij, & alterius (quidquid Ripalda *sect. 9. num. 56.* dicat) quàm Bellarmini (vt qui vsque ad diem 3. Martij anni 1599 adscriptus non fuerit Sacro Cardinalium Senatui) Generaliumque Prædicatoriæ familiæ cum Didado Aluarez, Thomæque de Lemos, & Iesuiticæ cum Gregorio de Valentia, Christophoroque de los Cobos, abierunt Nostri in querelas de imposturis centuræ etiam mitioris, de præpostera inter-

pretatione verborum Molinæ. Quare solutus est conuentus vllò absque effectu, Nostrique recurrerunt ad Pontificem, verboque, & scriptis rationem reddidere propositionum viginti, quæ in Molina taxabantur.

267 Placuit Pontifici indiceretertium conuentum, in quo scripta pro defensione viginti earum propositionum conferrentur cum censura. Quæ tertio reuisa, & depurata improbat iam solas sex, aut septem propositiones pertinentes ad præscientiam conditionatorum contingentium, & ad gratiæ diuinæ efficaciam partim intrinsecam, partimque extrinsecam; nec consentiebant omnes Censores decem, sed septem ex illis, suspectique de inofficioso iudicio erga Societatem; & qui dissentiebant, magnæ erant integritatis, atque autoritatis, vt iam latius in *Euent. 3.* tractatum est, & quantum ex archiuis Prouinciæ nostræ Castellanae, ex variisque Scriptoribus colligere olim potui. Et quanuis post hæc primò edita comparatim notitiam multarum rerum spectantium ad Censores, & ad Congregationes innox referendas, ad aliasque, de quibus in *Euent. 14.* nihilominus in primò editis me cõtinui, & continebo obca, quæ dixi in *Prefatione ad Lectorem.*

DECERNIT PAPA ADESSE PER se ipsum disputationibus inter PP. Dominicanos, & Societatis, vult tamen, prius viam seruari, habitis, se absente, Congregationibus, in quibus capita disputanda prænotantur.

268 **P**ORRO Summus Pontifex prudentissimè consideratis omnibus, quæ dixi, statuit interesse per se ipsum disputationibus instituendis inter PP. Dominicanos, & Societatis circa ea, in quibus discordarent. Sic enim sperabat, imponi posse optatum finem controuersiæ causæ, satisfacereque votis Regis Catholici Philippi III. qui litteris è Pardo scriptis anno 1598. die 26. Nouembris rogatur enixè suam Beatitudinem, vt litem illam tandem componeret, miseratque eas vnà cum alijs ad Ducem Sese suum Romæ Legatum, in quibus iubebat alloquutionem cum Sanctiss-

Sanctissimo, instantiamque omnem pro conclusione causæ. Scripserat similes alias, & honorificentissimas Societatis Maria Augusta Imperatrix eodem anno mensibus Nouembris, & Decembris, & è Madrito ad Pontificem Summum, ad Ducem Sese, ad Cardinales Aldrobandinum, Madruciū, & S. Seuerinæ, quarum omnium exempla seruo, & quæ ad Papam affertur à Sherlogo *p. 1. sect. 7. num. 29.* Rex etiam Philippus II. anno 1594. die 23. Nouembris Epistola Madriti data ad suum in Curia Pontificia Oratorem significarat, gratum sibi valde esse litem auocari Romam, conferente operam suam Generali Inquisitore Hispaniæ, id enim iuuaret ad citiorem decisionem, quam prudētissimus ille Rex ardenter etiam desiderauit.

TRACTATA IN CONGREGATIONIBUS priuatis PP. Dominicanorum, atque Societatis, assilente primùm vno Cardinali, deinde duobus alijs. Prima Congregatio.

269 **Q**VIA tamen negotij grauitas, ac difficultas moras exposcebat, voluit Pontifex, vt antequam ad disputationes veniretur, declararent Dominicani PP. & Iesuitæ ea, in quibus conuenirent, & in quibus repugnarent, ne in illis tereretur rēpus; sed de his solis ageretur. Voluntatem suam exposuit Pontifex Generalibus vtriusque Ordinis anno 1599. die 1. Ianuarij; præfecitque Congregationibus celebrandis Eminentissimum Cardinalem Madruciū. Cuius in conspectu adlitterunt die 22. Februarij Reuerēdissimus P. F. Hippolytus Maria Becaria Generalis Prædicatorum cum RR. PP. FF. Eneco de Brizuela, vel Paulo Mirandulano Procuratore, Vicarioque Generali, Magistro Didado Aluarez Regente Minere, Raphaelè Ripa Professore sacre Theologiæ; & Reuerēdus admodum P. Claudius Aquauia Generalis Præpositus Societatis cum PP. Michaelè Vazquez de Padilla, Petro de Arrubal Præceptoribus Theologiæ in Collegio Romano, Christophoroque de los Cobos Lectore olim eiusdem facultatis in Prouincia Castellana. In autographis subicitur nomen Procuratoris, Vicarijque Gene-

ralis; sed vt colligere est ex quarta parte Chronici Prædicatorum, Authore Ioanne Lopez, *lib. 3. cap. 32. libr. 4. c. 19.* fuit aut Enecus de Brizuela, aut Paulus Mirandulanus. Loco Raphaelis Ripæ apponit Ripalda *f. 10. num. 65.* Thomam de Lemos, subicitque Procuratorem, Vicariumque Generalē. Sherlogus *p. 1. sect. 8. num. 35.* confundit hunc cum Didaco Aluarez; præter quem, & Ripam ait, adfuisse alium ignoti sibi nominis, sed Theologum Afulani Cardinalis.

270 Madruciū autem eis omnibus notum fecit Pontificis Maximi animum de cõcordia duarum Religionum tam vtilium Ecclesiæ, quantum ipsa hætenus experta fuerat; ideoque expedire dixit Madruciū, vt tractaretur de medijs, quæ ad conciliandam eam pacem proficua foret; & ab adstantibus audire vellet. Tunc primo loco quæsitus Generalis Dominicanorum respondit, nullū esse medium adeò cõueniens, quàm si Molinæ liber, & quæ contra illum sunt obiecta, examinarentur, Non ita, reposuit Generalis Præpositus Societatis, sed ante omnia agatur, in quo sit sita efficacitas diuinæ gratiæ; si enim quoad hoc pñctum ineat concordia, nihil amplius desiderandum restabit. Grata fuit Madruciō nostri Generalis responsio, iussitque, vt in Congregationem sequentem afferrent tam Dominicani, quàm Iesuitæ tria scripta, quorum primū edisserat propriam sententiam, secundū præterret quid in contraria displiceat; tertium rationes, quibus impugnetur. Et hæc de prima Congregatione breviter.

SECUNDA CONGREGATIO.

271 In secunda ad diem postremum Februarij Prior Generalis Dominicanorum protulit solūmodò secundum scriptum continens propositiones aliquas Molinæ, quas Dominicani improbabant, primum verò scriptum exhibere recusauit, ne qui eò vsque fuerant actores, vel potius consultores, assumerent reorum personā. At noster Generalis ostendit se promptum proferre tria scripta, prout conformius videbatur volūtati Pontifici, aptiusque ad sedandas discordias. Cæterum quia in suo proposito persequens

rauit Dominicanorum Generalis, tractatum à Nostro non est nisi secundum scriptum, ut publicè legeretur; adnotata in eo erant Dominicanorum sententiae in materia controuersa, quae iudicio Nostri corrigi deberent. Dimissa tamè Congregatione, Generalis noster tradidit Madrucio alia duo scripta, rogans humiliter, ut ea apud se secretò haberet, quousque Dominicani adducerent & sua. Admonuit Pontificem Madrucius die xi. Martij de actis secundae Congregationis, & de Dominicanorum subsequuta supplicatione ad Sanctae Inquisitionis Cardinales pro dissoluendis conuentibus, si non agatur in eis de solo Molinae libro. Sed iubente Sanctissimo, tractari de diuinæ gratiae efficacitate, & assignatis Cardinalibus Bernerio, seu Aiculi Dominicano, & Bellarmino Iesuita, qui cum Madrucio assisterent Congregationibus, indicitur tertia ad diem 2. Aprilis, postquam 28. Martij visum est præfatis tribus Cardinalibus, oportere, ut proponantur quæstiones quædam, de quibus utraque pars perspicuâ, & breuem ferat sententiam.

TERTIA CONGREGATIO.

PRODUCUNT NOSTRI QUÆSTIONES SEX, UT EIS RESPONDERENT DOMINICANI.

272 Adfuere die 2. Aprilis, destinato tertiæ Congregationi, Patres Dominicani, ac Iesuitæ coram tribus Cardinalibus, & Bellarminus produxit in mediū sex has quæstiones: [Prima, an sit necessaria intrinseca Dei, ac physica prædeterminatio, ut liberum hominis arbitrium operationem liberam moraliter bonam eliciat? Secūda, an similiter cum liberum hominis arbitrium actionem moraliter malam efficiat, physice prædeterminetur à Deo ad eius realem, ac specificam entitatē? Tertia, an gratia præueniens, à sufficiente distincta, à se sola sit efficax, eiusque efficacia posita sit in physica voluntatis prædeterminatione, cui humana voluntas in sensu composito dissentire non possit; an verò in interiori, & congrua Dei vocatione, præsertim ex S. Augustini sententia? Quarta, an gratia sufficiens sit auxilium Dei extrinse-

cum, an potius homini intrinsecum, & completè sufficiens ex parte actus primi antecedentis sine alia physica prædeterminatione? Quinta, an Deus non solum cognoscat infallibiliter omnia contingentia, quæ futura sint; sed etiā quæ futura essent sub ijs, illitque conditionibus? Sexta, an in potētia formaliter libera necessaria sit indifferentia, qua, positis omnibus prærequisitis ex parte principij antecedētis, possit in sensu composito non operari, aut aliter operari?] Quæstionibus istis ut responderent Dominicani, obtineri non potuit, incessit enim ipsos suspicio, eas à nobis esse confectas, ut vno iactu rem totam absolueremus. Sed Bellarminus vrgebat, ut pro breui dispositione ad conclusionem causæ afferrent ipsi alias quæstiones magis conducētes, sin minus, propositis latifacerent. Quo soluta est Congregatio, tradito Dominicanis exemplari præfatarum quæstionum.

FINITVR CONGREGATIO TERTIA, QUIN POTUERIT OBTINERI RESPONSO AD CAS QUÆSTIONES. PROPONUNT DOMINICANI ALIAS OCTO, AD QUAS NOSTRI RESPONDERUNT.

273 **N**ON diu post Dominicani attulerunt Madrucio octo quæstiones, quarum responsionem à nobis expectarent. Transmissit illicò ad nos Madrucius; cui diximus, paratos nos esse respondere, dummodò & Dominicani simul satisfacerēt illis sex quæstionibus, quas Bellarminus proposuerat. Verum tamen Pontifex à Madrucio consultus die 15. Aprilis præcepit, ut nos prius aperiremus nostrum sensum in quæstionibus Dominicanorum, & hi posteriùs suum in quæstionibus à Bellarmino propositis, & probatis à nobis. Mox ut innotuit nobis voluntas Sanctissimi, incubuimus præstandis responsionibus, & die 16. Aprilis eas subiectas quæstionibus tradidimus Madrucio.

274 Scriptum autem huiusmodi erat; [Quæstio prima, vtrum ante bonum vsum liberi arbitrij, quem ex innata libertate homo habiturus est, ut disponatur ad iustificationem, aut ad vitam æternam perueniat, ponenda sit in Deo prædeterminatio, & præ-

scien-

scientia? Respondetur, ponenda est in Deo prædeterminatio, & prædeterminatio ante bonum vsum liberi arbitrij, quem et si principaliter, & potissimum ex gratia homo habiturus est, tamē si quomodo liberè concurrat (quod negari non potest) certum est, minus precipuè ex innata libertate operari, ut disponatur ad iustificationem, aut ad vitam æternam perueniat. Secūda, an si ponatur talis prædeterminatio, & præscientia, nulla homini libertas arbitrij relinquitur in actionibus, quibus ad iustificationem disponitur, aut ad vitam æternam peruenit? Respondetur, si ponatur talis præscientia, & prædeterminatio, homini libertas arbitrij ad prædictas actiones relinquitur, nec de hoc dubitari potest. Tertia, vtrum diuina prædeterminatio, & prædeterminatio sit causa efficiens, mediantibus efficacibus diuinæ gratiæ auxilijs de se, & ut sunt à Deo, actuum humanorum, qui ad iustificationem sunt necessarij? Respondetur, diuina prædeterminatio est causa efficiens actuum humanorum, qui ad iustificationem sunt necessarij, mediantibus diuinæ gratiæ auxilijs, efficacibus quidem, ut sunt à Deo, atque ita de se, ut excludatur respectus ad liberum arbitrium. Quarta, vtrum aliqua auxilia gratiæ sint de se efficaciacia ad efficiendū, quod liberum arbitrium contentiat, an verò ab ipso libero arbitrio pro sua sola, & innata libertate huiusmodi auxilia gratiæ efficaciacia, vel non efficaciacia reddantur? Respondetur, aliqua auxilia gratiæ sunt prædicto modo de se efficaciacia ad efficiendū, ut liberum arbitrium contentiat, & quantum à libero arbitrio pro sua sola, & innata libertate interdum non efficaciacia reddantur, tamē sicut à se solis, & sine aliquo respectu ad liberum arbitrium efficaciacia non sunt, ita nec à sola, & innata libertate efficaciacia sunt, sed potissimum à Deo, & ex se; minus verò precipuè ex respectu ad liberum arbitrium, quem gratia, ut voluntati congrua, cōprehēdit. Quinta, vtrum diuina prædeterminatio sit diminuta in effectibus, seu medijs necessarijs ad iustificationem, & salutem? Respondetur, non est diminuta, sed perfectissima. Sexta, vtrum prædeterminatio se efficaciter extendat, tanquam ad effectum, ad bonum illum vsum liberi arbitrij, quem homo prædestina-

tus habet, dum auxilijs præuenientis gratiæ se applicat liberè, illis benè vtendo? Respondetur, sine dubio se extendit. Septima, an potius talis vsum sit dētaxat præscitus à Deo, non tamen prædeterminatus, aut prædefinitus? Respondetur, non modò est præscitus, sed etiam prædestinatus. Octaua, vtrum talis bonus vsum præscitus sit ratio prædeterminationis? Respondetur, talis bonus vsum præscitus non est ratio prædeterminationis.] Hactenus de scripto quæstionum, & responsionum.

275 Sed cum quæstiones essent non nihil remotæ à præcipuis punctis controuersiæ, talesque, ut ipsi etiam Patres Dominicani eodem ferè modo, ac Nostri, ad eas responderent, postulatū instanter à Nostri est, ut tandem cogentur exhibere responsū principalib⁹ illis, & genuinis quæstionibus, de quibus Bellarminus. Ceterum Dominicani petitiæ responsionis loco dederunt Madrucio nescio quas obiectiunculas circa prædeterminationis nomen, prout à Nostri fuerat usurpatum, breuesque Nostriū respōsiones notarūt obscuritatis; & die 3. Maij inscripto quodam ad Madrucium dixerunt, esse Metaphysicalia, & à primæ controuersiæ statu aliena, quæ in Bellarmini quæstionibus continebantur. Adierunt Nostri Madrucium, semelque, & iterum vehementer orarunt, ne permitteret ludi tēpus & operam; sed iuberet vtrique parti, proferre palam ea, in quibus dissiderent, & in quibus vnanimes essent. Quia verò Madrucius id etiam valdè desiderabat, iniunxit Nostri, ut in supplicem libellum conferrent rationes, quæ possent ipsi ad vsum esse coram Sanctissimo. Consuluit hunc die 6. Maij, gratumque fuit sup̄ Sanctitati, agi quàm primū de natura, & efficaciacia gratiæ diuinæ. Quare Madrucius indixit quartam Congregationem in diem decimum sextum Maij.

QUARTA CONGREGATIO.

PROFERVNT NOSTRI CAPITA OCTO, IN QUIBUS NON DISSENTIANT À DOMINICANIS.

276 **Q**VO die Nostri proposuerunt quinque capita, in quibus non videbantur Domini-

nicani

nicanis dissenti: [Primum, dari auxilium præueniens gratiæ efficax, per quod Deus facit, ut homo piè operetur. Secundum, hoc auxilium esse donum peculiare Dei, distinctum à sufficienti. Tertium, esse intrinsicum intellectui, & voluntati, consistens in vtriusque excitatione, in illuminatione intellectus, atque motione voluntatis. Quartum, esse supernaturale, & immixtum à Deo. Quintum, non solum se tenere ex parte obiecti; sed etiam ex parte potentiae.] Consenserunt Dominicanis; adiectaque sunt postea alia capita: quorum sextum ordine, [esse motionem realem, & antecedentem applicationem voluntatis ad actum determinatum. Septimum, esse effectivè bonæ voluntatis, ac proinde ab eadem voluntate realiter distinctum. Octavum, posito eo auxilio efficaci hominem infallibiliter cõuertere.] Vbi Dominicani viderunt, subscripsisse Nostros tribus his capitibus, nihil ergo, inquit, superest controuersiæ, nihilque fuisset in Hispania inter suos, & Iesuitas, si quæ nunc conceduntur, fuisset antea admilla. Sed reclamantibus Nostri, restare multum controuersiæ, præsertim circa auxiliū efficax prædeterminans physicè, & Dominicanis inter se non conuenientibus, ut affirmarent illud, aut negarent, impositus est finis Congregationi, decretumque ab ijs, qui præsidebant, tam Dominicanos, quam Nostros committere chartis disensionis capita, & in Madrucij manus portare non diu post.

SOLVTA CONGREGATIONE
quarta, afferunt Nostri capita quinque, in quibus dissidebāt à Dominicanis. Et autem tergi versabantur suam expromere sententiam de prædeterminatione physica.

277 **I**TA Nostri exequuti sunt, dieque 20. Maij attulerunt quinque hæc capita, in quibus à Dominicanis discordarent, quin caprobare possēt: [Primum, efficacia auxiliij præuenientis consistit in qualitate, seu motione, quæ physicè prædeterminet voluntatem ad consentiū. Secundum, hæc motio, seu qualitas talis est naturæ, ut cum eius entitate liberæ voluntatis dissentus coniungi nõ possit. Tertium, præter vitales excitaciones,

& inspirationes, quibus Deus intellectum illuminat, ac voluntatem, inclinando, & persuadendo mouet, quæ ad vocationem reuocantur, necessaria est alia motio physica, & non vitalis, quæ à solo Deo fit, & distincta à gratia comitante, in qua posita est per se efficacia diuini auxiliij, nõ verò per se in vitalibus illis excitationibus, quæ ad vocationem reuocantur. Quartum, hæc physica motio, ac prædeterminatio necessaria est tum propter indifferentiam liberi arbitrij, tum propter subordinationem causæ secundæ, quæ operari non potest etiam actū peccati, nisi sit efficaciter à prima determinata. Quintum, eadē motio est vltimum actus primi complementum, ad vltimum gratiæ sufficientis prorsus necessarium, quod tamen Deus ante omnem operū præuisionem omnibus illis voluit denegare, quibus illud re ipsa non confert.] Tantum de capitibus, quæ displicebant magis in libris, conclusionibus, scriptis, lectionibusque Dominicanorum.

278 At hi solum tradidere Madrucio explicationem quandam suæ sententiæ de efficacia gratiæ; tacita qualitate prædeterminante physicè, sed expresso decreto diuino prædeterminante ante omnem voluntatis consentium. Exhibuit Dominicanis Madrucius legenda quinque capita à Nostri nõ probata; de quibus quid sentirent, non aperuerunt, nec enim teneri se dicebāt ad probanda, defensadave quæcumque Theologi Hispani suæ Religionis docuissent. Sed Nostri instabant, Hispanorum causa excitationem esse controuersiam, ideoque opus esse probari, vel reijci à commorantibus Romæ, illorumque nomine vocantibus Molinā, aliosque Societatis Theologos ad iudicium Sedis Apostolicæ. Adiderant Dominicani, videri Nostros eò respicere, ut qui rei erāt, redderent se actores; quærereque effugia, ne propriam sententiam clarè, disertèque exponerēt. Quæ aliter Nostri se gererent, constabat Madrucio, qui à die postremo Februarij habebat apud se declarationem satis perspicuam sententiæ Nostri.

PRO-

PROPALATVR DECLARATIO SENTENTIÆ NOSTRORVM REDACTA AD QVINGVE PROPOSITIONES.

279 **E**A autem declaratio ad quinque has propositiones erat redacta: [Prima, ad pietatis operi, quibus homo ad iustificationem disponitur, necessarium est auxilium præueniens gratiæ efficax, per quod Deus facit, ut homo piè operetur. Quod quidem auxilium est internum, supernaturale, intellectui, & voluntati intrinsicum, & donum peculiare distinctum ab auxilio sufficienti, nec se tenet solum ex parte obiecti, sed etiam ex parte potentiae. Secunda, efficacia huius auxiliij non consistit in qualitate, seu motione, quæ physicè prædeterminet hominis voluntatem ad consentum, aut quæ talis sit naturæ, ut cum eius entitate dissentus coniungi non possit; sed consistit in supernaturalibus, & congruis Dei excitationibus, quæ ad vocationem solent reuocari, quibus Deus intellectum illuminet, & voluntatem, inclinando, & persuadendo, mouet, ea ratione, qua videt ei cõgruere, ut vocantem non reppuat. Tertia, vnde hæc efficacia præter entitatem, & vim supernaturalem, quam à Deo accipit, necessariò etiam requirit, ut ea homini tribuatur in illis circumstantijs, in quibus præuouit Deus, ita congruere voluntati, ut si per eam præmoueat, sit infallibiliter præstitura consentum. Quarta, præter hanc gratiam, quæ in prædictis vitalibus Dei motionibus consistit, nulla alia requiritur motio physica distincta à gratia comitante, quæ sit vltimum actus primi complementum, ad vltimum gratiæ sufficientis necessarium. Necessaria tamen est gratia comitans Dei adiuuantis, & cooperantis, quæ vnà cum liberò arbitrio ipsam actionem eliciat, ac simul cum eo, ut causa tamen præcipua, eius determinationem efficiat. Quinta, procedit autem auxilium efficax ab æterno, & absoluto Dei decreto, quo pius actus in particulari voluit ante præuisionem boni vltus liberi arbitrij, absolutè futuri; non tamen ante præscientiam eiusdem boni vltus præcogniti futuri sub conditione talis gratiæ. Quod æternum decretum Deus executioni mandat in tempore, non

quidem per aliquam motionem, quæ physicè voluntatem prædeterminet; sed per vitales illas motiones voluntati congruas, & per gratiam comitantem supra explicatas. Has quinque propositiones à nobis probatas, & quinque illa capita, de quibus supra, in Dominicanismo probata dedimus iterum Madrucio, die 28. Maij. Quibus remissis ad Dominicanos, vixitque ab eis, sic responsum est.

RESPONSIO DOMINICANO RVM
post visa quinque illa capita, & sex has propositiones.

280 **N**EGOTIO illo, quod Patres Prædicatores Prouinciæ Castellæ, Catholicæ doctrinæ retinendæ studio, ac zelo commoti agebant in Hispania aduersus multa contenta in dictis P. Ludouici de Molina Societatis IESV, potissimum in libro de Concordia gratiæ & liberi arbitrij, quæ veram, sanamque doctrinam minimè redolere putauerant, ad hanc Sæctam Sedem deuoluto, eiusdem Sæctæ Sedis iudicium, ac definitionem cupiebamus. Quemadmodum in consimilibus, quæ apud ipsam tot annorum cursu denuntiari contigit, iudicare ipsa, ac definire tanta sui ipsius maiestate, tantoque Christi fidelium fructu consuevit, ut ab ea, quæ veritatis est columna, & omnium magistra, disceremus nos, discerent omnes, an in præfati Molinæ doctrina quidpiam reperiretur, quod reijciendum esset, nec ne. Verum tamen à Sanctissimo Domino nostro huius rei causa coram Illustrissimo Domino Cardinali Madrucio vnà cum aliquibus Patribus Societatis conuenire iussi, quatenus discuteretur, an vnaiillarum, & nostra circa gratiæ efficaciam posset esse sententia? In prima Congregatione, quæ fuit 22. Februarij huius anni 1599. nobis prius semel, & iterum professus, non totius Prædicatoriæ familiæ nomine, cuius Generalia Studia, & Theologi alij præcipui, temporis opportunitate concessa, fuissent consulendi; sed tanquam Theologiæ Professores, qui in Vrbe essemus, congressibus illis interesse adiacentibus, ac sæpè iterantibus, nec nobis, nec Fratribus Prouinciæ Castellæ, quod hæc

AUS

nus intelleximus, quicquam prorsus negotij esse cū Societate, vel cum eiusdem Patribus; sed cum scriptis dūtaxat nominati P. Molinæ, & cum ijs, qui ea tueri vellent, quatenus ea solum in re se ipsius defensores gererent. Respondit Illustrissimus Cardinalis Madrucius, Sanctissimi D. N. voluntatem eō spectare, ut videretur, an inter Patres Societatis, & nos aliqua in his, que cōtrouersari videbantur, esse posset consensus; scire perinde eundem Sanctissimum, quid de Molinæ doctrina factū opus esset, iamque negotium ipsius vel absolutum, vel propē diem absolendum. Quibus addebat R. P. Generalis Societatis, nec se, nec Patres illos suos Molinam in omnibus tuendum suscipere, multa enim in illo legi, quæ nec ipsis placerent. Cumque multa hinc inde circa hæc dicerentur, sine Congregationi imposto, spes aliqua elucere videbatur, ut breui tempore constare posset, quid cōtensionis, quidve dissensionis inter vtramque partem versaretur.

281 Indicta sequenti Congregatione, prima Quadragesimæ Dominica, vltima eiusdem Februarij die, coram eodem Illustrissimo, his, quæ in priori dixeramus, tunc etiam à nobis repetitis, quæ proinde toto huius tractationis cursu tanquam notissima haberentur, obtulimus quasdam propositiones, quæ de gratiæ efficacia materiam omnino absoluebant: quibus sanè Patres Societatis dicerent, an eas ut suas omnino, vel partim, vel nullatenus agnoscerent. Ita enim facillè nobis suadebamus, pium Sanctissimi D. N. animum voti compotem futurum, cum circa ea, quæ potissimum controuerterentur, statim videre esset, an cōueniremus, necne? Contra Patres Societatis viâ huic facillimæ, & expeditissimæ manus neutiquam dare voluerunt, sensum suum nunquam aperientes (quod illis studium perpetuum hac in re huc vsque fuisse, res ipsa docere videtur) ut negotium longius fortassè produceretur. Sed occulta aliqua ratione moti aliqua proponere moliebatur, quæ punctum efficacis gratiæ minimè attingebant. Quare longa concertatione de methodo procedendi habita, re infecta, terminata fuit Congregatio.

282 Deinceps die 29. Martij

rursus vocati, coram Illustrissimis DD. Cardinalibus Madrucio, Asculano, & Bellarmino, his duobus à Sanctissimo D. N. Coniudicibus eidem Illustrissimo Madrucio adiunctis, agentibus ipsis Illustrissimis, ut cōueniētiōr adhiberetur modus, quo voti compos Sanctissimus fieret, videretur scilicet, an concordēs in præfata materia esse possemus, siquidem sententiam nostram requirebat Pontifex, & uti Consultores in hoc negotio vocabat. Respondimus nos, quod vbi causa Molinæ non agebatur, qualecumque obsequium nostrū Summo ipsi Pontifici exhibituri, cum huic operæ præsto essemus; quæstiones ab ipsis Illustrissimis proponēdas postulauimus, quibus libenter respondiēmus. Leguntur interim nonnullæ quæstiones, quas vix considerantes, cum ex multiplici capite, non ab ipsis Illustrissimis, sed à Patribus Societatis formatas agnosceremus, illis responsum dare abnuimus, cum ea proponere, quæ definienda essent, non ad præfatos Patres, sed ad Cardinales Illustrissimos attineat.

283 Cum itaque Illustrissimus Madrucius octo propositiones ex Apologia Fratrum Prædicatorū Prouinciæ Castellæ sapientissimè excerpisset, in quibus primaria puncta de gratiæ efficacia, ac diuina prædestinatione contineri videbat: nos nec verbo quidem mutato, sed ipsis formâ propositionū deferentibus in quæstionū modū, eiusdem Illustrissimi assensu, demtaxat redactis, ut nos eramus responsuri, ita expectabamus, Patres quoque Societatis responsuros, tãquam quæstionibus ab Illustrissimo Madrucio propositis; ipsis vero non respondentibus, sed suas quasdam quæstiones in medium afferentibus; tanquam demandatum illis fuisset, ut quid de quæstionibus illis sentirent, enuntiarent. Quo facto, cum eorum verba varium possent admittere sensū, nos, ut quid demum resolutè sentiret aliquando innotesceret, ita enim debitam Sanctissimo obedientiam, & operatam huic rei expeditionem parari videbamus, statim duplicem illorum verborum sensum aperuimus, & altero repudiato, alteri adhæretes, sperabamus, citò fore, ut quem ipsi eligerent, agnosceremus. Aliiter ipsis aliò spectantibus vitium est, hac scilicet, & illa circuire,

cuire, liberè quid sentiant, nullatenus enuntiare, efficaciam gratiæ totam à Deo nunquam ingenuè fateri. Ita demum alijs vtrò, citòque scriptiunculis traditis, indicta Cōgregatione Dominicæ ante Domini Ascensionem, 16. Maij, cum tres inter alias Illustrissimus Madrucius circa iam oblata quæstita propositiones delegisset, in quibus minimè constabat, an esset inter nos consensus, efficacia ex parte Dei tota se tenenti adhuc non stabilita; totis pedibus tranſuere ipsi ad difficultatem de modo eiusdem efficacis, à quo etiam longius citissimè abeunt ad prædeterminationem Dei respectu nostræ voluntatis, ac de eiusdem voluntatis sub tali prædeterminatione libertate latissimus trium horarum sermo hinc, inde habitus est. In quo tamen nec verbo quidem quid de his, quæ discutiebantur, ipsis aperire volentibus, ea vna mens, ut vnum consilij propositum erat, ut à nobis aliquid vel rapim extorquere possent. Quamobrem cum neutrius partis sensum omnino Illustrissimi certum haberent, iniunxere, ut vtrique sententiam nostram circa ea præcipuè, quæ rursus fuerat agitata, sincerè scriptis traderemus. Quid multa? Nos, ut par erat, per sex propositiones quid circa efficaciam gratiæ, quid circa eiusdem modum, quid circa diuinam voluntatis nostræ prædeterminationem, & eiusdem voluntatis determinationem, ac plenam in his libertatem, sustineamus, manifestissime aperuimus. Patres vero Societatis, ut nunquam sciri possit, quid sentiant, nō sensum suum, sed quæ nonnulla plerique (ut putant) Fratres Prædicatores affirmarēt, in quaque propositionibus dederunt. Hæc autem quid ad mandatum Illustrissimorum Dominorum Cardinalium? Quo factum est, ut re cognita, impostum eis fuerit, ut quid sentirent, manifestare deberent. Quod cum faciunt, seu facere parant, proœmium præmittunt, in quo minus rectè dicunt, Illustriss. Madruciam vtrique parti præcepisse, ut ea proponeret, in quibus putaretur esse discrepantia, cum solum quid vtraque pars sentiret, manifestari demandauerit, ut à nobis superius dicebatur. Ea propter cum eisdem Illustrissimi mandatum secus, ac factum fuerit, acceperint, ex quo deinceps dilata-

tione nova vtentes, quæ prius attulerant, non inconsultò allegata suadere laborant; quod gratis ab ipsis effectum, non obscure dignoscitur.

284 Dicunt profectò, se ex libris scriptis, ac thesibus in Hispania, & Romæ equis quinque illas collegisse propositiones, quibus cupiunt, nos responsum dare. At profecti forsitan lumus nos tueri, quæ Fratrum quicunque Prædicatorum legat, scribat, dicet, & litterarijs congressibus exponat? Et quando id profiteremur, quid hæc faciunt ad rem, de qua modo agitur. Si cupiunt sensum nostrum, an non eum claris verbis manifestauimus? Quorsum igitur aliunde ex scriptis, libris, thesibusque; inquirunt? Quod tamen facientes, non nostram, sed aliorum mentem indagant, quod vtrique in re est, extrarem agere; illi siquidem plerique ita ab ipsis exstimati Fratres Prædicatores rationem de se ipsis reddent, siquando eos vocari contigerit. Qui enim, ut Sanctissimo D. N. morem geramus, actibus illis ut Consultores intersumus, erimus fortasse ab ipsis examinandi? Mirari quoque satis non possumus in eo, quod adijciunt, se eadem ratione ad eas propositiones responsuros, quæ fuerint ipsis tanquam suæ propositione, cum nos in secunda Congregatione quasdam propositiones ex libris, & scriptis Patrum Societatis, Molinæ præcipuè, excerptas, & quas publicè eidem Societatis Patres defenserunt, quæ negotij summam, de quo agitur, plenissimè absoluebant, obtulissent, summo studio cū ipsis agentes, ut dicerent, an tanquam tuas vel omnino, vel aliqua ex parte agnoscerent, an contra reijcerent? Verè intelligentes, nullam faciliorem, expeditioremque adesse viam, quod modò & ipsi fatentur, qua optatum à Sanctissimo sine m allegueremur. Qui tamen id omnino tunc excusantes, nobis constantissimè aduersati fuerunt; sapius dicentes, pacem, quam ipsi ex se, & ut Sanctissimo obedirent, tantoperè cupiebant, hæc via minimè ad futuram. At re vera eorum conatus, studia, industriam totam cōtendere credimus, ut eundem Molinæ, cuius se partes agere à principio negarunt, cuiusque nomen ad tempus silent, ad extremum omnino, si possunt, defendant. Iam eadem ipsorum vnus in postrema

postrema illa Cōgregatione sub die 16. Maij dixit, post rerum aliquarum discussionem, ad Molinam se postea redituros, in eiusque sententia patefaciendo laboraturus; ita ut cum nullius causa in presentia tractari dicatur, & credatur, cernere demum sit, quæ omnia Patres Societatis moliti sunt, vnius Molinæ defendendi causa egisse. Sed quid hæc ad nos? Qui nullius modò causam agimus, qui nullam impugnamus, sed tantummodò vri Consultores ab Illustrissimis, nomine Sanctissimi, vocati, quid in hac materia sciamus, ingenuè, sincerè, & liberè dicimus. Iam verò cū nos & propositionibus illis, circa quas congressum mutuum habendum demandauerat Illustrissimus Cardinalis Madrucius, & his etiam, de quibus tunc voce tenus actum fuit, eiusdem Illustrissimi mandato, satisfecerimus cumulatè; Patres verò Societatis quinque suis ultimis propositionibus non plenè explicaverunt, an tota gratiæ efficaciam à Deo veniat, an potius partim etiam pendeat à libero arbitrio tanquam à causa ipsius efficiente? In quo præcipuè huius negotij partem semper consistere diximus, quid circa hoc, & præfatas duas propositiones sentiant, illis dicendum videretur. Hæc dixisse volumus, ne nobismetipsis deesse videremur, quippe quibus sincerè incidentibus, & tanquam Consultoribus, vna obedientia ductis, sententiam nostram dicentibus, nulliusque causam agentibus, aliquid voquam detrimenti accideret, cum multa artificiose ad eò à PP. Societ. in dies fieri cernamus. Hæc tamen Patres Prædicatores: quorum scripto Nostris per Madrucij manus tradito satisfactum in hunc est modum.

*PROPOSITÆ RESPONSIONIS RÆ-
dargutio à Nostris facta.
Finis harum Congre-
gationum.*

285 ○ PTANDVM quidem erat, ut tempus, quod scribendis narrationibus, & libellis, & in disceptationibus de eligenda controversia nō ad eò vtiliter insumimus, potius in veritate indiganda, & re ipsa excutienda vtilius insumeremus. Sed quoniam placuit RR. PP. in libello oblatō hæcenus gesta, quasi historiam te-

xendo, inuertere contra nos, quos de artificijs, & fuga congressionis manifestè acci sunt; cum contra votis omnibus, ac etiam actis illud spectauerimus, ut sine anfractibus, & diuerticulis rem ipsam attingentes, de eo ageremus, in quo tota controversia est, nempe in quo efficaciam gratiæ posita sit, quid ipsa sit, quove à sufficienti distinguatur? Deinde suo ordine, à quo sit? Nobis etiam necessarium fuit, breuiter hoc scripto respondere. Quo tamen non ad singula dicere, aut omnia confutare mens fuit; sed tantum selectis quibusdam capitibus, quibus res præcipuè comprehendendi videbatur, modestè, & dilucidè, ut potuimus, satisfacere conati sumus.

286 Circa primum, quod dicunt de censure Molinæ, nihil addendum videtur ad ea, quæ Illustrissimus Cardinalis Madrucius in Cōgregatione non semel Patribus ipsis respondit; videlicet iam non agi de negotio Molinæ nec congressū hunc ideo à Sanctissimo Domino esse indictum: censuram huius libri demandatam esse Censoribus, quando, & quomodò visum fuerit expedire, S. S. mandaturum, quod conuenire iudicaret; sed in hac Cōgregatione illud agendum esse, ut cum apparuerit, quid quoad efficaciam gratiæ vtrique sentiremus, ageretur de concordia, & ex disputatione appareret, in quibus conueniremus, & in quibus dissentiremus. Cumque respondissent, quod in hoc scripto iterum asserunt, nihil prorsus negotij ipsis esse cum PP. Societatis, sed cum scriptis dumtaxat Molinæ, & cum suis, qui tueri id veliēt, idem Illustrissimus Dominus respondit, negari non posse inter Patres eorūdem Religionum verè esse hanc controuersiam, quod ex litteris S. S. ad Tribunal Inquisitionis Hispanæ, & Nuntium Apostolicum datis satis constat, nec ipsi ignorant, Oratorem Catholici Regis, iussu suæ Maiestatis, egisse cum Sanctissimo, ut ad tollenda scandala, quæ in Hispania oriebantur, & maiora timeri poterant, S. S. remedium adhiberet.

287 Ad id, quod dicitur, P. Generalem Societatis dixisse, nec se, nec suos in omnibus Molinam tuendum suscipere, verissimum est; cum enim manifestissimè appareret, om-

nem conatum illorum Patrum eò tendere, ut de Molinæ tantū propositionibus ageretur, & vrgerent nos, an eam doctrinam tanquam Societatis recipere remus? Responsum est, aliam esse controuersiam, nec nos velle tanquam Religionis, aut præcipuorum Doctorum doctrinam defendere omnes modos loquendi, & illationes Molinæ; sed vbi inter nos constitisset de principali controuersia, fore, ut facile appareret, in quibus Molinæ à cæterorum doctrina discederet. Quod autem ad controuersiam inter Bañez, & Molinam spectat, diuersa est, & inter particulares Doctores, nec ea solum continet, quæ ad controuersiam generalem pertinent, de qua nunc agitur. Et ut nos parati sumus, quicquid iudicabitur, non bene dictum esse à Molina, corripere; ita speramus, nihil in illo reperiri, quod sanæ doctrinæ repugnet, & quod non facile possit ab ijs, quæ aduersus illum obijciuntur, vendicari.

288 Ad secundum, quod dicunt de illis propositionibus, quæ absoluebant, ut ipsi dicunt, omnino materiam de efficacia gratiæ, duo satis erit respondere: alterum, illas propositiones non modò non soluere totam materiam de efficacia gratiæ, sed ne attingere quidem difficultatem, quæ præcipuè est controuersia. Secundum, illas propositiones ferè excerptas esse ex censuris ipsorum Patrum contra Molinam, & eos id agere, ut tandem res tota deuolueretur ad quæstiones Molinæ. Quod alienum erat à mente Sanctissimi, & ab instituta Cōgregatione. Proinde non ut negotium produceretur, sed ut cōpendio quàm citissime absolueretur, quæstiones extraneas, & a suscepto negotio alienas deuitandas arbitramur. Quod autem optauerimus semper, ut ad rem propius accedentes, punctum difficultatis, & efficaciam gratiæ examinarem, non multis verbis opus est, cū omnia gesta sint coram Illustrissimo Madrucio; nec tantum verbis, sed scriptis, & rebus ipsis voluntatem nostram, & desiderium rem perficiendi ostenderit. Nouit Illustrissimus, quid voce dixerimus, optare nos, ut Patres Dominicani aperirent suam sententiam, sicut & nos fecimus, & faciemus; sed multis modis declinabant, nūc quidem asserentes,

non posse se explicare sententiam Religionis, quia essent consulendi Doctores variarum Prouinciarum: nunc se esse imparatos, nec posse de omnibus ex tempore respondere: nunc inter nos non esse controuersiam. Et tandem apertè dixere, se nolle suam sententiam aperire; non enim velle, ut ex actoribus rei fierent, nec permittere, ut examinarentur. Hæc autem coram omnibus gesta sunt, ipso Illustrissimo præside. Quæ cum ita sint, non est difficile iudicare, quis subteifugiat, suam sententiam aperire. Meminerit etiam Illustrissimus Madrucius, nec ipsi, ut opinamur, id negabunt, cum ageretur de methodo tractandi, P. Generalem Societatis id proposuisse, videri expeditisimam rationem fore, si vtraque pars breui scripto comprehenderet dilucidè, & sine citationibus, aut rationibus suam sententiam; deinde separatim contrariam sententiam; tertio rationes, quibus contrariam minimè probaret. Id cū Illustrissimo placuisset, sequenti Cōgregatione tria hæc scripta detulimus, & cum Patres Prædicatores idem facere, plurimis difficultatibus detrectarent, nos promptissimè illas Illustrissimo exhibuimus, addentes tamen, & orantes, ne illis darentur nostra, si sua exhibere recusarent.

289 Quod verò sæpius inculcant Patres, se esse vocatos ut Consultores. Vocentur quidem ita, si placet, modò tamen de sua, non de aliena sententia quæstio sit. Nam cum Illustrissimus velit, ut videamus, in quibus consentiamus, ut inter nos possit esse consensus, hoc fieri non potest, nisi propria opinio proferatur. Sed cauere videlicet diligenter, ne rei sint, vel examinentur. Nos autem facile nostram sententiam proferimus, ut illa examinetur, & rationibus, atque autoritatibus agatur, ut constet, quid verius sit, magisque consonum sacris Conciliis, & doctrinæ Sanctorum Patrum. Quod verò dicunt, quæstiones nonnullas propositas formatas à nobis, ac proinde se respondere noluisse, cum ea proponere, quæ definienda essent, nō ad Patres, sed ad Cardinales attineat, Respondemus, nos, ut qui rei exitum, & breuem, ac pacificam expeditionem intuebamur, proposuisse illas quæ-

siones, quibus si responderetur, facile de re tota iudicium fieri poruisset, paratos, ut semper diximus, idem præstare respondentes questionibus, quas ipsi proponere voluissent. Neque hoc mirum videri debet, nam cum agatur, ut id omnino cõstet, in quo sit difficultas, & controuersia inter nos, id non potest ab alijs, quam ab ipsis Patribus proponi: ab ipsis tamen Illustrissimis propositæ fuerunt, tanquam de quibus esset suscipienda disputatio; sed reiectæ fuerunt à Patribus Dominicanis hoc nomine, ut ipsi apertè dixerunt, quia nimis strictè rem attingebant: quod an sit hominum, qui rem propiùs attingere velint? Illustrissimi, ut prudentes, iudicabunt.

290. Est autem verum, quod dicunt, primùm nos propositionibus illis non respondiisse. Sed non respondendi ea tantùm, & quidem iusta, causa fuit, quod æquum non videbatur, cogi nos illorum propositionibus respondere, nisi ipsi etiam responderent nostris, quæ ad rem ipsã propiùs accedebant. Quare posteaquam polliciti sunt, se deinde ijs, quæ a nobis proponebantur, satisfacturos, omnibus eorum propositionibus cumulatè satisfecimus. Varijs autem sensibus, quos in nostris responsionibus distinxerunt, necessarium non duximus scripto respondere, tum quia satis per se ipsas clare erant responsiones nostræ, & satis apparebat, quem sensum facerent: tum quia deerat ratio suspicandi, tot vltro, citroq; missas interrogationes eò spectare, ut res longiùs differretur. Satiùs ergo duximus, ab Illustrissimo Madrucio petere, quod instanter fecimus, ut Congregatio quam primùm haberetur, in qua faciliùs, ac meliùs, quid vtrinque dubium esset, aperiretur, & præcisè plurimis, quæ nimis remota, & omnino superflua videbantur, statim ad rem ipsam veniretur. Ex quo apparet, vtrum esset nobis alia mens, quam ut quam primùm res tota perageretur. Illustrissimus Madrucius iussit, nos scribere rationes, quas ad hoc affererebamus; scripsimus, probauit, Congregationem indixit, tres ad nos propositiones misit, ut in ea Congregatione constare posset, in quibus conueniremus, & dissentiremus. Quid verò in

ea Congregatione adum sit, dicemus in puncto 6. Quod verò aiunt, minus rectè fuisse dictum, Illustrissimum Madrucium vtrinque parti præcepisse, ut ea proponeret, in quibus putaretur, esse discrepantiam, cum solùm manifestare demandauerit, quid vtraque pars sentiret. Respondetur, re vera Illustrissimum id dixisse, quanuis fortè id Religiosi Patres non intellexerint. Sed quanuis id non dixisset expressè, apparet tamen, ad finem consequendum, propter quem vtrinque partis sententiæ exigebantur, id necessarium fuisse. Certè enim non ob aliud id requirebatur, nisi ut examinaretur, in quo cõueniremus, aut dissentiremus, quo posset tandem & difficultas examinari, & optata concordia obtineri; nec id bonis Patribus graue esse debet, cum eodem scripto dixerimus, ut idem ipsi circa nostra præstarent, quod nos circa ipsorum: quo nihil æquius proponi potuit.

291. Sed tanquam incommodum, & alienum à subiecto negotio improbant, nos aliquot propositiones à thesibus, scriptisque Theologorum aliquot illius Religionis excerptas protulisse; ac si, inquiunt, professi essemus nos tueri, quæ Fratrum quisque Prædicatorum legat, scribat, dicat, & litterarijs congratsibus exponat; & quando id profiteremur, quæ faciunt hæc ad rem, de qua modo agitur? Respondemus, multum per eum modum, imò quicquid agitur extra hoc, nihil ad rem, de qua modo agitur. Quasi verò aliud agatur, quam ut inter Theologos Hispanos Ordinis Prædicatorum, & Societatis nostræ de proposita controuersia & appareat dissensio, & curetur consensus. Et certè qui hoc infirmant, totam Sanctissimi iussione, Illustrissimorum Cardinalium diligentiam, eorumque præscripta deludunt, & eneruant. Quorum enim isti conuentus? Quorum disputationes? si Patres isti, qui Romæ sunt, nolunt examinari doctrinam suorum Theologorum in Hispania, cum quibus tamen esse controuersiam, & supra probatum est apertissimè, & in Hispania plusquam notum. Quæ si est, ut manifestum est; quorum theses, vel quorum scripta adducenda erant, nisi eorum, cum quibus erat controuersia? Sed videli-

delicet id agunt, ut persistant in sua prima definitione, nullam scilicet esse controuersiam inter nos, se nescire quid sentiant Theologi suæ Religionis, & huiusmodi plura, quæ hominum sunt declinantium, & conatus Sanctissimi, ut diximus, quod in se est, irritos, & inanes reddentium. Quod si admittatur, quod dicunt, ut illi Theologi, & Prædicatores, qui ista dicunt, reddant pro se rationem, quid frustra conuenimus?

292. Ceterùm quod dicunt, se satis mirari non posse, dum offerimus, responsuros nos propositionibus ab ipsis Patribus proponendis tanquam nostris, cum ijs, quas propoluerunt in secunda Congregatione, respondere recusauerimus: iam supra responsum est, cum diximus, illas omnes propositiones excerptas esse ex censuris contra Molinam, neque de hoc vtilem esse questionem; quia verissimum erat, quod & ipsi referunt, pacem, quæ inter nos optabatur, hæc via minime adfuturam. Quibus tamen postea respondemus. Illud vero, quod humiliter, ac bona cum venia tantorum Patrum dictum volumus, non potest non grate videri, quod de intentione agatur, ubi dicunt grauisimis verbis, nostris conatus, inuidia, industriam totam eò tendere, ut Molinam defendamus; cuius defendendi si ea fuisset mens, expeditissima erat via, si propositionibus ipsis propositis responderemus, easque tueremur. Quare cum de ijs agere noluissemus, id potius agebamus, ut contra, omnis disceptationis de Molina, rem ipsam, de qua erat controuersia, attingeremus.

293. Postremò quod dicunt, se cumulatè satisfecisse & tribus propositionibus, circa quas cõgratium habendum Illustrissimus demandauit, & ijs etiam, de quibus tunc voce tempus actum fuit; hoc certe non apparet, quomodo fieri potuerit. Postquam enim coram Illustrissimis conuenimus, de prima propositione disputari ceptum est, & quoniam circa illam quædam scriberamus, in quibus parabamus, eos à nobis non dicenturos, legimus, & obrulimus describendas, verbi gratia dari auxilium efficax præueniens, supernaturale, intrinsecum, tenens se non solùm ex parte obiecti,

sed etiam ex parte potentie, distinctum à sufficienti. Quibus auditis, R. P. Generalis Sancti Dominici, si, inquit, Molina hæc omnia concessisset, nihil plane habuissent Patres nostri in Hispania, quod in eo reprehenderent. Quod vitro dabat, nos libenter accepimus; respondimùsque, gaudere nos, nihil contra Molinam illos habituros, si ostenderimus (quod suo loco facillimum erit) omnes illas propositiones disertis verbis concedi à Molina. Deinde vterius progressa est disputatio, quæ eò spectabat, ut eliceretur, quid tandem illud esset, quo auxilium efficax differret à sufficienti? Et quoniam Patres Dominicani nihil interrogabant, illud proposuimus, vtrum ratio auxilij efficacis consisteret in physica prædeterminatione voluntatis, ut hæcenus docuerunt? Dum huic propositioni respondent, tres ferè horæ elabuntur, nec tamen ex eorum dictis quidquam certi colligi potuit, in quo vel à nobis differrent, vel inter se conuenirent. Non enim omnes videbantur velle admittere physicam hanc prædeterminationem, & eorum, qui eam admittebant, vnus affirmabat, ea tolli aliquam indifferentiam, alius negabat. Nobis autem propositum non erat, illis interrogationibus aut eos examinari, sed solùm ex eorum verbis sensum aliquem colligere, ac certè aliquid statuerere, de quo deinde disputare possemus. Quare cum in ijs, quæ ad primam eorum propositionem pertinebant, quæ erat circa, an sit, & quid sit gratia efficax? ipsi inter se non conuenirent, progredi non potuimus ad reliquas propositiones discutiendas, in quibus agebatur de causa efficacie, an esset tota a Deo, necne? Quod si toto Congregationis tempore nihil de gratiæ efficacia, in quo sita sit? à nobis percõtari voluerunt, non est profectò, cur conquerantur, nos nihil illis respondiisse. Et cum ipsimet consenserint, ut disputaretur, an efficacia gratiæ posita sit in prædeterminatione, & ratione illius distinguatur ab auxiliorum sufficientis? cur dicunt, nos totis pedibus transiisse ad difficultatem de modo efficacie, & ab eo longiùs citissimè abeuntes, ad prædestinationem conuenisse? Cum tamen, ut dictum est,

communis consensu de ea agi coeptum sit, tanquam de difficultate à re ipsa nata, & aprissima ad distinguendum auxilium efficax à sufficienti. Quod autem adduit, eam nobis vnam mentem, id vnum consilium propositum fuisse, ut ab illis aliquid vel raptim extorqueri possemus; qua ratione dici possit, non videmus, siquidem non vna, aut altera propositio illis excidit, quæ merito notari potuisset, v. g. ad motionem gratiæ efficacis voluntatem se habere passivè, sed liberè; & aliæ nihil hac meliores: quas tamen omnes non animaduerti, ac liberè transire, passi sumus. Putamus autem, quod atinet ad efficaciam gratiæ, & respectum ad liberum arbitrium, nos satis dilucidè respondisse, cum scripto responderemus quartæ propositioni ex octo propositis, in quò diximus, auxilia gratiæ præueniētis esse efficacia, potissimum à Deo, & ex se; minus verò præcipuè ex respectu ad liberum arbitrium, quem gratia, ut voluntati congrua, comprehendit. Quòd si aliquid amplius declarari desiderant, petant, & libentissimè faciemus, quòd illis faciendum esset circa prædeterminationem physicam, an in ea posita sit efficacia gratiæ? in quo est tota controuersia. Nam plures aliæ quæstiones vel ad rem nõ pertinent, vel ab hac vnà pendent, ita, ut hac constituta, facilè cæteræ omnes iudicentur.

294 Hæc autem sunt nostra artificia, nostræque molitiones, quibus per circuitus, atq; anfractus cupimus subterfugere. Sed utinam Sathanæ astutiæ non essent hac in re magis omnibus pertimescendæ! Is enim, ut pacis inimicus, dissensionum, & scandalorum author, & seminator, id vnum molitur, ut cum Ecclesiæ detrimento, & Hæreticorum gaudio, inter has duas Religiones contentiones, & æmulationes perseuerent, & sub specie doctrinæ, & zeli scandala orientur. Cuius conatibus, absit, ut nos cooperemur, curat enim, ut quasi exasperatis animis vel ex desperatione consequendæ palmæ, vel ex amaritudine dictorum, & timore maioris dissensionis res tota dissoluatur, ut eò relabamur tandem, ut Bañez Molinam, Molina Bañez, & cæteri cæteros carpant, & aculent. Quòd an sit ex mente Sanctis-

simi, & pro Dei gloria? prudentia illustrius morum facilè viderit. Nos certe pro bono pacis, cum veritas indagatur, nec rei dici, nec examinari refugimus, scientes, Apostolum dixisse, paratos nos semper esse debere ad satisfactionem omni poscēti nos rationem de ea, quæ nobis est, fide. Et si quid minus clarè hætenus diximus (quod non putamus) iterum scriptis voce, & scripto explicare parati sumus, ut ad rem citius veniamus, modè simul curamus ad veritatem inuestigandam. Ad gloriam, & laudem Sancti Spiritus, qui est Spiritus veritatis, & pacis.] Sic Nostrum ad scriptum Dominicanorum. Qui cum adduci non potuerint, ut asserta tuorum ex Hispania agnoscerent tanquam propria, vel adoptarent, neque item ut clarè exprimerent suam sententiam, eaque capita, quæ in nostra displicerent, finita sunt villo absq; fructu Congregationes etiam coram Cardinalibus.

SELECTÆ ALIQVÆ ADNOTATIONE: de rebus ad causam discussam pertinentibus. Quo pacto Societas tota assumpserit patrocinium Molinæ.

295 SED antequam cum Quæstionario transeam ad celeberrimas illas, quæ coactæ sunt coram Summis Pontificibus, notari velim a Lectoribus nonnulla. Primum, quo senta verum sit, quod ex Quæstionario transferri supra, videlicet Societatem totam suscepisse Molinæ defensionem. Constat enim ex Nostrorum ad Dominicanos rescripto, qua ratione Societas egerit Molinæ partes. Quòd autem addit Quæstionarius ex autoritate Petri Matthæi Historici, domesticos, & extraneos, ut Cardinalem Baronium, suasse oppositum, deuiat à veritate, nam Petrus Matthæus minimè loquitur de domesticis in *Hist. Henrici 4. lib. 7. narratione 4. §. 2.* vbi citatur, & Baronius solimòdò ait in *quodam apud ipsi epistola*, [Monui RR. PP. meos Societatis IESV, ne estimationem eorum in defensione librorum Molinæ periclitari sinant, & in discrimen adduci. Colo ipsos omnes, Deus scit, ut Patres, ut ac ipsis il-

Iud vsurpem, opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.] Et id dixit Baronius, quo tempore comperit ipsi non erat quid ex Molinæ scriptis tueretur Societas totis viribus, & tanquam commune inter nostros Theologos. [Iustus fuit Baronij metus, nondum intellecta causa, nec purgatis, quæ passim spargebantur contra Molinæ doctrinam, calumnijs; securior futurus, si vitam produxisset.] Quæ sunt verba Annati in *solutione quæstionis Historice num. 19.* Vnde etsi verum esset, quòd scribit Petrus Matthæus, scilicet [Baronium videri, non multum fauere opinioni Patrum Societatis, cõquerique de iustitata à Molina quæstione, quæ nihil Ecclesiæ Catholice interesset,] neutrum incommodaret sententiæ Societatis.

QVÆDAM LITTERÆ CARDINALIS Bellarmini, & Ioannis Garcia Coronelij ad P. Antonium Padillam.

296 SECUNDO notatione dignæ sunt Cardinalis Bellarmini litteræ sub id tempus, nempe anno 1599. die 18. Augusti scriptæ ex Vrbe ad P. Antonium de Padilla, in quibus inquit, [Non satis stupere desino eorum temeritatem, qui tam spissa mendacia vulgant. Dicat V. Reuerentia fidenter quibuscumque, Sanctissimum Dominum nihil penitus decreuisse circa physicam prædeterminationem, vel alium articulum ex ijs, qui ad controuersiam de Auxilijs diuinæ gratiæ spectant; sitque certus, ut aliquid statuendum sit, oppositum futurum eorum, quæ per rumorem illum disseminata sunt; & ego optime conscius sum de ijs, quæ tam constanter assero.]

297 His litteris attexo alias Doctoris, Primarijque in Vallis Oletana Academia Professoris Theologiæ Ioannis Garcia Coronel ad eundem P. Antonium de Padilla: [Desidero valde (ait Doctor Coronel) ut V. Paternitas me admoneat de nuntijs, quæ habeat è Roma circa hanc de Auxilijs controuersiam materiam, & circa librum P. Molinæ. Ego quidem nõ possum non optima expectare, cum videam adèd generalè approbatio-

nem libri P. Molinæ, & doctrinæ de Auxilijs, quam defendit; nullum enim inuenio, qui magni non æstimet, nisi tantum Patres Dominicanos, & ab illis dependentes. Quare iterum dico, inesse mihi spem felicis euētus, considerata tam proba, sanæque doctrina, adèdque fundata in Ecclesiæ Patribus ac Concilijs. V. Paternitas multum mihi fauebit, si notum mihi fecerit quòd acciderit. Deus seruet incolumè V. Paternitatem in multos annos. Vallis-Oleti, die 25. Martij anno 1600.]

EPISTOLÆ ACADEMIARVM Herbipolensis, & Moguntinæ, Inquisitionisque Lusitanæ ad Papam.

298 Tertiò prætereundæ non sunt epistolæ duarum Vniuersitatum, alteraque Sanctæ Inquisitionis Lusitanæ ad Pontificem Maximum Clementem VIII. quæ Romam peruenerunt anno sequenti, nondum inchoatis disputationibus coram sua Sanctitate. Vniuersitas Herbipolensis sic scripsit, [Beatissime Pater Pontifex Maxime, inaudiuimus & in hac Academia nostra Herbipolensi, inter nonnullos Theologos Catholicos non ita pridem excitatam de diuinæ gratiæ vi, & efficacia controuersiam, modò in Vrbe tractari. Valde dolemus, è dono gratiæ, aliàs homini ad pacem dato, controuersiam moueri; veremur etiam, ex hac parua scintilla magnam in Ecclesia flammam, quam Deus clementer auertere dignetur, oriri posse. Vtinam & Sectarij in Germania, quando ad eos fama defertur, aliquot è Catholicis Theologis opinari per diuinam gratiam sic hominis prædeterminari voluntatem, ut nequeat cum eiusmodi motione adiungi dissensus, non magis confirmetur in sua semel erroris sententia concepta de libertate nobis per cœlestis gratiæ potentiã erepta! Non dubitamus, Beatissime Pater, Sanctitatem V. pro sua, qua in rebus difficillimis pollet prudentia, & autoritate, quam incontrouersijs religionis componendis à Deo concessam habet, citò huic gliscenti malo, ne cum quorundam offensione, & scandalo forsitan longius progrediatur, salubre, & opportunum adhibituram remedium, seduloque

lòque curaturum, vt Authores huius rumoris vbiq; quasi disseminati, tuã de gratia prædeterminante opinionem in Vrbe ex fide certam esse, & passim à Theologis vt certam doceri, à cæpto tuo proposito non satis laudato deinceps desistant. Istud modò humillimè rogamus, vt hanc nostram curam, & sollicitudinem, quam ad Sanctitatem V. referimus, & in qua præter pacem, animorumque concordiam in Ecclesia conseruandam aliud nihil spectamus, clementer, paternèque suscipere velit; sique aliquando in hac controuersia quid determinandũ sit, Academiarum etiam Catholicarum, in locis præsertim Septentrionalibus (vbi maiori studio, & diligentia ob vicinum, & imminens malum dilcuciantur hæreses, & examinantur) audire sententias, & iudicia dignetur. Nos, quicquid, Beatissime Pater, ad Sedis Apostolicæ maiestatem, religionisque Catholicæ veritatem promouendam, actuendam spectat, id ipsum opella nostra curare parati sumus; & Sanctitati V. (vt finem faciamus) pro vniuersa Republica Christiana à Deo Optimo, tanquam optimo Germaniæ parenti, & pastori vitam florentem, maximèque diuturnam optamus. Herbipoli 7. Iulij, anno 1601.]

299 Eodem anno, Idibus Augusti, Moguntina Academia has dedit litteras, [Quoniã iam dudum, Sanctissime Pater, in hac Vrbe Moguntina rumor sparsus est, quem & per Italiam spargi cognouimus, Doctorum quorundam sententiam de efficacia gratiæ (quam aiunt consistere in antecedente quadam Dei motione ita physicè hominis voluntatem prædeterminante ad actiones pias, vt nequaquam respuere eam possit) venditari tanquam fide Catholica certam; ac contrariam, quæ est P. Ludouici de Molina, atque aliorum, censei pro Pelagiana; idque breui Sedis Apostolicæ calculo definiendum: non potuimus non supplices ad Beatitudinem V.

confagere, eamque omni submissione obsecrare, vt huius rationis Authoribus, donec veritas clariùs in hac questione elucescat, obuiam ire dignetur. Constat enim, doctissimos quosdam Theologos, nominatim Illustrissimum Cardinalem Bellarminum, & Thomam Stapletonum sententia illa, quam Molina sequitur, non os, Caluinianorum dogmata hætenus euerisse, & Concilij Tridentini sanctiones defendisse: quo præsidio si desituti fuerint, tum ingens apud Catholicos oborietur scandalum, tum ansa præbebitur Caluinistis, quasi de parte contrà nos victoria triumphandi. Deinde etiam, atque etiam Beatitudinem V. rogamus, vt Catholicarum Academiarum in tam ardua questione iudicium ne sciscitari graueretur: nõ quòd arbitremur, Sedem Apostolicam informatione earum opus habere; sed vt accuratius Doctorum Septentrionalium disputationibus (quibus assiduam in hoc genere cum Hæreticis certamen est) discutatur, an illa opinio de efficacia gratiæ cum necessario voluntatis consensu coniuncta assinitatem aliquam habeat cum errore Caluiniano in Synodo Tridentina confesso, & damnato? Hac de re vt nos infimè filij Beatitudinis V. tanquam summum in terris omnium fidelium parètem commonefacere auderemus, non aliud impulit, quã charitas Christiana, zelusque veritatis, ac diuinæ gloriæ cõtrà frementes vndiq; in his locis hæreses, defendendæ. Deum Optimum Maximum ex animo rogamus, vt Beatitudinem V. suæ Ecclesiæ, ac nobis in hac etate affecta in multos adhuc annos incolumem, florentemque cõseruet.]

300 Succedat Epistola Supremi Senatus Inquisitionis Lusitanæ, [Beatissime Pater, post Sanctissimorum

pedum oscula. De licentia huius Senatus Generalis Inquisitionis Lusitanæ, non paucis ante annis, Inquisitore tunc Generali Cardinali Archiduce, impressi sunt Commentarij P. Ludouici de Molina Societatis Iesu, de Concordia liberi arbitrij cum gratiæ donis, &c. habita priùs honorifica approbatione P. Bartholomæi Ferreriè de Dominicana familia, publici tunc in hoc Senatu librorum Censoris, quæ approbatio in frõte libri præfertur. Nihilominus accepimus, eius libri doctrinam grauitè à nonnullis Theologis in Hispania fuisse oppugnatam, & notatam, tandemque ad iudicium Summi istius Apostolatus, vnde omnis certa doctrinæ censura petenda est, causam esse delatam, eiusque cognationem à V. Sanctitate certis deputatis commissam. Cum igitur in eo libro approbando huius Consilij authoritas, quæ ex delegatione Apostolica existit, interposita sit, ac proinde in libri periculo eadè authoritas modo aliquo periclitetur, oportere visum est, id exponi Sanctitati V. prout facimus, humiliter supplicantes, vt iubere dignetur communicare huic Consilio obiectiones, quæ eius libri doctrinam in discrimen adducere videantur, dato nobis spatio congruo ad transmittendam satisfactionem, quæ reddi posse videbitur; nihilque interim contrà ipsum librum statuendo. Quicquid tamen Sanctitati V. circa totum hoc negotium disponere placeat, submisso, & obsequèntissimo, vt par est, animo, conformique iudicio suscipiemus. Vlyssipone in menta Senatus Generalis Inquisitionis, vacante officio Inquisitoris Generalis.]

EPISTOLA EPISCOPI LEGIONENSIS ad Papam.

301 Q VARTO dignissima lectu est epistola Illustrissimi Ioannis Alfonsi de Moscoso Episcopi Legionensis missa è Legionè, die 18. Augusti, anno 1600. ad Clementem VIII. [Sanctissime Pater, locus, ad quem S. V. me euexit absque meis meritis, facultatem mihi præbet, imò & obligationem imponit scribendi has litteras, quibus manifestem desiderium, quod in me viget erga obsequium diuinum, & V. Sancti-

tatis. Quanquam verò omnes Religionès à V. S. approbare, valde conducant ad bonũ Ecclesiæ Catholicæ, videtur tamen in Religionibus S. Dominici, & Societatis IESV speciali cura in id intendi, prout vtriusque Ordinis viri ostendunt tum in libris, tum in cathedris, tum in suggestibus, tum demum in confessionarijs. Vt autem hi fructus gratiæ sunt diuinis oculis, ita è contra ingrati sunt, & insipidi vitio gustui Dæmonis; qui proinde sollicitudinem adhibuit disseminandæ zizaniæ inter vtramque Religionem, vt hac via impeditur Dei obsequium; & voluntate sua obinata sataget, vt istiusmodi dissensionès ab ipso latè crescant, ac multiplicentur, nisi V. Sanctitas principijs obitet, parato debito remedio. Ego quidem magna attentione vtrique partì aures accommodaui, intellexique, non esse discordatum in iudicio nisi in duobus, altero circa modum, quo humana libertas est defendenda ex suppositione præuenientis gratiæ, qua Deus mouet voluntatem ad bonum; altero, num Deus præmoueat voluntatem ad actum peccati? Assuecarim V. Sanctitati, me ingenti consolatione affici, dum video firmitatem, qua vnus, & alius Religionis homines, vt præstantes Christiani, atque litterati, tenent amplexam fidem Catholicam, carantque totis viribus tueri libertatem humanam, optimèque cum ea stare præuenientem gratiam ad operandum. Et ex iustimo, eos dissentiri tantum in qualitate, aut natura gratiæ præuenientis, & in huius conciliatione cum libertate humana; necnon in explicando, vtrum liberum arbitrium possit resistere motioni gratiæ diuinæ præuenientis, qua de facto conuertitur ad bonum? Sed cum aduertam, eos iam digredi ad quæstiones alias valde diuersas, indeque verear, ne subnascatur aliquid, quod retardet definitionem difficultatum tanto studio ab vtraque parte elaboratarum, sicque omnia maneant confusa, subit me ingens tristitia, aliosque multos cupidos diuinè obsequij, & salutis animarum. A V. igitur Sanctitate ob merita Christi peto humiliter nomine totius Hispaniæ, vt Regni huius miseretur, & tanquam vniuersalis parens protegat, ac faueat, abs dubio namque Hispaniam occupat mag.

magnus mœror, dùm conspiciat duas has Religiones, quæ alioqui tam sanctæ sunt, tamque sibi vtilis, adeo discordare, tantòque temporis spatio. Et siquidem Deus ornauit Sanctitatem V. sublimi prudentia, ardentique zelo honoris, ac gloriæ divinæ, bonique Catholicæ, & afflictæ Ecclesiæ, nec nõ pacis, ac quietis inter Christianos fideles; negotiumque hoc spectet ad quietem, & consolationem totius Hispaniæ, prouinciæ quidem adeo obediens, & submissæ Sanctitati V. accipiet illa insigne beneficium, si V. Sanctitas interponat suam authoritatem, iubeatque, vt in sui præsentia publicè tractentur, & examinentur præfata puncta, & difficultates, sicut fit in Sæctis Concilijs; sed eo pacto vt non se diuertant ab illis, ne fiat processus in infinitum, & aperiantur Dæmoni aditus, quo voti sui compos euadat, ne scilicet dissensiones istæ vnquam cessent. Quod si V. Sanctitas suos obediens filios Hispanos hoc beneficio prosequatur, habebit præfatarum difficultatum resolutio summam eam authoritatem, quam in terra obtinere possit; & Religiosis doctissimis familiæ vtriusque nihil magis gratum erit, quàm si V. Sanctitas eos audiat, suaque sancta præsentia honoret. Quo fiet, vt V. Sanctitas quàm facillè decernat, quid tenendum sit, indicetque silentium perpetuum istis dissensionibus, cæterisque iam iam prænalibus, componetque animos horum Religiosorum, qui cum profectò sint obediensissimi filij, ne transuersum quidem vnguem discedent ab eo, quod viua voce V. Sanctitas ipsis præceperit. Viuat V. Sanctitas felicissimos annos in terra ad bonum Ecclesiæ Catholicæ, & æternos in celo.] Hactenus de Episcopi Legionensis epistola; quam misit Romam simul cum alia ad Cardinalem Terrænouæ; cui refert dissensiones Dominicanorum, & Iesuitarum, oratque, vt suæ Sanctitati tradat Epistolam superiorè, simulque pro controuersia determinatione alloquatur Sanctissimum.



OBITVS MOLINÆ. ANTEACTA vita virtutibus conspicua. Eius liber de Concordia quantum fuerit examinatus, & quàm sine nauo repertus. Molina antagonista Magister Bañez superuixit quatuor annos. Delibantur ipsius elogia. Fatus est in extremis magnam nostræ opinionis probabilitatem.

302 **Q** VINTO sciendum est, Ludouicum Molinam commutasse vitam cum morte, Madriti, anno 1600. die 12. Octobris, annòque 69. ætatis suæ; cuius præclarissimi Doctoris, & quasi Inceptoris nostræ Scholæ tam diu vigeat memoria inter mortales, quam diu littere florebunt: quæ Ægidius Gonzalez Dauila in *Theatro magnitudinis Madritensis lib. 2. pag. 247.* vocat [ingenio Phœnicem, & qui acumine suorum librorum ditauit thesauros Theologiæ.]

303 Vitam Doctoris huius præstantissimi sic breuiter, & eleganter descripsit noster Alegambe in *Bibliotheca Scriptorum Societatis*, [Ludouicus Molina, natione Hispanus, patriâ Conchenis, vix adolescentiam ingressus, cum XVIII. esset annorum, nomen Christo in Societate dedit; in qua Philosophicas, ac Theologicas litteras feliciter didicit, & feliciter docuit in Eborensi Regni Lusitanæ Academia, vbi per multos annos primas inter Professores Theologos partes docendo tenuit, & Aquinatem Thomam est interpretatus; postea verò animam ad stylum cõuertit. Vir fuit satis & ob virtutem, & ob eximiam litterarum peritiam omnibus notus, & in pretio habitus. Dug in eo potissimum fulgere virtutes, paupertas cum summa humilitate coniuncta. Nam cum ad LXV. annos peruenisset ætatis, & assiduo studendi labore consumptus esset, nunquam est passus, aliquid ultra communem visum, vestitumque sibi dari. In cubiculo præter imaginem depictam, & libros nihil habuit præ quo libet fratrum. Breuiarium ita erat vultate detritum, vt horæ minores vix in eo legi possent. Obedientiâ, & obseruantia in Superiores, promptitudine ad communem cõuictum, ac consuetam munera nullus eum tyro præuisset. Nullo die prætermisit, interrup-

tantis per studijs, librum Thomæ de Kempis, de Imitatione Christi, delibare. Rogatus in extremo vitæ, num quos relinqueret libros absolutos, & de illis quid fieri vellet? quasi illi ad se nihil atrinerent, faciat, inquit, de ijs Societas profuo arbitratu. Obijt vir religiosissimus, & doctissimus P. Madriti, non multò postquam ex Lusitania redierat, die 12. Octobris, anno salutis 1600. ætatis LXV. Mors eius omnibus dolori fuit: nimirum lucubrationes eius omnes Regij Auditores Consilij, fidei Censores, cæterique Consulti Iuris plurimi faciebant, dolabantque eius tam doctæ venæ caput præcidi.] Sic Alegambe qui postea transcribit aliqua externorum elogia de Molina; & eius Opera recenset. Inter quæ Concordia multos, & magnos habuit impugnatores, sed non pauciores, neque minores defensores, nullumque hactenus Opus prodijt in lucem publicam, quod magis fuerit examinatum, & discussum; fuitque ab Authore tam affabrè perfectum, tamque sub ascia, & dolabra ad vnguem abratum, vt nihil in ipso inventum sit asperum, scabrumve, quod lævigaretur. Idque eò laudabilius videtur, quò scrupulosissima ipsius inspectio facta est, Authore suo absente, imò & è vivis sublato; quippe leoni mortuo soleant vel lepores insultare.

304 Porro vt Molina desijt viuere, antequàm eius doctrina vocata sit in lus ad Summum Tribunal Pontificium, sic etiam naturæ satisfecit præcipuus eius antagonista, sapientissimus Magister, primariusque Salamancaensis Fr. Dominicus Bañez, priusquam Summus Pontifex sententiam pronuntiaret, obiit namque Magister Bañez anno 1604. 12. Kal. Nouembris, apud Methymnam Campi: quem Alfonso Fernandez in *Scriptoribus Predicatorie Familie* iuste vocat [virum magni ingenij, tenacis memoriæ, iudicij peracris, & ex cultum eximia Theologiæ Scholasticæ eruditione,] cuius sapientiam, & pietatem S. Theresia omnibus venerationis, obseruantiaque officijs prosequuta est, vt in re alia constat ex Sanctæ Matris ad ipsum epistolis recentè prælo datis: quæ est maxima commendatio inclij huius Theologi. De quo testatur R. P. Al-

fonso Ferrerius Præpositus Prouinciæ Castellæ licetis ad R. admodum P. Claudium Aquaviuam Præpositum Generalem totius Societatis datis Vallis-Oleto 27. Octobris 1604. & quarum archetypum autographum habetur in archiuo Domus nostræ Romanæ, profectum fuisse, paulò antequàm expiraret, sibi tunc videri opinionem, Societ. in materia de Auxilijs valde probabilem. De testimonio præfato dubitari non potest, nam Romæ ad me scripsit veridicus & nostra Societate vir, qui eas litteras legit: Prouincialem narrasse non bene comperta, difficile creditum est.

EX INSINATIONE CLEMENTIS VIII. Pontificis Maximi Generales Dominicanus, & Iesuita scribunt ad suos litteras circulares, quibus exhortantur ad animorum concordiam.

305 **S** EXTOTO oportet nosse, vocatos fuisse à Clemente VIII. Papa Generales Ordinis Predicatorij, & Societatis, gratissimè quo verbis declarasse, quantum cuperet animorum concordiam inter vtramque Religionem, idèque inter se conferrent media, quæ eum in finem iuarent. Qua collatione facta anno 1601. mente Octobris, scripsit vnusquisq; epistolam encyclicam ad suum Ordinem commendans venerationem, & obsequia erga alterum, iubentque sub sanctæ obedientiæ præcepto, magnitque sub poenis, ne quis Religiosus murmuraret, detrahendoque loqueretur ita, vt dedecoraret, inuideretque maculam in doctrina, aut vitâ, & moribus Religiosorum alterius Ordinis. Epistola Generalis Societatis Claudij Aquaviuæ scripta est Romæ 9. Octobris 1601. Cuius initium sic se habet; [Quantis sepius commonuetim Nos, & in specialibus litteris scripserim anno 1587. & 90. quantum teneamur revereri, & obsequi tam verbo, quàm opere Religionij, & Religiosis Gloriosi P. S. Dominici, nunc denuò inculco, tum quia Sanctissimus Dominus noster imperauit id amobus Generalibus, verbalique productis è sincero, & paterno pectore,

re, quo cupit evitatum iri quemcumque obicem, qui possit tepescere charitatem, pacem, & unionem debitam fervari inter omnes Religiones: tum quia ego vehementer opto, ut nos omnes præstemus officia debita ex tor titulis Ordini tam benemerito de Ecclesia, tam illustri in sanctitate, tam celebri in litteris, & doctrina, tandemque tam præclaro in omni probitatis genere; et sine sapore plusquam impietatis nemo potest deficere ab eius æstimatione, observantia, atque obsequio: tum præcipuè quia non vellem, ut occasione controversiæ litterariæ recenter inite inter nonnullos huius Religionis, et alios nostræ, quispam extra modum prodiret in verba, quibus læderetur fraternitas, & urbanitas Christiana, adeò necessaria in disputationibus, cui qui desit, iure incurret notam non modò improbi Christiani, sed hominis etiam incivilis, & rustici. Desiderans itaque ego ob rationes præfatas, ne aliquis è Societate delinquat in re tam debita, iubeo per presentes, &.]

INSOLITO OESTRO PERCITVS
quidam in Germania spargit horrendas calumnias adversus doctrinas, & mores Societatis, Romam delatus punitur.

306 **S**EPTIMO observandum est, anno 1602. ex Italia in Germaniã accelsisse quendam hominem, qui miro conatu, atque ardore priuatim obmurmurabat, publicèque in plateis, in templis, & apud Ecclesiasticos Antistites, sæcularisque Magistratus vociferabatur adversus Societatis doctrinas. Cum autem Geniponti, & Augustæ absurdissima de Nostris dixisset, pervenit Dilingam, ubi eadem decantare continuavit. Historia est longissima, & cuius Illustrissimus, & Reverendissimus D. D. Henricus Episcopus Augustanus, litteris datis Delingæ 24. Aprilis, consilios fecit Eminentissimos Cardi-


nales S. Georgij, & Paravicinum, ut re communicata cum Sanctissimo rescriberent modum occurrendi tanto malo. Narrabat inter alia, præfatum hominem [cepisse de doctrina PP. Societatis extrahere indigna, & scandalosa, eorum articulos & Romæ à Summo Pontifice, & in Hispania ab omnibus Inquisitionis Tribunalibus damnatos, ipsorum scripta Louanij publicè, ut errorum plena, cremata esse: Hæc, & alia cum pargeret, factus est multorum Academiæ huius studiosorum ad eum concursus mirantium fanè, & indignantium talia de Patribus spargi, quos perierunt omnes Catholici in Germania præceptores in hæc habuerunt, & quos omnes tanquam terribios, & acres Catholicæ Religionis defensores nactus crediderunt, & credunt: Si fractum, & in patriam pergat, cum maior itineris huius pars per hæreticos sit, perisimè, & perititibus terris non nobis plurimum curas, & animos impedit. Deus enim bone, si sciant hæretici, qui tandem erant in Germania Canonici: Ego hæc audiens, & eorum sermones hominis valde scandalosos esse tam apud Catholicos, tum apud hæreticos (quibus septimas) Catholici enim in fide debilitarentur audientes suos in fide magistros haberi à Summo Pontifice, & ab Inquisitione falsæ doctrinæ auctores, ac damnatos: Hæretici vero (non cessantes contra Iesuitas scribere) triumpharent audientes, ne Catholicis quidem: Iesuitarum doctrinam probari. Hæc, inquam, perpendens, consilio quoque eorum, quos nominavi, iussi hominem arreitari, sperans ipsum errorem suum cogniturum, & famam Patrum Societatis ita laceratam, ut alij quoque suadebant, aliquo modo saltem restitutum. Sic Antistes Augustanus, à quo tandem Romam remissus homo ille, carcere, & alijs poenis expiavit calumnias in Germania divulgatas contra mores, & doctrinas Societatis.

EVENTILATIO XIII.

NARRATIONVM EIVSDEM
QVÆSTIONARIJ.

Liquidum sit, Societatis Theologos nunquam, quam semel tenuere erga S. Thomam observantiam, coram Summis Pontificibus deseruisse. Quantum illi doctrinam S. Thomæ excoluerint.

307



VÆSTIONARIJ *Thesi* 9. ait, [Anno 1602. Feb. 17. Pontifex monet Illustrissimos Aragonum, & Bur-

ghesium, Consultores præfatos, & Archiepiscopum Armachanum Petrum Lombardum, & Episcopum Aquileiensem, ut ad sint disputationibus, quibus ipse Pontifex interesse, & præsentia vult. Dicunt Molinistæ, se à D. Thomæ discedere, non obstantibus eorum statutis.] Ita Quæstionarius, cui condono erratum de Episcopo Aquileiensi, pro Aquilensi. Condono etiam omissionem in recedendis de alijs Conulatoribus, de quibus Ripalda, *sect. 9. num. 62.* Sed ignoscendum ipsi non est, quod scribat, Molinistas dixisse, se à S. Thomæ discedere.

308 Ut primò legi Quæstionarij verba, apprehendi, Molinistas illud dixisse coram Pontifice indicente primam Congregationem, vel paulò post, nam contextus thesis eam tantum ad apprehensionem manuducit. Recorro ad marginem, videoque allegari in testem libellum de Ratione studiorum Societatis *Cap. de delectu opinionum, reg. x1* At in nulla eius libelli editione siue ante, siue post ann. 1602. reperire est eiusmodi testimonium, nec caput de delectu opinionum: neque apud nos unquam extitit secretus aliquis libellus, quo Societas univèrsim, absoluteque profiteretur discessum a S. Thomæ; & quod attinet ad quæstiones de Auxilijs, & Scientia Media, persuasum semper fuit, & dictatum in Societate, opinionem

nostram esse medullam doctrinæ S. Thomæ.

309 Hinc in Congregatione coram Eminentiss. Cardinali Madruccio, anno 1599. die 22. Februarij, cū Reverendissimus Generalis Prædicatorum dixisset, Theologos tuæ Religionis teneri ad S. Thomæ sequendam doctrinam, impotibileque esse convenire cum Theologis nostræ familiæ in controversiâ excitata, quod usque virique conspirarent, iurarent in S. Thomæ verba; respondit R. admodum P. Claudius Aquaviva nostræ Ordinis Præpositus Generalis, Angelicum Præceptorem iam olim propositum esse Societati tanquam ducem, cuius vestigijs insisterent in Theologia Scholastica. [eamque potissimum ob causam omnes Societatis Theologos, nulla interesse communicatione facta, nulla unquam vi compulsatos, in abigenda physica præmotione, & Scientia Media amplexanda conspirasse, quod intelligerent, S. Augustini, & D. Thomæ fundamentis nihil esse magis consentaneum.] Sic refert Sherlogus *p. 1. f. 8. n. 35.* consonatque M. S. narratio, quæ sub manu habeo.

310 Hinc etiam idem Claudius Aquaviva anno 1613. die 14. Decembris in circularibus litteris à Roma missis ad omnes Socios statuiimus, & mandamus (inquit) ut in tradenda divina gratiæ efficacitate Nostræ opinionem sequantur, siue in libris, siue in lectionibus, ac publicis disputationibus, quæ à plerisque Societatis nostræ scriptoribus tradita, atque in controversiâ de Auxilijs divina gratiæ coram Summis Pontificibus piæ memoriæ Clemæte VIII. & S. D. N. Paulo V. tanquam



quam magis consentaneus S. Augustino, & Thomæ, grauiſſimorum Patrum iudicio explicata, & defenſa eſt.] Cætera harum litterarum reſervanda ſunt in alium locum. Neque quiſpiam dicat, Thomiſtas iudicare adverſam eſſe S. Thomæ noſtram ſententiã. Vt enim benè notavit P. Luſius Turrianus p. 1. *Selectarum Diſp. 39. dub. 2. pag. 225.* [Thomiſtæ non habent infallibilem authoritatem in explicanda mente S. Thomæ.] Dixeratque paulò antea, [contentaneum rationi eſſe, vt ſicut Thomiſtæ poſſunt variè explicare S. Thomam, poſſint etiam Doctores noſtræ Societatis illum explicare, præterim illuſtres illi Theologorum Magnates, Petrus Caniſius, Frãciſcus Turrianus, Bellarminus, Molina, Vazquez, Suarez, & alij.]

311 Hinc denique in diſputationibus coram Pontificibus Summis Clemente VIII. & Paulo V. maximè

ſe addiſtos S. Thomæ oſtenderunt Noſtri, ſolicitèque procurarunt tanti Doctoris patrociniò ſuam munire ſententiã, oppugnareque contrariã eius authoritate. Sed de hoc iam in *Euent. 1x.* dicemusque aſſatim in ſeqq. Nunc tamen non tacebimus, habitas fuiſſe eas diſputationes nomine totius Societatis, inſigniorumq; in Theologia Doctorum, & Scriptorum ipſius, quique tum viva voce in Scholis, tum ſcriptis, librisque ſuis methodum, & doctrinam S. Thomæ in Summa Theologica invexerant apud plures nationes, in quibus non multum antea erat recepta, & defenſata, vt monet prælaudatus Luſius Turrianus pag. 224. Ecquis autem credat, ſuſcepturos eſſe in diſputationibus conſilium

deſtruendi vna manu

quod alia conſtruxerant?

(9)


EVENTILATIO XIII.

NARRATIONVM EIVSDEM

QVÆSTIONARIÏ.

Vera, fidelisq; propositio eorum, quæ in publicis Congregationibus ſunt diſcuſſa coram Clemente VIII. & Paulo V.

312



QVÆSTIONARIÏUS à theſi 10. uſque ad 21. enarrat acta in Congregationibus publicis, præſente priùs Clemētē VIII.

& poſteriùs Paulo V. Poſſet ſingulis eſſe theſibus præfigi nomen *Palea* meliori iurè, quàm pluribus capitibus Decreti cõfecti à Gratiano, ob reſinanes, ac leues, quas continent. Non vacat euentilare tantam congeriem palearum, ſi euentilatio propriè dicenda ſit, vbi nullum veri granum, quod excernatur. Sed etſi vacaret, nauaremus fruſtrà operam in ea re, in qua

Annatus probauit ingenij ſui vrbaniſſimum acumen. Nobis ſatis erit, ſi probetur diligentia noſtra ex conquiſita legitima ſerle diſputationum, & quæſtionum diſcuſſarum coram Summis Pontificibus. In ſecundis autem curis iſtius Tractatus nihil primis adijciemus circa eas diſputationes, etſi multa denuò explorauerimus, quibus locupletari poſſet hic locus. Sed auararij vel leuiſſimi religionem nobis injiciant illa, quæ in *Præfatione ad Lectorem* notauimus.

PRIMVS ARTICVLVS CONTINENS ſeptem P. Molinæ propoſitiones.

313 Propoſuit igitur Clemens

mens VIII. articulos ſeptem examinandos. Quorum primus fuit, quis maiores vires ad bonum libero arbitrio tribuat, an S. Auguſtinus, an Molina? Complexus eſt hic articulus quæſtiones ſeptem circa eorundem Molinæ propoſitiones cum doctrina S. Auguſtini conferendas.

314 Prima propoſitio, cum ſolo concurſu generali Dei abſque alio dono, vel auxilio grãtiæ poteſt homo efficere bonum opus morale, quod fini naturali hominis accommodatum, ac comparatione illius ſit verè bonum, ac virtutis opus; non tamen quod fini ſupernaturali ſit accommodatũ, quodque comparatione illius ſit bonum ſimpliciter, ac virtutis opus dici queat. Ita habet q. 19. a. 13. d. 5. *Et in d. 19. memb. 2. §. vlt. ait* [Authores huius ſententiæ (videlicet quòd poſſit reſiſti cuiilibet particulari tẽtationi ſine gratia) conſequenter affirmant, nullum eſſe in ſingulari opus bonum morale merè naturale, quod homo in ſtatu naturæ lapſe cum ſolo concurſu Dei generali non poſſit efficere; id quod Sotus, & Ruardus expreſſe aſſerunt. Etenim ſi difficillimum, quale eſt mortẽ ſubire, ne mendacium proferat, Anſelmi ſententiã poteſt præſtare, maiorem ratione poterit cætera efficere, in quibus minor longè eſt difficultas.]

315 Secunda propoſitio, propoſitis, & explicatis hiſ, quæ credenda ſunt, adhibitis inſuper argumentis, quæ afferri ſolent, vt homines ſibi merito perſuadeant, ea eſſe reuelata à Deo, & iuſta credi, & denique accedente externa vocatione ad fidem per Concionatores, alioſque Eccleſiæ Miniſtros, in facultate liberi arbitrij eſt cum ſolo concurſu generali Dei rebus propoſitis aſſentiri tanquam à Deo reuelatis, actu tamen, qui ſit merè naturalis, quique ex parte intellectus non ſit ſatis ad iuſtificationem. *D. 7. §. 1. & ſeq. Rurſus d. 8. §. Ex dictis inquit,* [Neque enim ob eam cauſam neceſſariò ponendus eſt habitus ſupernaturalis, vt intellectus facilè aſſentiat contra intellectus duritiem, & diſcretè contra intellectus errores: neque item vt actus aſſentiendi ſit certus, & firmus certitudine, & firmitate ex parte credentis. Hæreticus namque poteſt firmiùs illo modo aſſentiri non ſolùm

articulis fidei, ſed etiã ſuis erroribus, quàm multi fidelium aſſentiantur per fidem inſuſam veritatibus Catholicis. Sed ideo neceſſariò conſtituendus eſt, quoniam ad illos actus eliciendos, vt fini ſupernaturali ſint accommodati, & quales ad ſalutem ſunt neceſſarij, requiruntur, &c.]

316 Tertia propoſitio, cum quis edoſus fuerit ſupernaturalem aſſentum eſſe ad ſalutem neceſſarium, virtus naturalibus poteſt optare, ita credere, atque etiam conari, ex dono, & auxilio ſupernaturali aſſentiri. Denique poteſt petere, vt auxilium illud ſibi donetur & ad recipiendum ſatagere ſe diſponere. Ita *d. 9.* hæc omnia ſupponit. Expendatur etiam quod docet *d. 12. §. Quod ad primum, & d. 13. §. Ex hiſ patet.*

317 Quarta propoſitio, licet initium fidei, quæ radix, & fundamentum eſt iuſtificationis, à Deo ſit, nullis præcedentibus noſtris meritis, ſed potiùs demeritis, reliqua, quæ initium fidei ſequuntur, ordinis ſunt ſupernaturalis, à Deo ſint, nihilque proinde habeat iuſtus, quòd à peccatore, imò ab infideli diſcernatur, de quo ita gloriari poſſit, quafi illud non acceperit, atque adeò Deus author ſit vt vitæ noſtræ ſpiritualis, ita etiam incrementi ipſius; eo tamen modo ſua ſapientia leges, quibus vitam ſpiritualem, atque eius incrementum confert, accommodauit, vt ſicut per gratiam hominis naturam ex ſe liberam perficiebat, ita etiam & ante receptionem gratiæ, & in ipſa gratiæ receptione, & poſtea in augmento illius ſuum locum libero reliquerit arbitrio, quatenus ita ipſe eſſet author omnium bonorũ, omniaq; ei accepta referrentur, vt nihilominus libero arbitrio propria induſtria, & laus ſeruaretur. *D. 9. §. Vt quæ.*

318 Quinta propoſitio, negari non poteſt, complurium eſſe Scholaſticorum ſententiã, liberum arbitrium noſtrum cum ſolo concurſu generali elicere poſſe actum non ſolũ attritionis naturalem, id eſt, dolorem de peccatis ex Dei timore cum propoſito ampliùs non peccandi lethaliter; ſed etiam actum contritionis naturalem, qui idem propoſitum non peccandi ampliùs lethaliter includat. *D. 14. memb. 1. in principio, & §. Ratio verò.*

K

319. Sexta

319 Sexta propositio, homo solis viribus naturalibus, & concursu generali Dei elicere potest actum absolutum merè naturalem dilectionis Dei super omnia, qui ad iustificationem nequaquam sufficiat; & propositum absolutum seruandi in genere præcepta omnia, præsertim quando occasiones, & difficultates omnes abiunt; quod ad attritionem, & contritionem quoad substantiam actus sit sufficiens. *D. 14. memb. 3. §. Duo quadam cum §. sequenti, & §. Nonum. D. 15.*

320 Propositio septima, an interim, dum iudicium rationis non absorberetur, manet in libero arbitrio cū solo concursu generali Dei libertas ad nõ consentiendum, in quocumque temporis momento, cuiuscumque graui tentationi, & ad superandam quamcumque grauem difficultatem, quam proseruanda in eo solum instanti lege naturali necesse sit vincere, etiam si ea de causa mors sit toleranda, ita videlicet ut si consentiat, peccet, eò quod secluso quocumque alio maiori auxilio in potestate ipsius, tamen si non sine ingenti difficultate, positum sit, non transgredi tunc legem? *D. 19 memb. 1. & 2. partem affirmantem nonnullis Authoribus adscribit, eamque amplectitur, ut apparet, memb. 6. §. Fortè mirabitur, quem addidit in editione Antuerpiensi.*

OCTO DISPUTATIONES, IN QUIBUS EXAMINATA SUNT SEPTEM PRÆFATA PROPOSITIONES.

321 ANNO 1602. die 20. Martij habita fuit prima disputatio de articulo primo, eamque auspiciatus est P. Gregorius de Valentia his verbis, [Non minores vires libero arbitrio tribuit Molina, quàm S. Augustinus, nullas enim Molina concessit, quas S. Augustinus negauerit; & quascumque negauit S. Augustinus, negauit etiam Molina. Hoc ut appareat, inspiciamus primò, quid S. Augustinus libero arbitrio neget, & quomodò id etiam neget illi Molina. Secundò quid Molina libero arbitrio concedat, & quomodò id illi non neget S. Augustinus. Sed prius tamen, quàm hæc ostendamus, iudicio Sanctissimi D. N. Clementis Papæ V III.

quicquid de hac, & sequentibus questionibus dicemus, humiliter submitimus. Deinde illud etiã apertè profiteremur, doctrinã Molinæ defendendam nos suscipere, & suscepisse hæcenus, tantummodo ut ab erroribus Pelagianorum, & Semipelagianorum immanem, atque adeò non abhorrentem à doctrina S. Augustini in his, quæ ex Ecclesiæ sententia ille docuit contra Pelagianos, & Semipelagianos; non autem ut per omnia veram, aut communiter in Societate nostra probatam. Multi enim Theologi nostri aliter, quàm Molina, de non paucis rebus sentiunt. Præterea illud etiam consideramus, quauis Molina fortè aliquid doceret, quod ex Augustino sufficienter probari non posset, tamen nõ propterea id esset contra Augustinum. Nam & S. Thomas, & Theologi Scholastici pleraq; ad ea, quæ dixit Augustinus, addiderunt, neque ideo tamen contra Augustinũ illa esse censentur. Quemadmodum etiam ipsa Ecclesia nõ pauca tanquam ex fide certa docet, quæ nõ inueniuntur in Sacra Scriptura, nec propterea sunt hæc contra doctrinam Sacrae Scripturae, ut malè colligunt huius temporis Hæretici, cum argumentantur contra traditiones non scriptas. Sed accedamus ad illa duo, quæ proposuimus defendenda, &c.]

322 Secunda disputatio de prima propositione fuit die 8. Iulij; dixitque tunc Gregor. de Valentia, [Propositio hæc, prout extat integrè in libro Molinæ loco citato, minime negatur à S. Augustino. Sed prius quàm id ostendamus, necessariò sunt aliqua obseruanda. Primum est, propositionem hanc non nisi altera sui parte truncatam hic recitari; & quidem ex ea, in qua Molina clarissimè indicauit, negare se quoque in hac re quicquid S. August. negat. Duæ namque sunt partes propositionis Molinæ ab ipso positæ in eadem orationis periodo, quarum posterior hic est prætermissa. Prior est illa affirmatiua, quæ hic refertur. Posterior est hæc negatiua, Non tamen potest homo cum solo concursu generali facere opus bonũ, quod fini supernaturali accommodatum sit, quodque comparatione illius bonum simpliciter, ac virtutis opus dici queat. Ex hac posteriori parte propositionis

Molinæ,

quæ omiſſa fuit, apparet, nihil illud docere hac in re contra S. Augustinũ. Nam ut patebit ex locis, quos adferemus, vtrumque etiam August. docet, scilicet posse fieri virtutis moralis opus absque fide, atque adeò absque auxilio gratiæ supernaturalis, quæ ex ipsius sententia primò ad fidem datur: non posse autem sine fide, actuali auxilio fieri opus veræ virtutis, quod ad finem supernaturalem, hoc est, ad vitam æternam, acceptum sit Deo, ut sæpe inculcat, maximè l. 4. contra Iulianum c. 3. Secundum est, non fuisse dissimulandum hoc loco, quod loquitur in illa D. 5. Molina de opere bono morali, quod non multum difficultatis habeat, ut ipse expressè declarat §. Ea verò. Achuiusmodi opus affirmat, posse hominẽ sine auxilio gratiæ non solum velle, sed etiam efficere, id est, executioni mandare, ut ait in illo loco, & §. Ea verò. Tertium quod inde sequitur, est, non esse ad propositum huius propositionis, quod tanquam eodem pertinens hic ei annectitur ex D. 19. nam ibi de alia diuersa questione Molina disputat, nempe an possit homo sine gratia in vno quolibet solo instanti temporis alicuius, quo tentatio aliqua, quãcumque grauis, duret, ei nõ succumbere, quia scilicet in voluntatis libertate situm sit, pro vno quolibet solo instanti colibere illicitum consensum, vel elicere contrarium actum bonum debitum, atque ita peccatum in tali casu vitare, quod alioqui committeretur? Hæc est quæstio, de qua in D. 19. Molina disserit, ut patet memb. 1. §. 1. & memb. 3. §. Tertia, & §. Postrema, vbi id ter repetit, & memb. 5. §. Ad primum, & §. Ad secundum, & memb. 6. §. 1. vbi notanter vtitur vocabulo eliciendi actum voluntatis, scilicet quod sit in instanti. Cum tamen supra D. 5. in qua est propositio hæc prima, notanter etiam dixerit, posse hominem sine gratia opus morale, non valde difficile, & velle, & facere. Quæ duo non multum inter se differre, & experientia constat, & ex disp. Agust. l. 4. contra Iulianum c. 3. non longè ab initio manifestum est. Et si autem partem affirmatiuam eius quæstionis, quam Molina tractat D. 19. autoritate confirmet aliquorum Doctorum, qui putant, simpliciter vnamquamque tenta-

tionem, licet grauem, posse absque gratia superari pro toto tempore, quo duret, nisi illud fortè valde longum sit, ac proinde posse etiam effici vnumquodque opus bonum morale, quantumuis difficile; tamen id, in quod Molina ipse propendet, & quod præcipuè suadere nititur, non est, nisi quod iam diximus, scilicet pro vno solo quolibet instanti temporis, in quo quis peccat, succumbendo tentationi, posse illum absque gratia non ei succumbere. Id quod à fortiori sentiunt quodque præiudici Authores, cum sentiant, simpliciter posse superari tentationem pro toto tempore, quo durat. Vnde quod Molina D. illa 9. memb. 5. §. Ad secundum indicat, posse sine gratia superari tentationem ad breue quidem tempus, non ideo significat, quia ipse propriè id contendat probare, sed ut explicet, posse id asseri, & assertum etiam esse ab aliquibus Authoribus, salua quidem doctrina fidei definita ab Ecclesia contra Pelagianos, ut ipse Molina eo loco satis declarat. Atque hinc est (& hoc est quartò obseruandum) quod in illa D. 19. memb. 2. §. vlt. non dicit Molina illud, quod in hac propositione prima ipsum dicere dicitur, nempe nullum esse opus morale, quod homo cum solo concursu generali nequeat efficere; sed ait, Authores dictæ sententiæ consequenter id affirmare, & nominatim ita sètere S. Anselmum, ut apparet præsertim ex eius libro de lib. arb. c. 6. & 9. Postremò neque prætereundum est, quod præterita hic etiam sunt interiecta quædam verba Molinæ, quibus ipse non tam ex sua, quàm ex Anselmi sententia se loqui declarauit. Hæc à nobis necessariò annotanda fuerunt, tum ut certò constet de sententia Molinæ, tum ut appareat, longè aliam rem esse eam, quam asserit Molina in propositione prima, quæ hic recitatur ex D. 5. ab ea, de qua postea in D. 19. disserit; quod vel ex ipsa propositione septima hic etiam proposita potuisset is deprehendere, qui propositiones has iussu Sanctissimi ex Molinæ libro collegit, & ad nos attulit. Sed omiſſis ijs, quæ postea circa septimam propositionem dicenda sunt, nunc ostendamus, primam illam propositionem Molinæ ex D. 5. nullo modo negari à S. August. scilicet posse

K2

abique

absque gratia fieri bonum opus morale, ac proinde opus moralis virtutis, id est, quod ad virtutem moralem pertineat, & posse ab illa proficisci, hoc ipso quod ex obiecto, & circumstantiis sit moraliter bonum. Sic enim Molina intelligit, ut patet *D. 3. §. Ea verò. Id autem nobis persuademus, &c.*]

323 Tertia disputatio de secunda propositione fuit die 9. Iulij, factusque est Greg. de Valentia [à Molina concedi, quod in ea dicitur; sed adhibita pleniori explicatione, quæ clarissimè ostendit, minimè ipsum à S. August. In hac re dissentire. Docet enim, posse hominem viribus liberi arbitrii cum solo concursu generali Dei elicere assensum circa ea, quæ ad fidem pertinent; qui sit tantum opinio, fidei vel humana ex proprio spiritu humano, ac proinde actus merè naturalis distinctus specie à Christiano assensu, qui circa eadem obiecta per appulsum Spiritus sancti, spiritumque fidei infusæ elicitur. Ita docet, & loquitur *a. 13. d. 7. præsertim §. Nosram sententiam. Neque usquam omnino hoc negatur à S. Augustino, &c.*]

324 Die 22. Iulij habita est disp. 4. de propositione 3. dixitque Gregor. de Valentia, [Non hæc, sed alia est forma propositionis Molinae, ut patet ex *d. 9. initio*, ex quo loco propositio hæc extracta est; sic enim Molina loquitur, *Ex dictis, &c.* Admittimus tamen colligi ex hoc loco, adiuncta *d. 43. alias 45. §. Ex his patet (d. autem 12. & 42. nihil de hoc dicit)* non negare Molinam, quin possit homo sine gratia supernaturali habere aliquos actus, quibus conetur, & optet credere, & gratiam ad id habere, eamque petat, &c. sed ita tamen, ut hi actus nullo modo transcendat ordinem, ac limites actuum merè naturalium, neque quicquam conducant, vel accepti Deo sint (ne ut remota quidem dispositio) ad finem supernaturalem, atque ideo ita ut respiciant obiecta supernaturalia non nisi sub morali aliqua ratione, qua possint etiam attingi ab actu merè naturali, & morali, & sub ratione v. g. veri, aut boni, aut utilis, aut alia simili, quæ sit etiam communis alijs rebus naturalibus. Hoc modo, & non aliter concessit Molina posse sine gratia exerceri huiusmodi actus

manifestum est ex eius doctrina *d. 6. §. liberum, & §. Conclusio. & §. Cum autem, & seq. & d. 7. §. Accedit, & §. Nosram, & d. 8. §. Ex dictis. Et d. 9. §. 1. Et d. 10. §. 1. Et d. 12. §. Illud peccatum. Et d. 15. §. Quartum, & §. Quintum, & §. Sextum. Et d. 22. Neque S. Augustinus unquam negavit, posse isto modo sine gratia exerceri tales actus, &c.*]

325 De propositione quarta fuit disputatio quinta die 23. Iulij, visumque est Gregorio de Valentia, [eam propositionem, ut extrat integrè in libro Molinae, non modo contentaneam esse doctrinæ S. Augustini, sed omnino certam ex fide. Sic autem Molina loquitur in illa *D. 9. loco citato: Ante receptionem gratiæ, & in ipsa gratiæ receptione, & postea in augmento illius locum Deus libero relinquit arbitrio, quatenus ita ipse auctor esset omnium bonorum, omniaque ei accepta referretur (hæc præteritio in propositione Molinae Conceptor harum propositionum) ut nihilominus libero arbitrio propria industria, & laus servaretur. Ex proximè etiam antecedentibus, & sequentibus constat, nihil prorsus Molinam hic docere, quod non sit omnino Catholicum. Itaque ijs, qui hanc doctrinam improbant, opponimus has definitiones Concilij Tridentini, quas non dubium est, esse ex sententia S. Augustini, &c.*]

326 De propositione quinta fuit disputatio sexta die 6. Augusti admittitque Gregor. de Valentia, propendere Molinam in sententiam ibi memoratam; sed absque discessu à S. August.

327 Disputatio 7. die 16. Augusti fuit de propositione sexta; in quam non temerè inclinatum Molinam; [sed planè persuasum, quod esset sententia, S. Thomæ; & Theologorum communis;] Inquit Gregor. de Valentia. Et addit, [Vnde non absolute Molina affirmat id, quod in hac propositione dicitur, sed ait, immerito, & contra S. Thomam, communemque sententiam aliquos inferre oppositum ex quodam S. Thomæ loco. Constat etiam manifestè ex toto illo *memb. 3. d. 14. Molina loqui de naturali dilectione, non nisi inefficaci, quæ scilicet non faciat observare omnia mandata etiam naturalia, & quæ*

pre;

proinde non sit dilectio Dei super omnia simpliciter, prout in executione ipsa occurrent, sed solum prout ante euentum ipsum animo, & cogitatione concipiuntur, facile postea euanescente huiusmodi affectu.] Delunt in M. SS. reliqua huius disputationis, & omnia, quæ pertinent ad octavam habitam die 2. Septembris circa propositionem septimam.

SECUNDVS ARTICVLVS CONTINENS duas propositiones Molinae, de quibus agitur una in disputatione.

328 SECUNDVS articulus fuit huiusmodi, an in libris S. August. legatur, constitutam esse à Deo legem infallibilem cum Christo filio suo, ut quoties homo solis naturæ viribus fecerit totum, quod in se est, Deus illi tribuat gratiæ, vel id sit de mente S. August. ? Circa hunc articulum examinatae sunt in disputatione nona, die 30. Septemb. propositiones sequentes.

329 Prima, Quotiescumque liberum arbitrium ex suis viribus naturalibus conatur, præstò ve est ad conandum totum id, quod ex se potest tam circa ea, quæ fides habet addiscenda, & amplectenda, quàm circa dolorem de peccatis, ac iustificationem, à Deo conferri gratiam præuenientem, auxiliæ, quibus id faciat, ut oportet ad salutem, non quidem quasi eo conatu dignus efficiatur talibus auxilijs, vllaque ratione ea promereatur; sed quoniam id obtinuit nobis Christus ob sua merita, atque inter leges, quas tam ipse, quàm Pater Æternus statuerunt de auxilijs, & donis, quæ Christus nobis promeruit, merè gratis conferendis, vna, eaque rationi maximè consentanea fuit, ut quoties ex nostris viribus naturalibus conaremur facere, quod in nobis est, præstò nobis essent auxiliæ gratiæ, quibus ea, ut oportet ad salutem, efficeremus, &c. *Disp. 10. in principio, adiunctis cæteris, quæ in eodem §. continentur, & Disp. 11. & §. Post hanc. Disp. 14. memb. 5.*

330 Propositio secunda, At verò quicumque sordibus lethali peccatorum infectus conatur ex

suis naturalibus mortem pro Deo subire, efficereque pro oblata occasione, quod in se est, ut formali, vel virtuali peccatorum suorum poenitentia veniam consequeretur; sanè cum Deus facienti, quod in se est, paratus de lege ordinaria sit subvenire supernaturali auxilio, reponeretur in gratia, essetque verè Martyr, non tamen solis suis viribus, sed supernaturali Dei auxilio præuentus, ac iussultus, &c. *Disp. 19. memb. 5. §. Ad quartum.*

331 In defensionem harum propositionum incepit sic loqui Gregor. de Valentia, [Non quidem legimus totidem verbis hanc sententiam in libris S. August. sed tamen neque legimus in illis locum, ubi eam neget; neque putamus, esse contra mentem illius, imò quædam legimus in S. Augustino, cum quibus ea sententia congruit. Id defendemus his fundamentis, &c.] Post disputationem nonam corripuit inopinatus morbus Valentiam, cuius locum occupavit P. Petrus de Arrabal.

TERTIVS ARTICVLVS CONTINENS quatuordecim conclusiones, in quibus an Molina conueniret cum Casiano? dubitabatur.

332 TERTIVS articulus fuit; an Molina cum Casiano conueniat in sequentibus conclusionibus? Prima, quod homo in natura lapsa habeat naturale iudicium ad cognoscendum bonum, & malum, habeatque naturalem facultatem ad utrumque amplectendum, absque eo quod aliquam ponat distinctionem. Secunda, quod gratia illuminans, vocans, & excitans sufficit ad salutem. Tertia, quod possit homo ex sola facultate naturæ diligere Deum super omnia. Quarta, quod Deus expectet nostros conatus, quodque aliquando Deus nos præueniat. Quinta, quod Deus quodammodo occasiones quærat, & expectet, ut datio, & largitio suæ gratiæ rationabilis videatur. Sexta, quod homo in natura lapsa sufficientes vires habeat ad resistendum grauius tentationibus, & ad superanda singula difficilia. Septima, quod eadem sit expositio 1. Corinthiorum

c. 10. Casiani, & Molinæ. Octava, quod ante receptionem gratiæ seruanda sit laus libero arbitrio. Nona, quod ad donum perseverantiæ nihil aliud requiratur, quam gratia habitualis, & primam auxilium sufficiens. Decima, quod omnia ab eo dicta de conatu liberi arbitrii reducantur ad actus necessarios ad iustificationem. Undecima, quod homini ex naturalibus conanti, &c. detur gratia, ita tamen, ut conatus illi non sint meritorij gratiæ, nec semper necessarii. Duodecima, quod propter bona opera naturalia detur gratia, & quod tamen utriq; nempe Molina, & Casianus, eodem modo temperent hanc propositionem. Decima tertia, quod possit homo meritum querere, & sanctitatem desiderare. Decima quarta, quod nemo illorum velit fateri prædestinationem merè gratuitam, aliquorum esse, non omnium.

CIRCA PRÆMISSAS CONCLUSIONES agit in octo disputationibus, ostenditurque discrimen Molinæ & Casiano.

333 **D**E his conclusionibus disputatum est à P. Petro de Arrubal: de prima, & secunda, anno 1602. die 18. Novembris; de tertia, & quarta, die 9. Decembris; de quinta, & sexta die 16. Decembris; de septima, & octava die 20. Ianuarij, anno 1603; de nona die 27. eiusdem mensis; de decima, & undecima die 17. Februarij; de duodecima, & decima tertia die 14. Aprilis; de decima quarta die 3. Maij. Contendit strenuè in octo disputationibus P. Arrubal, differre maximè operè Molinam, & Casianum in sentu earum conclusionum, & plerumque etiam in verbis.

QUARTVS ARTICVLVS DISSETus in quinque quæstiones.

334 Quartus articulus fuit de supernaturalitate, & conducentia bonorum operum in salutem, tributusque est in quinque quæstiones; quarum prima, an Concilium Tridentinum

sess. 14. c. 4. & can. 6. obstat ijs, quæ de

attritione, & cōtritione docet Molina? Secunda, an bona opera nostra moralia, nedum bona ex genere, & obiecto, atq; ex officio, & nedum remota omni mala circumstantia, sed è contrà vestita omnibus circumstantijs, non dicantur bona, nec secundum Deum authorem naturæ, & gratiæ, nec ad pietatem pertinere, nisi sint facta ex motu fidei, & pietatis supernaturalis, quanuis facta sint, supposita fide, & intuitu, & consideratione iustitiæ Dei sceleris punientis, & beneficij Dei miserentis, & tam copiosè præmiantis, & præsertim consideratione beneficij effusionis propriij sanguinis pro nobis in crucè? Tertia, an ea omnia, quæ Molina docet circa actus omnes, qui elici possunt à libero arbitrio, simul cum ijs, quæ de lege dicit, ea omnia dicat, & asserat in ordine, & ad effectum iustificationis? Et an ex ijs, quæ de libero arbitrio, & lege affirmat, resultet immediata, ac proxima, vel remota præparatio ad iustificationem, & gratiam? Quarta, an quod liberum arbitrium, & gratia sint duæ causæ partiales ad eundem actum perficiendum, & quod liberum arbitrium cōsideratum ex se, separatum à gratia, nihil habeat à Deo, nisi possibilitatem illam, quam Deus tribuit ab initio libero arbitrio, sit ex sententia expressa S. Augustini, aut ex illo colligi possit? An potius conueniat cum Pelagio, præsertim in loco relato ab Augustino l. de gratia Christi c. 3. & sequenti? Quæstio quinta, quid intelligat Molina, dum dicit, quod in actibus elicitis ex sola facultate naturali respicientibus fidem, spem & charitatem in Deum, Deus inserit se, & eleuat, & facit supernaturales? An scilicet intelligat, quod Deus eleuat illos merè actus ex sola naturali facultate factos, & faciat eos supernaturales? An verò quod post habitos illos actus ex facultate naturali factos, eleuet potentiam ipsam, ut alios actus faciat, nedum naturales, sed etiam supernaturales? Et an in hoc secundo sensu, stante doctrina Molinæ, hanc eleuationem Deus faciat intuitu, & contemplatione actuum ex sola facultate naturali elicitorum? Et an, & quid amplius tribuat Deus istis actibus, & elicitis ex sola facultate naturali, quando inserit se, quia iam facti sunt à credente

dente in Deum, ab sperante in Deum, ab amante Deum super omnia? Et si Deus eleuat potentiam, ut actus supernaturales novos faciat, cum iam potentia ex facultate naturali possit credere, sperare, amare, dolere de peccatis cum proposito, & deliberatione amplius non peccandi, & potius subire mortem, quam offendere Deum, & in summa conteri, & atteri propter Deum: an per istam intertionem aliquid amplius assequatur potentia, quæ ut facilius hæc omnia facere possit? Quid sit supernaturalitas, quam secundum Molinam assequitur vel potentia, vel assequuntur actus ex potentia naturali facti boni, tum ratione obiecti, tum officij, nulla mala circumstantia vestiti, sed omnibus bonis circumstantijs; & in summa facti à credente in Deum, & sperante in Deum, & ab amante Deum, à dolente illum offendisse cum deliberatione amplius cum non offendendi, quando Deus se in illis inserit, & eos eleuat?

SEXDISPUTATIONES CIRCA prædictas quinque quæstiones, quarum doctrina contenta in prima parte quarta confirmationis nobis ex quadam Synodo Coloniensi.

335 **D**E PRIMa harum quæstionum disputavit Arrubal die 9. Iunij anno 1603. conclusitque negatiuè. De Secunda disputavit die 23. eiusdem mensis, conatusque est probare [opera moralia bona, ex genere, & obiecto, & ex omnibus circumstantijs, rationi naturali congruentibus, non dici bona simpliciter secundum Deum authorem gratiæ, neque ad pietatem pertinere Christianam, nisi aliqua ratione fiant ex motu fidei, & pietatis supernaturalis, quanuis fiant, supposita fide, & intuitu, & consideratione eorum, quæ in quæstione proposita sunt; modo non fiant intuitu, & consideratione eorum sub ea ratione formali obiecti, sub qua conformia sunt regulæ fidei, & ad pietatem supernaturalè spectant.] Sic Arrubal: quo incidente in morbum susceptus est in eius provinciam P. Ferdinandus Bastida.

336 Qui disputavit de tertia quæstione die 10. Nouembris, & ad primam illius partem respondit, [ea, quæ Molina dicit circa actus omnes, qui elici possunt à libero arbitrio, simul cum his, quæ de lege dicit, ab eo non dici, nec asseri in ordine, neque ad effectum iustificationis.] Respondit verò ad secundam partem, [ex his, quæ Molina de libero arbitrio, & lege affirmat, non resultare proximam ullam, neq; remotam dispositionem, quæ per se conferat ad iustificationem, & gratiam, secus quæ conferat peccatens, tanquam evitatio impediendi, per quod homo efficeretur indignior gratia.]

337 De quæstionis quartæ parte prima differuit Bastida die 18. eiusdem mensis, probavitque [liberum arbitrium, & gratiam ita esse causas actus, ut liberum arbitrium in eius productione cooperetur cum gratia per virtutem quidem sibi innatam, distinctam ab illa agendi virtute, quam gratia ex se habet, & tribuit libero arbitrio, imperfectam tamen, & quæ sine adiutorio gratiæ ad actum piæ non possit concurrere, hancque esse expressam S. Augustini sententiam: appellareque gratiam, & liberum arbitrium causas partiales partialitate causæ, esse modum loquendi & aptiorem ad rem explicandam, & cautiorem ad euitanda inconuenientia, & conformiorem modo loquendi Scholasticorum Doctorum, præcipuè S. Thomæ, & Thomistarum.] Addo ego, esse modum loquendi usurpatum in Synodo Diocæsana Coloniensi celebrata anno 1549. sub D. D. Adolpho sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopo III. ibi enim in titulo de inquirendis ab hæreseos insimulatis dicitur [An credat, liberum arbitrii peccato primi hominis oppressum, per renouationem, quæ in Christo Iesu est in baptismo, verè liberari, ita ut sic præuentum à Deo per gratiam, quæ est in Christo Iesu, inde tam in ipsa iustificatione, quam in bonis operibus tanquam partiale agens concurrat, & cooperetur Deo; & ea ratione cum gratia Dei causa meritorum fiat.] Exerat hæc inquisitio p. 502. lib. inscripti Statuta, seu decreta Prouincialium, & Diocæsana Synodorum sanctæ Ecclesiæ Coloniensis, editusque est liber Coloniæ anno

1554. mense Martio, in officina hæredum Ioannis Quintel.

338 De secunda parte quaestionis quartæ die 25. eiusdem mensis disputatum est à Battida, & concessum [fore, ut in partem erroris Pelagij relata c. 3. de gratia Christi, & sequentibus incidere, qui affirmaret, liberum, arbitrium, & gratiam ita esse duas causas partiales, ut ille concursus arbitrij non aliter sit à Deo, nisi quia dedit illi ab initio naturalem possibilitatem.] Simul tamen defensum est à Battida, [non solum non esse errorem Pelagij, sed esse sententiam expressam S. Augustini, quod liberum arbitrium, & gratia ita sint causæ partiales, ut concursus liberi arbitrij, ut præcisè ab ipso, non solum sit à Deo tanquam à dante posse naturæ, sed tanquam à supernaturaliter præueniente, & per gratiam suam mouente, excitante, & adiuuante, & faciente, ut infallibiliter faciat, ut in Molinæ sententia constituitur.]

339 De quaestione quinta tractatum est die 8. Decembris; conclusitque Battida, [Molinam D. 9. non aliter affirmare, Deum se inserere nostris actibus naturalibus, quam eleuando potentiam ad alios similes supernaturales; nec ex eo sequi intuitu eorum, quanuis præcedant eleuationem, fieri, cum nullam bonitatem habeant liberam, qua possint mouere Deum ad se inserendum. Nec Deum, quando se per gratiam inserit, communicare solam facultatem, quanuis inserat se potentia, quæ similes actus naturales exercere poterat; sed posse supernaturale, eleuando illam ad actum, ad quem sola non poterat. Idque non solum præstando facultatem vestiendi illum omnibus circumstantijs bonis, quod non excedit naturæ virtutem, sed dando illi facultatem faciendi illum ex motu fidei excedente naturalem rationem, & conformi regulis diuinis; in quo eius supernaturalitas posita est.]

QVINTVS ARTICVLVS DISTRIBUTVS in nouem quaestiones.

340 QVINTVS articulus fuit de concursu, quem conferunt arbitrium in dispensationem gratiæ diuinæ, & consensum operum supernaturalium. Diuisus est

in nouem quaestiones. Prima sic se habet, an sit de expressa S. Augustini sententia, aut saltem de eius mente, vel potius contra ipsius doctrinam, quod interna Dei vocatio ad fidem; licet donum Dei sit, multum tamen pendeat à libero arbitrio eius, qui vocatur? Item quod interna excitatio fidelis ad poenitentiam, quam maxime pendeat à ministris Ecclesiæ, atque libero arbitrio? Secunda, item quod, dum sumus in via, semper in manu liberi arbitrij posita sit nostra salus, per nosque ipsos sit, quod ad Deum non conuertamur? Tertia, item quod Deus leges ordinarias donorum suorum adultis distribuendorum magna ex parte vsui liberi arbitrij accommodauit? Quarta, item an Deus effectualiter exigat ab homine, ut prius faciat quod in se est, antequam fidem donet? Quanuis enim Deus fidem non conferat propter ea, quæ antecedunt, nihilominus illam concedere non solet, nisi illa antecedant, ut dicit Molina. Quinta, præsupposito quod actus elicitus à libero arbitrio ex facultate naturali credendi in Deum, sperandi in Deum, diligendi Deum super omnia, poenitendi de peccatis cum proposito, & deliberatione amplius non peccandi, superandi nedum minores, sed graues tentationes, vel saltem cohibendi consensum, ne grauibus tentationibus succumbat; & quod omnes isti actus sint elicitus, nedum semota omni mala circumstantia, sed vestiti omni bona circumstantia, tam ratione obiecti, quam officij; & quod sint elicitus intuitu, & contemplatione Omnipotentia Dei punientis scelera, & præmiantis virtutes; & quod isti sunt actus nedum naturales, sed etiam quoad substantiam ipsorum actuum secundum Molinam sint supernaturales: an sint, prout ad salutem oportet, supposita lege, quod facienti quod in se est, Deus dat gratiam? Sexta, in quo differant motuum pietatis Christianæ, & motuum, quod actus fiant intuitu, & contemplatione bonitatis, & iustitiæ Dei, cum hi actus fiant ex timore, & amore Dei etiam super omnia? Septima, an quando intellectus proponit voluntati Deum amandum, & colendum ut summè bonum, & summè iustum, præmiantem virtutem præmio vitæ æternæ, & propter

reâ summè amandum, qui pro nobis vitam, & sanguinem profudit, & scelera punientem æterna damnatione, possit dici, quod proponat eum tanquam obiectum naturale tantum, an etiam supernaturale, aut tanquam indifferens ad actum naturalem, & supernaturalem? Octaua, et an hoc modo dicatur proponere tanquam rem ad fidem pertinentem, & sic tanquam obiectum fidei? Nona, præsupposito quod in via Molinæ liberum arbitrium, & gratia sint duæ causæ partiales, & quod liberum arbitrium separatim, consideratum, nihil à gratia aliud habeat, nisi possibilitatem naturalem, quam Deus in sua creatione ei dedit; à se autem habeat, ut possit assentiri omnibus mysterijs fidei reuelatis, tanquam à Deo reuelatis; & quia à Deo reuelata sunt, & sic quod possit credere, & sperare, Deum amare super omnia, ariteri, conteri de peccatis commissis cum proposito amplius non peccandi, possitque nedum minores, sed etiam graues tentationes superare, vel saltem cohibere consensum; ne grauibus tentationibus assentiat; Martyrium subire, & in summa omnia bona exercere; non solum bona ratione obiecti; & officij, sed quæ sint bona ex omnibus bonis circumstantijs; & hæc omnia facere intuitu, & consideratione bonitatis, & iustitiæ Dei præmiantis, & punientis, & sic ex amore, & timore Dei: gratia autem habeat motuum, scilicet quod hæc fiant ex motu pietatis Christianæ: quænam ex his duabus causis partialibus in iustificatione nostra præponderet; supposita præsertim lege, quod facienti quod in se est, Deus dat gratiam; ac supposita opinione Molinæ, quod liberum arbitrium determinat ipsam gratiam, eamque, cum vult, possit respicere, & vanam reddere?

NOVEM DISPUTATIONES, IN quibus discutuntur totidem quaestiones propositæ.

341 DE quaestione i. egit Battida anno 1604. die 20. Ianuarij, probauitque [non esse de mente S. Augustini, neque Molinæ, sed potius illorum doctrinæ re-

pugnare; quod vocatio ad fidem pendeat à libero arbitrio eius, qui vocatur, tanquam à causa meritoria; quod tamen eadem prima vocatio ad fidem in alio genere causæ, quam meritoria, pendeat à libero arbitrio tanquam à causâ, in cuius potestate sit comparare notitias rerum fidei, sententiam esse S. Augustini, & Molinæ; imò & Apostoli Pauli, &c.] Similiter probauit, esse S. Augustini, & Molinæ sententiam, [quod interna excitatio fidelis ad poenitentiam, quam maxime pendeat à ministris Ecclesiæ, & à libero etiam arbitrio eius, qui vocatur.] Ad secundam quaestionem agitatam die 16. Februarij responsum est omnino affirmatiue à Battida; item ad tertiam disputatam die 22. Martij.

342 Sed ad quartam discussam die 23. Aprilis dixit primò, [Deum, antequam fidem habitualement donet, effectualiter exigere ab homine; ut prius faciat, quod in se est, auxilio gratiæ. Secundo, repugnare doctrinæ non solum S. Augustini, sed ipsis etiam fidei principijs; quod Deus effectualiter exigat ab homine; antequam donet illi vocationem ad fidem, ut prius naturæ viribus faciat, quod in se est. Tertio, quanuis Molina cum S. Thoma, & communi Scholasticorum affirmet; Deum nunquam denegare gratiam facienti ex suis naturalibus quod in se est: quod verò ad dandam gratiam; effectualiter exigat, ut homo prius faciat quod in se est, damnare erroris, omniaque docere principia, quæ tali doctrinæ contraria sunt.]

343 Ad quintam examinatam die 30. Aprilis respondit, actus in ea recentos non esse, prout ad salutem oportet, quanuis præsupponantur omnia, quæ ibi recitantur, si vnum tantum excipiatur de supernaturalitate actuum quoad substantiam; nam actus, de quibus est ibi sermo, nusquam à Molinæ supernaturales quoad substantiam admittuntur.

344 Ad sextam die 7. Maij dixit primò, [et si possint esse variæ Scholasticorum opiniones circa motuum pietatis Christianæ, & motuum, quod actus fiant intuitu, & contemplatione bonitatis, & iustitiæ Dei; tamen quod ista duo motiua inter se differant,

rant, rem esse, de qua nulli licet Theologo dubitare.] Secundo, [ea duo motiua, quæ secundum principia fidei, & Scholasticæ Theologiæ diuersa sunt, in eo quidem differre, quod motiuum pietatis Christianæ ex intrinseca sua ratione habeat mouere voluntatem ad actum ex obiecto formali, & principio excedente naturæ vires: motiuum autem, quod actus fiant intuitu, & contemplatione bonitatis, & iustitiæ Dei, quauis possit aliquando mouere voluntatem ad actum ex obiecto formali, & principio excedente naturæ vires, non tamen id habeat ex intrinseca sua ratione, sed secundum se est in differens ad hoc, ut moueat voluntatem ad agendum ex formali obiecto, & principio excedente naturæ vires, aut illis proportionato. Quod est Scholasticis terminis dicere, hæc duo motiua differre tanquam obiectum materiale, & formale. Tertio, motiuum pietatis Christianæ, & motiuum, quod actus fiant intuitu, & contemplatione bonitatis, & iustitiæ Dei, naturaliter cognite, differre in essentiali differentia specifica motiui. Est dicere, quod sicut homo, & equus conueniunt in ratione superiori generica animalis, & differunt specificè sub illa per differentias, quibus uterque essentialiter constituitur: ita similiter motiuum pietatis Christianæ, & motiuum, quod actus fiant intuitu, & contemplatione bonitatis, & iustitiæ Dei, naturaliter cognite, conueniunt in generali ratione superioris motiui voluntatis, quæ consistit in hoc, quod moueat ex parte obiecti, & principij voluntatem ad agendum; differunt tamen in propria differentia essentiali constitutiva ipsorum in esse talis motiui.]

345 Ad septimam die 28. Maij satisfecit Bassida per tres conclusiones. Quarum prima fuit, [Quando intellectus proponit voluntati Deum amandum, & colendum, ut summè bonum, & summè iustum, præmiantem virtutem premio vitæ æternæ, & propterea summè amandum, qui pro nobis vitam, & sanguinem profudit, & scelera punientem æterna damnatione; si illum proponat per naturalem cognitionem humanæ fidei, vel aliam similem, & ut conforme obiectum regulis naturalis rationis, dici potest,

& debet, quod proponit illum ut obiectum naturale tantum. Secunda, si intellectus proponat Deum amandum, & colendum &c. per lumen fidei, & ut conforme obiectum regulis diuinis, verius dicitur, quod proponit illum ut obiectum supernaturale. Tertia, Deus ut summè bonus, & iustus, qui pro nobis sanguinem fudit, &c. est obiectum materiale indifferens, ut proponatur tanquam obiectum formale, naturale, vel supernaturale, hoc est, ut attingibile per actum naturalem, vel supernaturalem. Quando tamen proponitur, nunquam proponitur ut indifferens, sed semper proponitur ut determinatum ad esse obiecti naturalis, vel supernaturalis, atque adeo ut determinatum ad actum naturalem, vel supernaturalem pro qualitate cognitionis, per quam cognoscitur.]

346 Ad octauam die 20. Iunij occurrit Bassida conclusione hæc vnica, [Quando intellectus per naturalem cognitionem fidei humanæ, vel aliam similem proponit voluntati Deum amandum ut summè bonum, & iustum, qui pro nobis sanguinem fudit, &c. dicendum est, quod hoc modo proponit rem ad fidem pertinentem, sed non proponit illam tanquam ad fidem pertinentem, atque adeo proponit rem, quæ est materiale obiectum fidei; sed formaliter loquendo non proponit illam tanquam obiectum fidei.]

347 Ad nonam die 26. Iulij respondit Bassida, [quod etiam si quæstionis Antecedens, secundum omnes eius partes, eo modo, quo sensum probabilem habere declarauerat, admittatur, adhuc Consequentiam nullam esse; nec ex illo inferri posse, quod liberum arbitrium sit ea causa, quæ in nostra iustificatione præponderat.]

348 Quam responsionem cum extensè, & dilucidè probasset, alloquutus est sic Pontificem Maximum, [Hæc sunt, Pater Beatissime, quæ circa tot difficultates in hoc puncto contentas attingere magis, quam dicere præ angustia temporis licuit. Ex quibus facile apparet, propositæ argumentationis Antecedens in sensu Molinæ à me declarato continere do-

doctrinam omni ex parte Catholicâ, & ad expugnandas huius temporis hæreses maximè necessariam, nimirum liberum arbitrium non se habere merè passiuè, quandoquidem accepit in creatione potestatem naturalem remotam ad concurrendum, saltem ut causa partialis effectiua, ad actum. Nec fuisse liberum arbitrium per peccatum extinctum, nec omnia eius opera esse peccata; cum in illo remaneat naturalis possibilitas ad actus morales ex omni circumstantia bonos. Nec quod magis conatur se disponere ad gratiam, magis peccare; siquidem non solum potest per gratiæ auxilium se disponere ad gratiam, sed etiam potest, faciendo quod in se est naturæ viribus, non ponere obicem gratiæ. Nec tadem liberum arbitrium necessitari à gratia, ut Caluinus vult, quandoquidem potest respuere illam, & vanam reddere, & non cooperando impedire, ne sibi cooperetur. Constat etiam, qualis sit Consequentia, quæ ex his principijs inferitur, liberum arbitrium esse eam causam, quæ in iustificatione præponderat, ad conuincendum Doctorem Catholicum contra expressa eius verba de errore adeo crasso. Hoc vnum addo, & Sanctitatis Vestræ iudicio omni animi sinceritate propono, & quod magis, & maiori filiali affectu possum, per Christi viscera humillimè deprecor, ut dignetur expendere, quænam ex his argumentationibus maiorem vim habeat, vel hæc, de qua iam egimus, ad conuincendum, liberum arbitrium esse eam causam, quæ in iustificatione præponderat, vel ista, quæ ex contrario Antecedenti inferitur, liberum arbitrium nostra in iustificatione esse rem de solo titulo, aut titulum sine re. Quæ sic formari potest: liberum arbitrium sine gratia non habet ne potestatem quidem remoram ad concurrendum, saltem ut causa partialis, ad actus ad iustificationem pertinentes; nec habet potestatem à se ad actus inferioris ordinis bonos moraliter ex omni circumstantia; nec potest, saltem non ponendo obicem gratiæ, faciendo quod in se est naturæ viribus, ne remotè quidem, & per accidens se disponere ad illam; nec potest gratiam sibi datam respuere, aut vanam reddere. Ergo liberum arbitri-

um in nostra iustificatione est res de solo titulo, aut titulum sine re. Spero enim, quod ex harum Consequentiarum collatione facilè constabit Sanctitati vestræ, à qua ex his doctrinis maius possit imminere periculum Ecclesiæ hæc nostra tempestate: & quam verum sit Antecedens (supponimus quandoquidem, contrarium adeo esse falsum, ut ex illo manifesta hæresis inferatur) & quam perperam ab his Patribus confundantur hæc duo, habere liberum arbitrium propriam virtutem ad liberè concurrendum ad suam iustificationem, & esse eam, quæ in iustificatione præponderat. Et tandem eodem nomine Molinæ sententiam his Patribus displicere, quo iam olim totius nostræ Societatis doctrina Lutheranis displicuit; qui, ut Turriani verbis utar ideo nos omnes Pelagianos esse proclamant, quia non, sicut ipsi, liberum arbitrium in contumeliam sui auctoris spoliamus. Omnia autè, ut à principio dixi, Sanctitatis vestræ correctioni submitto humillimè.] Hactenus Bassida. Nos verò referimus tantum verba, non censuramus.

SEXTVS ARTICVLVS, ET
quinque disputationes circa
illum habitæ.

349 Sextus articulus fuit, an sit sententia S. Augustini, quod ante absolutum decretum voluntatis detur in Deo cognitio certa, & infallibilis contingibilium dependentium à causa libera, qualem Molina per Scientiam Mediam Deo tribuit? Circa quem articulum disputatæ fuerunt quinque sequentes quæstiones. Prima, die 28. Octobris, an in Deo sit horum conditionalium cognitio? Secunda, die 29. Nouëbris, an sit certa, & infallibilis? Tertia, die 7. Decembris, an sit ante absolutum decretum? Quarta, die 4. Ianuarij anno 1605. an in præsentis disputatione, in qua tractatur, an Deus ante decretum prædestinationis habeat cognitionem futurorum contingibilium dependentium à causa libera, statuendum sit, vnicum esse decretum Dei, in quo decernat velle saluare Petrum? an verò subijciendum sit aliud, in quo S. D. N. decernat conditionaliter velle saluare Petrum

Petrum, ponendo illum in tali, & tali ordine rerum, dandoque illi talia, & talia auxilia, quibus si Petrus ex innata sua libertate consentiat, & benè utatur prædictis auxilijs, saluabitur? Quinta, die 21. Ianuarij, & an prædictus bonus vsus dictorum auxiliõrũ proueniat à sola innata libertate, an verò à gratia Dei, quæ faciat, vt homo benè utatur dictis auxilijs; & quæ ex istis sit sentia S. Augustini, & Ludouici Molinæ? Quid ad has quaestiones responderit Bassida, satis, superque innotuit ex Euent. 2.

SEPTIMVS ARTICVLVS TRIBUTVS IN QUINDECIM PROPOSITIONES.

350 **S** EPTIMVS articulus designatus à Clemente VIII. Pontifice Max. erat de auxilio efficaci gratiæ iuxta S. Augustini doctrinam, continebatque quindecim propositiones. Prima, datur duplex adiutorium gratiæ diuinæ. Secunda, datur & duplex gratia, operans scilicet, & cooperans. Tertia, gratia Dei est, quod quis habeat suatores ad bonum. Quarta, datur gratia efficax secundum Augustini sententiam, imò efficacissima; nec tamen per eam læditur libertas humani arbitrij. Quinta, hæc gratia habet suam efficaciam ab Omnipotentia Dei, & à dominio, quod sua Maiestas habet in voluntates hominum; sicut & in cætera omnia, quæ sub cælo sunt. Sexta, per hanc gratiam secundum S. Augustinum agit Deus omnipotens in cordibus hominũ motum voluntatis eorum, faciendo ex nolentibus volentes, ex repugnantibus consentientes, ex oppugnantibus amantes. Septima, hanc gratiam efficacem secundum S. Augustinum infundit Deus in cordibus nostris per operationem Spiritus sancti innumerabilibus, & occultissimis modis. Octaua, hæc Dei gratia efficax secreta est secundum S. Augustinum. Nona, hæc Dei gratia efficax secundum S. Augustinum est præuia, non pedisequa; datur enim, non quia volumus, sed vt velimus, atque adeo per ipsam efficit Deus, nedum vt operemur, sed etiam vt velimus. Decima, effectus huius gratiæ efficacis secundum S. Augusti-

num est certus, & infallibilis. Unde decima, hæc gratia efficax secundum S. Augustinum non inducit fatum, nec efficit propterea Deum acceptatorem personarum, nec tollit prædicationem, & correptionem, sed cum libertate humanæ voluntatis optimè consistit. Duodecima, hæc gratia efficax, quod vni detur, & non alteri, occultioris iudicij Dei est. Decima tertia, hæc gratia est necessaria ad singulos actus. Decima quarta, hæc gratia nullis nostris meritis redditur, sed gratuita bonitate datur; nullum enim bonum nostrum meretur illam, nec illius initium antecedit. Decima quinta, donum perseverantiæ est singulare quoddam Dei donum, non omnibus commune; per quod fit, vt perseueret in bono quis vsque in finem.

VNICA DISPUTATIO DE SVBSCRIPTO ARTICULO.

351 **C** IRCA hunc articulum, & quindecim eius propositiones expectabatur disputatio, quæ controuersiæ de efficacia gratiæ fundamenta iaceret in præsentia Summi Pontificis Clem. VIII. ad mensem Februarij; sed habita non est nisi coram Paulo V. & ad mensem Septembris die 20. tuncque Bassida dixit primò, relatas [omnes propositiones (vna tantum excepta) esse doctrinam S. Augustini in materia gratiæ, hoc est, omnes illas ex eius esse sententiã. Nam aliæ formalibus verbis in illo habentur, aliquæ, licet formalibus verbis non habeantur, satis tamen clarè, & sufficienter ex S. Augustini testimonijs pro illis adductis comprobantur. Aliæ tandem licet nec quoad formalia verba, nec quoad æquivalentia in Augustino sint, sunt tamen in illo quoad sensum, quæ Catholicè intellectu faciunt.] Propositio, quæ excepit Bassida, quinta est ordine; excepit autè propter particulam *sicut*, quæ in ea legitur. Secundò dixit Bassida, [quæuis relatæ omnes propositiones (vna illa excepta) sint cõformes doctrinæ Augustini in materia gratiæ; illis tamen non comprehendit totam Augustini doctrinam in materia gratiæ: quin imò nec præcipuum punctum, de quo inter Catholicos, & Hæreticos, & inter Authores physicæ præ-

determinationis, & nos controuersia verlatur. Hæc assertio facilè ex factò hodiernæ Congregationis comprobatur, quandoquidem apparet; quanta facilitate à nobis fuerint admittitæ hæc propositiones, cum tamen ab admittenda sententia de physica prædeterminatione tam longè absumus, nec enim tam facilè deseremus integræ sapientissimorum Theologorum agmina omnium nationum, & professionum, quæ in hac opinione impugnanda nobiscum conspirarunt, partim rei nouitate, partim doctrinæ absurditate pronocari, partim de periculo, quod ex tali sententia Ecclesiæ imminere posset, his præsertim temporibus, solliciti. Sed libet rem hanc breuiter declarare sic: Controuersia inter Catholicos, & Hæreticos, & inter Patres Prædicatores, & nos, non est, an detur gratia efficax, necne, nec an habeat hos, vel illos effectus? omnes enim conuenimus, dari gratiam efficacem, & Deum per illam efficere ex nolentibus volentes; conuertere ad se nostras rebelles voluntates, facere, vt faciamus, trahere nos, operari in nobis velle, & perficere, & nostras præparare voluntates: item Deum esse omnipotentissimum ad mouendum per efficacem gratiam hominum voluntates, pro solo suo beneplacito Deum donare quibus vult, & cur his det, & non illis, ad inscrutabilia Dei iudicia pertinere. Differentia tamen tota est circa essentiam efficacis gratiæ; in quo nimirum posita sit hæc efficax gratia, per quam Deus hæc omnia præstat, & de modo, quo Deus per illam mouet? De qua tamen controuersia nihil in his propositionibus agitur, cum tamen multa in Augustino sint, in quibus S. Doctor declarat, in quo consistat efficax gratia, & modum, quo hæc omnia præstat; quæ ad paucas propositiones itidem ex Augustino sumptas reuocari facilè possent.]

OCTAVVS ARTICVLVS, ET VNA CIRCA ILLUM DISPUTATIO.

352 **O** CTAVVS articulus additus tempore Pauli V. fuit de gratia physicè prædeterminante; quaestio verò discutitæ

da proposita est sub his terminis, an Deus sua efficaci gratia moueat hominis voluntatem ad actus liberos bonos, non solum interiùs suadendo, inuitando, excitando, aut aliter moraliter attrahendo; sed etiam verè, & actiue propriè, salua tamen humana libertate? Et an talis efficax gratia conuenienter ab aliquibus Scholasticis physicè prædeterminare dicatur? Actum est de hac quæstione mense Octobris, declarauitque Bassida, gratiam, quæ est efficax in actu primo, non esse talem suapte natura, & entitate physica, vt eo ipso quod in voluntate humana ponatur, implicet contradictionem, voluntatis consensum non sequi, seu ipsam gratiam non esse efficacem in actu secundo. [Hæc est res (inquit circa disputationis finem Bassida) de qua à tot annis tam acriter inter nos certatur. Hæc est gratia illa, quam in sua natiuitate Dominicus Bañez, primus eius inter Catholicos author, & parens, physicè prædeterminantem appellauit; quo nomine vniuersæ litterariæ Scholæ nota est. Hæc est gratia, quam dum eius defensores viginti annos agerem (nec enim prouectior est) confirmare conantur, de nouo ei imponendo nomine cogitant; de quo parum cum eis controuersemus, si semel in re ipsa conueniamus. Hæc est gratia, quæ cum auxilio, quo Deus verè, & actiue propriè mouet, cum gratia physicè efficiente, cum diuina prædeterminatione, & prædefinitione perpetuam confunditur, cum ab his omnibus infinito interuallo distet. Hæc est illa gratia, quam cum proprijs humeris sui Authores ferre non possint, S. Thomæ nomini, & authoritati portandam imponunt, ipso tamen Angelico Doctore manibus, pedibusque renuente. Hæc est gratia, quam in toto suæ Concordiæ libro Molina in Dominico Bañez impugnat. Hæc est gratia, à qua nostri arbitrij libertatem destrui, auxilium sufficiens prorsus euertere, contendimus; & ob eam defendendam constitui Deum peccati authorem affirmamus. Hæc est illa gratia, in quam non solum Societatis nostræ Authores omnes, sed quotquot contra Caluianum scripserunt, tam acriter inuehuntur; quam & S. Augustino contrariam, & S. Thomæ ignotam, & erroris

Caluini affinem, & in Concilio Tridentino damnatam, & integri Religiosorum Ordines, & inclitæ Orbis Academię vna concordī voce proclamant. Hanc igitur gratiam, si Paternitates vestræ iam negant, permittant de communi consensu condemnari, & constet, nullam esse gratiam ex sola sua entitate adeo efficacem, vt ex illa tam necessariò sequatur consensus, vt simpliciter contradictionem, gratiam poni, & voluntatis consensum non sequi, vel simul cum dissensu voluntatis coniungi. Et hoc semel statuto, concedatur gratiæ quicquid efficacitatis, & actiuitatis omnes humani, & Angelici intellectus concipere valent, omne enim (hoc vno excepto) libenter admitteremus. Si verò hæc gratia Paternitatibus vestris re ipsa placet (vt placere credo) fateantur ingenuè, & reuelata facie ad infallibilem regulam veritatis conferri permittant. Nam si hæc doctrina conformis est Sacræ Scripturæ, Ecclesiasticis definitionibus, Sanctorum Patrum dictis, & fidei principijs, quò sincerius proposita fuerit, clarius id apparebit. Veritatem inquirimus, non contentionem; controuertimus; sed vt Religiosi disputamus, sed apud Apostolicam Sedem, à qua omnes edoceri cupimus. Dicat ergo vnusquisque Nostrum sincerè quod sentit, & eius, quæ in ipso est, fidei, rationem reddat, quandoquidem ad id paratos semper nos vult Apostolus Petrus. Ego quidem, Pater Beatissime, quod meum erat præstitisse credo. Nam satis clarè professus sum, quid hac de re tota sentiamus, quid in ea verum, quid falsum arbitremur. Sed si quid ampliùs in me desideratur, ecce adsum. Quòd si à RR. Patribus, vt id ipsum faciant, precibus obtinere non poterò, id me à Sanctitate Vestra obtenturum non dubito, ad cuius sanctissimos pedes prouolutus humillimè per Iesu Christi sanguinem deprecor, vt pro ea, quæ Sanctitati Vestræ incumbit Ecclesię cura, & per charitatis viscera, quibus Ecclesiam suam, his dissensionibus afflictam, amat, huic rei serio prouidere dignetur, & ita de tam graui fidei nostræ dogmate inter nos agi præcipiat, vt nulli licitum sit propriam diluolare sententiam, sed vel mutuis colloqui-

tionibus, vel alio medio rem hanc certò stabiliri faciat, vt controuersię puncto re ipsa statuto, & cognito, quæ vnique sententiæ faueant Sacræ Scripturæ loca, Conciliorum definitiones, Patrum testimonia, fidei principia, Scholasticorum sententiæ, facillè appareat, vt eo pacto res hæc, in quatuor terrarum Orbis huius Sanctæ Sedis definitionem expectat, qua par est, sinceritate, & dignitate tractetur.] Hactenus Bassida. Nos autem de illius censuris nihil affirmamus, solum quid ille dixerit, referimus.

353 Et obiter notamus, Dominicanos Patres, qui in Congregationibus coram Cardinalibus Madruccio, Bernerio, & Bellarmino suum de physica prædeterminatione sententiam omnino celarant, aut non omnino expresserant, permansisse in eadem industria, quo tempore Bassida superiorem sermonem habuit. Sed tandem, vt ait Ripalda *f. 12. num. 120.* [adducti sunt in hac coram Paulo V. disputatione Patres Prædicatores Romani ad palam consentiendum doctrinæ Banez, tuendumque gratiam physicè prædeterminantem, ab illustratione intellectus, & inspiratione voluntatis, moraliter mouentibus, distinctam: quòd tanquam assertum S. Thomæ, & totius familiæ Dominicanæ propugnarunt.]

354 Fuerat in votis Patrum Dominicanorum, ne de physica prædeterminatione nisi semel tractaretur, imò ne semel quidem; nõ dicam, quia diffident de eius bona apud auditores existimatione; sed quia vitare cupiebant, ne, si prædeterminatio physica ab ipsis asserta vocaretur ad prolixum examē, viderentur esse iam quasi rei, cum tamen ad tribunal Pontificiũ accessissent tanquam actores, vel potius sua opinione tanquam consultores. Quippe si aliò ex fine Dominici Patres restitissent, ne physica prædeterminatio prodiret in publicam examinanda, dicere non nemo ex Nostris possit, quòd Tertullianus alicubi: *Primam hanc victoriam auspicamur: quòd tanto impendio absconditur, etiam solummodo demonstrare, destruere est.* Nihilominus Bassidæ oratione motus Supremus Ecclesiæ Antistes decreuit disputari, non perfunctoriè, & leui manu, sed

ia-

intentè, diffusè, totoque conatu.

355 Mouit forsàn Pontificem Bassidæ oratio, [Ventum est, Pater Beatissime, post quadraginta coram hac Sancta Sede disputationes ad totius huius controuersię caput, ad illud caput, vnde orta est tanta controuersio, tot vigilæ, & labores, tot in populo Christiano sermones, tanta inter Catholicos, & Hæreticos toto orbe terrarum expectatio. Et verò quæstio eiusmodi est, in qua non de vulgari aliqua re, sed de grauissimo sanctę fidei dogmate certatur; in qua Religiosorum aliquot Ordinum, multarum Academicarum, quàm plurimorum Doctorum, & omnium propè Authorum, qui post sexaginta annos contra Hæreticos horum temporum scripserunt, atque adeo ipsius Sacrosancti Tridentini Concilij autoritas agitur. Hinc enim pender, num Canonicorum librorum sententias tenere ipsas oporteat, vt certè oportet; an verò potius, vt suas quisque opiniones tueatur, liceat veritatem prodere, & fidei interpretationibus vel ridendi, vel insultandi materiam Hæreticis, sanctę fidei inimicis, præbere, & aditum aperire ad fundamenta Religionis Catholicę, vt cuique libitum fuerit, sua interpretatione conuellenda. Quòd cũ ita sit, indignum est, Pater Beatissime, & Vestræ Sanctitatis prudentiæ, & benignitati iniuriosum, dicitari à quibusdam, hoc caput tractari solummodo velut additamētum quoddam, ideòque vnā illi attributam disputationem, vt leuiter, & ad quandam tantum speciem propè inanem, non autem serio, transigatur. Quid enim si multos huiusmodi conuentus res postulet? Num id volunt dicere, Sanctitatem vestram, & causę grauitati, & maiestati Concilij postulanti, & nobis humiliter supplicantibus id negaturam? Quæ me, Pater Beatissime, altiora spectantem nihil commouent, me enim hæc Sancta Sedes consolatur, quam scio, sellam, & tribunal, & arcem firmissimam veritatis esse. Ex qua cum certissima Sacrosancti Concilij Tridentini manarint dogmata, certò scio, contraria illis manare non posse, quòd vna semper est veritas, si-bique perpetuò conitans. Scio etiam, non mihi tantum, sed & Sanctitati Ve-

stræ videri indignum, ab aliquibus prædicari, ad hanc rem tandem quomodo decernendam vnā hanc, quasi appendiculam, adiectam esse disputationem. Quì enim conuenit, cum multis annis non nisi in quadam prolusione desudatum sit, cum demum ad rem ipsam, à qua erat exordium, ventum est, ad eamque rem, quæ tanti momenti, tantæ apud omnes expectationis sit, eius tractationem ad paucarum horarum compelli angustias? Quis de Sanctitatis Vestræ iustitia, prudentia, & benignitate benè sentiens timeat in tam graui fidei causa Sanctitatem Vestram Ordini Religiosorum de Sancta Ecclesia non malè meritò, nec ad eam inferendum proferus inutili, humiliter supplicanti, negaturam, quòd ne Hæretico quidem negaretur, si audiri, & cognosci causam suam vellet ab his, qui de illa non præiudicassent, nec sibi vllò alio nomine suspecti essent? Quòd iura omnia omni rerum generi concedant. Quare certus, Sanctitatem Vestram non hoc modo dico, sed quotquot rei grauitas exiget, solita sua benignitate audieturam, quæ pro mea tenuitate in re tanti ponderis excogitare potui, in medium afferam, & ea, vt spero, claritate, vt quodammodo cerni oculis, & quasi contrectari manibus possint, &c.] Sic Bassida, cuius nos orationem merè referimus.

356 Sed in ea illud sine vllius offensione probamus, quòd scilicet omnia ferè quæ disputatoribus coram Clemente VIII. negotium faccesserant, fuerint tantum præludia quædam ad præcipuam controuersiam inter S. Dominici, & Societatis Patres, nam si excipias articulum sextum, qui fuit de Scientia Media, omnes alij non tam pertinebant ad communem Societatis causam, quàm ad priuatam Molinæ; & in propositionibus, conclusionibusque, ac quæstionibus discussis, etsi cunctæ vt probabiles fuerint defensatæ ab Valentia, Arrubale, & Bassida, tamen Theologi nostri communiter non concordabant, vt neque discordabant Dominicani. Quare Nostris, qui Romæ aderant, optarunt semper, & procurarunt, vt missis, aut remissis alijs in postremum locū, ageretur ante omnia de efficaciã gratiæ. Sed contradicentibus Patribus

L2

De.

Dominicanis, obtinere non potuerunt vsque ad Congregationem trigessimam nonam.

OCTO DISPUTATIONES PERTINENTES ad eundem articulum. Remouetur quinta invidia, quæ posset oriri ex facta à disputatore per argumentum ab absy r- do collatione prædeterminationis physice cum Caluini damnatis erroribus.

357 **A**NNVENTE itaque Paulo V. gratiæ efficacis, quæ esset physica prædeterminationis, periclitandæ venerunt vires authoritatis, & rationis in octo disputationibus, quæ durarunt vsque ad diem 22. Februarij, anni 1606. Sed mihi sunt ignoti dies disputationum septem. Impugnauit Bastida in quadragesima Congregatione physicam prædeterminationem ex quatuor præsertim testimonijs Scripturæ sacræ. In quadragesima prima ex definitionibus Conciliorum Tridentini, Arausiaci, & Senonensis. In quadragesima secunda ex doctrina S. Augustini multis in locis. In quadragesima tertia ex compluribus alijs Patribus Ecclesiæ. In quadragesima quarta ex consensione (sic tunc loqui licebat) cum doctrina Ioannis Caluini, & discipulorum ipsius.

358 Sed dignum est, quod obseruetur, exordium Bastidæ, [Pollicitus sum, Pater Beatissime, ex his tantum rationibus physicam prædeterminationem impugnare, quæ ex fidei principijs deducuntur, ceteris prætermisissis, quæ magis ad Scholasticam disputationem, quam ad fidei dogmata spectant. Promisi etiam omnes eiusmodi rationes his quatuor capitibus comprehendere, hanc sententiam arbitrij libertatem euertere, sufficientiam gratiæ destruere; Deum æquè malorum, ac bonorum operum; imò & ipsius peccati autiorē facere; & cum errore Caluini in Concilio Tridentino nuper damnato coincidere: De illis tribus prioribus fundamentis multa à nostris Authoribus dicta; & disputata sunt; hoc vitium licet non omiserint, paucis tamen attingere. Ego verò exordium ab illo statui, tum quia caput, &

summa omnium est, tum quia hoc rationis genus semper in fidei cōtrouersijs maximè est habitus. Et quanuis in hac ipsa causa nostra, in alio simili argumento, collationis nimirum doctrinæ nostræ cum Pelagio, per plures potuerint Congregationes RR. Censores, longissimis parallelis Molinæ, & Pelagij institutis, & corā foelicis recordationis Clemente VIII. habitæ fuerint octo disputationes, quarum vnicum argumentum fuit Casiani, & Molinæ exactissima collatio. Ego tamè longè breuius ab hoc argumento me expediam, quanuis illud longè grauius, & copiosius sit. At antequam illud aggrediar, Deum omnipotentem coram Sanctitate Vestra testem inuoco, me in hac, quam institui, collatione, nullius prius contentione sine duci, vel quod exoptem vili ex Dominicana familia Authori, de Ecclesia Dei tam benè merita, vel minimum infamiæ interrogari; sed tantum vt meo muneri, propriæ causæ defensionis, & conscientiæ dictamini non desim. His enim omnibus teneri credo, rem hanc non omittere, vel celare, eo præsertim tempore, quo de hac sententia examinanda tam seriò tractatur. Affirmo etiam, æquè certum esse, me hos omnes Authores, quorum doctrinam cum Caluino conferam, non solum Catholicos, sed etiam Catholicissimos habere, & de illis indubitater credere, quòd longissimè ab hac sententia asserenda fuissent, si eis Hæreticorum libros aliqua occasione legere contigisset. Tanta est apud me & fidei, & doctrinæ horum Doctorum, quos omnes noui, & sapè disputantes audiui, existimatio.] Ita Bastida, cuius disputatio longissima est. Authores verò Dominicani, quorum verba confert cum verbis Caluini, sunt Dominicus Bañez, Franciscus Douila, Didacus Nuñus Cabezodus, & innominati quidam in M. SS. traditis in Vrbe contra Molinam. Instituit latissimè eandem collationem liber, cui titulus, *Caluinismus bestiarum religio, & appellatio pro Dominico Bañez & Caluinismi damnato à Petro Paulo de Bellis Italo Ordinis Prædicatorum Aposata*, per R. P. A. Rieuere Doctorem Parisensem. Ordinis S. Augustini. Legantur Sherlogus part. 2. sect. 18. n. 95. & tribus seqq. part. 3. sect. 2. n. 8. & Raynaudus in *Disciplina Moral*

rali Dist. 2. quæst. 3. art. 2. num. 260.

359 Ego verò ultra ea, quæ dixit Bastida, ne illa collatio à se facta offenderet animos, & aures PP. Dominicanorum, vsurpo in hoc loco verba P. Leonardi Lessij in præfatione ad *Tractatum de gratiâ*, [Testor, me nihil vel le damnare, aut censura grauiore perstringere, nisi quod Sancta Sedes Apostolica damnat, & perstringit. Si tamen ratiocinando ostendam, quid ex huiusmodi sententijs sequi videatur, nemò id damnationem, vel censuram interpretari potest; multa enim dogmata non aliâ ratione discuti, aut examinari possunt. Vbi enim apodictica, seu ostensiuua ratio probandi deficit, necesse est vti ea, quæ ducit ad absurdum, seu impossibile, vt Aristoteles docet: quale censetur in Theologia, quod fidei dogmatibus repugnat. Itaque hoc ratiocinationis genus vellè impedire in hac causa, est tollere omnem disputationem, omne examen, omnè sententiarum discussionem.] Sic ego ex Lessio. Et cum Didacus Alvarez, Ioannes que Thomasius apud Sherlogum *supra in priori loco*, & Antonius de Matre Dei *Tract. 3. Disp. 9. dub. 5. §. 4. num. 81. aperte fateantur, sententiam suam in nonnullis Antecedentibus cōuenire cum alijs Caluini, indignari nemo prudenter, iuste que potest, si ex sincero animo inuestigandi veritatem eò procedatur, vt de Consequentijs, quas Caluinus hæreticè cœcelsit, & PP. Dominicani Catholicè negant, disputetur, an ineuitabiliter sequantur, neque? Est que nobis clarius meridiana luce, Dominicanos PP. intercaturos capitali odio Antecedentia illa, si suo iudicio ille Consequentia ineluctabiles forent. Quod etsi, nobis tacentibus, erat perse satis notum, tamen exprimere, & inculcare voluimus, ne quispiam ex ijs, qui etiam dum forex obarepuit, exhorrescunt, commoueat, cum videat fuisse à nobis transcriptum exordium illud orationis Bastidæ.*

360 Cui non ab similitè Magister Nauarretus, tom. 2. *controu. 21. §. 13. ex pag. 394. vsque ad 399.* instituit (vt & ferè omnes alij Doctores Dominicani ad hunc vsque diem) comparationem nostræ doctrinæ cum erroribus Pelagianorum, ac Semipelagianorum, dixit que inter alia in §. *Contra hos*

pag. 396. [Si igitur SS. illi (Augustinus, Prosper, & Hilarius) hoc, quod Schola D. Thomæ modo docet, clamant, quis est, qui obrutat aures, ne audiat? Vel quis audiendo nō intelligit? Vel quis intelligendo non obstupescit, videns, quòd incipiat in Ecclesia prævalere doctrina, de qua, teclusa omni censura, illud liberrimè dicere possumus, quòd saltem in modo loquendi conferatur cum illa, quam Sancti dicti impugnant, & iudicet eadem Ecclesia, an in vno tota differant? ::: Conferat inter se has duas sententias, non dico pius Lector, sed impius qui libet calumniator, & dicat, in quo distinguuntur. Quòd si Sanctissimus Dominus clare comprehenderit, in nullo differre illas duas propositiones, dignetur sua Sanctitas tempestatem exortam sedare, & quieti gregis sibi commissi providere. Nos enim officio proprio satisfacimus, hæc, quæ dicta sunt, ostendendo.] Sic Nauarretus anno 1609. & vt existimo, scripsit hæc simili animo, ac protulit suæ illud orationis exordium Bastida, in eaque tota prosequutus fuit præfatam collationem. Suaserim, vt qui vnam, vel alteram instituant, loquantur valde intentè, & circumspicte, ita vt non dicant absolute, Dominicanos conuenire cum Caluino, aut Nostros cum Pelagianis, vel Semipelagianis, id enim sonare videtur conuenientiam in punctis damnatis, atque hæreticis, quam neuiquam habent siuè Dominicani, siuè Nostri: tamen si forsan concordent in aliquibus punctis non proscriptis hætenus ab Ecclesia, neque improbabilibus; ex quibus num fieri videatur illatio ad ex alia? disputari inter Theologos potest sine offensione.

361 Sed (vt redeam ad institutum) refutauit Bastida in quadragesima quinta Congregatione physicam prædeterminationem ex euerfa libertate arbitrij, ex sublata in peccantibus sufficientia auxiliorum gratiæ, ex casualitate Dei in peccatum; quæ tria absurdæ coniectaria esse ad physicam prædeterminationem contendit ille. Et in Congregatione quadragesima sexta repudiavit eandem prædeterminationem, vt quæ esset maximè aduersa doctrinæ S. Thomæ. Tandem in Congregatione quadragesima septima re-

fecit eandem prædeterminationē ob authoritatem Scholasticorū Theologorum, cœpitque sic fari. [Ex superiori Congregatione, Pater Beatissime, effectum, & conclusum arbitror, talem esse physicæ prædeterminationis sententiam, cui absque villo errandi periculo nostri poruerint Authores aperto Marte resistere. Nulli etenim ex his, qui Catholicorum dogmatum vim, naturamque norint, venire in mentem poterit, eam sententiam, quam tot incommodis redundare demonstratum est, ad Orthodoxæ fidei clarissima dogmata pertinere. Nullus erit, qui vel tenuissimè suspicetur, doctrinam Calvinianis erroribus tam affinem, ut illam secernere doctissimus quisque non valeat, in concussæ fidei veritati tam esse coniunctam, ut quicumque eam neget, temeritatis, & erroris reus apud Summum Christi Vicarium vel agi ferit, vel condemnari merito possit. Ex hodierna verò disputatione, quæ sicut est postrema, ira & cæterarum quasi cœpendium quoddam erit, duo ut spero plana omnibus fient. Vnū est, longissimè ab infallibili, & certissimo fidei dogmate physicam prædeterminationem abesse, si eorum iudiciū, authoritatemque, qui vel superioribus sæculis, vel hac ipsa ætate doctrine, & eruditionis gloria claruerunt, audire, & confectari velimus. Alterum est, nihil vnquam à Molina grauius aduersus nouum hoc Dominici Bañez commentum vel prolatum, vel insinuatum esse, quod ab alijs quàm plurimis, ijsque doctissimis viris non antea sit, & postea, multo seuerius, grauiusque pronuntiatum, ut vel vnum hoc argumento esse possit, eum ad huius sententiæ impugnationem non studio contentionis adductum, sed eadem, à qua nō pauci tanto ante abhorruerunt, & refugerunt, doctrinæ absurditate compulsam esse. Hæc ut breuiter, & cumulatè præstem, aliquot dumtaxat ex præcipuis Authoribus, qui physicæ prædeterminationi e regione se se opponunt, excerptam. Eos verò omnes prætermitti facile patiar, qui cum in hanc opinionem nihil grauis statuunt, vel sententiam nostram sequuntur aperte, vel ea tradunt, quæ cum prædeterminationis physicæ dogmate cōuenire minimè possunt: qui quidē, ut vno

verbo dicam, tot omnino sunt, quot Catholicam fidem adhuc à Lutheri, & Caluini calumnijs, & impijs erroribus vindicarunt. Adducam ergo eos, dumtaxat Scriptores, qui vel prædeterminationi physicæ siue his, siue alijs verbis, quæ tantumdem valeant, expressè aut erroris, aut aliqua alia non ab simili nota inurunt, vel certè per eam libertatem nostri arbitrij euenti, aut Deum peccati authorem constitui, confirmant.] Ita Bastida in exordio.

362 Post relatā verò, & expectata Theologorum verba sic perorauit. [Ex his ergo Doctoribus, quoniam in alijs referendis præ angustijs temporis immorari non licet, duo planissima vnicique fiunt. Primū est, nihil dixisse Molinam contra physicam prædeterminationem, quod non à multis, alijsque grauiissimis Doctoribus dictū fuerit. Quid Molina contra physicam prædeterminationē protulit? Auferri dixit arbitrij libertatē. Idem dixit Alensis, dixit Henricus, dixit Gabriel, dixit Ockham, dixit Ariminensis, dixit Ægidius, dixit Castronouo, dixit Ruardus, dixit Payua, dixit Angestus, dixit Cunerus, dixit Carthagenā, dixit Corduba, dixit Delphinus. Quid præterea Molina contra hanc sententiam dixit? Sequi ex illa Deum esse authorem peccati. Idem dixerunt Illustrissimi Cardinales Aureolus, & Bellarminus, item Vvaldensis, Cunerus, Carthagenā, Zumel, Clichtouæus, & Mendoza. Quid dixit Molina? Repugnare hanc sententiam definitioni Tridentini Concilij. Idem dixit Ruardus, dixit Stapletonius, dixit Valentia. Et quod maiori ponderatione dignum est, affirmat, fuisse hanc sententiam in Tridentino Concilio discussam, & optimo iurereiectam. Quid tandem dixit Molina? Non dubitarem, inquit, sententiam hanc hoc modo explicatam errorem in fide appellare. Idem, imò grauius aliquid dixerunt alij. Betratus eam appellat hæreticam, Adamus erroneam, impiam Clichtouæus, impiam, & stultam Mendoza, detestandam blasphemiam Pighius, periculosam Vvaldensis, temerariam Belcarius, Pharisaicam Author Antipologie, nimis periculosam Bononia, planè absurdam, & nimis duram Delphinus, Augusti-

Augustino, Cencilio Tridentino, & Sacræ Scripturæ contrariam Valentia, Caluini commentum, Catholico Authore indignum, & manifestum errorem Stapletonius, omnino eandem cum Caluini, & Lutherianorum errore Illustrissimus Bellarminus. Constat etiam ex his, quàm latum insultandi campum Hæreticis aperirent, & quàm graui iniuria, si, quod in se est, Ecclesiam tanto periculo exponerent; si qui dogma illud, quod cum Caluini errore non differre tot Catholici Scriptores affirmant, ab hac Sancta Sede non modò tanquam probabile, & pium, sed etiam vt Catholica fide certum approbari, totique Ecclesiæ credendum proponi contenderent. Quod quàm absurdum sit, ne quid grauius dicam; Sanctitatis Vestræ prudentiæ iudicandum relinquo.]

363 Is fuit finis per orationis Bastidæ, iam ante transcriptus partim à Ripaldā *sect. 8. n. 49.* tamque ab ipso, quàm à me referuntur verba perorationis, & exordij, quin censentur, nec ad censuram proponantur, nec censura acceptetur. Quæ est cautio comparata à nobis ex magisterio Ioannis Thomasi *D. 20. art. 4. §. Quæ propter*, vbi Lovaniensium in nos censuram multò mordaciorē verbatim exarat. Equum putauit idem Thomasius propalare dicta acerbè contra nos in Cōgregationibus coram Summis Pontificibus, narrareque in particulari quæ Oliuera involutè, aut generatim tradiderat; æquum, inquam, putauit, tum [vt res ista non sub caligine perpetuo iaceret; tum] quia maxime attendendum est ad traditionem, & doctrinam Patrum in his, quæ contra errores scripserunt, & ad iudicium Authorum, qui illam partem docent, aut sequuntur, & præcipuè si ex professio tractatur aliqua doctrina, & ventilatur iussu ipsius Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ, sicut hæc materia ventilata fuit; maxime ponderat scire, quid in talibus disputationibus, & colloctionibus conclusum fuit, aut placuit disputantibus, vel maiori parti eorum.] Ita Thomasius *suprà §. Et licet, §. Primo loco.* Eisdem nos de causis, & ob iustæ defensionis violentam necessitatem producimus

quæ sunt à Bastida dicta in conspectu Clementis VIII. & Pauli V. Omnia quidem illa seria, & graua, nec deridicula interludijs, quibus Author Quæstionis Historicæ perturbat Congregationum Acta. Sed illud valde ioculare est, quod Quæstionarius conclusum scribat; quidquid Thomas de Lemos, aut Didacus Alvarez contra nos probare intendit, quasi idem fuerit a Dominico nos accutari, & sententiam decretoriam proferri.

QVIDNAM POST FINITAS CONgregationes decreuerit Summus Pontifex Paulus V?

364 CÆTERVM ea expectanda solū erat ex ore Summi Pontificis, qui consultis Cardinalibus, Episcopis, & Theologis absoluit opinionem nostram à suspitione quacumque, ac nota minus Catholicæ, & sanæ, vt palam feci in *Euent. 4.* Decisio quidem Pontificia facta est in Cōgregatione peculiari, declarante, quæ PP. Societatis docebant circa materiam de Auxilijs gratiæ, nullam mereri censuram: non est tamen editum ea de re vllum publicum decretum. Sed aliquantò post voluntas S. D. significata est eius iussu Generalibus Ordinibus Prædicatorum, & Societatis. Quo autem anno sit facta decisio, variant Authores relati in *ea Euent.* cum concordent circa diem 28. Augusti. Alij assignant annum 1606. alij 1607. hisque posterioribus ego magis credidi ob testimonia adducta *num. 140. & 141.* At cum animadverterem, terminatas fuisse Cōgregationes anno 1606. die 22. Februarij; apparetque difficile, quod decisio prorogata fuisset vsque ad annum 1607. diemque 28. Augusti, consului hominem versatissimum in archiuo generali Domus nostræ Professæ Romanæ; & respondit, decisionem fuisse factam anno 1606. die 28. Augusti. Nodus est intricatus; sed non magni momenti; cum de decisione constet.

365 Illud maioris ponderis est, quod [narrant, in Consistoriali Congregatione; qua statutum fuit, vt ambarum partium sententiæ tanquam probabiles à quibusvis Theologorum defen-

defendi possint, quoad Sanctę Sedi aliter vilius fuerit decernere, duos Cardinales, nempe Iacobum Dauidem Perronium, Gallicanę Ecclesię magnum Sydus, & Robertum Bellarminum, Calvinianę sectę egregios in paucis debellatores, dilerta, & fusa contendisse oratione, propugnatum à Iesuitis dignum, & cōueniens, quod à Christi Vicario definiretur] ut memoria prodit Sherlogus parte 1. Sect. 3. num. 15.

366 Scribitque Ripalda Sect. 12. num. 125. [Finita disputatione, egrediebantur foras Generales Dominicanus, & Iesuita cum socijs; continuòque in eadem Cōgregatione Censores coram Pontifice, & Cardinalibus de re vtrunque disserta censēbant, scribente censuram Secretario, & sub grauibus pœnis secretum omnibus præcipiente Pontifice. At post Cōgregationem 7. vsque ad ultimam vnā cum disputatione Theologorum dissoluebatur tota Cōgregatio; dieque proximè sequēti, Censores designati ad censuram rei præcedenti examinata conueniebant. Demum completa censura omnium, quę disputata fuerant, tradita est Pontifici. Qui conueniens cum solis Cardinalibus eam pependit, sententiamque de re tota iuxta merita causę sanciedam contulit. Tandem die 28. Augusti D. Augustino sacra, anni 1606. (aut, vtili, 1607.) maiori, meliorique Censorum parti adherens, cum eisdem Cardinalibus pronuntiavit, vt omnis doctrina Molinę indemnitas consisteret.] Sic Ripalda. Ego autem dubius sum, an si nomine maioris partis suffragiorum intelligantur etiam Cardinales, sermo sit Ripaldę de Cardinalibus tantum, qui disputationibus adfuerunt, & illi Cōgregationi coactę post disputationem ultimam, vel sermo etiam sit de omnibus Cardinalibus, qui conuenerunt ad Consistorium anno 1607. vel 1606. die 28. Augusti, probaruntque decisionē Pontificiam? Illud clarè dicitur à Ripalda, maiorem partem Censorum nobis præbuisse vocem suam, & suffragium in se ne causę, cum res magis erant perpensę.



ALIQVORVM CONGREGATIONIBUS præsentium dissensus à sententia Societatis num sit præiudicio?

367 **I**llud etiam perspicuū est, quod si aliqui ex Censoribus non fauerint opinioni Societatis, non obitare id, quominus bene de ea existimetur, neque facere apud prudentes posse, vt damnata habeatur, & publicetur, si aliorum maior pars propitia fuerit; quin potius in minorem refundi non nihil ruboris. Certè in Concilio Toletano VIII. Can. XI. dicitur, cum qualibet Sancta Synodus agitur, aut pacificè inter Pontifices quidpiam definitur, si pauciores per nescientiam, vel contentionem fortè dissideant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confusionis abscedant, aut excommunicationis annuę sententiam luant. Eadem ferè habet Concilium Prouinciale Colonienſe celebratum anno 1536. parte 14. Can. 17. Desumptaque sunt ab vtroque, & à Concilio Chalcedonenſi antiquiori in Act. 16. ex Concilio Nicęno 1. cap. 6. vbi legitur, si communi vniuersorum decreto rationabili, & secundum Ecclesiasticam regulam comprobato, duo, aut tres propter contentiones proprias contradicunt, obtineat sententia plurimorum. Obtineat igitur nostrę sententię probabilitas, vt cui maior, meliorque pars suffragiorū fuerit ad stipulata, quam gratis admittamus nonnullos Censores contradixisse.

368 Et quidem [temerarium fuisset, (quod absit cogitare, nedum dicere) decretum Pontificis, si doctrinam tantę explorationi, & examini commissam, quam omnes ferè Theologi, quibus eius demandauit censuram, adeò grauius damnarent, vt Patribus Ecclesię contrariam, hereticis, que erroribus consentientem proferrent, Scholis Catholicis publica facultate permetteret. Nam de sanitate doctrinę soli Theologi censere poterant, eorum que iudicio stare prudens præscribat consilium. Aut ergo Pontificis iudicium imprudens omnino fuit (quod nullus Catholicus concedet) aut maiori, meliori; parti Theologorum stetit] prout optimè ratiocina-

BARUA

natur Ripalda S. 8. num. 51. Scitum est monitum Cædricis Theodosiani l. vni. de Responsis prudentum, vbi diuersę sententię profecerunt, maior numerus vincat Authorem. Quare si fuit diuersitas cęsurarum, eaque non obstante opinio nostra prudenter declarata est indemnitas, præualuit proculdubio maior patrocinantium numerus.

369 Non me latet, posse forsitan deterioris sententiam, & multas, & maiores in aliqua parte superare, vt habetur l. 1 §. sed neque 6. C. de vet. iur. enuc. Neque me item fugit, Clementem III. C. Capellanus 4. de Ferijs prætulisse opinionē quandam pauciorum, quia meliori, & subtiliori nitēbatur rationi. At hinc nihil contra nos, quibus abundè est, Summū Ecclesię iudicem indemnitati nostrę suo decreto consuluisse; siue quia viderit maiorem Censorum partem nobis propitiam; siue quia si non meliorem, & probabiliorē (quod minimè affirmatiuū) saltem æquē bonam, ac probabilem nostrę opinionis causam apud se reputarit.

370 Possūmusque sine fastu iuxta terminos iuris dicere, nos superiores, & victores euasisse; cum enim accusati simus de errore, atque hæresi, & post diuturnam, attentamque discussionem obtinuerimus absolutoriā sententiam; quid aliud id est penes formulam iuris, quam reportasse victoriam? Quippe reus, actore non probante, absoluitur, & vincit, l. Negantes 9. C. de Obligat. & Action. l. 3. C. de non num. pec. l. Poss. 2. C. de Probat. ibi: Cum te in probatione cessante, dominium apud eum (scilicet reum) remaneat, l. 4. C. de Edendo; ibi: Actore enim non probante, qui conuenitur, etsi nihil ipse præstet, obtinebit.

QVID NAM DICAT MAGISTER Balthasar Nauarrete de victorijs suorum in concertationibus litterarijs? Afferuntur aliqua exempla in contrarium, & indicantur alia.

371 **H**INC dum Magister Balthasar Nauarrete Dominicanus in Epistola nunciatoria tom. 2. Controuersiarum inquit, [Nec adhuc (quod in Dei nostri laudem, & gloriam dictum sit) Dominici Magistri, & Præceptores vno animo, & pari sententia contra aliquā

insurgentem nouitatem cōspirauere; quin nouitas à Summis Pontificibus, alijsque Prælatibus funditus euerſa fuerit. Horum exempla, cum quia nota, tum ne improprio solo deteruere videantur; libens taceo,] videretur oblitus fuisse absolutorię sententię, quam Summus Pontifex tribuit opinioni nostrę in materia Auxiliorum delatę apud ipsam vno animo, & pari consensu à Dominicanis Patribus, tanquam nouę, seu potius in Semipelagianis iā proscriptę antiquitūs. Quæ de causa Generalis Prior ipsorum in prima Cōgregatione coram Eminētissimo Madrucio reddēs rationem intente actionis dixit; non esse sibi controuersiam cum Societatis Religione, sed cum Ludouico Molina, nec posse sibi persuadere Theologos omnes Societ. ti. cum Molina consentire; atque vtrumque foret, Ordini suo incubere oppugnationem quarūlibet propositionum; quę ab Ecclesię sensu desclicerent tam inter Hæreticos, quàm inter Catholicos: sicque oportere, vt de quibusdam Molinę assertis, quę iudicio suorum digna erant grauioris censurę, sententiam ferret Apostolica Sedes, damnaretque ex toto, vel ex parte librum Concordię P. Molinę iuxta doctrinę qualitatem.

372 Præstò etiam sunt alia exempla non partè à Dominicanis victorię. Conspirarunt olim contra Franciscanos ob negatam ab his vnionem hypostatice Diuini Verbi triduo mortis Christi cum sanguine effuso in Passione; pugnatum est vtrunque feruēde ante Tribunal Pontificium. Prodicunt illæsi Franciscani; prohibita vtrique parti censura, & damnatione alterius, vt refert Theophilus Raynaudus lib. 2. de Christo Sect. & cap. 3. num. 195. alijsque laudati in num. 125.

373 Laborarunt Patres Prædicatores in Curia Romana sub Alexandro Papa VI. contra Trithemium Abbatem Benedictinum, qui scripserat pro Dei parente Virgine immaculatę conceptę; [sed nihil profecerunt. Habebat enim Abbas Trithemius sibi constantissimè adherentes Vniuersitatem Parisiensem, Colonienſem, Tubingenſem; totumque Ordinem Carmelitarum, Ordinem Minorum; Sacro-Sanctę Romanę Ecclesię maiorē

rem coetum Cardinaliū, Archiepiscopos, Episcopos, & Principes multos, & penē omnem in Germania Clerum, ac viros Doctores, & eruditos innumerabiles. Ita in *Chronico Spanehemensis Monasterij* idemmet Trithemius.

374. Procuratum est à Dominicanis Theologis in Concilio Tridē- tino, vt decreto de peccato originali non adiungeretur vlla Sanctissimæ Matris exceptio, & cum id impetrare non possent, applicuerunt vires ad suadendum, vt saltem expressis verbis diceretur, neque Synodo fuisse animum eam inibi comprehendere, neque à communi lege segregare. Sed neque hoc consequuti sunt, adnitentibus in oppositum Franciscanis, nominatim Fr. Hieronymo Lombardello, & Societatis nostræ Præposito Generali P. Didaco Laynez; ideòque his solis verbis generalis propositio limitata est, *Declarat tamen ipsa Sancta Synodus, non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, Beatam, & immaculatam Virginem Mariam, Dei genitricem; sed obseruandas esse Constitutiones foelicis recordationis Sixti Papæ IV. sub pœnis in eis Constitutionibus contentis, quas innouat. Illustrem hanc victoriam, quam opinio Deiparam eximens ab originali noxa, reuulit de contraria, expendit nouissimè P. Ioannes Antonius Velazquez in absolutissimo Opere de Maria immaculatè concepta, l. & Dissert. 3. adnot. 2. & Iacobus Damianus in Synopsi primi sæculi Societatis l. 7. cap. 8. nuperque* *Bella geri placuit, nullos habitura triumphos circa obiectum religiosi cultus, quem Romana Ecclesia exhibet Conceptionis festo, & quem Sanctissimus D. N. Alexander Papa VII. recenti suo decreto ampliùs declarauit, & confirmauit.*

375 Sileo historiam Fr. Ioannis à Montefono, de qua Spondanus in *Annalibus Eccles.* anno 1387. num. 7. Petrusque de Alba in *Nodis indissolubilibus.* Omitto disceptationes cum prodigio illo sapientiæ Alfonso Tostato, de quibus Author Bibliothecæ Hispanæ *tomo 2. pag. 207.* Mariana in *tract. de Aduentu S. Iacobi in Hispaniam* cap. 2. & in alio de *Die mortis Christi* cap. 10. & in *lib. 21. de Rebus Hispaniæ* cap. 18. Senatorque Regius, grauitissimus, & spectatissimus,

D. D. Franciscus Ruizius Vergarenis, præditus alta Iuris ciuilibus cognitione, simulque aureæ orationis vbertate affluens, & politionis omnis litteraturæ luminibus ornatus venustissimè, in *Notitia Virorum illustrium clarissimi Salmantini Collegij S. Bartholomæi* (cuius fuit fausta proles vterque) anno 1433. pag. 85. & 86. Taceo, seu potiùs differo in alium locum controuersias habitas cum S. Bernardino Senensi circa adorationem nominis Iesu. Absitque, vt videar inuidere Dominicanis PP. suos triumphos; quos de Hæreticis, Gentilibus, Iudæis, & Mahometanis tot esse fateor, quot ora sunt, partesque terrarum, vt de Pompeio dicebat Marcus Tullius in *Oratione pro Cornelio Balbo.* Magni virtute este robustissimi pugiles fidei Catholice, fortissima phalanx Ecclesiæ militantis, & victoria- victorijs addite, palmas, palmis accus mulatæ, vt haecenus tam gloriose præstitit istis tanta cum dilatare Religionis Christianæ, atque Orthodoxæ.

DE SUMMIS PONTIFICIBVS, ET de Eminētissimis Cardinalibus, qui Congregationibus adfuerunt: de Episcopis etiam Illustrissimis, atque Theologis Censoribus; sed remissiuè.

376 FOELICISSIMÆ recordationis Clemens VIII. & Paulus V. Maximi Ecclesiæ Pastores præsentia sua summam auctoritatem his Congregationibus conciliarunt. Nec post hominum memoriam vlla fuit inter Catholicos quæstio ad Sanctam Sedem Romanam delata, cui maiori sollicitudine, conatu, & assiduitate incubuerint Supremi Hierarchæ Sedis illius.

377 Patrum etiam Purpuratorum præsentia multum decoris, & dignitatis eis Congregationibus adiunxit. Ripalda *sect. 9. n. 62.* inquit, ab initio disputationum adstitisse cum Clemente VIII. Cardinales Burghesium (qui post eà creatus Pontifex vocatus est Paulus V.) et Arigonium: quibus à sexta disputatione adiecti sūt omnes Cardinales S. R. Inquisitionis præter Bellarminum, paulò ante missum à Pontifice ad regendam suam Diocesim. Consonat cum Ripalda Thomasius *Disp. 20. art. 6. §. Sic se habet*

bet pag. 689. recensens Cardinales Pinelum, Asculanum, Sanctæ Cæciliæ, & de Auila; additque art. 7. §. *Tunc interruptum pag. 693.* Cardinalem Peronium præsentem fuisse Congregationi 38. celebratæ coram Paulo V. Concordat Quæstionarius *thesi 9.* in recensione illorum quatuor Cardinalium; sed discordat in Congregatione; ab qua introducti sunt, assignat namque non sextam, sed quintam. Sherlogus p. 1. *sect. 3. num. 10.* scribit, adlectos esse quatuor illos Cardinales anno 1602. mense Augusto, [cum sextus disputandorum discussus est articulus.] Deuisset potiùs dicere, cum discussa est quinta propositio articuli primi, quæ discussio facta est die 6. Augusti.

378 Seruo apud me narrationes M. SS. tempore controuersiarum ex Vrbe in Hispaniam missas. Refertur ibi, Clementem VIII. ad primam coram se Congregationem noluisse accire Cardinales Asculanum, & Bellarminum; neque item Cardinales S. Seuerinæ, Pinelum, & Sfrondatum; quanvis duo priores huic negotio operam suam navarant; & Inquisitionum fugebantur munere; tresque alij antiquiores erant: nescio, auinter Inquisitiones, vel Cardinales? iudicatum est, duos priores ideo non accersitos, quia ex Ordinibus S. Dominici, & Societatis promoti fuerant ad dignitatem Cardinalitiam. Tres alij exhibuerunt nonnulla querelarum iudicia.

379 Additur in eis narrationibus, die 25. Augusti anno 1602. vocatos iam fuisse omnes S. Officij Inquisitionis Cardinales, vt Congregationibus interessent: & anno 1603. die 10. Decembris Cardinalem Asculanum non adfuisse Congregationi 20. annoque 1604. die 20. Ianuarij defuisse in Congregatione 34. Cardinalem de Auila. Hanc de Cardinalibus, qui disputationibus præsentibus fuerunt, rationem inuenio.

380 De Episcopis, & Theologis Censoribus non habeo Corollarium, quod adijciam dictis iam in hac Euent. & in 3. Nec præsentium solum, sed etiam absentium sententiam exquisiuit Paulus V. qui per litteras cõsuluit Illustrissimum Episcopum, &

Principem Geneuensem Franciscum de Sales, vt traditur in *huius vitæ*; fuisseque consultam Sorbonensem Academiam suæ à Paulo V. sine à Clemente VIII. testatur Cellotius *lib. 8. de Hierarchia, & Hierarchis* cap. 18. §. 2. pag. 732.

QVINAM E PRÆDICATORIO Ordine, & Societate interfuerint præfatis Congregationibus? Elogia priorum.

381 ADSTITERVNT Generales Dominicanus, & Iesuita cum socijs, duoque vtriusque Religionis, qui disputarent. E Dominicanis sapientissimi Magistri Didacus Alvarez, Thon. de Lemos, Franciscus Davila, Ioannesque Gonzalez de Albelda recentiori solent. Thomas de Lemos disseruit sæpius, quam alij, egitque principaliores partes in his disputationibus. Vocatur a Ioanne Thomasio *Disp. 20. a. 1. §. De hoc autè pag. 608* [sapientissimus, & omni celebratione dignissimus.] Scribit de eo Ioan. Lopez Episcopus Monopolitanus 4. p. Chronici *Prædicatorum lib. 3. cap. 37.* præfuisse Cõclusionibus de Auxilijs; apud Neapolim in Capitulo Generali Ordinis anno 1600. attulisseque sibi, atque Religioni grande ornamentum obdefensatam Præceptoris Angelici doctrinam. Quibus encomijs ego facile subscribam, sed non miraculis narratis à Fr. Francisco Hyacintho Coquetio in *lib. cui titulus, B. Mariæ viscera materna erga Ordinem Prædicatorum, cap. 16.* de emissionem radiorum è vultu Thomæ; dum contra Scientiam Mediam coram Sanctissimo disputabat, dequæ longissimis periculis, sententijque SS. Augustini, Patrumque aliorum, memoriter, dextrè, expeditè, atque accuratè recitatis, quas ipse nunquam ahtè memoriæ commendarat, sed singulari, vt ipsemet fassus est, Dei beneficio coelitus hauerat. Ast Coquetij liber ille anno 1642. à S. R. Inquisitionis Eminētissimis Cardinalibus est suspensus, donec expurgaretur, idque iubente Urbano VIII. quem Coquetius ocularem luminis infoliti, atque admirabilistoro è vultu alia vice emissi tenent

stem appellarat, cum tamen Urbanus nihil tale vidisset. Legatur Annatus in *Epilogo Dissp. & doctrinae de Scientia Media num. 18.* & in *Solutione historice questionis num. 39. rursusque in Appendice solutionis num. 32.* Veris alijs Thomæ laudibus non obfisto. Nec minoribus extollendi sunt Didacus Aluarez, electus Archiepiscopus Tranensis, & Salpenfis anno 1607. vitæque defunctus anno 1632. Franciscus Dauila, & Ioannes Gonzalez de Albelda, qui Operibus editis interituram nūquam sui memoriam posteritati reliquerunt, ideoque illos debitis elogijs commendat Fr. Alfonso Fernandez, in *Scriptoribus Predicatoria familiae pag. 349. 357. & 494.* in qua meminit Ioannis Gonzalez de Albelda tanquā Complutensis Primarij Cathedræ S. Thomæ anno 1612. sed eum non laudat tanquam Scriptorem, quia eius præstantissima Commentaria in 1. p. S. Thomæ posteriora fuerunt Opere Alfonso Fernandez. Annatus in *Prefatione ad Iansenium à Thomis gratie per se ipsam efficacis defensoribus condemnatum* tradit ex fama, Didacum Aluarez habuisse primam disputationem cum nostro Gregorio de Valentia. Habuit etiam vigesimam quintam cum nostro Ferdinando Bastida; Thomas namque de Lemos impeditus ægritudine non potuit tunc adesse. Et hæc de concertatoribus Dominicanis.

ELOGIA POSTERIORVM.

382 **E** NOSTRA Societate habuit nouem disputationes P. Gregorius de Valentia anno 1602. à die 20. Martij vsque ad 30. Septembris; & cū in morbum incidisset, successit ei P. Petrus de Arrubal, qui eodem anno à die 18. Nouembris vsque ad 16. Decembris habuit tres; & anno 1603. à die 20. Ianuarij vsque ad 23. Iunij habuit septem. Sed in locum eius ægorantis substitutus est P. Ferdinandus Bastida, qui deinde reliquas continuauit coram Clemente VIII. & Paulo V. à die 10. Nouembris anno 1603. vsque ad 22. Februarij anno 1606. Antecessum de P. Ioanne de Salas, cui Antonius de Matre Dei *Tract. 3. Dissp. 10. dub. 3. §. 2. num. 68.* & Sherlogus p.

1. *Sect. 6. num. 24.* aliquas tribuunt. Scio ex Relationibus tunc temporis Romæ missis in Hispaniam, P. Salas adfuisse nonnullis disputationibus, & præcipuè primis habitis à Bastida, cui assignatus est tanquam preses, aut patronus, semelque, aut bis sapientiæ suæ specimen præbuit occurrens objectionibus aduersariorum. Omnes memorati famosum sibi nomen sæculis fecerunt libris doctissimis euulgatis de rebus Theologicis, excepto Bastida, qui tantum publicauit libellum quendam contra Fr. Paulum Venetum. Dicam de singulis breuiter, sed copiosius, quàm de antagonistis Dominicanis, quò magis solent notari esse domestici, quàm extranei.

GREGORII DE VALENTIA.

383 P. Doctor Gregorius de Valentia natione Hispanis, ortus Methymnæ Campi Diocesis Vallis-Oletanæ anno 1551. & in Societatem anno 1565. die 23. Nouembris receptus Salmanticæ, vbi anno 1571. Philosophiæ, & Theologiæ audiendæ finem imposuit vnâ cum P. Doctore Francisco Suarez, cuius ex ore, & communicatione didicit, quæ in primo Philosophiæ anno Magister vtriusque P. Doctor Andreas Martinez dictarat è Cathedra, redijt enim Salmanticam è Tyrocinio Religioso Methymnæ Campensis post vnum annum incepti ab alijs condiscipulis curius Philosophici. Accitus Romam à B. P. Francisco Borgia Præposito Generali, indeque Dilingam missus à successore R. admodum P. Euerardo Mercuriano docuit in Academia Dilingana Theologiam non dum Sacerdotio initiatum, resedit ibi vsque ad annum 1575. quo fuit translatus ad Collegium, Vniuersitatemque Ingolstadij, theatrum quidem celeberrimum, vbi voce, & scriptis magnus hic Doctor Theologiam illustrauit, & de Hæreticis retulit nobilissimos triumphos. Anno autem 1598. reuocatus è Germania Præfecturam studiorum Collegij Romani, Cathedramque primariam Theologicam auspiciatus est, tenuitque vsque ad annum 1602. [et vitâ, doctrinâ, prælectionibus, atque etiam disputationibus coram Clemente VIII. Pont. Max. & Cardinalibus, gra.

grauissimorumque virorum confesso floruit,] vt Philippus Alegambe ait in *Bibliotheca Scriptorum Societ.*

384 In earum disputationum nonâ contraxit morbum Valentia, profectusque Neapolim, recuperandæ valetudinis causâ, diem ibi clausit extremum 7. Kal. Aprilis anno 1603. vt tradunt Petrus de Ribadeneira, & Alegambe in *Scriptoribus Societatis*, legiturque in Cenotaphio, quod ei posuit Collegium Theologicum Ingolstadiense. Vnde constat, fabulam fuisse id, quod de morte Valentia se inaudisse testatur Alexander Ziliolus, scilicet ex apoplexia obiisse Romæ Valentiam, cui de falsa cuiusdam loci Augustiniani allegatione conuictio ante Summi Pontificis conspectum tantus pudor infederit, vt subito corruerit exanimis. Perfricuit frontem Quæstionarius, vt eandem fabulam repeteret in *thesi 12. his verbis*, [Pontifex Valentiam (qui parum fideliter legerat Augustinum) dicendo *Ho*, profertur: qui sensu omnino priuatus, inde sublatus, & mox Neapolim aduectus, moritur.] Sed cum à die 30. Septembris vsque ad 25. Aprilis anni insequentis numerentur septem propè menses, mirum est, apoplexiam tam diu durasse, quin infirmo vitâ ademerit: parum etiam de salute ægroti consultum à Socijs, qui hominem apoplecticum Romæ Neapolim ad sportari permiserunt; nisi Neapoli quærendi erant Medici, Romæ desiderari. Næniæ profectio sunt narrationes Zilioli, & Quæstionarij, eoque magis deridendæ, quò de viro adeò insigni.

385 Illum Hippolytus Marra-cius in *Mariana bibliotheca excultissima part. 1. pag. 520. vocat*, [nulli secundum inter Theologos sui temporis,] atque, [adeptum esse immortalem gloriam nominis.] Basilius etiam Legionensis dicebat *part. 1. var. Dissp. Relect. 1. Theol. §. Retulimus pag. 506.* [se venerari Valentiam propter innatam modestiam, breuitatem, perspicuitatem, quæ cuncta perstringit.] Et sanè Clementis VIII. honorificentissimum titulum *Doctoris Doctorum* tribuit Valentia, si credimus Adamo Contzen *lib. 5. Politicorum Cap. 1. §. 4.* Traduntque alij, solitum etiam appellare *acutum*, &

acrem Hispani. Cuius olim fuerat discipulus, vt notat Alegambe, quin declareret, quo tempore. Sed Valentia non modò anno 1571. & seq. constitit Romæ, verum etiam anno 1581. vt ipse testatur *tomo 3. Dissp. 5. q. 22. punct. 6. §. Ita sentit*, referturque in *Historia Societ. parte 5. lib. 1. num. 166.* & anno 1594. cum Maximiliano Principe hærede Bauariæ, tandemque anno 1598. & deinceps. Nec omittendum est, quòd cum Valentia ob fractam valetudinem non posset tot horis, quot protrahantur disputationes, stare coram Clemente VIII. permiffum ab hoc fuisse, vt flexis genibus applicatus pectore cuidam reclinatorio ligneo audiret, & loqueretur. Sic narrant PP. Antonius de Arana in *Valentia vita cap. 14.* & Ludouicus Valdiuia *tom. 2. Historia Prouincia Castellana Societatis, cum de Valentia*, quod vtrumque Opus seruetur MS. in archiuo eiusdem Prouinciæ, & quod si in publicum detur, gestatanti Viri pro Religione Catholica in Germania, virtutesque, quibus excelluit, non minorem ei famam comparabunt, quàm scripta sua selectissima.

PETRI DE ARRUBAL.

386 P. Petrus de Arrubal [fuit natione Hispanus, patria ex Oppido Zenizeros (Diocesis Calagurritanæ) vir, cui cum fuerit diuinum ingenium, & doctrinæ magnitudo par, quam illi inflammata inexhausto scientiæ studio industria pepererat, excellentior his tamen omnibus sanctimonia, omnibus virtutis calculis absolutissima, siueque despicientia, & humilitate spectatissima, summam attulit commendationem. Compluti, Romæ, Salmanticæ Sacram Theologiam summa cum laude explicuit, & sententiam Societatis de Auxilijs diuinæ gratiæ doctissimè coram Summo Pontifice propugnauit. Obijt Salmanticæ die 22. (seu potius die 30. Septembris) anno salutis 1608.] Sic de ipso Alegambe, & subinde designat eius Opera, quæ sunt gemini tomi in 1. P. S. Thomæ, & alius nondum editus de Auxilijs diuinæ gratiæ.

IOANNIS DE SALAS.

387 P. Ioannes de Salas natione Hispanus, patria Gumielensis de Izan Diocesis Oxomensis, natus est die 3. Decembris anno 1553. Latinas, atque Græcas litteras Vallisoleti, Aristotelicas etiam puer didicit: & die 7. Septembris anno 1569. ad Societatem accessit, in eaque audiuit Salmanticæ Theologiam. Anno autem 1579. & seq. explicuit Segobiæ Philosophiam, multorumque annorum spatio Theologiam Compostellæ, Barcinone, Vallisoleti, Salmanticæ, Romæ. Editis tribus tomis eruditissimis in 1. 2. S. Thomæ obiit Salmanticæ die 20. Septembris anno 1612. quibus additus est posthumus alius anno 1617. aliisque de Auxilijs diuinæ gratiæ disparuit inter manus aliquorum, qui ex eorum multa suos in codices reportarunt, allegaturque ab Alvarez *lib. vlt. Respons. Cap. 21. num. 4. in marg.* Vocabatur librorum helluo, temporisque auarissimus, & in materijs Moralibus tantam adeptus erat peritiam infatigabili suo studio, ut consultationibus de grauioribus quibusvis casibus extemporaneè responderet tam plenè, fundatèque, ac si longo tempore responsa elaborasset. De eius moribus, vitæque innocentissimæ scripsit præcitatus Ludouicus Valdiuia, arripitque aliqua Alegambe.

FERDINANDI BASTIDÆ.

388 P. Ferdinandus Bastida natus est Vallisoleti, ingressusque annum 17. ætatis dedit nomen suum Societati in Collegio Salmanticensi anno 1588. die 14. Maij, cumque ibidem repeteret Theologiæ studium, electus fuit socius P. Christophori de los Cobos Romam aduentis anno 1598. ut P. Molinæ causam defensaret, erat nãque Theologus magnæ doctrinæ, & auctoritatis: quo Salmanticam redeunte sub annum 1602. mansit Romæ Bastida, iniunctumque ei est disputationum pondus ex anno 1603. vsque ad 1606. insinuante Clemente VIII. gratum id sibi fore, quippe ingenij perspicuitate, & subtilitate gratiæ Pontificis valde conciliarat. Cætera de vita, & functionibus Bastidæ dixi in *num. 156.* Animam eflauit Vallisoleti anno 1637. die 30. Augusti.

NVM FERDINANDVS BASTIDA supposuerit P. Francisco Suarez quoddam Opus? Detergitur veritatis spongia vitium, cuius posthuma Scriptorum Societatis Opera insinulat Ioannes Martiniæ Præfatus.

389 QVONIAM sermonem habuit de Ferdinando Bastida, visum est, ad disquisitionem nunc vocare quædam verba Martini de eodem Bastida. Igitur ille in *qq. Moralibus Cap. 33. q. 1. num. 12.* notata incertitudine posthuminum Operum Authorum è Societate, addit, Opus nomine P. Suariz nouiter prælo datum anno 1653. de Vera intelligentia auxiliij efficacis, cuiusque concordia cum lib. arb. [videri constat doctrinam Bastidæ, & condimento, & acrimonia Poæ, vel alterius eiusdem genij hominis, non enim redolet modestiam, & urbanitatem P. Suarez.] Dixerat autem *Cap. & q. 6. num. 1.* [Multitudinis prudenter dubitant de mente Authorum, quorum Opera posthuma in Societate eduntur: Et clarissimè apparet in tom. 2. de Gratia nouissimè edito nomine P. Suarez. Et forte hac de causa ipsa Societas Iesu curauit impressionem suppressere, ut in eius Epistola Dedicatoria referunt Bibliopola; ubi & dicunt, librum prodire in longas Academiarum lites.]

390 Hæc Martini cõ respiciunt, ut imminuant auctoritatem librorum è Societate, qui post Authorum mortem typis mandantur. Me tamen latet, cur potius quàm è Societate, quàm qui alia ex gente, debeant esse suspectæ fidei. Non ibo inficias, inueniri in aliquo Opere posthumo Scriptorum è Societate correctam aliquam sententiam, quam ipse tenuisset in alio libro edito à se, dum viveret. Neque item negabo, prætermitti aliquam, quæ antea fuisset expressa, aut indicata. At et id potest cadere in Opera, quæ non sint è Societate; nihil enim que eleuat fidem totius libri: potuitque correctio, vel prætermissio opinionis esse ab Authore Operis. Si autem sit à Censoribus, quos designarint Superiores, meretur laudem prudentia Religionis, quando opinio non fuit perfecte elaborata ab Authore, aut quando existimetur nõ posse inest. Ito pede decurri à censoribus. Saepèque acci-

accidit, ut deficiente Authoris viua voce, quæ singularem suam sententiam foueat, nolint alij exponere eam alie, & discrimini.

391 Sed deveniamus ad Opera posthuma prænominata P. Suarez. Et in primis tomus de *Vera intelligentia auxiliij efficacis* à multis visus est manuscriptus apud Ferdinandum Bastidam, audieruntque ipsum pluries dicentem, esse Opus P. Suarez, & se ab eo procurasse, ut subsidio foret ad disputationes Romæ à se habitas de Auxilijs: ad quas Romam quotidie missos ex Hispania ab eminentibus Theologis Societatis codices de hac materia, ait Antonius de Matre Dei *Tract. 3. Diss. 10. dub. 3. §. 2. num. 68.* fortèque Suarez Romæ præfens tempore controuersiæ (ut dictum est *num. 222.*) tradidit eum Bastidæ. Et post huius obitum visum etiam est apud quendam, à quo magnis precibus impetrauit Claudius Rigaut, nobilis Bibliopola Lugdunensis, anno 1653. hac præcipue de causa Vallisoletum adueniens; testarique ipse posset, si viueret, posuntque testari Socij eius superstites Philippus Borde, & Laurentius Arnaud, ut & multi alij, totum fuisse scriptum eadem manu, & nec vnum characterem fuisse adiectum, vel obliteratum. Quare nec Bastida illum composuit, nec condidit P. Ioannes Baptista Poza (cuius mentio intempestiuè intruditur) neque vllus alius vnum iora apposuit, vel detraxit. Et ultra testimonium Bastidæ ipsa summa cohærentia cum doctrina Suariana in alijs Operibus, horumque frequentes allegationes, & defensiones planum faciunt, Authorem illius tomi fuisse P. Suarez. Cuius modestia, & urbanitas non minus ibi, quàm in alijs eius libris elucet: vel producat Martini vnum locum, in quo ea desiderari meritò possit. Stylus quidem, uti apologeticus, aliquantò viuuior est, sed sapit eum, quæ seruauit in *Defensione fidei Catholice aduersus Anglicanæ sectæ errores.*

392 Nec sibi constans est, quantum ad istius toni Authorem, Martini, in *secunda* namque parte *Controuersiarum Metaphysicalium* scripserat, Bastidam post dimissionem è Societate abiurante huius doctrinam in materia auxiliorum efficacium: quæ cum con-

tineat tomus ille, non potuit esse constatus doctrina Bastidæ. Oportuisset itaque, ut Martini memor esset eorum, quæ antea dixerat, & quæ iam ego refutaui in *num. 156.* Certè nec Bastida resiliuit à sententia, quam in Societate tenuit, & Romæ defensauit, nec confecit tomum illum, sed ex P. Suarez acceptum asseruauit ad mortem vsque, tanquam pretiosum thesaurum. Ideò autem P. Suarez de eo edendo non curauit, quia ex eo velut ex aduersarijs transtulit principalia capita in tomum secundum de Gratia postea elucubratum.

393 Quem fuisse sepositum prælo, fama publica erat diu ante illius editionem, tradiderantque Scriptor vitæ Authoris sui in *tomo 1. de Gratia, & in alio de Angelis*, Philippusque Alegambe in *Bibliotheca Scriptorum Societatis.* Neque hæc occultauit illum, quia suppositum putarit, sed quia verita est Sedis Apostolicæ prohibitionem circa euulgationem librorum de Auxilijs diuinæ gratiæ efficacibus: idque est, quod Bibliopola referunt. Et cum addunt, tomum illum prodire in longas Academiarum lites, non loquuntur de litibus quoad fidem illius, sed quoad materiam de præfatis Auxilijs. Restatque, ut Martini probet, fuisse tomo illi quidpiam additum, vel ademptum. Solusque ipse dubitauit de vno, & altero tomo P. Suarez, etsi in tot doctorum hominum manus vbiuis gentium inciderint, nam vbi que sunt publicè venales, & magna estimatione habentur à viris sapientibus.

NVM DATVM SIT GRATIÆ SOCIETATIS, quod eius opinio non fuerit damnata?

394 Referente P. Leonardo Lessio in *Prefatione ad Apologeticam disputationem de gratia efficaci* [non defuerunt sua ætate aliqui, qui etiam, postquam Sedes Apostolica iam secundò huic controuersiæ finem imposuit, & censoria iudicia aduersus nostram sententiam à quibusdam facta abolevit, putent, non esse eam satis securam; imò datum gratiæ Societatis, quod non sit condemnata.]

395 Sed id putari, aut dici non potest sine graui iniuria aduersus Summi Pontificis integritatem in iudicando. Habemus præterea non leuia sig-

na, vt totum, quod factum est, iustitiæ, & meritis causæ datum esse existimemus. & asseramus. Nam, vt notat Ludouicus Cellotius *lib. 8. de Hierarchia, & Hierarchis Cap. 18. §. 2. pag. 732.* [decreuit Pontifex, vt ab electis vtriusque Athletis controuersia Scholastico more, petendo, cauendoque, ageretur; ea tamen lege, vt nobis tantum cauendi, seu respondendi, aduersarijs semper petendi, seu argumentandi ius, & potestas esset. Id licet duriusculum, ab modestis, & parendo assuefactis susceptum est: neque vnquam vices commutauimus, nisi cum à Clemente VIII. ipsoque presente, semel, nec amplius, Gregorius de Valentia, multarum palmarum nobilis Athleta, permissus est partes argumentantium accipere, duobusque tantum syllogismis (sciunt hoc temporum periti) plus aliquid, quam contendeat, expressit.]

395 Rursus, vt obseruat Ripalda *sect. 13. num. 130.* [plura, quæ nos merito implorauimus, fauoreque impetrari potuerunt, constar, fuisse negata. Primò vt coram Cardinali Madruccio obligarentur PP. Prædicatores Romani manifestare, an sua agnoscerent asserta Hispanorum sui Ordinis. Secundò vt disputationes coram Pontifice primùm inciperent de controuersia generali vtriusque Religionis. Tertio vt alij Censores, nobis non suspecti, de causa nostra iudicarent. Quarto vt asserta singularia Bañez de augmento charitatis, & alia, que à Nostris delata fuerunt, & à grauib. etiam sui Ordinis Theologis seuerissimè notata, sicut asserta singularia Molinae, examinarentur. Quintò vt Cardinalis Belarminus, qui nobis fauebat, tempore controuersie, sicut Cardinalis Asculanus Dominicanus, Romæ adesset, nec mitteretur in suam Diocesim, sicut initio disputationum missus est. Ad hæc: non nobis Oratores Regis Catholici (Dux Sefæ, & qui ei successit anno 1603. die 10. Nouembris Marchio Villenæ, vnàque Escalonæ Dux) non primus, & maximus Administer apud Regem, potentissimus Lermensis Dux (D. Franciscus Gomez Rojas & Sandoval) non Regis Confessarius (è Dominicano Ordine) non alij cum his mexi, qui Romanorum gratiam mere-

ri, & aduocare poterant, nobis præ PP. Dominicanis fauebant.] Sic Ripalda. Suntque, qui referant, Clementem VIII. tentasse, vt in Hispaniam se conferret Generalis Præpositus Societatis, visitaturus Prouincias sibi subiectas: qui si eotempore Roma abesset, deficeret abs dubio magnum nostræ causæ præsidium.

397 Mihi exploratissimum est, Oratores Regis Catholici aduersos fuisse nostræ causæ, tuncque instanter supplicasse pro PP. Dominicanis ad Papam, adductis sepius litteris Regijs, & frequentatis pedum oculis, vt Papa Regi retulerit, *Fili, hæc est negotium fauoris humani, sed reuelationis Spiritus sancti.* Et vt omittam alia, quæ prudentiæ fuerit, primùm à me non edi, nisi necessitas cogat, sicut illa, quæ leguntur in litteris Eminentissimi Cardinalis Perronij ad Christianissimum Galliarum Regem Henricum IV. scriptis Romæ anno 1603. die 7. Februarij, [Constituit me Papa in tribus Cõgregationibus, & eam in duas sunt, quarum vt rationem reddam M. V. officij mei esse duxi. Altera est de Auxilijs, in qua controuersia PP. Iesuitarum cum Dominicanis tractatur. Quæ de re præter id, quod ad commune bonum Religionis spectat, V. M. poterit ex ijs, quas accipiet de rebus Hispaniarum Relationibus iudicare, num sit aliqua ratio Status, quæ causa sit, cur inde negotium contra Iesuitas tam vehementer urgeatur? In alteris etiam litteris datis Romæ anno 1606. die 23. Ianuarij, [De quaestione, quæ inter PP. Dominicanos, & Iesuitas intercedit, nihil dubitet V. M. quin statim atque Papa decisionem aliquam fecerit, certiore illam sibi redditurus. Hispani palàm patrociniū Dominicanorum suscipere: Videtur, Religionis controuersia in quaestionem Status degenerare. Scitè inter ea discernet Pontifex, & veritate ad iudicabit legitimo possessori.] Extant hæc Epistolæ Gallico sermone conscriptæ in *temo 4. de Legationibus Cardinalis Perronij*, eaque, vt ibi extant, & in Latinum sermonem versas, adducit Annatus *Disp. 4. Cap. 1. num. 20.*

398 De fauore Oratorum Regis Catholici erga Dominicanorum PP. causam, intuitu (ne amplius di-

dicam) Ducis Lermensis, non ambiget, qui aduertat, Episcopum Illustrissimum Monopolitanum Ioannem Lopez 4. p. *Chronici Prædicatorum lib. 4. Cap. 64.* collocare inter refertissimas alias laudes Ducis illius [quod instanter promoueret, vt Pontificio circa materiam de Auxilijs decreto componeretur diuersitas iudiciorum, quæ ferebantur: id quod magnoperè conferebat ad bonum publicum, & ad Regnorum Hispaniarum quietem.]

399 Idem Dux anno 1600. suscepit patronatum religiosissimi, magnificentissimique Cõuentus, quæ S. Paulo dicatum possidet Vallis Oletanae Dominicana Religio, ditatum amplis redditibus, quibus novus Patronus dotauit. Anno etiam 1606. eiusdem Ducis consilio, instituta est in Academia Salmanticensi à Rege Pijssimo Philippo III. altera Primaria Cathedra Theologica pro Dominicanis PP. ipseque Dux aliam Vespertinam instituit autoritate, & privilegio Regio stabilitam; & similiter in Academia Complutensi, in Vallis Oletana autem est tantum erecta ab ipso Duce noua alia Primaria. Taceo beneficia alia factis testantia dignam tanti Administri Regij de Prædicatoria familia existimationem, ac benevolentiam.

400 Non nego, fuisse etiam aliquando præclare meritum de mini-

ma nostra Societate. Sed post tempus, quo Romæ agitabatur controuersia. Commotus namque fuerat aduersus Societatem ob denegatam à nonnullis ex ea doctis, & pijs viris subscriptionem suam consultationi cuidam circa incommoda retinendi triumviratum Marchionis de Velada, & D. Christophori de Mora, & D. Ioannis Idiaguez, quæ Philippus II. moriens suaserat ad Regni gubernationem nato suo Philippo III. iuueni, & parùm experto. Cuius ingratiæ insinuatus, expulso triumviratu illo, & sibi soli arrogata gubernatione, pœnas sumpsit de Societate Dux Lermensis, auditusque fuit aliquando dicere, *fecissem aureas columnas Vallis Oletanae Domus Præfessæ Societatis, si initio mea apud Regem gratiæ expertus essem aliquos è Societate n. agis erga me affectos.* Ceterum cum iam esset Cardinalis S. R. E. pacatior Societati redditus, fundauit anno 1617. Domum Professam Madritensem, adducto in eius templum corpore B. Francisci Borgiæ avi sui, postque seiunctus à latere Regio elegit in suum Confessarium, P. Ioannem Chacon, meum in Theologia præstantissimum Magistrum, cui decedens è vita commisit omnem conscientiæ suæ securitatem, & quietem.

EVENTILATIO XV!

NARRATIONVM EIVSDEM QUESTIONARIJ.

*Num Societatis doctrina displicuerit Concilio Tridentino?
Omittitur examen responsionum Questionarij ad
ea, quæ pro doctrina illa solent ex Concilio adduci.*

401



V T H O R
Questionis Historiæ in thesibus 22. & 23. atque 25. totus in eo occupatur, vt præde-

terminationem physicam protegat ab

obiectionibus, quibus impetitur ex Concilio Tridentino dicente *sess. 6. cap. 5. iustificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratis sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua, nullis eorum existentibus meritis, vocantur, vt qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem, atque adiuantem gra-*

M 3

tiam

tiā ad conuertendum se, ad suam ipsorum iustificacionem, eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando, dissoluantur: ita ut tan- gēte Deo eorū hēminis per Spiritus sancti illuminationem, neque hēmo is se nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam & abicere potest; neque ta- men suæ gratiæ Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera suā voluntate possit, &c. Rursusq; in Can. 4. p. onstantiē, Si quis dixerit, liberum hēminis arbitrium à Deo inctum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendā iustificacionis gratiam se disponat, ac præparet, neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, merè que passivè se habere, anathema sit. Videtur enim Authoribus, qui oppugnant physicā prædeterminacionem, non recte eam componi cum his Concilij verbis.

402 Quam verò Quæstionarius solide, & perspicue te gerat in repellendis argumentis, quæ ex præfatis verbis desumuntur, aliorum iudicium esto. Mihi in suscepta tractatione propositum non est, aduersarios aggredi in suis stationibus, sed reprimere tantum incursum factos in nos denuò ex historicis narrationibus, iisque, quæ ad Scientiam Mediam spectant. Quare transeo ad thesīm xxv.

*ENERVATUR CVRSIM ARGV-
mentum contra Scientiam Mediam de-
sumptum ex illo Concilio; priusque
notantur carbones ineptiæ qua-
dam intermixta ei argu-
mento à Quæstio-
nario.*

403 **I**N thesi itaque xxv. Quæstionarius sic loquitur, [vel Tridentinum admisit, præ- motionem physicā non tollere libertatem, vel admisit Scientiam Mediam; cum Suarez, & alij fateantur, alterum è duobus admittendum esse, ut nos expediāmus ab argumētis Hæreticorum. Atqui Tridentinum non potuit admittere Scientiam Mediam, quia anno 1547. quo hac de re actum est, nondum fuerat è tenebris eruta; hoc enim non contigit ante annum 1559. ex Molina, & Fonseca. Igitur Tridentinum admisit, prædeterminacionem physicā non tollere libertatem.

Hoc autem negant Molinistæ. Ergo &c. Adde, quod si Molinam audiamus dicentem, admittendam esse Scientiam Mediam, nisi (inquit) turpiter hallucinari velimus, necesse fuerit dicere, B. Ignatium, Xaverium, &c. imò quotquot ante Scientiæ Mediæ inuentionem Hæreticos impugnarunt, ipsos etiam Patres Tridentini nos turpiter fuisse hallucinatos. Sic ille. Sed quis vnquam audiuit, aut legit tantam farraginem ineptiarum.

404 Dissimulo pessimam Quæstionarij calculationem de anno 1559. erutæ è tenebris Scientiæ Mediæ, cum non sit edita in lucem nisi anno 1566. si ob P. Fonseca verba illa lib. 6. *Metaphysicæ cap. 2. quasi. 4. sect. 8 in principio*; [ante annos triginta, quam hæc scriberemus (scribimus autem anno Domini 1596.) cum materiam de prouidentia diuina, & prædeterminatione in publicis lectionibus essent ingressi, multaque, ac graues difficultates, quæ in ea occurrunt, se nobis obijcerent, nulla faciliōri via, & ratione putabamus explicari omnes posse, quam constituenda ea distinctione, quam paulò ante fecimus, duplicis status eorum contingentium, quæ re vera futura sunt, absoluti scilicet, & conditionati, asserendaque certitudine diuine cognitionis circa illa in utroque statu,] si ob verba, in quâ, illa, citata in margine à Quæstionario, ortus Scientiæ Mediæ computandus sit ex tempore; quo Fonseca distabat publicæ materiæ de prouidentia, & prædeterminatione. Antonius de Matre Dei *Tract. 3. Disp. 10. dub. 7. num. 101 §. 1. num. 102. & 107. & 109. §. 2. num. 116. dub. 8. §. 1. num. 126.* ob eadem Fonseca verba reuocat originem opinionis de Scientia Media in annum 1560. & Araujus 1. p. q. 23. art. 6. dub. 1. num. 41. §. *Discriminantur, pag. 728.* circa annum 1585. Sed iuxta exactā computationem debuissent reuocare in annum 1566. ut notauit contra Quæstionarium. In quo dissimulo etiam inappositam illacionem de hallucinatione SS. Ignatii, & Xaverij.

405 Respondeo, Tridentinam Synodum supposituisse Scientiam Mediam, sine hac enim stare non possunt, quæ decreuit in verbis *suprà* exaratis, neque

neque item possunt stare cum physica prædeterminatione, ut videtur Authoribus, contra quos argumentatur Quæstionarius. Verba Concilij stare non posse cum physice prædeterminatiua gratiæ efficaci, tractari à nobis in hoc loco non debet, ne transiliamus terminos nobis præfixos à Summis Ecclesiæ Præsulibus. Quòd verò stare nequeant sine Scientia Media, arduum non foret, multis rationibus probare. Sed nos id reseruamus in Delineacionem Theologicam de hac Scientia.

*DEBILITANTVR ETIAM BREVI-
ter tria alia argumenta ex eodem
Concilio de prompta à Hieronymo Viue.*

406 **N**ON tamen nunc onitemus proponere, atque enodare concito sermone quasdam obiectiones, confectas nouiter ex eodem Concilio à Hieronymo Viue in *Disp. xi. contra Scientiam Mediam, Disp. 7. §. 9.* ubi reflectit in nos illa ipsa testimonia, quibus nos magis fidimus. Et in primis illa quæ transcripta sunt in *num. 401.* Nam voluntas humana nequit in sensu composito dissentire, stante decreto ponente ipsam in occasione, & cum vocatione, in qua per Scientiam Mediam præuisa sit consensura; neque etiam stante inspiratione, vocatione, & auxilio efficaci, prout admittitur à nobis. Nequit item, stante illo decreto, & recipiens auxilium efficax, abicere dictum decretum, auxiliumque efficax. Ergo Scientia Media aduersa est Concilio Tridentino.

407 Deinde ex verbis Canonis 6. pertinentis ad eandem sessionem, & interminantis anathema in eum, qui dixerit, *non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera ita, ut bona. Deum operari non permisiuè solium, sed etiam propriè. & perse, adeò ut sit proprium eius opus non minus proditio Iudæ, quam vocatio Pauli,* sic arguit Vives: postquam Deus vidit voluntatem creatam æqualiter se habentem ad entitatem peccati, & virtutis; & peccati entitatem producendam ab illa, si Deus ponat eam in occasione A. entitatem verò virtutis efficiendam ab eadem, si Deus ipse ponat eam in oc-

casione B. ad quas occasiones voluntas creata æqualiter etiam se habet: certè Deus incipiens determinationem, ut producat entitas actus boni, nihil aliud facit, quam exequi conditionem A. cum præscientia, quòd sequetur actus boni entitas ex illa conditione. Atqui ut incipiat determinationem, quæ producat entitas actus mali, nihil etiam aliud facit, nisi exequi conditionem B. cum præscientia, quòd sequetur entitas actus mali ex illa conditione. Ergo Deus iuxta sententiam de Scientia Media eodem modo incipit productionem entitatis peccati, & efficientiam entitatis actus boni. Quod non potest dici, salua autoritate Concilij Tridentini.

408 Tertio cum idem Concilium *Cap. xi. præfata Sessionis* affirmet, *Deum sua gratia semel iustificatos non deserere, nisi ab eis prius deseratur,* disputat in hunc modum Vives: atqui si Deo tribuatur talis modus providentiæ, qualis tribuitur à nobis, quod nempe Deus de facto ponat voluntatem humanam in occasione A. & vocet vocatione B. aut ponat in occasione C. & vocet vocatione D. habens simul Scientiam Mediam de actu futuro bono sub conditione, quòd à Deo ponatur in occasione A. & vocetur vocatione B: & de actu malo futuro sub conditione, quòd à Deo vocetur vocatione C. in occasione D. tunc, inquam, Deus non deseritur prius ab homine iustificato, quam iste deseratur à Deo. Ergo Concilium Tridentinum repugnat Scientiæ Mediæ.

409 Ad primum respondeo, doctrinam Concilij optimè componi cum Scientia Media. Nam dissentienti potestas tradita à Concilio salva manet, etsi voluntas humana in sensu composito decreti ponentis ipsam in occasione, & cum vocatione, qua per Scientiam Mediam præuisa sit consensura, nequeat dissentire: quòd enim nequeat in tali sensu composito, est suppositio cōsequens libertatem ipsius voluntatis humanæ præuisæ à Deo in statu conditionato; qua cum suppositiōne stat absolute, & simpliciter potestas dissentendi in sensu composito gratiæ, omniumque prærequisitorum ad efficiendum. Et de huiusmodi potestate loquitur Concilium. Circa quod

quod notat B. Franciscus de Sales Episcopus, Princepsque Genevensis, relatus recenter in Beatos, lib. 2. Praxis amoris Dei Cap. 12. §. 4. Quando dicitur, posse nos resistere inspirationi cœlesti, & impulsui diuino, certè non est intelligendum, nos posse impedire, ne Deus inspiret nobis, iaciatque in nostra corda suas uocationes. Nam, ut antea dictum est, id fit in nobis sine nobis; sunt fauores cœlestes, quibus cumulamur, antequam de illis cogitemus. Excitat nos Deus, quando dormimus; & experimur nos excitatos, antequam mente concipiamus. Quod in nostra potestate est, illud est, ut surgamus, vel non; etsi enim Deus nos excitauit sine nobis, non uult erigere nos sine nobis: etique resistere suæ uocationi, nolle surgere, aut redire ad dormiendum, quia uocare, & excitare nos dirigitur eò, ut surgamus: in nostra manu positum non est facere, ne inspiratio nos tangat, consequenterque ne nos impellat; sed si ad mensuram, qua nos tangit, repellimus eam, non sinentes nos trahi à sua motione, tunc resistimus. Hæc, & plura alia ibi B. Salesius, quæ sunt nucleus, nostre sententiæ quoad modum intelligendi Concilium.

410 Ad secundum dico, Deum exequentem conditionem, sub qua præuidit per Scientiam Mediã, quod à uoluntate humana esset ponenda materialis entitas peccati, longè aliter se habere, ac quando exequitur conditionem, sub qua præuidit per Scientiã Mediã, quod ab eadem uoluntate humana esset ponenda materialis entitas actus boni. Prior enim exequutio fit a Deo nullatenus intendente entitatem materialem peccati, sed solummodo eam perauertente, ut et quod iuxta S. Anselmi loquutionem in Dialogo de Casu Diaboli Cap. 28. uelut rapiatur à uoluntate humana concursus physicus diuinæ Omnipotentis eam in entitatem; ne, si sic non permittat, adimat uoluntati humanæ iura libertatis, quæ ei in creatione concessit. At posterior exequutio fit à Deo diuersum omnino in modum. Vnde aiebat B. Salesius supra lib. 8. Cap. §. 3. Sed quia hæc uoluntas Dei significata, seu per modum signi, procedit ad instar desiderij, non autem uolitionis absolute, possumus eam se iurè cum obedientia, aut resistere cum inobedientia. Deus enim, quantum ad id, exercet tres actus suæ uoluntatis; uult, nos posse resistere, deprecatur, ne resistamus, & nihilominus

permittit resistere, si uelimus. Quod possumus resistere, pendet à nostra naturali conditione, & libertate; quod resistamus, pendet à nostra malitia; quod non resistamus, hoc est à desiderio diuinæ bonitatis. Quando igitur resistimus, nihil Deus contribuit ad nostram inobedientiam, quin potius, relinquendo nostram uoluntatem in manu sui liberi arbitrij, permittit, quod eligat malum. Sed quando obediunt, contribuit Deus suum auxilium, suam inspirationem, & suam gratiam. Quia permissio est quedam uoluntatis actio de se sterilis, atque infœcunda, aut (si fieri liceat) est quedam actio passiuæ, quæ nihil facit, sed sinit facere. Et è contra desiderium est quedam actio actiuæ, fertilis, & fœcunda, quæ excitat, inuitat, & premit. Ideoque quando Deus desiderat, ut suam uoluntatem significatam sequamur, sollicitat nos, hortatur, inuitat, inspirat, adiurat, & auxiliatur. Sed quando permittit, quod resistamus, nihil aliud facit, quàm simpliciter sinere, ut faciamus quod uolumus iuxta nostram liberam electionem, contra suum desiderium, & intentionem. Nihilominus tamen hoc Dei desiderium fincerum est, & c. Ita B. Salesius, cuius uerba tam sunt expressa pro opinione nostra circa modum, quo uoluntas diuina segerit erga peccatum, ut expressiora alia non possint à nobis optari. Reuocantque nobis ad memoriam illa Tertulliani Cap. 3. in Exhortatione ad castitatem, Si quadam uidentur uoluntatem Dei sapere, dum à Deo permittuntur, non statim omne, quod permittitur, ex mera, & tota uoluntate procedit eius, qui permittit. Ex indulgentia est quodcumque permittitur. Quæ etsi sine uoluntate non est, quia tamen aliquam habet causam in loco, cui indulgetur, quasi de invita uenit uoluntate, passæ causam sui, quæ cogit uoluntatem. Vide, qualis sit uoluntas eius, cuius altera sit causa.

411 Ad tertium respondeo, diuinã gratiã semel iustificatum non deserit à Deo, nisi hic prius ab illo deseratur. Quia licet sæpe Deus ponat iustificatum in ea occasione, & uocet eo auxilio, quibus iustificationem amissurum præuidit per Scientiam Mediã; at iustificatus deserit tunc prius Deum. Nam ideo Deus præuidit quod dictum est, quia in ea occasione, & eo auxilio uellet ille, cū posset, perseuere in iustificatione. Et ideo ille in statu absoluto perdit iustificationem, quia potens in ea occasione, & cum eo

auxi-

auxilio retinere ipsam, non retinet ex merito suo libero arbitrio: ex quo prouenit, ut auxilium, quod poterat esse efficax ad conseruationem iustificationis, sit tantum sufficiens, utque semel iustificatus deseratur à Deo, quantum ad permittendum lapsum in peccatum, & quantum ad cessandum à iustificationis conseruatione. Quem esse sensum dogmatis illius accepti à Concilio Tridentino ex S. Augustino in lib. de Natura, & gratia Cap. 26. in Serm. 88. de Tempore, ex alijsque PP. discipulis S. Augustini, probat solidè Suarez part. 2. de Gratia lib. 4. Cap. 2. lib. 5. Cap. 40. illustratque præclaris, & appositissimis exemplis B. Salesius supra lib. 4. Cap. 5. per totum. Et hæc satis ad tria illa argumenta. Sed cum nos nunc Historicum præcipuè agamus, parcamus rationibus Theologicis, & narremus quod ex aliorum dictis subodorare possumus circa Tridentinæ Synodi mentem.

CONCILII ILLIUS SENSUS FAUORABILIS DOCTRINÆ SOCIETATIS PERVESTITUR EX TESTIMONIO IOANNIS À BONONIA, QUI PRÆSENS IPSI FUIT.

412 Et in primis Ioannes à Bononia in Opere de aeterna Dei prædestinatione, & reprobatione tit. de lib. hominis arb. pag. 103. inquit, [Cæterum quia non desunt modo homines, quauis omnipietate præditi, aliter delibero hominis assensu, dum iustificamur, quam nos sentientes; ac ideo huius Oecumenici Concilij Tridentini clarissimam doctrinam obscurare quodammodo conari uidentur, dum dicunt, habere hominem libertatem arbitrij, ut excitationi, admonitionique resistere possit; sed his diuinis inspirationibus, atque monitionibus suppositis nullum resistere arbitrium. Obscurare autem dixi, quoniam ex dicto Reuerendissimi Domini Heronymi (Mozareli) à Bononia, sanctissimæ Sedis Apostolicæ Nuntij dignissimi, necnon Archiepiscopi Compsani, Professoris Theologiæ peritissimi, atque (dum in Ordine Prædicatorio maneret) sacri Palatii Magistræ eximij, apud Carolum Imperatorem V. cognomento Maximum residentis, eandem opinionem in sancta Tridentina Synodo fuisse summa

diligentia à Patribus discussam, & tanquam minus probabilem optimo iure percepit reiectam.] Ita Ioannes à Bononia Doctor Louanienfis, Archidiaconusque Panormitanus, cuius uerba cū recitasset Basilda in Congregatione 47. subiunxit, [Si autem uerum est, quod scribit (uermum autem esse nemo dubitabit, qui intelliget, eo tempore, uidelicet anno 1554. uel 55. hæc scripta esse, quo recentissima fuerat Concilij soluti memoria) profectò abundè sufficere deberet ad persuadendum his Patribus, ut sententiam suam, quam intelligunt Concilij autoritate reiectam, etiam ipsi reijcerent.]

413 Idem Ioannes à Bononia in solutione argumentorum pertinentium ad prædestinationem pag. 514. scribit, [Stulta nimium est igitur, & perniciofa persuasio docentium, nos posse quidem diuinam reijcere inspirationem; sed non eam potentiam, quæ aliquando reducat ad actum.] Rufus in titulo de lib. arb. pag. 158. [Hinc compertissimum est, quod ob libertatem uoluntatis, quacumque posita gratia, etiam ea, quæ facit conuerti, possumus eam negligere; & nolle conuerti, licet fide fateamur, omnem uoluntatem bonam esse diuinitus inspiratam.] Iterum pag. 162. [At ne quis miretur, posse aliquem à Patre trahi, qui non sequatur, is intelligat, appellatione tractus, non uolentiam quandam motionem, (quia nihil magis repugnat Patri, qui libenter omnia disponit, ac moderatur; nihilque magis repugnat animo nostro, qui non potest hoc modo impelli) accipi debere. Cum igitur trahentem audimus Patrem, solum intelligimus, omnes siue Internas, siue externas motiones, quibus Dominus utitur, ut uoluntatem eius cognoscamus: ira tamen ut his auditis, liberum nobis relinquatur, illis aut non assentiri, aut consentire.] Tandem in solutione argumentorum pag. 515. [Agit quidem in conuersione, & iustificatione peccatoris suas partes liberum arbitrium; sed solum amplectendo bona Dei, non resistendo Spiritui diuino, ac permittendo se congregari sub alis Domini. Sunt illæ quidem actiones, quauis concurrat etiam Dominus, ex parte nostra, non solum spontaneæ, sed etiam liberæ, quia in nobis est, ab illis tenentur.]

temperare: atque idèdò proculdubio & nos aliquid agimus; quod illi non ponunt, qui hæc munera reijciunt. Sic ille.

414 Ad cuius commendationem facit, quod interfuit Conc. Trid. ut ipse testatur titulo *Quorundam de prædestinatione sententiæ pag. 254.* videturque *suprà* significare, interfuisse etiam Hieronymum à Bononia Archiepiscopum Complani, quem laudat; & in Catalogis præsentium Sessioni 3. 6. & 7. Concilij iuxta editionem Binianam refertur Hieronymus à Bononia Episcopus Siracusanus Siculus, incertusque tum, an vnus, idèdò que sit? De Ioanne autem à Bononia legatur P. Aldretus tom. 1. in 1. p. Disp. 28. Sect. 1. num. 8. Disp. 29. Sect. 10. num. 1. & duobus seqq. num. etiam 9.

IDEM SENSUS INDAGATUR EX disputatione, quam in eodem Concilio dicitur habuisse Dominicus Sotus cum Aloysio Catanæo.

415 Deinde fama est, Dominicum Sotum, splendidissimum Prædicatorij Ordinis tydus, vnus sæculi hominem, propugnasse in Concilio Tridentino gratiam diuinam præuenientem talem esse, quæ quando efficacæ euadit, acquirit etiam efficaciam ex consensu liberi arbitrij potentis ei secundum se consideratæ ut allentiri, sic etiam dissentiri, ac reluctari: licet verò Fr. Aloysius Catanæus, eiusdem Ordinis Theologus egregius, pro contraria parte disputarit, obieceritque, fore, ut absurdè sequeretur, distinctionem electorum à reprobis pendere ab hominibus, prædestinationemque esse tanquam ex ratione à priori, vel saltem tanquam ex conditione, ex bonis eorum operibus præuisis ut futuris (quod vtrumque fuit, & est præcipuum Dominicanorum obstaculum contra Nostros) Dominici tamen Soti opinionem arrisisse magis Conciliaribus plerisque Patribus. Præter communem famam, quam à Maioribus nostris accipimus, Eugenius Philadelphus in *Exercitatione tripartita scholastica cap. 3. §. 5.* ait, referri à Petro Suauo in *historia Concilij Tridentini Libro 2. pag. 233.* receptam fuisse in Concilio Tridentino sententiam, quam contra gratiam physicè prædeterminatiuam, & inapteque

natura adæquatè efficacem defensauit Dominicus Sotus.

416 Cæterum quia Petrus Suauis est Author affectæ fidei, et si mirum valde fuisset, narrasse aliquid falsum, quod benè verteret Iesuitis, quibuscū apertè inimicitias exercet; quia etiam Quæstionarius dicit, famam sæpe canere infecta, aliunde ex Soto inuestigamus Tridentinæ Synodi sensum, sequuti exemplum Quæstionarij, qui *thesi 26. infert*, ut & Antonius de Matre Dei *Tract. 3. Disp. 10. dub. 6. §. 2.* eius Synodi aduersam Scientiæ Mediæ mentem exinde, quod Theologi ad eam conuenientes Synodum, postea in suis scriptis non meminerint Scientiæ Mediæ, neque quidquam docuerint, quod cum principijs ad huiusmodi Scientiæ ducentibus colludat.

PRO DOCTRINA SOCIETATIS LOCA multa exarantur, & expenduntur Dominici Soti, qui claruit in Tridentino Concilio.

417 Age igitur, & euoluamus scripta Dominici Soti. Inuenimus in *lib. 1. de natura, & gratia. c. 15.* hæc verba, [Alter ordo, in quo locum quoque habet quædam libertas, est operum gratiæ. Quam libertatè, ut *lib. 2. & item 3.* videbimus, pertendunt semper Lutherani inficiari; dicentes, opera liberi arbitrij nihil ad nostram iustificationem præstare, neque ex nostro assensu, & cooperatione illam pendere. Vnde contra regnum liberi arbitrij comædias ludunt; quibus docent; sicut inanime organum, aut brutum pecus, sic hominem se habere, dum iustificatur. Qui etiam sunt inter Catholicos, quos viua voce dogma hoc afferentes, nobisque reclamantibus, defensores audiuius. Puta, quod Deus quadam nos vi, & necessitate ad se pertrahit: ita ut in nostra nos conuersione merè habeamus passiuè, & receptiuè. De quo idcirco Sacrosancta Synodus *ses. 6.* pronuntiauit, cuius hic decretum, quam sit sanctum, explanare intendimus.] Ita Sotus.

418 Illi verò Catholici, contra quos reclamare solitus erat, videntur eidem ipsi, de quibus in *c. 16.* scribit [Sunt inter Scholasticos, qui doceant, posito concursu Dei, non esse vtrumque

vtrumque in potestate voluntatis, scilicet agere, & non agere. Ob idque secundo aiunt, eiusmodi concursum non connumerari inter requisita ad agendum: imò dicunt, ut sua vtamur voce, concomitari actionem ipsam. Horum autem duorum vel vtrumque nunquā intellexi, vel neutrum vnquam credam. Etenim non est dubium, quin concursus Dei, licet concomitetur, vt aiunt, actionem, sit nihilominus cuiusque causæ secundæ requisitus ad agendum; imò verò & natura prærequisitus. Quoniam non solum Deus est causa effectus secundæ causæ, verum etiam ipse mouet eam ad agendum. At quauis ille concursus sit prærequisitus, nihilo secius, illo posito, tunc etiam est in facultate voluntatis agere, & cessare. Aliàs nullus dabitur requisitorum numerus, quibus positis voluntas possit agere, & non agere; atque adèdò neque erit libera. Nam ante diuinum concursum non potest agere; & quando ille adest, vt ita aiunt, non potest non agere. Solutio ergo dubitationis est, quod illo tunc temporis momento, quò Deus mecum concurrat, sum liber, vt tunc agere renuam. Etenim dum liberè moueor, possum in sensu diuiso non agere; & tunc cessabit concursus Dei: tametsi in sensu composito contra te inuicem pugnet, Deum agere erga me actione illa, & me non agere. Neque aliud sibi vult Aristoteles, vbi ait, illud, quod est, quando est, necesse est esse, quam quòd sit iam tunc determinate verum.] Sic ibi Sotus, transcriptus totidem verbis, sed tacito eius nomine, ab Alexio Gomez Abbate S. Dominici de Pedraza *Elucidatione in varias qq. Scholasticas p. 2. lib. 1. Cap. de lib. arb. §. Ad dissol. vendum, & §. Solutio dubij est pag. 641. & 642.* Et optimè quidem vterque, licet Didaucus Stunica Augustinianus *l. 2. de vera Religione in omnes sui temporis Hæreticos c. 4.* acriter refellat Sotum, non benè intellectū, circa solutionem illius dubitationis; in qua, ut testatur Hieronymus ab Angelo *Cap. 1. Moralium text. 2. notabili 1.* contremiscebant Doctores antiqui: iam tamen non territat Theologos ea difficultas.

419 Sed reuertamur ad *cap. 15.* vbi pro libertate voluntatis creatæ argumentatur quarto Sotus in hunc

modum, [Si Deus ita nos iustificaret per gratiam suam, vt nihil assensione nostra, & arbitrio opus esset; cum ipse ad osium sit semper, & pulset, quid causæ restaret, cur non omnes conuerteret? Quòd si rem fortè in æternas causas prædestinationis retuleris, quia cui vult miseretur, & quem vult indurat; non satis quæstioni feceris. Illa enim est causa suprema, & remota, videlicet quare hunc ad gloriam destinauerit, illum verò minimè (de cuius effectu ait Augustinus, quare hunc trahat, illum non trahat, noli dubitare, si non vis errare) sed tamen causa præterea desideratur proxima, per quam destinauerit vnumquemlibet in regnum recipere. Vt enim ex infantibus hinc salutem consequitur, quia renatus est ex aqua, & Spiritu sancto, ille verò nequaquam, propterea quòd absque baptismo vita deceisit; ita in adultis reddenda est proxima causa, cur cum duos æquè sit Deus paratissimus conuètere, præsentissimaque vtrumque misericordia aspiret, hunc trahat, illum non trahat? Quæ reuera reddi non potest, nisi quòd alter præbet assensum, & cooperatur, alter verò minimè. Vt enim paruulum per baptismum sine suo consensu, ita adultum per suam cooperationem prædestinavit conuètere. Sed rationem, cur maiori hunc gratia, quam illum perfundat, nullam certè aliam effingere poteris, quam quòd vnus maiori se, quam alter, conatu, & impetu amoris conuerterit, &c.] Hætenus Sotus, qui verbis illis, [quæ reuera reddi non potest, &c.] quantum præluxerit doctrinæ Societatis, nullus non perspiciet, qui vel à limine salutabit Theologorum exedras.

420 Sed aduertendum est, præclarissimum hunc Doctorem in *suorum Operum recognitione, quæ est ad calcem Commentariorum in 4. Sententiarum,* optare, vt ad maiorem explicationem post illa verba, [sed tamen causa præterea desideratur proxima] addatur, [quæ sit ad iustificationem materialis dispositio] optare itidem, vt cum proximè inquit, [per quam destinauerit vnumquemlibet in regnum recipere] intelligatur, [causam per quam, non dicere causam prædestinationis, sed dispositionem ad primam gratiam iustificationis, que est effectus eius: quæ idèdò dil-

dispositio est itidem effectus eiusdem prædestinationis.]

421 Rursum aduertendum est, quosdam taxare voluisse verba illa, [quæ re vera reddi non potest, &c.] dicentes, [quod nimium tribuerit Sotus libero arbitrio in iustificationis causa,] ipse tamen Sotus reponit, [et tamen salua semper Catholice Ecclesie censura, arbitror, necessario sic dicendum.] Vbi vides constantiam Soti in doctrina tradita, simulque in illa à nonnullis taxatum, quod in opinione Societatis à Dominicanis expendentibus ea Pauli verba, *quis est, qui te discernit?* &c.

422 Vt iterum notandum est, Petrum Binsfeldium Doctorem Theologum, & Suffraganeum Treuerensem *Lib. receptarum in Theologia sententiarum, & conclusionum sect. 3. de lib. arb. & gratia, conclus. 14. pag. 578.* sic loqui, [Bañez acriter insurgit contra Tapperum in art. 7. propositione 10. quod doceat, contingere cum æquali auxilio Dei, vnum conuerti, alium non, quia hic voluit, alius non voluit, &c. Hanc doctrinam dicit Deo esse contrariam, & diuinæ gratiæ derogatricem. Sed mirum est, quomodo Banez tam vehementer inuexerit in Tapperum, & non reprehenderit Dominicum à Soto, qui idem, nisi me sensus fallat, docuit l. 1. de natura, & gratia cap. 14. quod ignorare non potuit, cum Sotus eum & in Cathedra, & in eodem Monasterio Salmanticensi præcesserit, vt idem Banez 2. 2. q. 1. art. 7. dub. 2. testatur, & ipsius extremis anno Domini 1560. 15. Nouembris interfuerit, videndo non vulgaria suæ prædestinationis signa, Sotus autem loco citato ita loquitur, vt enim ex infantibus, &c. vt supra.] Hactenus ex Petro Binsfeldio, nobili doctrinæ Iesuiticæ assecla, cuius liber emissus est in publicum anno 1595.

423 Idem Sotus Cap. illo 16. huic argumento, [Si quando Deus vel ad bonum, vel ad malum nos mouet, in nostra esset potestate non moueri; motio Dei nõ esset efficax, atque adeo neque esset omnipotens, contra illud, Omnia quæcumque voluit, Deus fecit in cælo, & in terra. Quo argumento persuadent sibi, quoties nos Deus mouet, necessitatem nobis inferre] huic, inquam, argumento sic responderet,

[Illatio sua tamen nullus est vigoris. Quod enim nos Deus liberè moueat, nihil contra eius cuncti potentiam, & efficaciam pugnat. Quin imò inde amplissimè patet infinita eius virtus, & sapientia; quod alias causas instituit naturaliter mouere, & alias liberè, & cum singulis modo proprio concurrere. Quo circa quicquid Deus vult voluntate absoluta, & quæ dicitur beneplaciti, fit, iuxta illud, Voluntati eius quis resistet? Quando autem cum libero homine concurrat, non vult illud fieri, nisi salua humana natura, & libera voluntate; quæ id circo resistere Deo potest.]

424 In causis naturalibus, ac necessarijs negatam esse à Soto physicam prædeterminationem, colligunt Theophilus Raynaudus in *Theologia naturali Dist. 8. q. & artic. 5. num. 346.* & contra nouam rationem explicandi libertatem p. 2. Cap. 3. num. 21. Sherlogus p. 2. Sect. 19. num. 102. ex his verbis, quæ habet Sotus in 3. *Physicorum q. 1. art. 2. conclus. 5. & postrema, proposit. 4.* [Intel ligere non possum, propterea quod ignis calefaciat aquam, quæ entitas in illo resultat. Et prætereà licet talis entitas fingeretur, dubitare nequeo (quicquid totus mundus mihi diceret) quominus posset Deus, igne calefaciente aquam, talem entitatis productionem impedire; & tunc eque benè calefaceret aquam sine illa, & per consequens superfluit.] Cæterum in hoc loco Sotus explodit modales entitates, quæ in causas secundas necessarias resultent ex ipsarum actionibus transeuntibus, non verò modalem, aut absolutam entitatem præcedentem, prædeterminantemque ad eas actiones.

425 Apparètius allegatur idè Sotus in *proposit. 5.* inquit, [In agere nihil aliud est, quàm agens ipsum, & virtus agendi. Hanc conclusionem addiderim propter aliquos Thomistas, qui putant, in igne v.g. quando calefacit, præter formam substantialem, & calorem, qui est virtus calefaciendi, esse adhuc nescio quam entitatem absolutam, quæ est productio actiua caloris, quæ est fundamentum relationis agentis. Quæ opinionem videtur impugnare Scotus in 4. d. 17. q. 1. Et quicquid sit de eius argumentis, existimo certè, nihil esse prorsus in igne præter formam, & calorem,

calorem, quo calefacit. Primò quia Aristoteles hic expressè disputat, vtrū actio sit in agente? Et respondet, quod non nisi in passio. Neque aliam prorsus actionem ponit, à qua agens denominetur, præter motum, qui est in passio ab agente. Et quando Aristoteles, & S. Thomas contrarium dicerent, persuadere mihi certè non possent, quod quando ignis calefacit aquam, aliqua entitas producat in igne; nam cum ignis nihil prorsus producat, quàm calorem in aere contiguo circumstante, non video; vnde produceretur talis entitas in agente: Non ignoro, Thomistas plerosque perscrutari auctoritates S. Thomæ, quibus entitates istas multiplicent, nihil aliud profectò facientes, quàm grauisimum Philosophum obturum, atque adeò inuisum reddere. Ego tamen certus sum, S. Thomam non multiplicasse huiusmodi relationes, aut entitates ad sensum istorum. Et quando contrarium in illo reperirem, aut exponerem, aut nihil crederem eius honori, & auctoritati obuiari, si in rebus his minimis communem potius modum concipiendi amplecterer. Tantum Sotus. Sed responderi potest, ipsum excludere entitatem additam in igne calefaciente, eo de titulo, vt sit fundamentum relationis agendi; minimè verò ea de causa, vt sit ratio subordinationis ignis ad Deum.

426 Superest adhuc illustris locus, in quo Sotus diuinam conditionatorum contingentium scientiam, independentemque à medio connexo cum illis, adumbravit, imò videtur vniuersis coloribus expressisse. Locus, pro vt citatur ab Hurtado de Mendoza *Disp. 4. Summularum S. 3. §. XI.* & ab Alvarez l. 1. c. 1. *Resp. n. 28.* extabat in *Tract. 1. de conditionibus promissiuis C. 16. lect. 3. notabili 1. sed in 2. editione, extat l. 3. C. 8. lect. 3. notab. 1. fol. (mihi) 57.* Sic autè iuxta 1. editionem fatetur Sotus [Pro conditionalibus promissiuis notadū, quod promissio potest fieri absolutè, de qua nihil ad præterens; aut conditionaliter, de qua non nihil hic disputabimus. Vnde ad veritatem conditionalis promissiuæ sufficit, & requiritur, quod non sit ita, sicut per antecedens significatur, quin sit ita, sicut significatur per consequens; sit, inquam, aut fuerit, aut erit: & ad

falsitatem sufficit; & requiritur, quod aliquando sit ita, sicut significatur per consequens, v.g. ad veritatem huius, si viceris in disputatione, dabo tibi librum; requiritur, quod non vincas in disputatione, quin dem tibi librum; Vnde non requiritur, quod antecedens, et consequens sint aliquando vera, & in hoc conuenit promissiuæ cum illatiuæ. Nec requiritur, quod sit bona consequentia, quia scilicet antecedens non possit esse verum sine consequenti; & in hoc differt ab illatiuæ: sed solum quod antecedens non erit verum sine consequenti. Itaque non requiritur, quod oppositum consequentis repugnet cū antecedenti, aut constituat copulatiuam impossibilem; sed quod constituat copulatiuam, quæ nunquam erit vera. In quo manifestatur differentia inter promissiuam, & illatiuam. Ex quo sequitur primò, quod conditionalis promissiuæ est contingens. v.g. si tu viceris in disputatione, & ego non dederim tibi librum; dicta conditionalis est falsa; sed si tunc dederis, illa est vera. Sequitur secundo, multas esse conditionales promissiuas, de quarum veritate nobis non potest constare; sed Deus solus scit, veræne sint, an falsæ? v.g. si tu nunquam viceris in disputatione, solus Deus scit, an si vicisses, dedissem tibi librum? Huiusmodi sunt omnes conditionales de præterito, vt si tu occurrisses prius, tibi dedissem librum, quæ dedi Petro, si Petrus non fuisset potentior, non fuisset mortuus.] Huc vsque Sotus.

427 De quo ait Machin. 1. p. q. 14. art. 13. d. 33. f. 2. fol. 289. [arbitratum esse adeo certam, & communem in schola S. Thomæ sententiam (de infallibili cognitione diuina contingentium conditionatorum,] vt eam tradendam putauerit inter primæ rudimenta Dialecticæ.] Franciscus Dforalleuius in *Opusculo de Scientia Media c. 5.* adnotat id ipsum, & addit pag. 173. [Quauis dum propositiones de futuro contingenti conditionali à solo Deo sciri posse, docet Sotus, nullam mentionem faciat decreti diuini; eo ipso tamen quod in his propositionibus asserit veritatem esse non ex vi illationis, sed ex eo solum, quod de futuro antecedens verum non sit sine con-

sequenti, eo ipso, inquam, cum Authoribus huius opinionis contradicit Authoribus prioris sententię, qui non aliam veritatem propositionis conditionalis agnoscant, quàm consequentię necessitatem: cumque doceat, in huiusmodi futuris esse veritatem à Deo cognoscibilem, quę distincta sit à necessitate illationis, apertè satis fatetur, hanc veritatem esse, & cognosci ante diuinum decretum, quia si a diuino decreto oriretur hæc veritas, v. g. in hac propositione, Si Petrus constituitur in his circumstantiis, volet loqui, hæc, vt Authores etiam prioris sententię contendunt, consisteret in necessitate illa consequentię, qua effectus à Deo volitus ex ipsius voluntate, vel volitione infertur: Ideo enim verum esset, positis illis conditionibus, vt Petrus vellet loqui, quia statuisset, vt positis illis conditionibus vellet. Ac propterea locum non haberet doctrina ipsius Soti.] Sic Diotalleuius.

428 Sed respondent Alvarez *suprà*, & Antonius de Matre Dei *Tract. 3. Disp. 10. dub. 8. §. 2. n. 134.* doceri tantum à Soto, ad diuinam eius propositionis conditionalis notitiam non interuenire necessitatem illationis absolutam, & naturalem, quę in ipsa connexionione terminorum fundetur; quicquid sit, an interueniat, necne, illationis necessitas fundata in aliquo alio præsupposito, nimirum in diuino decreto. Sed contrà, quia alioqui propositio illa erit iam strictissimè illatiua, si præsupponatur decretum diuinum; & antecedens adæquatam (vt pote constat partim ex diuino decreto) non poterit esse verum sine consequenti: quod vtrumque est contrà Sotum, simulque contra Boethium *lib. 1. de Syllogismo hypothetico Cap. 2. cum Eudemo*, & contra Niphum *in Dialectica Iudrica Enuntiato 27. in fine*, & contra Toletum *lib. 1. Summulari. Cap. 20.* qui, & alij diuidunt communiter propositiones conditionales in illatiuas, & non illatiuas, verasque vtrasque, etsi in posterioribus deficiat connexio antecedentis cum consequenti, vt observat Raynaudus *in Theologia naturali Disp. 8. quęst. 1. art. 2. num. 26.*

429 Ecipte Dominicus Bañez *in Institutionibus minoris Dialecticę*

impresis Salmantice anno 1599. lib. 3. Tract. C. 2. pag. 112. & 113. faterur, conjunctionem si in propositione hac conditionali promissiuā, si cras visitaveris me, dabo tibi equum, non accipi illatiuè, ita vt consequentiam constituat; & casu quo Deus, aut Propheta Dei aliquid sub conditione promiserit, tunc consequentiam fore tantum bonam in materia; & in hac propositione conditionali enuntiatiua, si Adam non peccasset, filius Dei non fieret homo, accipi conjunctionem si concomitanter, non absolute illatiuè. Concluditque, [Idè iudicium est de quibusdam futuris conditionatis contingentibus, quę aliqui moderni Theologi fingunt habere medium inter futurum absolutum, & inter possibile futurum; ac proinde Scientiam quandam Mediam in ipso Deo imaginantur, quę nec sit scientia intuitiua, nec scientia simplicis intelligentię.] Sic Bañez.

430 Sed certè, si hoc futurum conditionatū contingens, si Christus Tyrus predicaret, conuerterentur, non est verum absolute illatiuè, vt admittit Bañez, concedere etiam debet, non esse verum ratione decreti, quod absolute existat in Deo, connexum antecedenter cum conuersione sub conditione predicationis Christi, vt argumentatur *suprà* Diotalleuius. Hoc autem ipso quod sic non sit verum, non erit vt sic cognoscibile verè à Deo. Ergo cum aliunde debeat esse ab eo cognoscibile verè, necesse est recurrere ad scientiam, quam Deus habeat non fundatam in illo decreto. Et hæc est Scientia Media, siue sic dicatur, quia media inter purè necessariam, & purè liberam, siue quia media inter simplicis intelligentię, & visionis; hoc enim est merum nomen, & de quo dicitur suo loco. Quod autem conuersio Tyrorum sit quid medium inter futurum absolutum, & inter possibile futurum, negari minimè valet, siquidem nec sit futura absolute, vt Antichristi pertinacia, nec sit præcisè possibiliter futura, vt conuersio ciuium Corozain, & Bethsaidæ. Quare nec fingunt, neque imaginatur moderni Theologi, ad quos respexit Bañez. Videatur Alderustomo 1. in 1. p. Disp. 28. Sect. x. n. 2. vbi incoherentiam doctrinæ in loco superiore à Bañez traditæ notat. Et nos

nos ad Sotum redeamus.

431 De quo respondet Araujus 1. p. q. 23. art. 6. dub. 1. n. 47. §. Tum quia pag. 736. [licet non meminerit diuini decreti, & propterea minus cautè loquutus fuerit, non tamen minus verè, quia nullatenus negat ipse, huiusmodi promissi futuritionem à diuino decreto pendere, nec scientiam illius ante decretum constituit: qui aliàs docet, veritatem cuiuscumque propositionis de futuro ab eius de inesse proxime regulari; veritas autem propositionis de inesse non potest non à diuino decreto dependere, à quo procedit omne creatum, & existens in rerum natura.] Ita Araujus, qui cum fatetur, Sotum loquutum fuisse minus cautè, eo ipso confirmat, ipsum pro nobis allegari magno cum fundamento. Et quidem ea solet esse negantium prærogatiua, vt nisi posituè probetur contrarium, causam obtineant. Vnde etsi Sotus non inficietur expressè decretum; quia tamen non affirmat expressè, meritò censetur suffragari nobis. Præterea implicite inficiatur illud, vt conuincit Diotalleuij ratiocinatio.

432 Neque obstat indicium, quod in contrarium ponderat Araujus. Nam quod à Soto dicatur (vbi cumque dicatur) propositionem de futuro regulari ab eius de inesse, & quod hæc à decreto dependeat, neutiquàm est signum cognitionis diuinæ de veritate propositionis conditionalis promissiuę, ita vt ea cognitio fundetur in decreto subiectiuè absoluto, & obiectiuè conditionato, connexo antecedenter cum re promissa: signum solummodò est decreti extituri, si poneretur conditio, & decreti, quod non debeat esse antecedenter connexum. Huiusmodi autem decretum nobis est in confesso, vt & regulatio propositionis de futuro per suam de inesse.

433 Non contentus Alvarez in sui fauorem exposuisse Sotum, persuadere conatur esse nobis manifestè contrarium in illis verbis quę ad num. 418. transcripsimus, & in his alijs ex c. 18. eiusdem lib. de natura & gratia, [Haud equidem dissententur Theologi, entitatis (ita vocant) quę est peccatum, Deum esse causam eo efficientiæ genere, quo cuncta & animantia, & in

anima ad suas naturales actiones præmouet. Non tamen inde statim conficitur, causam esse peccati, qua parte delectatur à lege, & voluntate Dei. Et quãuis permulti sint, quibus nõ sit explicatu facile, quomodò in odio Dei, quod internam habet, & indiuisam malignitatem, possit Deus causa esse entitatis, culpæ verò non item, non tamen est ita intellectu difficile.] Verum tamen in verbis ad n. 418. nõ aliud ait Sotus, quàm non officere libertati voluntatis humanę, quod in sensu cõposito concursus diuini simultanei, identificateque cum operatione ipsius voluntatis, non possit hæc non agere. Et licet paulò antea vocarit concursum Dei [naturà prærequisitum ad agendum] loquitur ibi de concursu consistente in auxilijs gratiæ à Deo immixtis voluntati, quibus mouet hanc ad agendum, & quorum in sensu diuiso quod possit voluntas non agere, minimè inquit sufficere ad libertatem; quin potius docet, posse voluntatem eis præmotam non agere. Addit enim *inferius*, [Enimuerò ita omnes attestantur, Deum esse causam conuersionis, salutisque nostrę, præmouendo nos, vt tamen nisi nos annuerimus, nihil fiet.] Subtricit Alvarez additamenti huius postrema verba, & disposuit ea alia diuerso modo, ac sunt in Soto. Qui in verbis ex c. 18. rãtũm vult, Deum nobiscum concurrere physicè ad entitatem materialem peccati; quin nec per somnium velit, Deum præmouere, prædeterminareque nos physicè ad eam.

434 Et nota, Aluarezium transcribere, [ad suas naturales actiones præmouet,] cum tamen Sotus in editione *Methymne Campi* anno 1579. (quę mihi est ad vsum) non habeat nisi, *per mouet*. Nota etiam, Sotum in illo *Cap. 18. allegari ab Araujo 1. p. q. 19. art. 10. dub. 2. num. 45. §. Tertia sententia pag. 518. pro sententia negante, Deum prædefinere omnino posituè, aut sic prædeterminare physicè ad materialem peccati. Nec plura de Soto, de quo legatur Suarez tom. 2. de Gratia lib. 5. Cap. 51. ex num. 1. vsque ad 6. & in Tract. de Vera intelligentia auxilijs efficacis Cap. 43. pag. 329. Alderustomo 1. in 1. p. Disp. 28. Sect. 2. num. 8. Sect. 9. num. 36. vsque ad 42. Disp. 29. Sect. 9. num. 10. Petrus à S.*

Josepho in Defensione S. Thomæ aduersus prædeterminatores Disp. 1. Sect. 12. ex pag. 222. vsque ad 234. Fasolus 1. p. q. 14. art. 13. dub. 17. ex n. 287. vsque ad 293.

435 Ultra Sotum sunt multi alij Theologi, qui cum interfuerint Concilio Tridentino, doctrinam Societatis suis in scriptis exprimant, vel indicant.

FRANCISCVS ROMÆVS, QUI præfens fuit Concilio Tridentino, suppetias fert doctrinæ Societatis. Similia habet Matthæus Orius.

Franciscus Romæus à Castellione, Generalis Magister Ordinis Prædicatorum, Tract. de libertate operum, & necessitate, veritate 8. pag. 49. ait, [Illud nõ est prætereundum, quod si ad antiquos Doctores te conuertas, reperias, ferè omnes in hanc vnã conuenisse sententiam, videlicet non ex eo, quod Deus ait, aliquid futurum, id circò futurum est, sed quia futurum est, Deus nouit, qui est præcius futurorum. Sic enim loquitur Hieronymus super Hieremiam, sic Augustinus in de prædeterminatione, & gratia, sic Origenes super Epistolam ad Romanos, sic Chrysostomus super 10. Matthæi caput, sic plerique Orthodoxi Proceres, quorum non pono verba, ne quinernos accumulem. Iuxta hanc igitur loquendi formam non ea mens fuit Patribus nostris, quod res future sint quoquomodo causæ diuinæ erga se præscientiæ.] Sic Romæus; in quo quantum inimicetur Dominicanis posterioribus illud Non ex eo, &c. norunt, qui terminos controuersie inter Dominicanos, & Nostros penetrant. Memoria præcitati Romæi semper nobis grata, & recens occurret ob litteras, quas in Societatis nostræ commendationem scripsit ad suum Ordinem anno 1548. referunturque p. 1. Annalium Societ. lib. 8. n. 30.

436 Consonat Matthæus Orius, Primarius Professor Theologiæ in Coenobio Parisiensi Prædicatorum. Prior ibidem, Generalisque Vicarius Congregationis Gallicanæ, ac simul per vniuersam Galliam Generalis Inquisitor, Pœnitentiarius quatuor Pon-

tificum, Ecclesiastesque insignis, cuius memoriam celebrant Annales Societatis nostræ p. 1. lib. 1. num. 70. & 98. lib. 2. num. 31. ob humaniter, per honorificèque tractatum S. P. Ignatium, delatum ad se Parilijs, & ob præclarum, quod de eius probitate, ac virtute præbuit in Vrbe testimonium. Consonat, inquam, magnus hic Vir in lib. de 3. verbis Pauli contra hereses verb. libertas, vbi ait, [Manifestum est, quod visio Dei, qua videt aliquem agere, vel non agere, non est causa talis actus, vel operationis: sicut homo videns incedentem per viam, non est causa illius incessus, ita nec Dei visio causa operationū in nobis.] Quæ verba expenduntur ab Arrubale tom. 1. in 1. p. Disp. 32. cap. 3. num. 12. à Ribadeneira Tract. de Scientia Dei Disp. 18. cap. 1. num. 3. indicanturque ab Auerfa 1. p. q. 14. sect. 26. §. Opposta sententia.

437 Rursum Romæus in eodem illo Tract. verit. 16. pag. 108. ita habet, [Vndenam igitur est, quod conuertitur Nabuchodonosor à peccato. Pharaon durescit? Hic iam si respondeas iuxta præmissa, quia videlicet diuina motio, & attractus non infert culpam violentiam, sed suaviter mouet vnum quodque per modum eius, vt scilicet liberum hominem liberè moueat; proinde in libertate attracti hominis est, sequi, vel non sequi diuinæ motionis attractum. Bene respondebis; & Augustino, & cæteris Patribus conformissimè. Verum tamen propter hoc non quiescit intellectus quæstionis, &c.] Quibus in verbis Romæus aduersatur motioni, seu tractioni diuinæ, quæ sit physicè prædeterminatiua.

438 Consonat Matthæus Orius dicens supra fol. 37. [Contingit, & est frequenter eadem vocatio, eadem diuina motio, eadem prædicatione, & eadem miraculi operatio; & tamen vnus istis trahitur, alius autem induratur. Nemo enim credit, nisi volens, nemo trahitur a Deo inuitus.] Quibus verbis expressè affirmat hic Doctor, per eandem physicè gratiã vnũ conuerti, alium non conuerti: quæ doctrina maximè repugnat physicæ prædeterminationi.

439 Si cum Nauarrate tom. 2. controu. 21. §. 5. pag. 335. & cum

cum Ioanne Martinez de Prado l. 2. Physicorum q. 14. §. 3. num. 21. opponas Romæum, qui explicans in Veritate 7. propositionem illam Procli, [virtus primæ causæ plus influit super effectum causæ secundæ, quam virtus ipsius causæ secundæ,] inquit, [plus, ac si dixisset, immediatius, prius, intimius, efficacius; vt solemnes exponunt Philosophi.] Respondetur, in hac explicatione nihil esse, quod vel in speciem congruat prædeterminationi physicæ, nisi fortè illud Prius; quod tamen intelligendum est de prioritate dignitatis, causa enim prima nobilior est omnibus causis secundis, & præterea operatur sine stricta ad eas subordinatione, quippe nulla secunda potest cogere causam primam, vt simul cum illa concurrat; potest tamen ipsa causa prima cogere, aut necessitate quamlibet causam secundam. Rursum causa prima determinat siue positivè, siue negativè quamcumque causam secundam ad indiuiduationem effectus. Vnde patet, posse multifariam declarari prioritatem causæ primæ absque recurſu ad physicam prædeterminationem. Vt taceam, causam primam posse dici habere prioritatem respectu effectus, deriuatam à causa secundam, tum quia ipsam causam secundam producit, & conseruat, tum quia siue physicè, siue intentionaliter eam applicat ad operandum, tum quia præcingit liberè suam Omnipotētiam ad concurrendum cum causa secunda (qua sine præparatione nõ intelligitur ex parte causæ secundæ potentia proxima ad suum effectum) tum denique quia ad hunc cõcurrit simultaneè realiter, tanquam virtus, & potentia independens in actu primo à qualibet alia virtute, & potentia. Ex quibus obiter elucidatum manet, cur causa prima dicatur etiam influere efficacius, immediatius, atque intimius. Sed addo cum S. Thoma 1. p. q. 150. art. 5. in Corp. quia forma rei est intrinseca, & tantò magis, quanto consideratur vt prior, & vniuersalior; & ipse Deus est propriè causa ipsius esse vniuersalis in omnibus, quod inter omnia est magis intimum rebus, sequitur, quod Deus in omnibus operetur intimè, imò intimius. Hæc de Romæo, & de alijs occasione ipsius; de quo legatur Aldretus Disp. 19. sect. 10. n. 6. & duobus seqq.

IOANNES ANTONIVS DELPHINUS, qui adfuit Concilio Tridentino, auxiliatur doctrinæ Societatis. Referuntur alij Theologi conformes cum Delphino.

440 **I**OANNES Antonius Delphinus, Generalis Religionis Seraphicæ, lib. 4. de lib. arb. §. probatur, Deum non posse deficere, inquit, [Cum Deus dederit nobis liberam voluntatem, cumque eam assidue moueat, rectè illa opera tribuit antecedenter, hoc est, quantum in se est, quæ sint in potestate voluntatis nostræ. Quis enim, rogo, sit adeò stolidus, vt existimet, voluntatem factam esse liberam, non eò tamè vt voluntate vteretur; sed vt à prima ipsa causa determinaretur ad vnum certum modum agendi, perinde atque res naturales determinantur?] Rursum in §. quo pacto in hominibus sit liberum arbitrium, scribit [Quoniam verò res, quas condidit, sic administrat Deus, quem admodum Augustinus ait, vt eas proprios motus agere sinat, propterea ipse tanquam vniuersalissima causa ita influentiã suã generali mouet eas, que naturaliter agunt, & operantur, vt illas etiam ad vnum certum modum agendi penitus determinet; eas verò, quæ secundum electionem, & propositum agunt, & operantur, sic mouet, vt eas minimè determinet ad vnum aliquem certum modum agendi; sed ipsæ, à præpotente Deo motæ, ad aliquam partem contradictionis pro libito suo se determinant, siue profectò ad agendum, siue ad non agendum; alioquin si determinarentur aliunde, iam non agerent secundum iudicium, propositum, & electionem.] Quid clarius? Plura de Delphino exhibent Suarez in Tract. de Vera intellig. auxiliij efficacis cap. 43. pag. 334. & tom. 2. de Gratia lib. 5. cap. 51. num. 39. Aldretus Disp. 29. sect. 10. num. 18. & tribus seqq.

441 Temperare mihi non possum, quominus Delphino associem Alensem, eiusdem familiæ Irrefragabilem Doctorem. Is 1. p. q. 40. memb. 4. cum hoc argumentum proposuisset tertio loco, [Voluntas beneplaciti Dei est omnium bonorum. Ergo Deus

voluntate beneplaciti vult nos facere boni. Sed nos non facimus semper bona; imò mala. Ergo facimus contra voluntatem beneplaciti, & voluntas beneplaciti cassatur.] Respondet, [Dicendum ergo, quòd voluntas beneplaciti est respectu bonorum dupliciter, aut cum prædeterminatione, ut eorum, quæ non sunt in potestate arbitrij, & hæc sunt alligata necessitati; aut sine prædeterminatione, & hoc modo est bonorum, quæ sunt in potestate arbitrij. Sic enim vult illa bona, ut relinquat nostræ facultati, & voluntati, & non compellat.] Hactenus Alensis.

442 Cui, & Delphino adiungo Ockhamum, Venerabilem Inceptorem Nominalium, & Franciscani Ordinis acutissimum Theologum. In 1. Sententiarum dist. 38. q. unica sic refellit diuinæ voluntatis assertam à nonnullis determinationem, in qua omnia cognoscantur à Deo. [Non videtur, quòd certitudo actuum futurorū ipsius voluntatis creatæ possit per prædictam determinationem saluari, quia si respectu omnium diuina voluntas est determinata, quæro, aut illam determinationem necessariò sequitur determinatio, vel productio voluntatis creatæ? Si sic. Ergo ita naturaliter agit voluntas creatæ, sicut quæcumque causa naturalis, quia sicut voluntate diuina existente determinata ad vnum oppositorum, non est in potestate causæ naturalis cui (cumque non coagere, & etiam ipsa non determinata non coagit causa naturalis; ita voluntate diuina existente determinata, voluntas creatæ coageret, nec haberet in potestate sua non coagere, & per consequens nullus actus voluntatis creatæ esset sibi imputandus. Si autem determinationem voluntatis diuinæ non necessariò sequitur determinatio voluntatis creatæ. Ergo ad sciendum, quòd effectus poneretur, vel non poneretur, non sufficit determinatio voluntatis diuinæ.] Hucusque Ockham, cuius argumentationem approbat Gregorius Ariminensis in 1. Dist. 38. q. & art. 2. v. Præterea concessio. Videantur Gabriel Biel in 2. Dist. 37. q. unica, art. 1. v. ad 1. Hieronymus ab Angesto in Moralibus cap. 1. text. 2. Andreas Nonocastrensis, in 1. dist. 22. q. 7.

Cunerus Petri Episcopus Leovvardi. culis Tract. de Gratia Christi cap. 10. pag. 119. & Tract. de lib. arb. cap. 10. pag. 197. Antonius Cordubensis lib. 1. Questionarij q. 55. Dub. 8. §. Quanto arguitur, & duob. seqq. pag. 463. dub. 10. §. Sed curi pag. 468. Franciscus de Carthagea, Salmanticensis Professor Theologiae, Discursu 4. de Prædest. conclus. 2. pag. 69.

443 Sed ego non omit- tam transcribere Lelij Ballionij Florentini, Sacre Theologiae Professoris ex Ordine Seruorum, insignem locum, et si prolixum, in Tract. de Prædeterminatione cap. 8. à pag. 61. [Ponamus igitur intentionem nostram (inquit Lelius) quòd voluntas nostra tum circa bonum, tum circa malum libera est; & in malo se sola determinatur, in bono autem, auxilio ipsius gratiæ. Et licet ad determinationem voluntatis duo concurrant, voluntas ipsa, & gratia, & non sit dare instans, in quo sunt ab inuicè separata; tamen in termino à quo, & in instanti à quo vnū est prius altero, scilicet voluntas est prior gratia. Determinat igitur voluntas se ipsam, auxilio tamen gratiæ; gratia enim illam confortat, datque ei robur, ut se possit determinare, concurratque ipsa etiam ad determinationem, sed non primò, licet concomitanter. Et hæc positio desumpta est ex Sacro Concilio Tridentino loco superius citato, & tunc meritò Deus damnat homines propter peccata, quia sunt voluntaria, & poterant non facere; & coronat bona opera illorum, quia determinarunt voluntatem in bonum: hoc tamen totum semper intelligatur auxilio gratiæ. Consonat hæc nostra positio Egidio in 2. scripto Dist. 25. quest. 1. art. 1. (adde & quodl. 4. q. 21.) & Henrico. Quodl. 9. quest. 3. vbi inquit, quòd si voluntas nostra ab alio determinaretur, non esset libera. Pro hac nostra sententia aperte est Hieronymus ad Hedibian q. 10. vbi considerans varios effectus nostræ salutis, scilicet quid in causa sit, ut aliqui damnentur, & aliqui saluentur, inquit, hoc accidere propter varias dispositiones voluntatis, quas non ipse Dominus facit, sed ipsa met acceptando, vel respuendo Dei beneficia. Et eo in loco exemplum ponit de ipso Sole, qui cum vnus, idemque sit, incurat limum, & lique facit ceram, qui tunc effectus

effectus cōtarij, hocque euenit propter varias dispositiones. Poteratne hoc dicere clarius? Determinatio autem ista voluntatis non est per aliquem alium actum superuenientem ipsi voluntati; sed est tantum derelictio, & notitio oppositi cum aliqua resistētia, & executio alterius, cui assentitur, adeò quòd voluntas non mouet se ipsam, aliquid actiue operando, sed tantum desistendo. Do exemplum: voluntas potest moueri ad actum fornicarium sub specie boni, quia delectabilis est fornicatio; potest etiam trahi ab opposito ad non fornicandum, quia est contra mandatum Dei: modò est in potestate voluntatis, quam velit partem eligere, cum eligit vnā partem, tunc cōtinuò ab actu illo desistit, non enim ampliùs mouetur, & cui adheret, quodammodo in suo motu vigoratur. Quare videor quodammodo mouere me ipsum, cum inclinem ad partem illam cum resistētia oppositi; & ista determinatio nihil aliud est, nisi quidam assensus voluntatis magis ad vnā, quàm ad aliam partem, cum derelictione oppositi. Notandum tamen, quòd licet Deus primò, & immediatè non determinat voluntatem nostram ad actus suos, potest tamen immutare iuxta illud Proverbiorum 21. Cor Regis in manu Domini, & quocumque volet, inclinabit illud: quod intelligitur non per determinationem, sed per immutationem. Potest autem Deus immutare voluntatem nostram tribus modis, vel alliciendo præmijs, quemadmodum nutrix, homo puerum ad se allicit; vel comminando illi pœnas iuxta illud, Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt: tertio modo voluntatem melius disponendo bonis inspirationibus. Et hoc potest facere Deus ita abundè, & copiosè, quòd quauis voluntatem non cogat, illam determinando, ipsam tamen in bonis desiderijs penitus immobilem facit, ut vidimus in conuersione Pauli, & Magdalene; & hoc propter maximam delectationem, quam capiunt in bene cogitando, & operando. Hæc igitur circa hoc sit nostra intentio, saluo semper meliori iudicio.]

Sic Lelius Ballionius, qui scribebat anno

1577.

PETRVS AVRELIVS SANVTVS,
qui videtur conuenisse in Concilium
Tridentinum, studiosus est doctrinæ
Societatis, alijque
cum eo concordet.

444 **B**ASTIDA in quadam recensione Authorum, qui physicam prædeterminationem reieciunt, tradit, Petrum Aurelium Sanutum, Venetum Augustinianum, fuisse vnum e Theologis Concilij Tridentini. Sunt autem hæc eius verba in Oppugnatione Lutheranarum assertionum, inquisitione 10. de lib. hominis arb. fol. 101. ex editione Parisiensi anni 1549. [Quinimò vsque adeò inualidum, atque infirmum est huiusmodi nostræ voluntatis arbitrium, ut ad operantis etiam gratiæ susceptionem, non nisi diuina quapiam motione, impulsioneve præuia, bonis scilicet compunctionibus, cogitationibusque ab Optimo Deo nobis immisissis, velut materia ad formam, se præparare queat. Hæc ergo præuenienti gratia, & non solà natura libera poterit voluntas disponere. Nostri utiq; postmodum arbitrij erit, diuinis his vocationibus vel assentire, vel dissentire.] Ita Petrus Aurelius.

445 Consonat Alfonso de Castro lib. 7. aduersus hæreses verb. Gratia heresi 1. inquit, [Postquam Deus excitauit voluntatem nostram ad bonum, est in ipsa hominis voluntate hæc potestas, ut Deo mouenti, & inspirationi cōsentiat, aut dissentiat. [Idem lib. 9. verb. libertas heresi 9. [Per hæc (inquit) verba, Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum, ut Lutherani aiunt, tota arbitrij libertas tollitur, quoniam liberum arbitrium trahitur à Deo, & sine hoc tractu ire ad eum non potest; tractus autem violentiam quandam dicit. Non est ergo hominis arbitrium liberum: Respondeo (inquit Castro) falsum esse, quòd assunt, hunc videlicet tractum diuinum esse violentiam aliquam, quoniam non est aliud, quàm vocatio quædam interna, & exhortatio, & monitio, quæ mouet voluntatem nostram ad bene operandum: huic autem vocationi, & monitioni homo sæpe resistit, inobediens existens.] Sic Castro, de quo videatur Suarcz tomo 2. de Gratia lib. 5. cap. 51. n. 9.

446 Con:

446 Consonat Ioannes Bunderius Dominicanus, in *Compendio Theologicarum controversiarum tit. de gratia, & lib. arb.* ubi ait, [Dat Dominus gratuito, ut velimus bonum. Verum quia omnia secundum sibi inditam naturam gubernat, voluntatem, quam liberam condidit, mouet quidem, ut liberè velit, non autem necessitate compellit, secundum illud Chrysostomi *Homilia de Conversione S. Pauli*, Deus nolentes non cogit, sed volentes trahit; nam si ipse vult, nos autem non volumus, ad nostram salutem nihil proficiunt ea, quæ alioqui efficacia sunt; non quia infirma sit eius voluntas, sed quia cogere neminem vult. In libertate itaque hominis situm est, assentire, vel dissentire, parere, vel spernere eius motionem, secundum illud Sapientis, Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod voluerit, dabitur illi. Confirmat & hoc Theophylactus *super illa, Multi sunt vocati, pauci vero electi*, dicens, Dei quidem est vocatio; electos autem fieri, vel non fieri, nostrum est.] Sic Bunderius, vocatus Bunderius errore Typographi in *Tract. Suariz de Vera intelligentia auxilij efficacis Cap. 43. & ibi, atque in tomo 2. de Gratia lib. 5. Cap. 51. n. 43. citatus lib. 7. de gratia, & lib. arb. art. 7. et in Scuto fidei tit. 10. de lib. arb. propos. 4.*

447 Consonat Felicianus Capitonius ex Ordine Seruorū Archiepiscopus Auenionensis, in *Explicationib. Catholicis in 73. p. 2. pag. 291.* dicens, [libera hominis voluntas per gratiam excitata habet in sui facultate vocanti, monenti, trahentique Deo assentiri, vel non, illius præcepta facere, vel negligere. Ita Capitonius, videndus etiam in *Explic. 55. & p. 1. Explic. 62. pag. 108.* de quo Authore meminit Suarez *supra.*

448 Consonat Thomas Iacomellus, Dominicanus Inquisitor, postquam Episcopus Tolonenſis, in *Propugnaculo contra Francisci Meddensis calumnias, & errores in Discursu de gratia pag. 82.* scribens [Gratia attractionis rationem illuminat per spiritum prudentiæ, & intellectus, & voluntatem placida quadam motione ad bonum inclinat. Propterea sic affecta si eligit, omnino certissimè bonum eligit. Non tamen sequitur: ergo necessario eligitur quia potest suspēdere actum ele-

ctionis, & in tēpus commodius differre, si videbitur: tū quia multa certissimè fiunt, quæ tamen contingenter, aut liberè fiunt.] Sic Iacomellus, legendus etiam *tit. de lib. arb. pag. 53.*

449 Consonat Raphael Venostus, qui & Novocomensis, Canonicus Cōgregationis Lateranensis, in *quibus lib. 3. de Prædest. gratia, & lib. arb.* [Paratus est Dominus omnes trahere trahi volētes, ita ut eis non sit excusationi locus, qui non trahuntur, quinimò tota est Dei benignitas, ut aliquos trahi nolētes trahat. Nec tantæ benignitatis querenda est causa; nec queri potest. Sufficiat cuique, ut trahatur, siue vocetur, si trahi, id est, consentire velit.]

450 Consonat Vincentius Giachanus Clugienſis ex Religione Prædicatorum, in *Opusculo de lib. arb. & gratia f. 58.* dicens [Ex hoc loco, qui liberum hominis arbitrium auferre conantur, veterem Manichæorum suscitantes errorem, maximam assumunt rationem dicendi, quomodo suum defendant errorem, dum putant, hanc voluntatis præparationem ad quandā vim pertinere diuinæ virtutis, per quam hominis voluntas necessario quodam impulsu ad volendum, quod Deus iusserit, impellatur, absque libero motu voluntatis eiusdem. Quod non est verum; quin potius quædam sit dispositio, qua Deus liberam voluntatem dono gratuito suæ benignitatis ad benè volendum præparat, atque disponit ad suscipiendam gratiam iustificationis: ita quod adhuc libera voluntas in sua libertate relinquitur, ut seipsam ad vocantem Deum moueat, vel ab eo resiliat.] Tantum Vincentius Giachanus, quem tu consule in *fol. 63.* Tempus me deficeret, si concordēs alios Authores, qui passim occurrunt, addensare hic vellem.

FRANCISCVS HORANTIUS, QVI
in Concilio Tridentino excelluit,
fauet doctrinæ Societatis.

451 **F**RANCISCVS Horantius Hispanus Ordinis Minorum regularis obseruantis, in *lib. 1. de locis Catholicis cap.*

34 inquit, [Si verò querās, Calvinè, cur iste admonitioni pareat, cū ille alius ea ad discutendum torporem nō vtatur? Non ego exclamabo, sed liberum arbitrium in causa fuisse, cum Augustino, Hieronymo, Chrysostomo, & cum vniuersa Ecclesia dicam.] Et *Cap. 42.* [O pulchram consecutionem, Deus humanum cor emollit; ergo se ipsum flectere non potest; libet ridere :: Quasi verò non magis quadrent cœlestis favor, & nostræ vires, quàm quicumque alius concursus superioris causæ cum inferiori.] *Cap. 32.* [Quod verò putant Theologi, ideo nos secundæ Dei gratiæ cooperari, quod nostri sit iuris, primam gratiam vel respuendo irritam facere, vel obediēter sequendo confirmare, non ex tuo ipsorum cerebro quasi diuinantes fingunt, &c.] *Cap. 54.* [Sæpe numero in Scripturis legimus, & duobus eadē audientibus exhortationes, atque admonitiones, alterum animo perculsum in vitam rediisse, alterum verò minimè :: Vnde collige, segrius aliquando profecisse eos, qui cumulatiora eiusmodi munera receperunt; quàm qui exilitiora, propter maiorem duritiem obstinari pectoris libertatem comprimentem.] Hæc Horantius; de quo consulendi sunt Suarez *tomo 2. de Gratia lib. 5. Cap. 51. n. 37.* Aldretus *Disp. 28. Sect. 1. n. 15.*

FRANCISCVS BELCARIUS, QVI
Concilio Tridentino adfuit, consignat
Societatis doctrinam.

452 **F**RANCISCVS Belcarius, dictus de Bauquere, Episcopus Metensis, in *Opusculo adversus Caluini, & Calvinianorum dogmata de infantium in matris utero sanctificatione, & pleraque alia Caluini dogmata, edito Parisijs anno 1557. pag. 62.* inquit, [Nos itaque contrariam sententiam probamus; hoc est, Dei decretum, siue prædeterminationem diuinæ præscientiæ esse causam negamus. Negamus verò, ideo duraxat Deum omnia prævidere; quod ita ut fierent, decreuit, ut remerè asserit Calvinus, alioqui si talis quædam in rebus omnibus inuheretur necessitas. Nec dico fatalem, qualem Stoici ex connexionē causarum sibi mutuè necessitate quadam succedentium, sed

fatalem necessitatē appello, quæ ita æterno Dei decreto instituta est, ut aliter evenire non possint, quàm & Calvinus, Calvinianique admittunt, reſtēne, an secus? paucis interieciſ, mox videbimus.] Quibus in verbis negat, quod & nos contra Thomistæ, Deum scilicet omnia in decreto suo prævidere, quoniam ita ut fierent, decreuit: negat autem ex eodem motiuo, ac rōs, licet Thomistæ, ut pote Catholicissimi, totis viribus resistant consequenti inde deductæ de fatali necessitate: Hoc Belcarij testimonium indicatur à Suarez in *Tract. de Vera intelligentia auxilij efficacis Cap. 43. pag. 334.* & in *tomo 2. de gratia lib. 5. Cap. 51. num. 42.* & ab Aldreto expenditur accuratè in *Disp. 28. Sect. 14. n. 13. Disp. 29. Sect. & n. 10.*

FERDINANDVS VELLO SILLVS,
qui Concilio Tridentino interfuit, præsignificat doctrinam
Societatis.

453 **F**ERDINANDVS Velloſillus, Episcopus Lucenſis, anteaq; Professor Salmantinus, in *Aduertentijs ad tommum 3. S. Chrysostomi quæst. 2. pag. 44.* ita fatur [Modus vltimis respondendi est fortè melior ceteris; supposito quod de ratione libertatis, & voluntatis hominis sit, positus omnibus requisitis ad agendum, in potestate voluntatis esse agere, & non agere, etiam Dei concursu posito. Quo supposito, modus exponendi; quo pacto Deus non sit causa peccati; facilis est. Fingamus enim, Dei concursum esse aliquam qualitatem in me, vel in voluntate mea existentem: talis qualitas non me necessitat ad agendum, possum enim illa uti; & non uti; et cum illa qualitate possum occidere, & sine illa non possum; sed quia in potestate mea est illa non uti, si occido; ego sum causa peccati, et nō illa qualitas; sicut quia dedit manus, & manu occido, non Deus dicitur causa homicidij. Sicut ergo hoc falso supposito, Deus non dicitur causa peccati; ita neque modò in rei veritate: Ille enim concursus licet non sit qualitas aliqua, Deus tamen in concursu cum creaturis ita omnino se habet, ac si esset qualitas quædam in me, & in quocumq; singulari existens. Oportet ergo, quod Deus actu me moueat,

vt ego agam, & licet ille concursus non me moueat sine hoc, quod ego agam, ita quod illo posito, in sensu composito non possim non agere; ex natura tamen rei non infert mihi necessitatem, simpliciter enim possum non uti illo, & non agere; & ita in potestate mea est efficere, quod Deus non concurrat, & si non concurrat, non ergo est causa, quod ego peccem. Et si de peccatis contra præcepta negativa hoc est verum, facilius est, hoc intelligere de omissionibus, non enim Deus est causa, quod ego non audiam, aut faciam Sacrum, ipse enim paratus est, vt mecum concurrat: quod si nolo, mihi imputatur.] Hæc Vellofillus.

454 Qui Nostris apertè faret quoad negandum concursum præuè determinantem, præsertim ad actum peccati. Ait enim, propterea Deum non esse auctorem peccati, quia licet à nobis non fiat actus peccati sine actuali concursu Dei, nimirum sine concomitanti, identificato cum actione nostrâ; tamen ita Deus applicat Omnipotentiam ad concurrendum in actum peccati, vt possit voluntas nostra uti, & non uti illa applicatione in ordine ad elicendum actum peccati. Ex quo perspicuè infertur, illam applicationem non fieri per decretum absolutum, & efficacem concurrendi ad actum peccati. Nā hoc decretum non applicat indifferenter Omnipotentiam, sed cum omnimoda determinatione, vt eliciatur actus peccati, cum repugnet, in sensu composito talis decreti omitti actum peccati. Vt autem Vellofillus omnino patefaciat mentem suam, dicit, Deum perinde se habere in ordine ad concurrendum nobiscum in actum peccati, ac si esset habitus, vel qualitas aliqua subordinata voluntati nostræ, ita vt voluntas nostra possit eam uti, & non uti. Quod stare non posset, si Deus concurreret, determinando nostram voluntatem, vt voluntas Dominicanæ; stat autem, si Deus, vt Nostris asserunt, concurrat determinatus à nostra voluntate. Vnde concludit Vellofillus, quod licet ex suppositione diuini concursus (nempe in actu secundo, & concomitanter) necesse sit poni actum peccati, necessitate consequenti, tamen absolute illum actum à nostra voluntate poni liberè, quia in nostra potestate est efficere,

quod Deus non concurrat.

455 Retuli octo Theologos, qui cum in Concilio Tridentino sapientia suæ thesauros ostenderint, postea in libris scriptis probarunt sententiam, aut indicauerunt, quam Societas est amplectata. Sunt & quidam alij, vt Ioannes Antonius Pantula, Ludouicus Carbajal, Andreas Vega, Diegus Payua Andradius, Alfonso Salmeron, Franciscus Turrianus, qui eodem in Concilio eminerunt, & præluxerunt doctrinam Societatis, vt in seqq. monstrabo.

RESPONDETUR AD TESTIMONIA aliquorum Theologorum Concilio Tridentino præsentium, qui dicuntur stare contra Societatis doctrinam.

456 **P**ORRO Quæstionarius in thesi 26. scribit, [Hanc Concilij mentem colligimus ex Cornelio Musio 1. de Diuina historia Cap. 15. & 17.::: ex Lippomano in Exod. 3. in Genesim 50. ex Catharino lib. de Prædestinat. & prouid. ex Romæo de libertate operum, veritate 7. ex Seripando in Epist. ad Rom. ex Soto 1. de Natura, & gratia Cap. 16. ex Vega de Iustificacione quæst. XI. alijsque PP. Concilij, quorum nullus meminit Scientiæ Mediæ; imò omnes illius fundamenta evertunt; præmotionem verò physicam docent.] Sic Quæstionarius.

457 Ego quidem Cornelij Musii libros de Diuina historia, & Cardinalis Hieronymi Seripandi commentarios in S. Pauli Epist. ad Rom. videre non potui, solummodò vidi commentarium in Epistolâ ad Galatas, & 67. quæstiones circa eam, vbi non inveni quid præ ad rem præsentem, De Romæo, & Soto iam ostendi militare pro Societatis sententiâ.

458 De Catharino fatentur idem ipsum Ledesma Tract. de diuina gratia auxilijs pag. 7. Araujus tom. 2. Metaphysica lib. 8. quæst. 9. art. 4. in dub. appendice, n. 34. Trigolus in 1. part. S. Bonauentura quæst. 15. art. 2. dub. 3. 9. Hæc quæstio, Franciscus de Herrera in 1. Sent. Disp. 24. quæst. vnica, pag. 744. Andreas Henriquez de Villegas in 12. contrauersiarum de Deo vno, Disp. priori Cap. 1. probatque eruditè, & late P. Aldretus Disp. 29. Sect. x. ex num. 22. vsque ad 29. allatis, & libris Catharini verbis, notatisque

nonnullis

nonnullis in eo nã vis, qui neq; Nostris, neque Dominicanis grati sunt, vt etiam observat Alvarez lib. 2. Respons. Cap. 1. n. 51. Si Catharinus in loco, què iam allegavi ad num. 38. insinuat dubiam, & coniecturalem Dei notitiam de futuris contingentibus conditionatis, vt videtur Tannero tomo 1. Disp. 24. quæst. 8. dub. 5. n. 4. libentissimè largiar Quæstionario Catharino. Sed à tali opinamento ipsum vindicat prælaudatus Aldretus num. 22. seu 23. & n. 28.

459 Lippomanus in Cap. 50. Genesim v. 19. ad illa verba, Num Dei possumus resistere voluntari? ait, [Sciendum est, quod voluntas Dei est ipsemet Deus, nam quicquid est in Deo, Deus est; cum ergo ipse sit omnipotens, & infallibilis, & eius voluntas beatissima, semper, infallibiliterque impletur::: signis autem diuinæ voluntatis, scilicet præcepto, prohibitioni, consilij iniqui resistunt, & contrarium faciunt. Quauis ergo Ioseph venditiõ non fuerit à diuina voluntate, nec placida Deo, in quantum iniqua, & à voluntate fratrum peruersa; in quantum tamè actus fuit, & opus, ac via, ac dispositio ad bona plurima, quæ ex ea elicere decreuit Dominus, fuit à Deo, & placuit voluntati ipsius; nec potuit quis Dei propositum impedire.] Idem in Cap. 3. Exodi vers. 21. & 22. inquit, [Velint igitur, nolint impij, Domino volente, mitescere coguntur in pios, & benefacere vel inviti, maxime inimicis, & hostiliter exosis.] Posteriora hæc, & priora illa Lippomani verba inuenio, quæ Quæstionarium mouere poterint, vt illum adduxerit contra nos, quin transcripserit verba Scripturæ Sacræ, ad quæ Lippomanus sua attexuit. Vnde diuinandum à nobis est. Sed certe posteriora declarant Dei potestatem, quam nos minime diffitemur, vt si velit, impij mansuescant erga pios, attemperante Deo suam voluntatem, beneficio Scientiæ Mediæ, libertati impiorum, vel non seruante Deo iura libertatis ipsorum. Priora verba significant efficaciam maximam diuinæ voluntatis, posteaque Deum ex intentione bonorum, quorum est non raro occasio peccatum, habere voluntatem huius permissiuam. At horum neutrum à nobis denegatur.

460 Andreæ Vegam in opusculo de Iustificacione, gratia, & merito q. 11. citat Quæstionarius. Inquit enim Vega in solutione ad 3. pag. (mihi) 759. [Quauis in potestate nostra sit facere, vt Deus concurrat nobiscum ad penitentiam, possumus enim penitere, hoc autem sine suo concursu fieri non potest; tamen non possumus facere, vt Deus sic concurrat nobiscum ad penitentiam, vt concursus ipsius limite-tur à nostro, & posterior sit nostro. Sæper enim causa prima plus insuit in effectum, & plus agit, quàm causa secunda, & facit eam causare, non è contrario. Et quemadmodum quando Deus concurrit nobiscum solùm generaliter, licet in potestate nostra sit scribere, cum volumus, & facere consequenter, vt Deus nobiscum concurrat ad scribendum, tamen nunquam scribimus, quin Deus prius natura moueat manus nostras ad scribendum, quàm nos ipsi: ita & in concursu speciali intelligendū est; licet in potestate nostra sit dolere de peccatis nostris, & consequenter facere, vt Deus ad dolendum nobiscum concurrat, tamen nunquam dolebimus, nisi præcedente gratia diuinâ nostra opera, & mouente voluntatem ad eum dolorem. Et possumus dare hoc exemplum, vt intelligere ista possint, quæ quidem difficilia sunt, etiam rudes. Si Petrus in puerili ætate haberet in potestate sua scribere propter præsentiam Angeli sui, vel magistri, & pedagogi sui influentis in manus eius, & facientis eas potentes ad scribendum, & mouentis eas, quandocumque Petrus scribit, & non aliàs, equidem licet Petrus possit scribere, quandocumque ei colliberet, tamè nunquam scriberet, quin suus Angelus prius ipsum moueret manus suas, & faceret eas causate motum, & potentiam daret ad eum motum. Ita intelligendum est de concursu diuino, & voluntate nostra; neque maior est difficultas de concursu generali, & speciali. Vtrouis enim modo concurrat Deus, semper præcedit naturâ efficiëntiam nostræ voluntatis. Quod & hoc exemplo potest aliquantò apertius fieri. Sicut enim, dum ego demissis oculis sto contra speculum aliquod, imago mea, quæ relucere videtur in speculo, attollere non potest oculos, nisi ego prius naturâ attollam, & me attollente,

simul

simul ipsa omnino attollit, & si libera esset, ut attollere posset oculos, cum vellet, si tamen non in totum inuertetur ordo nature, non haberet hoc, nisi quia posset facere, ut ego attollam, neque posset ipsa attollere oculos, nisi me prius attollente meos oculos, ac per hoc, & ipsius oculos erigente. Ita nos, qui ad imaginem Dei facti sumus, & imago ipsius sumus, si quando nos Deo propter peccata nostra deserente, proni spectemus in terram, & deprexis simus oculis mentis nostræ in bona huius mundi, etiam si propter arbitrii nostri libertatem in potestate nostra habeamus facere, ut Deus aspectum nostrum à terra erigat, & ad se conuertat, tamen hoc non possumus facere, quin Deus ipse prius se quodammodo erigat, & attollat, ut nos leuet, & ipsum possimus erectis oculis rectè aspiceret,

hoc est, quin Deus ipse prius nostræ humilitatis, & depressionis miseretur, admirabili quodam modo, & planè suauissimo, & libertati consono, ab his, quæ malè amamus, nos abstrahat, & rebelles nostras ad se conuertat voluntates.] Sic Vega.

461 Cæterum eius sensus est, voluntatem nostram præmoueri ad opera supernaturalia per gratiam diuinam; quam esse physicè prædeterminatiuam, ne leuiter quidam indicat. Et pro nostra sententiâ allegatur Vega lib. 13. ad Concilij Trid. decretum de Iustif. Cap. 13. à Ledesma supra, & pro eadem expenduntur multa Vegæ loca à Suarez in Tract. de Vera intelligentia auxilij efficacis Cap. 43. ex pag. 329. & tom. 2. de Gratia lib. 5. Cap. 51. n. 7. & 8.

EVENTILATIO XVI.

NARRATIONVM EIVSDEM QVÆSTIONARIÏ.

Num aliqui è Societate a-versati sint de Scientia Media sententiam post, vel antea traditam à P. Ludovico Molina?

462



QVÆSTIONARIÏ thesi 26. allegato Alfonso Salmerone Disp. 19. in Epist. ad Rom. contra sententiam hodiernam Societatis (è cuius primis Decem-

viris ipse fuit, & Sedis Apostolicæ Theologus famâ celebris in Tridentina Synodo) ait, [præmotionem physicam doceri à pluribus è Societate; qui memores moniti B. Ignatij ad tres PP. Societ. in Concilio existentes, noluerunt sententiam Molinæ amplecti, ut pote nouam. Sic PP. Societ. Colonienfes Dialog. 2. de hom. pag. 36. Pererius lib. 8. de princ. nat. Cap. 8. Toletus 2. Phys. Cap. 3. text. 38. quæst. 8. & Annos. 34. in Luca 5. Henricus Henriquez lib. ultimo de fine hominis à Cap. 3. ad XI. Michael Marcus 1. p. 9. 23. art. 7. & 3. p. 9.

36. art. & dub. 1. Azorius lib. 1. Infit. Moralium Cap. 27. q. 7. & 8. imò & Bellarminus, sincerus, & non adulteratus, lib. 4. de gratia, & lib. arb. Cap. 14. & 16.] Hæc Genus Quæstionarius.

QVÏD NAM SENSERIT P. ALFONSO SALMERON?

463 Sed in primis Salmeroni ubi ab ipso citatur, hæc habet §. Deinde queritur pag. 760. tom. 13. in ordine, quam antea forsitan præbuerit, [Vocatio secundum propositum excellens est, firma, & efficax, & talis, ut illi liberum hominis arbitrium, tanto dono Dei affectum, non renuat. In quo liberum arbitrium non læditur, sed magis statuitur, quanto magis à peccato declinat, & summo bono Christo vnitur, atque in eo magis simile redditur Deo, Angelis, & Beatis. Et si semper asserenda

dum sit, tale vocatorum secundum propositum liberum arbitrium, ex se, & ex sua natura consideratum, flexibile esse iam ad bonum, quam ad malum, etiam postquam Beati æterna vita perficiuntur. Tales fuerunt vocationes Apostolorum, qui vno verbo Christi vocati, relictis omnibus secuti sunt eum.] Sed in his verbis Salmeron loquitur de vocatione efficaci, quin dicat, efficaciam esse adæquatè intrinsecam vocationi, & sine respectu ad Scientiam Mediam, aut ad conditionatum consentum humanæ voluntatis.

464 Traditam fuisse à Salmerone eandem doctrinam, quam postea expressius edisseruit Molina, comperitissimum erit legenti in eodem tomo 13. part. 2. libri 1. Disp. 1. ex §. Præter pag. 90. & Disp. 20. ad Rom. 8. §. Quod vero pag. 769. & Disp. 21. §. Infertur ergo pag. 772. §. Quò verò liquidius pag. 773. rariulque tom 4. in Euang. parte. 3. Tract. 14. §. Ad secundam quæst. pag. 655. Quæ loca expendit P. Aldretus Disp. 29. Sect. XI. n. 1. 12. & 13.

465 Scio, Antonium de Matre Dei Tract. 3. Disp. 10. dub. 6. §. 2. n. 100; præsumere, aut à suis Socijs Salmeronem (qui vixit vsque ad annum 1585.) accepisse Scientiam Mediam, aut ab ipis inductam illam, aut multis annis post obitum Salmeronis apparuisse in eius scriptis, quæ incepta sunt tradi prælo anno 1597. & terminata anno 1602. Dixi præsumere, ne dicrem, iudicare temere, licet me fugiat, quo fundamento, coniecturave verosimili affirmet Antonius de Matre Dei vnum è tribus: nisi sit eo fundamento, quo aliqui persuadere conabantur Galpari Ram Tractatum de scientia conditionatorum non fuisse ex propria sententia scriptum à P. Francisco Suarez, & quod hic oppositum opinabatur, ut refert ipse Ram in Tract. de diuinis præmotionibus Relect. 3. fol. 69. Certè anno 1593. scribebat P. Henricus Henriquez lib. ult. Summæ Cap. 4. §. 1. in Glos. fol. E. [Ferunt idem (scilicet quod Suarez immediatè relatus quantum ad scientiam diuinam de futuris contingentibus conditionatis) tenuisse ex nostra Societate Salmeronem in Matheum Cap. XI. ad v. Væ tibi Corozain.] Hæc Henriquez. Non ergo apparuit de

nouo in posthumis Salmeronis scriptis Scientia Media.

PP. COLONIENSES QVÏD NAM SENSERINT? Vbi de Diego Payua Doctore Conimbricensi, nobili eorum defensore.

466 QVOD dicitur à Quæstionario de PP. Societatis Colonienfis, approbatur à Ioanne Martinez de Prado, l. 2. Phys. quæst. 14. §. 3. num. 16. his verbis, [Solent referri PP. Colonienfes Dialogo 2. de hom. pag. 36.] Vellem querere, scireque à Martino, quænam sit inscriptio illa de hom? Sed ex illimo, non mihi respõsurum, quovsque nuntium mittat ad Quæstionarium, & ab eo instruat. In Bibliothecis Scriptorum Societatis non reperi Dialogos de hom. compositos à PP. Colonienfis. Si autem est Opus quod referri solet, mirum est, latuisse Petrum de Ribadeneira, & Philippum Alegambe Scripserunt quidem Colonienfes Academiae Romine Colonienfes Patres contra Ioannis Monhemij Dusseldorpensis Hæretici Catechismum; Martinus autem Kemnitijs in libello intitulado, Theologia Iesuitarum præcipua capita, clarigauit contra Nostros, quorum defensionem suscepit anno 1564. celebris Doctor Conimbricensis, & in Concilio Tridentino laudatissimus Diego Payua Andradius, libris decem doctissimis Orthodoxarum Explicationum, quorum primus est de Origine Societatis, ubi eam benevolentissimè commendat. Liber autem quartus est de lib. arb. [Et quoniam tota Kemnitijs disputatio versata fuerat in acensando Societatem Iesu Pelagianismi, quam eo solo miraculo (aiebat Kemnitijs) ceteris hominibus præstare, atque canonizari voluisse, quod Pelagium ab inferis nunc demum post tot sæcula excitauerit, in vitamque reuocauerit; facturum me operè pretium existimari (scribit Payua in fol. 138.) si paucis aperiam summam opinionum cum Pelagij, tum Lutheri, quas Colonienfes Patres euertere conati sunt, atque vnà explicem Colonienfium de lib. arb. sententiam: quibus inter te collatis, facilius pateat, quàm absit à Pelagianismo Sanctissima Iesu Societas; Kemnitijs verò calum-

calumniæ coerceantur, atque quæ illius diſtis, vanitatis pleniffimis, fides debeat, fit omnibus abundè notum, & exploratum.]

467 Sententia autem PP. Colonienſium explicatur à Payua fol. 139. his verbis, [Docent quidem contra Lutherum, eſſe in nobis verè liberum arbitrium, non modò quo annuente omnibus nos ſceleribus inquinamus, ſed ſine cuius conſenſu neque Dei gratia exornari, nec boni quidquam agere integræ grætis homines poſſunt. Ne verò ad Pelagij errorem deſectere aliquo modo viderentur, apertè, ac planè conſitentur, ita eſſe vires noſtras tenues, & infirmas, vt niſi diuina gratia roborentur, nihil perfecti boni, hoc eſt, quod ad vitam æternam conſequendam valeat, proſus facere, aut velle poſſimus, adeò vt neque oblatam à Deo gratiam valeamus amplecti, niſi ſanctiſſimi Spiritus vi, atque virtutè excitemur. Sæpe enim Auguſtini illas voces uſurpant, gratiam eſſe nobis neceſſariam, non ſolum vt credamus, ſed vt credere velimus, neque tantum vt conuerſi poſſimus, ſed vt conuertamur. Niſi enim potentiſſima Dei gratia voluntati noſtræ præeat, & præluceat, fieri certè non poteſt, vt eorum, quæ perfecti boni nomen merentur, quidquam conſectari valeamus. Quæ cum humanam naturam non euertat, ſed perficiat, non perdat, ſed inſtauret, & priſtinæ dignitati reſtituat, non quidem liberum arbitrium, nobis à natura inditum, alligat, illiusve actionem impedit, aut retardat, ſed iacentem erigit, languentem excitat, viresque ſuppeditat, vt quæ pulchra ſunt, & diuina, vltro proſequatur, & complectatur. Quare minimè quidem ſe ſe mutuo gratia, & liberum arbitrium impediunt, vt Pelagius ſomniabat, ſed potiùs ad idem agendum concurrunt, atque alterum ab altero adiuvatur, cū gratia voluntatem erigit, & cõfirmat, voluntas verò Spiritus ſancti vocibus auſcultat, gratiam amplectitur, & antecedentem illius impuſſionem ſequitur.] Sic ibi. Et in fol. 141. recitat Colonienſium PP. verba, quæ nos iam tranſcripſimus in num. 208. omniaque illa prægnantia ſunt doctrina, quam nunc tradunt alij Societatis Theologi.

468. Inter ea verò elucidan-

da, & protegenda à Kemnitij calumnijs, Payua proferit multa nobis valde fauorabilia. Audiantur pauca hæc, [Si voluntas, à Deo mota, non vltro vult, hoc eſt, non liberè ſe ſe ad gratiam applicat, voluntas certè dici nullo modo poteſt, cuius in natura, ac ratione in eſt, liberè ſe ſe ad quamuis oblectam bonitatis ſpeciem adiungere :: Qui diuina gratia hominum voluntates ita ad iuſtitiam allici putant, vt liberum illis nullo modo ſit, eam aſpernari, & reſpuere, magis quidem iuſtitiam humanis mentibus à Deo obrudi, quàm efficiere, vt illam velint, exiſtimare videntur :: Maniſteſtum ſit, atque reſtatutum, efficientem cauſam applicationis animi ad gratiam, hoc eſt, internis Dei vocibus auſcultandi, vel ingrati aſpernandi, eſſe tum gratiam ipſam, tum liberum arbitrium.] Ita Payua in fol. 142 & 143. Expendunturque complura alia ab Aldreto Diſp. 29. Sect. 10. n. 15. & duobus ſeqq.

469. De nunc Payua fol. 155. circa ſinem libri 4. inquit, [Quaſi ſatis chædunt, hanc Colonienſium cauſam tam eſſe cum Auguſtini cauſa coniunctam, vt illorum hoſtis eſſe nullo modo poſſit, qui Auguſtino quoque bellum non indixerit. Quæ dixit Payua, poſtquam contra Kemnitium præluſit ſe acerriſimum propugnaculum PP. Colonienſium, qui ſcripſerant ex S. Auguſtino lib. de ſpiritu, & lit. Cap. 34. In omnibus miſericordiis eius præuenit nos, conſentire autem vocationi Dei, vel ab ea diſſentire, propria voluntatis eſt. lib. de Prædeſt. SS. Cap. 6. Ecce miſericordia, & iudicium, miſericordia in electione, quæ conſequuta eſt miſericordiam Dei; iudicium verò in cæteros, qui excacati ſunt: & tamen illi, quia voluerunt, crediderunt, illi, quia noluerunt, non crediderunt: ex S. Proſpero, Auguſtinianæ doctrinæ additiſſimo, lib. 2. de Vocatione Centium C. 9. alia 26. Gratia Dei in omnibus iuſtificationibus principaliter præminet, ſuadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inſpirando cõſilium, corque ipſum illum inando, & fidei affectionibus imbuendo: ſed etiam voluntas hominis ſubiungitur ei, atque coniungitur, quæ ad hoc prædiſta eſt excitata præſidijs, vt diuino in ſe cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod ſuperno ſemine concepit ad ſtudium, de ſua habens mutabilitate ſi deſicit, de

gra-

gratia opitulatione, ſi proficit. Quæ opitulatione per innumeros modos ſue occultos, ſue maniſeſtos, omnibus adhibetur, & quòd à multis reſutatur, ipſorum eſt nequitia, quòd autem à multis ſuſcipitur, & gratia eſt diuina, & voluntatis humana. His, & ſimilibus alijs Auguſtinianæ doctrinæ teſtimonijs uſi ſunt Colonienſes PP. in eodem ſenſu, ac poſtea Molina, & ſequaces; in eodemque ſenſu Payua ſuſcepit patrocinium Colonienſium PP. Vbi obiter obſeruetur, conſpirare in illa doctrina cum S. Auguſtino multos Eccleſiæ PP. adductos à Raynaudo in Cenſuræ inofficioſa cenſura, qua liberè de Prædeſt. & gratia S. Fulgentio Ruſpenſi Epifcopo aſeritur, & nitens, puruſque præſtatur, num. 20. & in Valeriano Cemeliens Epifcopo Cap. 7. num. 5.

QVIDNAM SENSERIT P. BENE-
dictus Pererius?

470 De Pererio habui iam ſermonem in n. 159. Nunc appono egregium eius locum in Cap. 6. Euangelij Ioannis Diſp. 8. vbi ſcribit, [Illud denique non abſire fuerit, vt quaſi obiter Lectorem admoneamus, ſcientiam, vt vocant, futurorum conditionalium, quæ à plerique Theologis hoc tempore aſeritur, ſatis euidenter poſſe oſtendi, & probari ex eo, quod hic ſcriptum eſt à Ioanne, Ieſum cognouiſſe, ſi remanſiſſet ipſe in eo loco, futurum fuiſſe, vt homines illi uenirent, & facerent eum Regem. Habuit igitur Chriſtus ſcientiam, & cognitionem illius futuri conditionalis, ſi ego remanſero hic, uenient homines illi, & facient me Regem. Et habuit ſcientiam, & cognitionem iſtius rei, non probabilem tantum, ſue conſuetudinem, ſed omnino certam, & vt ita loquar, inſallibilem, non enim in ſcientiam, & cognitionem Chriſti vlla deceptio, aut error cadere poterat. Hoc nunc ſtriſſim attigiſſe, & tantum ſignificari Lectori, ſatis fuerit de quo ſcilicet à multis, magnique huius memoriæ noſtræ Theologis ſubtiles admodum, copioſeque ſcriptæ ſunt diſputationes.] Huc uſque Pererius, cuius hoc Opus excuſum eſt anno 1608. biennio ante mortem. Alia eius teſtimonia in Diſp. 23. ad Rom. 8. n. 113. & in Diſp. 8. ad eodem Rom. 9. n. 42. ponderantur ab Aldreto Diſp. 29. Sect. xj. n. 15.

QVIDNAM SENSERIT CARDI-
nalis Toletus?

471 C ARDINALIS Toletus
in priori locotantum tra-
dit, Deum dici quadru-

pliciter cauſam actionis rerum creatarum. Primò quia tribuit virtutem operandi. Secundò quia eam conſeruat. Tertio quia applicat ad agendum, & nihil abſque illo mouetur. Quarto quia mouet, & dirigit ad agendum, ſicut artifex mouet, ac dirigit inſtrumentum. [Et quemadmodum artifex non eodè inſtrumento omnia facit, ſed pro diuerſitate effectuum, accommodatis vtitur inſtrumentis; ita Deus non idè in omnibus cauſis facit, ſed in diuerſis diuerſa, & cõcurrit cū ipſis iuxta ipſarum naturam, cum liberis liberè, cum neceſſarijs neceſſariò, cum debilibus debilitè, cum fortibus fortiter, pro ſua ſuauiſſima diſpoſitione vniuerſali operando.] Hæc ibi Toletus; in quibus ſi amplectitur opinionem Queſtionarij, poterat is non Toletum modò, ſed omnes Societatis Philoſophos, ac Theologos pro ſe recensere.

472 In poſteriori loco Toletus reſert hæc S. Ioannis Chryſoſtomi verba Homilia 31. in Mattheum, Cuius rei gratia non cum Petro ſimul, ac Ioanne, & alijs Diſcipulis Mattheum vocauit? Certè quemadmodum tunc ad illos acceſſit, vocauitque, quando obtemperaturos ſciebat: ſic Mattheum quoque nunc vocauit, quando miraculorum fama perdomitum minime reluctaturum videbat. Qua de cauſa etiam Paulum poſt Reſurrectionem piſcatus eſt, nam qui corda ſcrutatur, & occulta mentium perſpicit, is etiam quando vnusquisque ad obediendum paratus erat, non ignorauit: propterea non continuo, quando durior foret, ſed poſt mille miracula, & in ſignem, atque peruulgatam de ſeſamam, aptiorem iam ad obtemperandum vocauit. His Chryſoſtomi verbis ſubnectit Toletus ſequentia, [Huic doctrinæ aduerſari videretur id, quòd ipſemet Paulus de ſua vocatione Galat. 1. ſcripſit, Cum placuit (inquit) ei, qui me ſegregauit ab utero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret in me filium ſuum, vt euangelizarem illum in Gentibus, continuo nõ ac quieui carni, & ſanguini. Non expectat Deus ſemper arbitrium noſtrum, quia

O 2

ſua

In agraria ipsum excitat, ipsique dat velle, & perficere, & qui etiam rebelles conuertit, & compellit voluntates. Tunc ergo vocauit, quando illi placuit, & si ante vocasset, utique respondisset, & obtemperasset. Non ergo ratio, aut tempus vocationis huius, & similia referri debet in hominis arbitrium, sed in Dei beneplacitum, cui sic visum est, sic que disposuit. Potest autem intelligi Chrysostomus sic, tunc vocasse Discipulos; quando sciebat, illos obtemperaturos; nimirum per ipsius gratiam: sciebat enim, quando ipse operaturus erat in eis, ut obtemperarent vocanti, & tunc vocauit. Nisi sic intelligas, doctrinam non probo. Nec solum doctrina huic Chrysostomi in hac parte non consentio, sed contrariam omnino veram existimo, nimirum tunc vocasse Discipulos multos, & praesertim Matthaeum, quando plus erant impediti, magisque detinebantur, ut venirent. Sic Petrum, & Andream vocauit, quando retia mittebant in mare, nec expectauit, ut iam essent missa, nec prauehit, antequam mitterentur; sed dum mittebant, hoc enim malus adferbat impedimentum. Sic Paulum vocauit, quando in via erat, nec prauehit profectioem eius, priusquam accepisset litteras a Summo Sacerdote; sed vocauit, dum opus feruebat, minusque ad obsequendum paratus erat. Sic nunc Matthaeum vocat, non antequam sederet, sed dum ad ipsum telonium sedebat, & ipsi operae incumbebat, in hoc enim virtus vocantis magis clarescit, & magnitudo gratiae reuelatur, minusque homo de sua virtute, meritisue potest presumere. Totus est Augustinus in hac doctrina, quam in hac parte probo. Ita Toletus.

473 Attamen in illis verbis, [Potest autem intelligi Chrysostomus sic, &c.] fauet Scientia Mediae, vel saltem futurorum contingentium conditionatorum cognitioni, siue habitae in decreto, siue non, dummodo obtemperatio Discipulorum non fuerit a Deo prauehit independenter a gratia tanquam a principio ipsius obtemperatio: quam independentem admittendam non esse, animaduertit saepe S. Augustinus, eamque toto conatu refugiunt Nostri.

474 Eundem Toletum au-

not. 21. in cap. 6. Ioannis, & Commentario in cap. 17. v. 12. allegat Zumeltem. 1. Opusculorum Disp. 5. s. 1. §. Adducuntur contra sententiam Societatis. Sed Sherlogus p. 2. s. 15. num. 72. iam admonuit, quam immerito allegetur; ponderatque ibidem haec eiusdem Toleti verba ex annot. 18. in cap. 10. Lucae, quae Sociorum opinioni conformia sunt. [Nota quartò (inquit Toletus,) Deum quibusdam dare talia auxilia, quae si alijs daret etiam magis peccantibus, utique hi conuerterentur, & tamen illi, quibus dantur, non conuertuntur: Nota quintò hominum arbitrium. Vnde enim est, quod Galilaei non sunt conuersi tantis virtutibus? Quia noluerunt. Vnde autem esset, quod si eodem faste fuissent apud Tyrios, & Sidonios, poenitentiam egissent? Quod hi Deo sic vocanti consentissent. Sepe enim fit, ut Deo vocanti vnus consentiat, alter non, arbitrii libertate, quod sicut cum Dei auxilio operari potest, ita & eidem refragari, & resistere valet.] Praeterea idem Toletus in Commentarijs propria exarat manu super 1. 2. quast. 109. art. 7. docet, [in potestate hominis esse, ut auxilium a Deo datum sit efficax, aut sufficiens.] Horum Commentariorum fides sit penes Sherlogam, hominem ea cum primis dignum.

QVID NAM SENSERIT CARDINALIS Bellarminus?

475 **S**UCCEDIT examinandum illud, imò Bellarminus, sincerus, & non adulteratus.

Quod dum lego, venit mihi in memoriam hemystichium illud, Iungantur iam gryphes equis — illud etiam,

— Cū canibus veniant ad pocula damæ. Nullus enim est e Nostri Author magis diametro oppositus, quam Bellarminus in locis a Questionario citatis, physicae praedeterminationi ad actus liberos salutare in vitam æternam; & in lib. 2. de amissione gratiae, atque statu peccati a cap. 3. vsque ad 18. physicae praedeterminationi ad entitatem materialem peccati; & in lib. 1. de gratia, ac libero arbitrio cap. 12. gratiae auxilianti, suapte natura intrinsecè, adaequatè & efficaci; & in lib. 2. de amissione gratiae cap. 17. cognitioni diuinæ futurorum con-

ti-

tingentium conditionatorum fundata in absoluto Dei decreto antecedenti. Et quae scripserat in cap. 11. & 14. lib. 4. de gratia, & lib. arb. circa repugnantiam physicae praedeterminationis cum libertate, confirmauit, exposuitque luculentius in Recognitionibus suorum Operum elaboratis sub vitæ finem; quo iam iam imminente declarauit coram Notario publico, decemque testibus, se in ea de diuinæ gratiae Auxilijs materia, quae controuertebatur inter Societatem IESV, & nonnullos alios Catholicos, ratum, verumque habere, ac putare, quod in Controuersiarum suarum libris scripserat, quin prius opinionem vnquam mutarit. Ita refertur a P. Didaco Ramirez in vita ipsius Bellarmini lib. 6. cap. 3. & a Philippo Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis pag. 409. Sed nimirum haec omnia non sunt sincera, sed adulterata, ut iudicat Quaestiorius.

476 Qui rogatus ab Annato de legitimo Bellarmino? Respondit, aut nescio quis alius eius nomine, factam esse aliquam mutationem in Operibus Bellarmini. Ceterum ex huius vita Latinae scripta a P. Syluestro Petrasanta lib. 2. cap. 5. constat, nullam passum esse circa opiniones de Auxilijs diuinæ gratiae. Et quanquam Bellarminus submittebat se iudicio Censorum, quibus edendorum Operum inspectio committebatur a Superioribus, correxerit nonnulla, aut addiderit; nonnunquamque patienter tulerit variantem in vna, vel altera opinione editione apud Septentrionalem quandam Prouinciã; tamen quoad c. 14. & 16. libri 4. de gratia, ac libero arbitrio quænam, quæ sit innouatio? Nonne concordant editiones omnes in referenda praedeterminatione physica?

477 Ioannes Martinez de Prado l. 2. Physicorum, quast. 14. §. 3. num. 15. parum etiam ab aliis allegando Bellarmino pro physica praedeterminatione. Atque ut hanc e sententia esse S. Thomæ prober, transcribit sequentia Bellarmini verba l. 1. c. 16. [Alteratio conciliandi libertatem humanam cum cooperatione diuina, & fortasse etiam probabilior, est iuxta sententiam S. Thomæ, qui docet, cooperationem diuinam ita concurrere cum causis secundis, etiam li-

beris, ut non solum dederit, vel conseruet libertates operatrices, sed etiam eas moveat, & applicet ad opus, ut cognosci potest ex 1. p. q. 105. art. 5. & l. 3. contra Gentes C. 70. & in q. 3. de potentia, art. 7. Quæ sententia videtur valde consentanea tum Scripturæ, quæ dicit, nos in Deo esse, vivere, & moveri Actor. 17. tum etiam rationi, & ordini, quem habet prima causa cū secundis. Neque laborandum est in hac sententia, ut ostendamus, nihil omnino fieri sine Deo.] Hæc Bellarminus; in quibus si iuxta Martini intelligentiã tradit, physica praedeterminationem esse e mente S. Thomæ, proculdubio simul tradidit, esse etiam e propria mente. Nam cum in cap. 15. scripserat, [Quæ nobis rationes occurrunt satis accommodatæ ad explicandam concordiam diuinæ cooperationis cum libero arbitrio. Vna ratio est iuxta sententiam Gregorij Ariminensis, Scoti, Gabrielis, & aliorum in 2. sent. Dist. 37. qui docent, cooperationem diuinam se tenere ex parte effectus, non ex parte causæ, hoc est, concursum Dei non determinare voluntatem nostram, neque in illa imprimere, aut operari, sed immediate influere in effectum, eumque producere illo ipso momento, quo a voluntate nostra produci-tur,] Cum, inquam, hæc scripserat, & in decursu Cap. explanasset, liberassetque ab obiectionibus, postea in c. 16. proponit alteram rationem, qua ex sententia Angelici Doctoris defenditur concordia diuinæ cooperationis cum libero arbitrio; eamque rationem non minus, sed multo magis approbat, quam priorem expensam, ac propugnatam in cap. 15. Si ergo ea ratio cap. 16. continet ex S. Thomæ sententia physica praedeterminationem, continebit etiam absdubio ex sententia apud Bellarminum probabiliori, consentaneaque Scripturæ diuinæ, & subordinationi causarum secundarum ad primam. Ast minime credam, dictum iri a Martino, Bellarminum subscripsisse praedeterminationi physicae, siquidem in cap. 14. manifestè eam repudiet Bellarminus, & manifestissimè in Recognitionibus eum ad istud caput, tum ad caput xj.

478 Quapropter opinio, quam Bellarminus in cap. 16. ait esse S. Thomæ, ne affinitatem quidem habet cum

Q

præ-

prædeterminatione physica. Idque perpicuum erit legenti attentè explanationem rationis proposita in cap. 16. considerantique Bellarmini verba in *Recognitione tum cap. 11. tum 14.* Nam in primo loco ait, [Non volumus significare, Deum ex mente S. Thomæ re ipsa uti primo illo modo (id est, quo efficienter, & physice moueat in mediare voluntatē humanā, & determinet ad vnum) cum mouet hominē per gratiam efficacē. Existimamus enim, Deū posse uti primo illo modo, si velit; sed tunc tolli omnem libertatem arbitrij. Ac per hoc non putamus, Deum uti de facto illo primo modo, neque absolutè, neque ex mente S. Thomæ, ut probamus in hoc eodem libro cap. 14.] In secundo etiā loco inquit, [Attulimus aliqua loca S. Thomæ, in quibus videtur nobis, satis aperte indicasse sententiam suam de concursu cum libero arbitrio, (id est, sententiam, quæ aliena est à modo determinationis ad vnum) sed possumus addere sequētia loca adhuc fortasse clariora,] Quibus propositis, iudicet, Accedunt ad hæc principia quæ de concursu propria S. Thomæ, cum quibus doctrina de prædeterminatione non videtur posse consistere.] Multa alia de Bellarmino legatur in Aldreto *Disp. 29. sect. xj. n. 3. & quinque seqq.*

QVIDNAM SENSERINT PP.
Petrus Canisus, & Franciscus
Costerus?

479 Idem Martinus *suprà* accenit Petrum Canisum, & Franciscum Costerum Scriptoribus Societatis, qui ad prædeterminationes physicas accessere. Non refert verba, nec locum; sed remittit se ad Franciscum Sylvium Doctorem Duacensem in *Opusculo de Motione primi motoris part. 2. art. 6.* quod Opusculum me ad manus non pervenit. Verumtamen si licet coniecturam capere ex citatis ab eodē Syluio Scriptoribus alijs Societatis, videlicet Toletus, Pererio, & Azorio, ut memorat Martinus, longè erunt Canisius, & Costerus ab ample
tendis prædeterminationibus
illis.

DE P. IOANNE AZOR
remissivè, & de P. Michaelē
Marco additū nonihil dicitis
suprà.

480 **I**N Quæstionarij verbis restabant discutiendæ allegationes Ioannis Azorij, & Michaelis Marci. Sed de priori iam dixi in n. 160. & de posteriori in n. 154. & 155. Adiciam tamen de posteriori, docuisse publicè anno 1574 in nostro Collegio Salmanticensi, Deum nullatenus præmovere voluntates nostras ad actus prauos, idque tanquam sibi certum, & indubitatum asseruisse; & tanquam valde probabile, non præmovere efficaciter ad actus bonos liberos. Ita reperio adnotatum *in 1. Hist. M. S. Castellanae Provinciae Societ. a P. Ludovico Valdivia, qui convixit cum Michaelē, & eius vitam litteris commendavit in 2. Et ne quid taceā in hoc putato, exat in Bibliotheca cœmuni Collegij nostri Salmanticensis Tractatus M. S. de Scientia Dei, in quo ponitur argumentum cuiusdā viri de cœi ad impugnanāda decreta subiectivè absoluta, & obiectivè conditionata, quæ essent medium, ut Deus cognosceret futura contingētia conditionata; advertiturque in margine, illum virum de cœum esse P. Michaelē Marcum; pauloquē post dicitur de eodem, esse, aut fuisse in ea sententia, quod Deus non cognoscat determinatè, certò, & infallibiliter (subintelligè obiectivè) ea conditionata in particulari, & cum omnibus suis circumstantijs. Ignotus est mihi Author illius Tractatus, & annus, quo fuit dictatus, sed à me ostēdetur quibusvis volentibus legere, fieriq; certos de antiquitate additionis marginalis. Videtur quidem esse vel Authoris Tractatus, vel Discipuli ex insinuatione Authoris. Volui de his admonere Lectorem, ut cōsset, quam candidè, et veraciter agam, simulque quam indistinctè Quæstionarij, & alij recenseant pro Dominicanā sententia Michaelē. Quis docuit quod ex additione marginali retuli, tam fuit contrarius prævalenti nunc inter Dominicanos, quam inter Nostros sentui quoad vnde quaque certam, atque infallibilem cognitionem divinam de futuris contingentibus conditionatis; quo-*

ad

ad ea verò, quæ ex P. Valdivianarravi, concors fuit cum alijs e Societate.

481 Huius Theologi, sua ætate maximè noti, viget num etiam apud nos memoria: qui quia ad domesticum gymnasium pelliciebat rara sapientia sua pleròque Salmanticensis studiosos Theologiæ, nata inde sunt longa Academicorum cum nostro Collegio dissidia, & lites ab anno 1580. utque ad 1594. quo Senatus Regius Supremus iussit, ne Scholasticis externis prohiberetur frequētare aulas Collegij nostri; post Michaelis autem mortem, (quæ contigit anno 1600.) recrudescētibus dissidijs, statutū est ab eodem Senatu ad annum 1603. ut nostris Magistris designaretur intra Aca-


demiam lyceum, vbi mane, & vespere per duas horas possent prælegere Theologiā Scholasticis Societ. & quibusvis alijs externis. Idemq; ipsum confirmatum est repetito iudicio eiusdem Senatus anno 1628. cum & tunc nonnulli fatigissent, nostram illam quasi possessionem interpellare: tandemque quia non de fuerūt qui anno 1650. velent; Scholasticis Societatis legem iudici frequentandi aulas alias Academicæ, declaratum est ab eodem Senatu, eos abundè satisfacere frequentatione oblectata ex anno 1603. Quoties autem id negotij instauratum est, toties vindicatus Salmantica est ab oblivione hominum egregius Mag. P. Michael Marcus.

EVENTILATIO XVII.

NARRATIONVM EIVSDEM QVÆSTIONARIJ.

*Quid de S. Thomæ mente facti sint Nostri? Num alicubi
S. Præceptor tela aduersus Nostros
subministrat?*

482



VÆSTIO-
narij in thesi
30. & postrema
scribit, [Do-
ctrina negans
Scientiam Me-
diam; & alle-

rens gratiam ex se efficacein; est D. Augustini, & D. Thomæ; ut fatentur Molina, Conimbricenses; Suarez] primus nimirum in *Concordia passim*, & præsertim *Disp. 1. ad art. 4. & 5. quæst. 23. memb. ultimo*; secundus 2. *Physicorum cap. 7. q. 13. art. 1. tertius lib. 1. de Concursu Dei cum voluntate cap. 11. num. 7.* Ita Quæstionarij.

483 Sed in primis Molina nullibi dixit, suam de Scientia Media; & de gratia ex se non efficaci doctrinam negari à SS. Doctoribus Augustino, & Thomæ; quin potius læpè affirmat oppositum; vix enim vlla est in *Concordia lib. pagina, quæ vnius, & alterius Doctoris autoritate, ac verbis*

pro Molina placitis non exornetur: in quo ostendendo posuit non inutilem operam P. Aldretus *Disp. 29. sect. 1. ac 9.* Et qui Romæ egerunt causam tanti Theologi, putarunt, illam esse omnino eandem cum eorum Doctorum causa. Vnde prima ratio ab ipsis exhibita Eminentissimo Cardinali Madruccio inter alias septem circa sui discordiam à prædeterminatione physica, quam PP. S. Dominici tuebantur, huiusmodi fuit, [In re grauissima, & ex qua magna pars Theologiæ supernaturalis dependet, nequam doctrinam prædeterminationis voce introducūt, quæ nullo autoritatis fundamento, Sacrarum litterarum, Conciliorum, S. Augustini, & aliorum SS. PP. D. Thomæ, vel antiquorum Scholasticorum, Aristotelis, aut grauis eius ipsam Philosophi nititur; sed tum hæc ipsa prædeterminationis opinio, tum quæ ex ea deducuntur, illis omnibus non obicure repugnāt, ac præsertim quàm plurimis

plurimis D. Thomę sententijs, quę cū hac prædeterminatione nullo modo cohærēt.] Hęc Noſtri inſcripto, quod integrum tranſcribitur à Sherlogo p. 3. ſect. 5. n. 22. fuitque traditū Cardinali Madrucio anno 1599. die 22. Februarij.

484. Deinde Conimbricenses eo loco citato nec vnum verbum habent de Scientia Media, aut de gratia ex ſe efficaci. Ipſorum verba hæc ſunt, [Circa modum, quo Deus cum cauſis ſecundis ad earum operationem, & effecta concurrat, diſcutienda ſe offert celebris opinio D. Thomę 1. p. q. 105. & in 1. 2. q. 109. art. 1. & q. 3. de potentia art. 7. cuiusque Sæctatorum Capreoli in 2. Diſt. 1. q. 2. Ferrariensis 3. contra Gentes cap. 70. & aliorum exiſtimatiū, omnes cauſas ſecundas, antequam operentur, accipere à Deo influxum quendam, & modum, qui ſit quaſi eſſe intentionale virtutis diuinę, quo ad promendas actiones excitentur, eo modo, quo artium instrumenta, vt dolabra, & ſecuris præuiam motionem à fabro accipiunt, cum ad opus conſciendum applicantur. Namque eſto dolabra præcūta ſit, & ad expoliendum lignum idonea, haudquaquam tamen id expoliet, niſi artificis impulſu, motuque cleatur.] In his verbis, reliquisque eius articuli, & ſequentis non tractant Conimbricenses de Scientia Media, neque de gratia ex ſe efficaci, ſed de cauſarum ſecundarum excitatione à Deo exhibitā vltra earundem cauſarum productionem, conſeruationemque, & vltra immediatum cum eiſdem concuſum ad omnes ſuos effectus; quin Conimbricenses dicant, eam excitationem aſignatam à S. Thomā, & ab ipſis reſutatam in art. 2. eſſe ex ſententia Doctoris Angelici prædeterminatam phyſicę, ſeu talem, vt nec illi excitationi reſiſti, nec cum illa coniungi poſſit carentia actus, ad quem mouet. Eo autem ipſo quod iſtud non dicant, citantur minus rectè pro opinione etiam præmotionis phyſicę deſenſata à Bañez, & poſterioribus Dominicanis, quaſi ea iudicio Conimbricensium partus ſit S. Thomę; ſed qui ipſis diſpliceat. Quapropter Conimbricenses deſerunt quidem S. Thomam quoad præſatam excitationem; ſed non fatē-

tur, talem excitationem eſſe eandem proſus cum prædeterminatione phyſica.

485. Et vt hæc clariùs pateant, libet ex 46. Oratione Baſtide coram Pontifice Maximo Paulo V. adducere huc quę de præſentipuncto accuratè diſſeruit, [Deum (italle) tanquã primã, & vniuerſaliſſimam cauſam cum omnibus ſecundis cauſis concurrere, non ſolum eas conſeruando, ſed omnes ipſarum actiones, & effectus intimè, & immediatè coeſficiendo, omnium Philoſophorum, & Theologorum (vnico excepto Durando) concors ſententia eſt. An verò præter conſeruationem cauſę ſecundę, & immediatum concuſum ad ipſius effectus, addendum ſit aliquid aliud, quod Deus ſolus in cauſa ſecunda producat, quoue illam ad agendum præmoueat, & applicet? perinde Inter Scholaſticos conuenit, ſed in vtramque partem diſceptatur. In qua Philoſophica controuerſia quę fuerit S. Thomę mens, adhuc ſub iudice liſ eſt. Plerique enim antiqui Thomiſtę, vt Capreolus in 2. Diſt. 28. q. 1. art. 3. ad 12. contra 1. conſul. Conradus 1. 2. q. 79. art. 1. §. Nota, inquam, propter Scotum, Caietanus 1. p. q. 14. art. 13. v. Nec ſuſſinendus; & q. 19. art. 9. v. ad 1. autem rationē Scoti, ſentiunt in hac opinione eſſe, quod nullã præuiam motionē, qua agens impellatur, requirat; applicationē autem, & motionē concomitantē ſemper intelligat, quotieſcūq; illud axioma uſurpatur, Cauſa ſecunda non agit niſi vt mota à prima. Et Cardinalis Caietanus vſque ad eò hanc rem certam eſſe credit, vt contrariam dicat eſſe puerilem interpretationem. Hiſperantiqui Thomiſtę multi ex noſtre Societatis Authoribus ſubſcribunt. Alij verò Thomiſtę, huius præcipuę tempeſtatis Authores, enixè contendunt, S. Thomę ſententiam fuiſſe, præter conſeruationem cauſę, & concuſum concomitantem requiri entitatem quandam præuiam, à ſolo Deo productam in cauſa ſecunda, per quam præmoueat, & applicetur ad agendum. Nec de ſunt aliqui ex noſtris ſcriptoribus, qui vel id ipſum docent, vel ſi minus oppoſitum ſequuntur, eò ſaltem propendit D. Thomam aſſerunt. Tanta nimirum eſt inter Docto-

res ipſoſetiameiuſdem Scholę de mente S. Thomę circa hanc Philoſophicam quæſtionem diuerſitas, & contentio. Quid ego de hac re ſentiam, aut parum omnino, aut nihil refert: quod verò ſubiungam, ad præſens inſtitutum magis momenti eſt. Si de hac re ita D. Thomę ſenſit, vt cum ſenſiſſe contendunt perantiqui, & graues Thomiſtę Capreolus, Conradus, Caietanus, & alij, totam ſententię de phyſica prædeterminatione ſtructuram proſus euerſi, inò euidenter demonſtrari nullum in D. Thomę doctrina eius inueniri veſtigium, nedum fundamentum: ſi verò ea fuit S. Thomę mens in hac quæſtione, quam fuiſſe recentiores Thomiſtę aſſerunt, niſi hominus nihil ex S. Thomā haberi, ex quo iure inferri poſſit, Angelicum Doctorem ſententię de phyſica prædeterminatione vel ad hætere, vel patrocinari. Vtrumque, quam potero breuiſſimè, declarabo; hoc enim modo fumum vniuerſum, quo aliquorum oculi impediri ſolent, ne S. Thomę mentem clarè intueantur, facile me diſcuſſurum conſido. Primum ſic oſtendo: Phyſica prædeterminatione præuentionem, & præmotionem includit, eſt enim præuentionis, & præmotionis ſpecies quædam idque ad eò verum eſt, vt aduerſariorū nullus diſſiteatur. Sed iuxta Caietanum, alioſque antiquos Thomiſtę cauſa prima nec præmouet, nec præuenit cauſam ſecundam ad omnes actiones. Ergo multò minus eam ad omnes actiones prædeterminat. Quid hac Cōſequentia clariùs eſſe poſſit, nō video. Hęc enim Conſequentia, Non præmouet; ergo non prædeterminat, æquè bona, ac neceſſaria eſt, ac illa, Non eſt animal; ergo non eſt homo: vtraque enim procedit, vt Scholaſticis terminis loquar, à genere ad ſpeciem, à ſuperiori ad inferius negatiuè. Iam ſi concedamus, à voluntate libera fieri poſſe actionem aliquam, quæcumque tandem illa ſit, ad quam non ſit phyſicè prædeterminata, corruant, neceſſe eſt, præcipua huius ſententię argumenta, ea nimirum, quę ex indifferentia, & indeterminatione cauſę libere, ex dependentia cauſę ſecundę à prima, & ſecundi liberi à primo libero deſumuntur: eiſmodi enim ſunt hæc omnia, vt vel in omnibus vim habeant, vel in

nullo. Hoc ipſum cum Authores ſententię de phyſica prædeterminatione probè intelligerent, nihil eque diligenter docuerunt, & propugnarunt, quam hoc axioma tuum, Nulla eſt voluntatis actio, ne minima quidem, quę ſine phyſica prædeterminatione exerceatur exerceriue poſſit, etiam ſi mala illa, & cum peccato coniuncta ſit. Nam ſi minimam actionem ſine prædeterminatione factam admitterent, omnia ſuę ſententię fundamenta euellerent, & omnem rationum vim (ſi quæ fuit) proprijs ſuis viribus frangerent. Quam obrem, ſi, vt iuſſio dixi, ſemel concedatur, D. Thomam docere, quod ei tam celebres Thomiſtę Capreolus, Conradus, & Caietanus tribuunt, nimirum non mouere Deum præuia quadam motione omnes cauſas ſecundas ad ſuas actiones; ſequitur euidenter, nec ad eas omnes prædeterminare: atque ita euerſitur ſententiã de phyſica prædeterminatione, omniãque fundamenta, quibus niſi recentiores Thomiſtę opinionē hanc D. Thomę conatur imponere. Age verò, demus iam Dominicum Bañez accuratius Caietano, Nuſum perſpicaciùs Capreolo, Daulam meliùs Conrado S. Thomam euoluiſſe, intellexiſſe, declarafſe; demus, errafſe antiquos Thomiſtę; hos verò recentiores, quantumuis contentionis, & præiudicatę opinionis tenebris, quę veritatis intuitum impedire ſolent, præpediti fuerint, ipſiſſimam S. Thomę mentem mirabiliter fuiſſe aſſequentos. Sit in dubitata S. Thomę ſententiã, Deum vt cauſam primam omnes ſecundas cauſas præuenire, ac præmouere, aliquid præuium in illis imprimendõ, antequam agant. Numquid propterea conſequens eſt, præuium illud tale eſſe, vt vim habeat ad prædeterminandum phyſicè voluntatem? Minimè verò. Etenim nimis clarè apparet, quam futile ſit hæc illatio, Deus præmouet, & præuenit cauſam ſecundam liberam ad omnes ſuos actus. Ergo prædeterminat. Perinde enim eſt, ac ſi quis inferret, Hoc ens eſt animal. Ergo hoc ens eſt homo. Nam prædeterminatione phyſica ſpecies quædam eſt præmotionis, ſicut homo ſpecies quædam eſt animalis, proceditque eiſmodi illatio à genere ad ſpeciem, à ſuperiori, vt aiunt, ad inferius aſſeruiue. Euiden-

rer res hęc in actibus supernaturalibus demonstratur, ad quorum singulos præter virtutem causæ naturalis, & cōcursum concomitantem gratiæ adiuuantis, necessariam esse gratiam interiùs à Deo impressam Catholica fides docet; quo non obstante, ab omnibus irrideretur quicumque ita inferret, Deus ad singulos actus supernaturales præmouet, & præuenit voluntatem suo auxilio sufficienti. Ergo Deus ad singulos actus supernaturales physicè voluntatem prædeterminat. Sicut ergo hæc duo diuersissima sunt, nec vnū ex alio rectè inferri potest; ita nec ex præmotione illa Dei posset physica prædeterminatio deduci. Nam si quis huiusmodi præmotionem instar cuiusdam habitus supernaturalis esse diceret, paratamque omnibus esse, & talis naturæ, vt ea voluntas vti posset, si vellet, & quancumque vellet, nihil diceret, quòd physicam prædeterminationem saperet, vel arbitrij libertatem læderet, quanuis fortè aliquid à Philosophica veritate alienum affirmaret. Non ergo sententia de physica prædeterminatione ad omnes actus tribui D. Thomæ potest, etiam si certum ponamus, quòd dubium, & nimis incertum est, Diuum Thomam docuisse omnem causam secundam moueri à Deo motione præuia ad omnem suum actum. Sed vt sententia de physica prædeterminatione merito D. Thomæ assignetur, oportet ostendere præmotionem hanc ex sententia D. Thomæ eius generis esse, quæ vim habeat prædeterminandi physicè ad actum, ad quem mouet, ita vt nec illi resisti, nec ipsa cū carentia actionis coniungi vlla ratione possit. Hic enim totus quæstionis cardo, in hoc difficultatis punctus in hac controuersia Theologica positus est, in hoc S. Thomæ mens accuratè inuestiganda, & fideliter expendenda est.] Hactenus Bastida.

486 Subticit is quid sentiret de S. Thomæ mente quantum ad excitationem causarum secundarum præstitam à Deo. Sed aperuit Molina suum sensum in *Cōcordia ex editione Olyssiponensi quæst. 14. art. 13. Disp. 26. §. Dicendum itaque est. Ibi: [Quicquid autem sit de loco illo paulò ante citato, ex 1. p. q. 105. art. 5. fortè neque D. Thomas à nobis dissentit. Caietanus namque, qui*

modum loquendi D. Thomæ seruat, ita ad hunc 13. art. suam, ac D. Thomæ sententiam interpretatur, vt prorsus nobiscum consentiat, vt *Disp. 34. videbimus.] P. Suarez tum l. 1. de Concursum Dei cum voluntate C. 11. n. 7. tum D. 22. Metaphysicæ s. 2. n. 3. 2. cum retulisset, Angelicum Doctorem q. 3. de potentia art. 7. præter productionem, cōseruationem causarum secundarum, applicationem que ad agendum, & concursum simultaneum tribuisse Deo virtutem instrumentalem, ratione cuius recepta à causa secundi agat hæc, vt instrumentum Dei, inquit, S. Doctorem tacitè retractasse illam doctrinam, 1. p. q. 105. art. 5. l. 3. contra Gentes C. 70. nam in his locis exquisitè discutens concursum Dei cum causis secundis, non meminit talis virtutis instrumentalis. Hæc igitur est alia via expediendi se ab S. Thomæ autoritate, quæ obijcitur ex q. 3. de potentia art. 7. Et adhuc admissio, S. Doctorem in ea quæst. & art. addidisse talem virtutem instrumentalem, quam postea reuocauit, non ideo existimandum est, aut assertum fuit à P. Suarez, talè virtutem fuisse in opinione Angelici Magistri prædeterminantem physicè. Hinc obiter patet, allegari perperam à Quæstionario Eximij Doctorem, quatenus hic falsus sit alienam esse à SS. Augustino, & Thomæ doctrinam admittentem Scientiam Mediam, gratiamque efficacem non ex se intrinsecè adæquatè. Legat curiosus acutissimus P. Antonium Perez *Disp. vltima de Prouidentia Dei Sect. 3. n. 32. vbi ex Capreolo in 2. Dist. 1. q. 2. art. 3. §. Ad argumenta Durandi explicat sensum S. Thomæ in art. illo 7. de potentia; legat etiam Theophilum Raynaudum in Theologia naturali Dist. 8. q. & art. 5. n. 346. vbi ex Caietano, & Courado interpretatur S. Doctorem tum in eo art. tum in alio loco 1. p.**

DILVVNTVREA, QUÆ EX
authoritate S. Thomæ obijcit Ioannes
Thomafius.

487 **I**OANNES Thomafius q. 25. *Physicorum a. 2. §. Et in aduertenter, triumphat contra nos ex loco S. Thomæ q. 3. de potentia art. 7. scribitque, [Qui locus adeò expressus est, vt P. Suarez, non inuenietur, quid res-*

pon-

pondeat ad illum, nisi quòd D. Thomas tacitè retractauit sententiam, quia prætermisit in alijs locis hanc motionem, quam in isto loco posuit: quasi verò hoc sit retractare sententiam, non in omnibus locis eam explicare. Præterquam quòd in 1. 2. q. 110. art. 2. dicit D. Thomas, à Deo mouente aliquid fieri in anima per modum motus, licet non per modum qualitaris ad volendum, vel agendum.] Additque Thomafius in §. *Dico secundò, [Et q. 79. art. 2. inquit D. Thomas, quòd omnis actio causatur ab alio, quòd est in actu, quia nihil agit, nisi secundum quòd est in actu: omne autem ens actu reducitur in primum actum, scilicet in Deum, sicut in causam, qui est per suam essentiam actus. Vnde relinquatur, quòd Deus sit causa omnis actionis, in quantum actio est. Vbi non loquitur S. Thomas de cōcursum simultaneo, quia iste non est causa actionis, sed idem cum ipsa actione, & solum est causa effectus; loquitur ergo de concursu præuio, qui est causa actionis creatæ.] Hæc Thomafius vtrabique.*

488 Sed respondeo primò, et si locus ex q. 3. de potentia esset expressus pro virtute instrumentali; non tamen pro physica prædeterminatione, vt satis declaratum est à Bastida in *suprà exaratis verbis. Secundò, retractationi tacitè probabilis admodum esse ea indicia, quæ notat Suarez. Tertiò, S. Thomæ 1. 2. q. 110. art. 2. in Corp. habere hæc formalia verba, *Dicendum, quòd sicut iam dictum est, in eo, qui dicitur gratiam Dei habere, significatur esse quidam effectus gratuita Dei voluntatis. Dicitur est autem supra, quòd dupliciter ex gratuita Dei voluntate homo adiuratur. Vno modo, in quantum anima hominis mouetur à Deo ad aliquid cognoscendum, vel volendum, vel agendum, & hoc modo ipse gratuitus effectus in homine non est qualitas, sed motus quidam animæ, actus enim momentis in moto est motus, vt dicitur in 3. Physicorum. Alio modo adiuratur homo ex gratuita Dei voluntate, secundum quòd aliquid habituale donum à Deo animæ infunditur.] Quibus in verbis agit S. Doctor de gratia auxiliare, de que gratia gratum faciente, & nec per tomium de virtute instrumentali indita à Deo omnibus vniuersim causis secundis, quando operatur; agit, inquam, S. Doctor de gratia**

auxiliante, quæ concomitans ut *Quartò, S. Thomæ in q. 79. art. 2. loqui de Dei concursu simultaneo ad emittentem materialem peccati, vt constat ex contextu. Neque obedi, concursu simultaneum non rectè dici causam actionis. Quicquid enim sit de stricta significatione vocis *Actio*, S. Thomas eam vocem accomodat materiali peccati entitati, ad quam dixerat, Deum cōcurrere simultaneè cum voluntate creata. Obscurentur verba, quæ transcriptis succedunt in S. Doctore, *sed peccatum nominat ens, & actionem cum quodam defectu.**

489 Idem Thomafius in §. *illò Et in aduertenter carpit hæc Suarez l. 1. de Concursum Dei cum voluntate C. 11. num. 3. [Animaduerto in primis, nūquam reperiri apud S. Thomam in citatis locis, causam primam determinare secundas ad omnes actiones earum, multoque minus reperiri apud eum mentionem physicè prædeterminationis respectu præsertim voluntatis liberæ.] Carpit, inquam, Thomafius, centuraturque, esse in aduertenter dicta, tum quia S. Thomas 2. *Phys. lect. 8. super textum 48. inquit, sicut potentia motiua, quæ est ad vtrumlibet, non exit in actum, nisi per potentiam appetitiuam determinetur ad vnum, ita nihil, quòd est ad vtrumlibet, exit in actum, nisi per aliquid determinetur ad vnum, quia id, quòd est ad vtrumlibet, est sicut ens in potentia; potentia autem non est principium agendi, sed solum actus. Vnde ex eo, quòd est ad vtrumlibet, nihil sequitur, nisi per aliquid aliud, quòd determinat ad vnum. Rursus 1. p. quæst. 19. art. 3. ad 5. ait, Causa, quæ de se est contingens, oportet, quòd determinetur ab aliquo exteriori ad effectum. Tum quia S. Thomas usurpat verbum *Prædetermino* Lect. 3. super C. 5. Dionysij de diuinis nominibus, & in tribus alijs locis adnotatis à Marrinez de Prado l. 2. *Physicorum quæst. 14. §. 4. num. 32. Monetque Alvarez lib. 2. Resp. Cap. 1. num. 34. [nomen prædeterminationis physice non esse novum in Ecclesia, sed frequenter à S. Thomæ, & antiquis PP. in hac eadem materia, & significatione, de qua tunc agit, usurpatum,] vt ipse sibi visus est probasse in Disp. 22. & 23. de Auxilijs.***

490 Dissimulo notam in aduertentem, & quòd in locis, de quibus Suarez loquitur, nulla sit mentio de-

terminatiois causarum secundarum à prima ad omnes earum actiones. Vt ut sit, an alibi fieret? Et dico ad primum S. Thomæ testimonium, non debere intelligi de causa ad vtrumlibet ex parte eius, ad quod dicitur, seu ex dominio, & libertate; sed de causa ad vtrumlibet ex defectu virtutis, & complementi. Trutientur hæc Ferrarientis verba in lib. 1. contra Gentes C. 82. ex eis enim clarescet interpretatio nostra: [Si aliquid sit (inquit ille) indeterminatum per modum materiae, & potentiae passivæ, & sit ad vtrumlibet ex parte virtutis, oportet, vt tale sit in potentia, & ab aliquo extrinseco agente determinetur. Si autem sit indeterminatum per modum agētis liberi, & ad vtrumlibet se habentis ex parte eius, ad quod dicitur, non oportet, tale esse in potentia, neque ab aliquo extrinseco determinari, sed ipsum se ratione suæ libertatis determinare potest.] Tantum Ferrarientis insistens vestigijs S. Thomæ, qui in præcitato capite auertit à diuina voluntate, habentese indifferenter ad vtrumlibet, determinationem ab extrinseco, quia indifferentia, & indeterminatio diuinæ voluntatis non est ex parte sui, seu ex defectu virtutis, & complementi, sed ex parte eius, ad quod dicitur, seu ex parte obiecti. In secundo testimonio S. Thomæ proponit hoc discrimen inter voluntatem creatam ex se contingentem, seu cuius existentia non est necessaria in rerum natura, & inter voluntatem increatam, cuius existentia est necessaria, quod illa nequeat se determinare, nisi præsupposita aliqua re sibi extrinseca, seu aduentitia, quæque tam abesse possit, quam adesse, scilicet ista, aut illa cognitione; à qua propterea inclinari, seu determinari dicitur, non quidem physicè, sed moraliter: hæc verò queat id absque aliqua præsupposita cognitione, quæ distinguatur ab ipsa, & abesse valeat. Ad postremum dico, non reperiri in S. Thomæ vocale hoc complexum Prædeterminatio physica, & de hoc fatur P. Suarez; non autem de incomplexis vocibus Prædeterminatio, aut Prædetermino, aut Physica. Imò Zumel tom. 1. Var. Dissp. in 4. sect. 2. Conclus. 4. §. Ego sanè pag. 79. & Dissp. 5. sect. 1. in 5. sententia §. Hanc gratiam pag. 130. multos citat de

Nostros questus, eoque fuerint primi inventores illius complexi vocalis, compegerintque illud, vt sententiam suæ contrariam redderent minus bene sonantem, si possent. Vnde enodatum, eneruatumve manet quidquid ab auctoritate S. Thomæ conquisiuit hinc, & inde Thomæ pro confirmanda prædeterminatione physica.

EXARMA NTVR QVÆ EX
eiusdem S. Doctoris autoritate opponit Ioannes Martinezius Pratenfis.

491 **I** OANNES Martinez de Prado lib. 2. Physicorū q. 14. §. 3. n. 12. nimis etiam contra nos gloriatur in loco ex q. 3. de pot. & tam con. 12. quàm 18. putat, se valde vrgere nos ex inde, quod S. Thomas dicat 1. p. q. 105. art. 5. & l. 3. contra Gentes C. 70. non tantum producere, & conseruare, sed etiam applicare causas secundas ad agendum, sicut artifex applicat instrumentu ad proprium effectum: exinde rursus, quod Ioannes de Neapoli (qui vicinus fuit temporibus S. Thomæ, & fortè eius Auditor) dicat in q. 15. [Parat ergo, quod Deus est causa omnis actionis creatæ, tenet in omni agente creato, quantum ad actionis principium, scilicet sicut dās, & conseruans virtutes omnium rerum, quæ sunt eis principium actionū; & quantum ad actionis terminum, seu effectum, quia scilicet omnis effectus creatus, in ratione qua ens, est Dei effectus, quantum ad actionis modum, seu medium.] Post quæ verba subiicit Martinez de Prado, [Quæ non minori alacritate transcripsi, quàm cum vtilitate spero legenda, vt erubescant novī Authores novitatem obijcere intelligentiæ indubitatae, perpetuæ, & certissimæ mentis S. Thomæ. Videatur etiā Soncinas in Epitome in 2. Diss. 1. q. 2. conclus. xj. & ad 1. contra eam,] Sic ille in num. 18. Satisfaciam singulis.

492 **L**ocus ex q. 3. de pot. minime conuincit virtutem instrumentariam, inditam à Deo causis secundis ad agendum, esse physicè prædeterminantem causarum liberarum, quauis gratis concedatur ea virtus, esseque ex mente S. Thomæ. Quod ab aliis

EX

explicatum est in præcedentibus. Nunc obseruo, S. Doctorem in illo art. 7. docere tria, quæ cum prædeterminatione causæ liberæ nullatenus cohærent. Nam primò in respons. ad 12. inquit, Deus non dicitur, hominem reliquisse in manu consilij sui, quin (alij legunt quia) in voluntate operetur, sed quia voluntati hominis dedit dominium sui actus, vt non esset obligata ad alteram partem contradictionis. Quod quidem dominium naturæ non dedit, cum per suam formam sit determinata ad vnum. Tunc sic: iuxta nobis aduersantes prædeterminatio physica esset obligatio ad alteram partem contradictionis, cum in sensu composito prædeterminationis ad amorem, v. g. non sit in potestate voluntatis creatæ non determinare se ad amorem. Præterea iuxta eisdem voluntas creatæ non est, cur sit magis domina amoris prædeterminati, quàm ignis sit dominus caloris prædeterminati. Secundò in resp. ad 13. ait S. Thomas, Voluntas dicitur habere dominium sui actus, non per exclusionem causæ primæ, sed quia causa prima non ita agit in voluntate, vt eam de necessitate determinet, sicut determinat naturam, & ideo determinatio actus relinquatur in potestate rationis, & voluntatis. Tunc sic: iuxta Authores nobis oppositos in sensu composito prædeterminationis (cuius sensum diuinitus facere nequimus) non esset in nostra facultate cohibere determinationem prouenientem ex prædeterminatione ipsa antecedenti ad nostræ exercitium libertatis. Rursus iuxta eisdem non est, cur voluntas creatæ prædeterminetur minus de necessitate à Deo, quàm ignis. Tertio in responsione ad 4. scribit S. Thomas, Non quælibet causa excludit libertatem, sed solum causa cogens: sic autem Deus non est causa operationis nostræ. Tunc sic: Deus esset causa cogens operationis nostræ, si hanc causet mediante prædeterminatione; quæ est quid antecedenter, ineluctabiliterque connexum cum operatione prædeterminata.

493 **G**ermana sunt cum his testimonijs complura alia eiusdem S. Doctoris lib. 1. Periherm. lect. 14. in 1. Diss. 39. q. 1. in Corp. in 2. Diss. 25. q. unica, art. 1. in Corp. & ad 3. Diss. 28. q. 1. in Corp. Diss. 39. q. 1. in Corp. necnon art. 2. in Corp. q. 3. de malo art. 3. ad 5. q. 6. art. unico in Corp. q. 22. de

veritate art. 6. in Corp. q. 24. art. 1. ad 14. q. 1. de potentia art. 4. ad 3. in ordine prior. lib. 1. contra Gentes C. 68. 1. p. q. 22. art. 2. ad 4. 1. 2. q. 1. art. 2. in Corp. q. 9. art. 3. ad 6. art. 6. ad 3. q. 10. art. 4. in Corp. 3. p. q. 18. art. 4. ad 3. Hauseret spiritum S. Thomæ veteres Thomistæ, Capreolus in 2. Diss. 24. art. 3. ad 6. Diss. 25. art. 3. ad 4. Scoti, Syluester Prieras in Capreolum super 4. Diss. 25. Hervæus ibidem q. 2. Deza Hilpalensis in 2. Diss. 24. q. unica, art. 3. notab. 3. Ferrarientis l. 1. contra Gentes C. 82. & alibi, Conradus 1. 2. q. 1. art. 2. Commentario 1. & 2. q. 9. art. 6. Caietanus ibidem, Ioannes de Neapoli in q. 22. variarum punct. 4. ad 12. Soncinas l. 9. Metaph. q. 17. Agrius, habitu Augustinianus, sed fidelissimus S. Thomæ discipulus, in 2. Diss. 25. q. 1. art. 3. dubio, & via 2. Accedunt ex exteris Henricus, Richardus, Bachonus, Gregorius, Marsilius, Maior, Abulensis apud Ripaldam Diss. 104. de Ente supern. sect. 6. n. 46. & 47. & apud Raynaudum in Theologia naturali Diss. 8. q. 1. art. 5. n. 366. & 369. Quos omnes præcelsit S. Anselmus inquisens Cap. 6. de Concordia, Solæ voluntas determinat quid teneat.

494 **T**otiraque, tamque illustrium Doctorum cōcors est ea vox, quod voluntas creatæ iure libertatis sit indifferens, vt ipsamet valeat se determinare. Et merito quidē ita dictarum est, etenim indifferentia potentie liberæ alia debet esse ab indifferentia potentie necessariæ: non autem esset alia, si potentia libera non valeat se determinare se ipsam; quippe potentia necessaria est etiam indifferens, vt determinetur ab alio; videlicet intellectus ad assensum, & dissentium probabilem, potentia locomotiva ad motum sursum, atque deorsum: quia verò determinantur a voluntate, & non à se ad hoc extremum potius, quàm ad illud, ideo non sunt potentie liberæ, sed necessariæ.

495 **C**onfirmatur, potentie liberæ cōpetit determinare alia compe-
tuntur se ipsam. Antecedens suadetur, quia potentie liberæ competit vt ad agendum habitibus, & reliquis cō-
principijs indifferentibus, vt sibi libere rit; eis autem sic vt, nihil aliud est, quàm ad agendum applicare ea, ac determinare, vt docet S. Thomas 1. 2. q.

P

16.

16. art. 1. in Corp. & alibi sæpe. Hinc idem S. Præceptor q. 6. de malo, art. unico in Corp. ait, *Voluntas mouet se ipsam, & omnes alias potentias*, additque paulo post, *quantum verò ad exercitium actus, primò quidem manifestum est, quòd voluntas mouetur à se ipsa: sicut enim mouet alias potentias, ita se ipsam mouet*; q. etiam 24. de veritate art. 1. ad 5. inquit, *voluntatem nostram non esse instrumentum Dei propriè, & communiter, quia etsi moueatur à Deo, ipsa se ipsam mouet*. Confirmationis Cōsequentiā iam claret, nam potentia libera nequit determinare comprincipia indifferentia, nisi determinando se ipsam, utpote sine qua agere nequeant alia comprincipia.

496 Porro autem si talis debet esse potentia libera, ut valeat se ipsam determinare, sequitur, non prædeterminari à Deo; si quidem potentia liberam se determinare, est formaliter idem, ac indifferentiam antecedentem transferre superueniente actione ad determinationem. Sed si prius, quā potentia libera agat, utaturque libertate sua, determinetur à Deo, non transferet sua actione indifferentiam antecedentem ad determinationem, talis namque indifferentia antecedit translata à Deo ad determinationem. Sic voluntas Beatī non dicitur determinare se ad amorem Dei, quia per visionem beatificam translata est ad determinationis statum. Et verò si potentia libera prædeterminetur à Deo, non erit maior ratio, quare illa determinet habitum, quā hic illam, nam in contraria sententia non magis necessaria erit prædeterminatio, ut potentia libera applicetur ad agendum, quā ut applicetur habitus, quippe is eodem modo subordinetur Deo, ac potentia libera, & omnes causæ secundæ: rursusque potentia libera prædeterminata non magis trahet secum operationem habitus, quā habitus prædeterminatus trahet secum operationem potentia liberæ. At est maximè absurdum, & contra communem Philosophorum sensum, determinationem ad actum cum facilitate productum non tribui magis potentia liberæ, quā habitui.

497 Discursum hunc validissimum apud me (qui eum didici ex M. SS. subtilissimis P. Ioānis Martinez

de Ripalda, vidique postea in præcitata Sect. 6.) parvi habet Martinez de Prado, respondetque n. 23. & duobus seqq. dari posse duplicem à Deo determinationem causæ secundæ, aliam, quæ necessitet, & aliam, quæ non necessitet, sed potius conferat vsum libertatis; talisque conditionis esse determinationem prouenientem ex Deo in potentia creata libera prædeterminata: quod secundum ut probet, affert S. Thomæ authoritates, in quibus dicitur, Deum concurrere simultaneè cum potentia libera creata absque præiudicio libertatis creatæ. Quasi idem esset concursus Dei simultaneus, ac determinatio, & prædeterminatio à Deo.

498 Sed de eiusmodi responsione, præstita iam antea à nonnullis Dominicanis, volupe erit audire Baptistam loquentem in prælaudata Oratione. [At distinguunt (inquit Bastida) ut nobiscum ludant, & tam clara S. Thomæ testimonia eludant, duplicem determinationem. Altera, aiunt, inducit necessitatem, altera non; priori determinat Deum voluntatem, sicut determinat naturam; posteriori verò non item; & eiusmodi, inquit, est physica prædeterminatio voluntatis. Mirabilis sane doctrina. Si inter has, quas distinguunt determinationis species, illa determinatio ex sententia D. Thomæ libertatem aufert, qua Deus voluntatem ita determinaret, sicut determinat naturam, unde probant, non esse eiusmodi physicam prædeterminationem, quā D. Thomæ conantur imponere? Equidem in D. Thomæ hoc nunquam ostendent, nam totum contrariū ex eius doctrina habetur. Quid est, determinare voluntatem, sicut determinat naturam? Nisi ita illam agere, ut determinatio actionis non relinquatur in potestate rationis, & voluntatis. Definitio hæc non mea est, sed D. Thomæ, de cuius tamen mente disputamus. Is enim q. 3. de potest. art. 7. ad 13. sic scribit, *voluntas dicitur habere dominium sui actus, &c.* (ut supra in n. 492.) Noretur ista causalis, Et ideo determinatio actus relinquatur in potestate rationis, & voluntatis: colligitur enim manifestissimè ex illa quòd întedo, nimirum tunc Deū determinare voluntatem, sicut determinat naturā, ex sententia D. Thomæ, quando ita agit in voluntate, ut

de-

terminatio actionis non relinquatur in potestate rationis, & voluntatis. At quannis in vnum coeant omnia humana, & Angelica ingenia, nunquam declarabunt, quomodo in potestate eius, qui physicè prædeterminetur ad actū, relinquatur determinatio illius actus, ad quem physicè prædeterminatur, cū illi impossibile prorsus sit, in eum actū non exire, ad quem physicè prædeterminatus est. Quid ergo superest aliud, quā dicere, per physicam prædeterminationem ita agere, & determinare voluntatem Deum, sicut determinat naturam, atque adeo per hanc prædeterminationem ex D. Thomæ sententia tolli arbitrii libertatem; vel ingenuè fateri, æquè inintelligibile esse, quomodo physica prædeterminatio cum sententia D. Thomæ stet; ac est inintelligibile, quo pacto cum arbitrii libertate concordet; ac proinde sicut hoc tanquam mysterium Trinitatis credi hi Patres iubent, ita & præcipiant, necesse est, ut tanquam mysterium Incarnationis credamus, physicā prædeterminationem ex S. Thomæ sententia esse, etiam si nec intelligi, nec declarari possit, quo pacto cum eius doctrina concordet.] Hæc ibi Bastida.

499 Sed respondebit adhuc aliquis, componi rectè, quòd voluntas creata determinetur à se, & ab alio, ad modum quo rectè, componitur moueri à se, & ab alio. Cōtra tamen, quia etsi secundum rectè componatur, si voluntas creata moueatur inefficaciter, & indeterminatè ab alio, secus si efficaciter, ac determinare. Consulatur S. Thomas 1. p. q. 105. art. 4. ad 2. & 3. art. 5. ad 3. 1. 2. q. 6. art. 1. ad 3. q. 109. art. 1. in Corp. & art. 2. ad 1.

500 Adhuc iterum respondebit alius, S. Thomam loqui de ea determinatione, quæ non à Deo, sed ab aliqua creatura fieret; nam quæ à Deo, non legitur, sed potius summe perficit libertatem creatam. Sed contra, tum quia talis limitatio nullibi legitur in S. Thomæ, imò ex aliquibus eius locis contrarium constat. Nam si determinatio facta à Deo non pugnat ex sententia S. Thomæ cum nostra libertate, cur, quæso, ut ostendat arbitrii nostri libertatem à diuina motione non destrui, expressè docet, Deum sua

motione non determinare voluntatem, sed relinquere determinationem actionis, & finis in arbitrii potestate? Ita in 2. Dist. 25. quæst. unica art. 1. ad 3. & Dist. 28. quæst. unica, art. 1. in Corp. Tum etiam quia responsionem illam excludit verba hæc S. Doctoris in 4. Dist. 49. quæst. 1. art. 3. quæstioncula 2. ad 1. *Voluntas non potest in oppositum eorum, ad quæ ex diuina impressione determinatur; potest autem in oppositum eorum, quæ ipsa sibi determinat*. Quibus ex verbis constat, auferri a voluntate creata, si determinetur, potentiam ad oppositū, siue, quòd in ide in recidit, libertatem, etiam si id, per quod determinatur, impressum à Deo sit.

501 Superiori discursui vires addo ex generali illo pronuntiato S. Thomæ in 2. Dist. 25. quæst. unica, art. 1. in Corp. ubi ita scribit, *In solis intellectum habentibus liberum arbitrium inuenitur, non autè in illis, quorum actiones determinantur à quibusdam alijs causis prioribus*. Quòd principium vsque adeo certum est apud S. Thomam, ut ex eo colligat, esse in Deo liberum arbitrium. Sic enim ibi ad 1. ait, *Vnde secundum hoc (scilicet secundum electionem per inquisitionem) in Deo non saluatur liberum arbitrium; sed quantum ad hoc, quòd determinatio sui actus non est sibi ab alio, sed à se ipso*. Vnde ipse verissimè sui operis dominus est. Quare iuxta S. Doctorem ideo Deus est dominus sui actus, quia determinatio actus non est sibi ab alio. Ergo determinatio actus ab alio repugnat dominio actus. Ergo iuxta S. Thomam actiones liberæ non prædeterminantur à causis prioribus.

502 Idem S. Thomas Dist. illa 25. art. 1. ad 3. inquit, *Deus operatur in omnibus, ita tamen quòd in vnoquoque secundum eius conditionem*. Vnde in rebus naturalibus operatur tanquam ministrans virtutem agendi, & sicut determinans naturam ad talem actionem. In libero autem arbitrio hoc modo agit, ut virtutem agendi sibi ministraret, & ipso operante liberum arbitrium agat, sed tamen determinatio actionis, & finis in potestate liberi arbitrii constituitur. Vnde remanet sibi dominum sui actus, licet non ita sicut primo agenti. Quibus verbis S. Doctor tria manifestè docet, primum Deum cum agente libero concurrere, dando virtutem agendi, & cooperando. Secundum, hoc posito, relinquere

in potestate agentis liberi determinationem actionis. Tertium, hunc modum concurrere esse, quæ exigit natura, & conditio agentis liberi, in eoq; differre agens liberum ab agente naturali, cuius Deus determinat actionem. Igitur & in se, & in via S. Thomæ ad actum liberæ causæ creatæ nihil ex parte actus primi requiritur præter causam secundam, in cuius potestate contineatur, & concursus ex parte Dei præparatum ad cooperandum cum causa, quoties in actum exierit.

503 Et quidem si præter vim agendi, & concursus Dei addatur causæ liberæ aliquid tanquam necessarium ad eius operationem, causa libera iam non erit domina suarum actionum. Ergo impossibile est, causam liberam aliquid aliud ad agendum requirere præter vim agendi, & concursus Dei. Nulla enim causa id necessarium requirit, quo sui natura, & virtus agendi destruat. Antecedens probatur, & declaratur, quia vel illud, quod additur potestati agendi, & concursui, est aliquid pertinens ad complementum potestatis agendi causæ liberæ, vel aliquid spectans ad determinandam, & inflectendam causam ad suum actum. Inter hæc enim non est dare medium. Si quod additur, pertinet ad potestatem agendi, ut complementum eius. Ergo si illud est necessarium, ut liberum arbitrium exeat in actum, iam liberum arbitrium non est dominus talis actionis, quandoquidem ad illam exercendam indiget aliquo, cuius non est dominus, nec illud habet in sua potestate. Si vero illud, quod additur, pertinet ad inflectendam, & determinandam voluntatem, etiam læditur dominium, quod suarum actionum liberum arbitrium habet, nam qui ab alio ad agendum determinatur, non operatur ut dominus suæ actionis. Si enim S. Thomæ principiis standum est, nihil tam contrarium est dominio actionis, quam determinatum esse, vel ab alio ad actionem determinari.

504 Loquendoque in universum, ut effectus ponatur, solum requiritur causa potens effectum producere, & concursus Dei paratus ad cooperandum cum illa. Nam si semel ponatur causa in rerum natura potens producere, & approximata passo cum

cæteris circumstantiis ad agendum præ requisitis, non apparet ad quid necessarium sit adminiculum, aut societas rei alterius, nam nec daret potentiam agendi, nec concurreret ad effectus productionem. Vnde nam ignis stuppæ approximatus indigebit alio præter Dei concursum, ut stuppam comburat? Solque in hoc emisphærio positus, & a nullo opaco corpore impeditus, vnde nam requirit aliud ad illuminandum, quam Dei concursus? Hæc enim in confirmatione superioris illius discursus erunt ex medulla doctrine S. Thomæ.

505 Loca alia S. Thomæ, & Ioannis de Neapoli adducta à Martino in n. 491. probant quidem, Deum applicare physicè, vel intentionaliter causas secundas ad operandum, quatenus primo producit, vel conseruat dispositiones, quibus constituuntur in statu proximo ad operandum; at eam applicationem esse prædeterminationem physicam & in causis secundis liberis connexionem inuitabiliter cum operatione, neque in eis locis, neq; in alijs dicitur, in ò neque innuitur à S. Thomæ, sed potius vbius docetur contrarium, & præsertim 1. p. q. 19. a. 8. in Corp. vbi ait, *Cum voluntas diuina sit efficacissima, non solum sequitur, quod fiat ea, quæ Deus vult fieri, sed quod eo modo fiat, quo Deus ea fieri vult. Vult autem quædam fieri Deus necessario, quædam contingenter, ut sit ordo in rebus ad complementum Vniuersi; & ideo quibusdam effectibus aptauit causas necessarias, quæ deficere non possunt (scilicet ab operatione) ex quibus effectus de necessitate proueniant; quibusdam autem aptauit causas contingentes defectibiles (scilicet ab operatione) ex quibus effectus contingenter eueniant. Sic S. Thomæ, qui, ut vides, docet, ad effectus liberè euenientes aptari à Deo, & disponi causas eo modo, ut ab ipsis effectibus sint defectibiles absolute, & simpliciter, nimirum tam secundum se, quam secundum sui dispositiones, & applicationes.*


506 Exemplum artificis usurpatum à S. Thomæ, obiectumque nobis à Martino non debet in toto rigore accipi, alioqui adimeretur causis omnibus secundis virtus operatiua, & liberis vis mouendi se ab intrinseco. Quare similitudo intenta à S. Thomæ consistit tantum in eo, quod hæc ut à manu artificis moueatur

secu-

securis, non scindit hæc, ita causa secundæ non operantur nisi productæ, conseruatæ, applicatæ, & per concursus simultaneum adiutæ à prima. Motionem causarum secundarum à prima comparat S. Thomas 1. 2. q. 109. art. 1. in Corp. motiōi sublunarium corporū à cælestibus, & tamen hæc non prædeterminant illa ad suas operationes.

507 Opponit Martinus in discursu totius quæstionis 14. plures alias S. Thomæ autoritates; sed quæ abs dubio loquuntur de concursu Dei simultaneo cum causis secundis liberis. Solitum autem est Martino, & quibusdā alijs Dominicanis confirmare prædeterminationem physicam, aut à nostris argumentis eam tueri, conglobatis S. Thomæ testimonijs de illo concursu, cum tamen illius causa diuersissima sit à negotio prædeterminationis physicæ. In quam S. Thomæ inclinasse aliquando, neque probatur sufficienter à Thomistis, neque nostris fuit vnquam persuasum. Et ex externis monebat Ioannes Antonius Pantusa Contentinus, & Litterensis Episcopus *Opusculorum suorum tom. 2. Tract. 1. de lib. arb.* [Animaduerte, Thomista, qui tub tanto Principe militas, quod prima causa mouet, non præmouendo causam secundam; non enim hoc semper oportet, ut quando res est in loco, & apta operari; sed mouet prima causa motione cooperatiua intrinsecè. Vnde prima causa cooperatur illuminationi Solis, & volitioni humanæ, & tamen Sol naturaliter, voluntas liberè operatur, Deus enim omnia disponit suaviter, &c.] Et infra, [Prima causa immediate inmediate virtutis attingit omnia, non tamen causa secunda; defert tantum motum primæ causæ; neque duo motus sunt, sed vnus, qui à Deo est, & à causa secunda.] Sic Pantusa, qui fuit vnus est Episcopus presentibus

Tridentinæ Synodo.



REFELLITVR LELII BALLIONIS existimatio de S. Thomæ à Societatis sententia dissensu; desideraturque in Lelio, nostram sententiam tuente, verècunda quadam cunctatio in proferendo suo iudicio aduersus S. Doctorem, cuius duo encomia recitantur.

508 FATEOR, aliquos non Thomistas, & extra Societatem, quibus prædeterminationis physica non arrisit, suum in animum induxisse, quod pro ea militet S. Thomas. Vnus ex illis est Lelius Ballionius in *Tract. de Prædest. Cap. 8.* vbi hæc habet verba, [S. Thomas 1. p. q. 105. & q. 106. & 111. & alibi est huius sententiæ, quod determinatio nostræ voluntatis tum in bono, tum in malo sit ab ipso Deo, adeò quod semper Deus illam determinat. Et si illi obijciatur, ergo peccata non debent hominibus imputari, cum nemo sit, qui possit resistere voluntati Dei iuxta illud David, *Quis resistet tibi?* sed debent Deo imputari, & tunc ipse author esset maioris, quod hæreticum est dicere. Respondet ipse 1. p. q. 105. art. 4. ad 3. *Quod si mota non moueretur, non imputaretur illi ad peccatum.* Sed hæc responsio nullius roboris est. Nam si mouetur à Deo, & ab ipso determinatur, quomodo potest se liberè determinare? Si necessario se determinat, tunc non debemus imputare peccatum homini, cum non sit voluntarium. Nam voluntas non potest non determinari ad aliquod faciendum, cum à Deo determinatur. Et hæc instantia, meo iudicio, maximam vim habet. Et non video, quomodo, stante hac sententiâ, possit defendi libertas nostræ voluntatis; nam si Deus me ad peccandum determinat, quomodo possum illi resistere, quin frustreretur eius voluntas? Quod tamen non est admittendum, cum voluntas Dei semper adimpleatur. Huiusmodi positio, meo iudicio, sustinenda non est, nam de ratione voluntatis nostræ est ex Decano Louaniensi in *lib. de lib. arb.* *in Epistola ad Petrum Soto,* posse ferri ad opposita. Quomodo hoc erit, si tum in bono, tum in malo voluntas nostra à Deo determinatur? Et quomodo non possemus excusari coram Deo dicentes,

res, ideo peccavi, quia me ad peccandum determinasti, & tuæ voluntati non valui resistere, cum non possem? Ad quid igitur in Scripturis sacris sepe Deum homines increpare, ut desistant à peccatis, si ad peccandum illos determinat? Quare illis exprobrat peccata, cum illorum voluntatem ad peccandum determinat? Ut quid illos premit, & postmodum damnat, si peccata evitare non potuerunt, determinante illos ipso ad peccandum? Sed aperte oppositum huius doctrinæ habemus in Concilio Tridentino in sess. 6. cap. 5. & 6. ubi S. Synodus determinat, quod homo liberè se determinat ad acceptandam gratiam, & quod potest illam abijcere, si velit. Vnde adducit locum Zacarix 1. & Ioelis 2. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos. Et in principio cap. 6. Inquit S. Synodus, quod postquam adulti excitati sunt gratia diuina, liberè in Deum mouentur. Hoc autem non diceret S. Synodus, si homines & in bono, & malo determinarentur ab ipso Deo. Sed audiamus quid sub pœna anathematis determinet in Can. 6. eiusdem sessionis, inquit enim S. Synodus, Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona, Deum operari, non permisisse tantum, sed etiam proprie, & per se, ad id ut sit proprium eius opus minus proditio Iudæ, quam vocatio Pauli, anathema sit. Quis non videt, quod, stante hac positione, non est in potestate hominis vias suas malas facere, sed in potestate Dei, & quod non concurrat ad mala permisisse tantum, sed effectiue causando? Quare nullo pacto censo, hanc opinionem esse sustinendam. Non me latet, aliquos conari purgare D. Thomam ab huiusmodi macula. Sed verba illius clara sunt, & maximè si responsionem illius obseruauerimus ad 3. argumentum in quest. superius citata, nam ibi aperte concedit, Deum mouere voluntatem ad malum. Quod certè erroneum est dicere.] Hucusque Lelius Ballionius, Seruata, qui edidit suum Opus anno 1377.*

509 Eius tamen dictis non moueatur Lector ad ascribendam S. Thomæ physicam prædeterminationem bonorum, multo que minus malorum. Nam in art. 4. q. 105. p. 1. doctrina S. Patris in eo solùm con-

sistit, quod proprium sit Dei tum ut obiecti, tum ut dantis virtutem volendi mouere voluntatem creatam. Et in respons. ad 3. hæc tantum habet, si voluntas ita moueretur ab alio, quod ex se nullatenus moueretur, opera voluntatis non imputarentur ad meritum, vel demeritum; sed quia per hoc, quod mouetur ab alio, non excluditur, quin moueatur ex se, ideo per consequens non tollitur ratio meriti, vel demeriti. In quest. 106. & in 111. ne minimum quidem vestigium est physicæ prædeterminationis. Et quod S. Thomas dicat, Deum mouere voluntatem creatam, longè abest a præmotione physica, cui ad vnum determinanti resisti non possit.

510 Ipseque S. Thomas sæpe expressit, quam lit remotus ab huiusmodi præmotione, ut cum 1. 2. q. 9. art. 6. ad 3. scripsit, *Deus mouet voluntatem hominis sicut vniuersalis motor ad vniuersale obiectum voluntatis, quod est bonum, & sine hac vniuersali motione homo non potest aliquid velle. Sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc, quod est verè bonum, vel apparet bonum: sed tamen specialiter interdum Deus mouet aliquos ad aliquid determinatè volendum, sicut in his, quos mouet per gratiam, scilicet præuocando, excitando, & inclinando; sed non prædeterminandos sicut homo sepius mouet alios ad aliquid determinatè volendum, ut cum ei persuadet hoc, vel illud charitatis opus, nec propterea dici potest alterius hominis voluntatem ad hoc, vel illud determinatum obiectum physicè prædeterminare.*

511 Rursus S. Thomas in eadem 1. 2. q. 10. art. 4. in Corp. inquit, *Quia voluntas est actiuum principium non determinatum ad vnum, sed indifferenter se habens ad multa, sic Deus ipsam mouet, quod non ex necessitate ad vnum determinat, sed remanet motus eius contingens, & non necessarius, nisi in his, ad quæ naturaliter mouetur. Vt in quodlib. 1. art. 7. ad 2. ait, Deus mouet omnia secundum modum eorum; ideo diuina motio à quibusdam participatur cum necessitate; à natura autem rationali cum libertate, propter hoc quod virtus rationalis se habet ad opposita, & ideo se Deus mouet mentem humanam ad bonum, quod tanen potest huic motioni resistere; & sic data vniuersali motione, cui potest voluntas resistere,*

ex

ex Deo est, quod homo se ad gratiam præparat, sed quod gratia careat, non habet causam à Deo, sed ab homine. In his locis, ut alia passim incurantia oculos omittam; sat dilucidè ostendit S. Thomas, qualis sit creatæ voluntatis, dum liberè operatur, à Deo motio; & aut terminos non callemus, aut prædeterminationem physicè eam non esse docet, quam clarè potest.

512 Sed ad materiale peccati Deum non prædeterminare physicè, tradit in particulati idem S. Doctor, & ni fallor, non minus clarè. Nam 1. 2. q. 80. art. 1. ad 3. inquit, *Deus est vniuersale principium omnis interioris motus humani; sed quod determinetur ad malum consilium voluntas humana, & hoc directe quidem est ex voluntate humana, & à Diabolo per modum persuadentis, vel appetibilia proponentis. Præterea in q. 6. de malo art. unico ad 5. animaduertit, quoties voluntas humana vult peccare, Deus non velle, ut voluntas humana illud velit. Demum in 2. Dist. 36. q. 1. art. 3. ad 1. ait, Deum esse causam subtractionis gratiæ, & esse causam actus deformis, non quia ipsum secundum se causat, sed quia ipsum permittit, cum non impediendo. Et hæc sufficiant, ut cõstet, S. Thomam non stare pro physica ad actus siue bonos, siue malos prædeterminatione, quam ei affingit Lelius Ballionius.*

513 Ast cum hic Author tam intrepidè incuset de errore S. Doctorem, forsân Dominicani Patres, tanta libertate offensi, non vtentur eius testimonio pro physica prædeterminatione, quatenus, tradita sit ab Angelico Præceptore. Est etiam nobis exosa ea licentia, ut potè qui instituti sumus à S. Patriarcha Igatio, in cælesti illo Exercitiorum spiritualium lib. debere Christianum vnumquemque pius promptiore animo sententiã, seu propositionem obscuram alterius in bonam trahere partem, quam damnare. Si verò nulla eam ratione tutari possit, exquirat dicentis mentem; & finitus rectè sentiat, vel intelligat, corripiat benignè: hoc nisi sufficit, vias omnes opportunas tentet, quibus illum sanum intellectu, ac securum reddat ab errore. Si autem hoc S. Patris documentum piissimum, & prudentissimum obseruandum est erga quemcumque, qui voce, vel scripto protulerit sententiã,

aut propositionem obscuram;

514 Certè multò magis erga SS. Doctores Ecclesiæ, & præcipuè erga S. Thomam; [virtutis, ingenijque principem, cuius quot sunt articuli, tot miracula, quot quæstiones, tot acutissima sapientiæ, quot argumenta, tot fidei, diuinorumq; mysteriorum firmiter menta,] ut tam verè, quam eleganter ait Noster Cellotius lib. 8. de Hierarchia, & Hierarchis Cap. 18. §. 1. pag. 728. atq; ut etiam inquit Nouer Cretoliolus lib. 2. Mystagogi Cap. 23. pag. 349. [Inter antiquos Theologos Scholasticos, omnium propè nationum consensu, & opinione, vult excellit Thomas, què propterea Angelicum Doctorem indigitauerunt. In cuius autem, gemmeiq; scriptis siue ordinem spectemus mirabilem, siue eximiam in obscurissimis rebus claritatem, siue pondus rationum, & exquisitum genus doctrinæ, nihil potest esse diuinius. Cuius opera, augustæ eruditionis plenissima, & iucundissimo olim prodigio; dum vita frueretur, verum & deinde Maximi Orbis terræ Pontifices Urbanus VI. & Innocentius V: auctoritate sua comprobauerunt.] Sic Noltri colunt, & iure merito S. Thomam; sicque oportuisset, ut coleret Ballionius; deferendo illum reuerèter, & grauare in ea opinione, quam putavit esse S. Doctoris, & suspendendo centuram de errore. Non iniuriam successores labori decedentium debent; non conuicia referenda sunt. Post certamen bene defunctis victoribus triumpho gloriam negasse aliquis inueniatur ingratus; nescio si quisquam contumeliam retulit, ut notabat Facundus Hermianensis lib. xj. pro defensione trium Capitulorum Concilij Chalcedonensis Cap. 1.

CVR DOMINICANI PP. PRÆTERMISSO Lelio Ballionio, conuerterint arma contra Ludovicum Molinam.

515 CVM autem Ballionius tam immoderatè loquutus sit de sententiã, quam præsumpsit esse S. Thomæ, & de iplo S. Doctore, miratur vehementer aliqui, sapientissimos, & religiosissimos Dominicanum Bañez, quosdamque alios Magistros Dominicanos, relicto Bal-

lione

Nonio, infurrexiffe contra Molinam, qui post ipsum fcripfit, & impugnavit eam opinionem admodum moderatè, credititque, & afferuit loco relato ad n. 486. alienam esse à S. Thoma iuxta interpretationem Caietani 1. p. q. 14. art. 13. §. Nec sustinendus, & q. 19. art. 8. §. *Primb distinguendo*, ubi Caietanum videri valde insinuare eiusdem Molinæ sententiam, fatetur Ledesma *Tract. de Auxilijs*, art. 3. §. *Secunda sententiapag. 72* Ideoque Caietanus ibi non placet Dominico Bañez *quest. illa 19. art. 8. §. Sed antequam*, col. 627.

515 Et præterea Molina nunquam non fatus fuit honorificentissimè de S. Thoma: què [veluti Scholasticæ Theologiæ Solem, ac Principem] ait in *Prefatione Concordiæ* se sequaturum; profitereturque in q. 23. art. 4. & 5. memb. 10. ad finem [se tantum facere iudicium, & doctrinam S. Thomæ, ut tunc se securus pedem figere arbitretur, cū illum cōsentientem cōperiat;] & in *Epist. nuncupatoria Commentar. ad 1. p.* hæc habet, [Pulcherrimum illud Dominicane familiæ, atq; adeo Republicæ Christianæ astrum congestit in Theologicam summam quidquid studio quæsitum, ingenio elaboratum, industria perfectum, religione sanctum, bonis mortalibus vlti futuram videretur.] Sed nimirum eo sydere nata est, & ad hunc vsque diem vixit Societas, ut in suis alumnis acerbè exagitentur multa, quæ in alijs tolerantur, aut dissimulantur: huius syderis nostri parum benigni suppetunt non pauca exempla antiqua, & recentia. Nisi in præfati dicatur, Opus Ballionij ignotum fuisse Theologis Hispanis, qui contra Molinæ Concordiam arripuerunt arma.

RESPONSIO AD ALIAS THOMÆ
testimonia, quæ contra Societatis doctrinam obijciuntur, reservatur in aliam locū, refutata interim confirmatione, quæ ex Ioannis Alfonso Curielis confessione afferuntur à nonnullis.

516 **H**ACTENVS liberavi ex parte doctrinam Societatis à nota oppositionis cū placitis Angelici Doctoris. Dixi ex parte, nam vt ex toto liberem, remitto in

Delineationem Theologicam Scientiæ Mediæ, ubi satisfaciã cæteris eiusdem S. Doctoris testimonijs, illis nempe, quæ circa Dei scientiam directè versantur, vt & omnibus, quæ ex S. Augustino adversus eam doctrinam solent adduci, nec non ex Scriptura sacra: tuncque (nime itea fallit spes) manebit exarata tota Disputatio x. Antonij de Matre Dei in *tract. 3. de Dei scientia*; quæ Disputatio contendit probare Scientiæ Mediæ impossibilitatem ex autoritate Scripturæ divi-næ, SS. que Doctorum Augustini, & Thomæ, & ex miris quibusdam effectibus, ac signis mentis ipsorum.

517 Inter quæ *dub. 5. §. 2. n. 93.* refert hoc mentis S. Thomæ signum, tanquam colophonem aliorum, hisque verbis, [Quæ omnia elucidari possunt eleganti testimonio Magistri Alfonso Curiel, qui, etsi in suis Cōtroversijs huic Scientiæ Mediæ satis faveat, & in illam valde inclinet; adhuc *Controu. 7. in Cap. 4. Sapientie* fatetur, talem doctrinam menti D. Thomæ, atque adeo discipulorū eius adversari. Quod testimonium non potest non, quoad præsens, vim facere, tum propter eximiam sapientiam, & autoritatem huius Doctoris, toti Orbi notam: tum etiam quia professio Religiosa vel Dominicana, vel PP. Societatis nequaquam illum aliquatenus ratione piæ affectionis, quam erga suos haberet, suspectum reddere potest, siquidem nulli illarum adstrictus erat: tum denique quia in illo loco in sententiã adversariorū magis inclinatur, quam proinde si verè potest autoritate D. Thomæ munire, revera id faceret; & tamen contra se ipsum, & contra sententiam, quam ibi præelegit, eam D. Thomæ doctrinæ adversari fatetur.] Sic ille,

518 Sed in primis Curiel *art. 2. n. 44. §. Sed his pag. 234.* non ait, nisi colligi magna cū probabilitate ex testimonijs S. Thomæ: & n. 17. §. *De secundo*, pag. 242. videri probabilius ex S. Doctoris principijs oppositum eius, quod ab ipso Curiele eligitur in *art. 4. pag. 279.* Deinde Curiel non adducit loca S. Thomæ, neque ea expendit, nisi tantum quoad punctum, an in Deo detur notitia omnino certa futurorum contingentium conditionato-

tum,

rum, vel quæ solum sit certa subiectivè, & incerta obiectivè; vt constabit legenti contextum Curielis, adnotantique loca S. Doctoris; quæ recitat, & quibus respondet modo dicto. At neque Antonio de Matre Dei, neque Dominicanis modernis arridere potest iudicium illud Curielis de S. Thomæ mente. Afferatur vel vnum Curielis verbum, in quo advocet S. Thomæ pro notitia omnino certa eorum futurorum, fundata in decreto subiectivè absoluto, & obiectivè conditionato, & tunc nos ipsi clamabimus, An-

gelicum Preceptorem Scientiæ Mediæ suam subtraxisse favorem. Quod de notitia eò decreta fundata ait Curiel, *art. 3. num. 106. §. Pro hoc modo*, pag. 259. id nempe est, nullum à selectum Authorem pro illa; sed tantum vilos aliquos in Disputationibus Theologicis illam defendentes; & de S. Thoma quoad tale decretum neutiq; quam loquitur. Nos verò de ipso Curiele plura dicemus in *seqq.* (?)

EVENTILATIO XVIII.

NARRATIONVM HIERONIMI VIVES.

Num sententia de Scientia Media affinitatem habeat cum propositionibus damnatis Cornelij Iansenij Episcopi Iprensis?

Premittitur huius, & sequacium in veterata acerbitas aduersus Scholam Societatis. Quidnam ipse in Hispania molitus sit contra eam?

519



NIHL magis incipiatu accidere nobis potuit, quam quod obiceretur à R. P. Fr. Hieronymo Vive Ordinis Prædicatorum; Valentino Theologia Professore; in volumine edito anno 1654. *Diss. xj. de Primatu divinae libertatis, seu contra Scientiam Mediæ*, *Diss. 7. §. 101. ex num. 250. usque ad 260.* difficultas componendi nostram de Scientia Media doctrinam cum damnatione propositionum Cornelij Iansenij Autiliensis Iprensis facta ab Innocentio Papa X. & confirmata à SS. D. N. Alexandro Papa VII. nunc foeliciter sedente ad clauum Ecclesiæ. Vt enim supra opinionem, in eo & supra possibilitatem eius Societas lucis ad tenebras, & coniunctio Christi ad Belial, sic etiam veri in minimo apice consensus, aut collatio nostræ senten-

tia cum confixis Iansenij propositionibus. Sciunt id, qui de Iansenio, & clicque eius aliquid inaudierunt. Ecquis est Theologus adeo peregrinus in historia hæresis Iansenianæ, vt nesciat, quam atrox belium, & horridum novus ille Doctor, & sequacis intulerint doctrinæ Societatis in Belgio, & Gallia, quamque strenuè nostri Iacobus Sirmondus; Dionysius Petavius, Ioannes Martinez de Ripalda; Franciscus Annatus; Ioannes Martinus, Antonius Richardus; alio nomine Stephanus de Champs, Patresque Louanienles conseruerint cum eis manus?

520 Iansenius; dum viveret, insectatus est extremo ardore Scholam Societatis, vt tradit Antonius Moraines in *Anti Iansenio Diss. 1. Sect. 5. num. 45. atque Sect. 6. num. 57.* [Quid autem Iansenius, & alij novi Dogmatistæ, eorumq; fautores? Quibus non calumnijs, Christiano pectore indignis, obruere conantur errorum suorum

suorum adversarios, & in primis Societatem IESV, quam sibi forti, & constanti animo obistere experiuntur? Hinc illa plaustra conuictorum, & calumniarum, quæ tum in toto Iansenij Opere, tum in Veritatibus, seu veriùs mendacijs, Academicis, & in Codice Aureliano, Moralique Theologia, non Iesuitarum, sed Epicureorum, aut Atheorum contra illos in vixerunt. Sed eos satis, superque solatur illa Christi Ducis, & Saluatoris nostri sententia, Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in Cælis. Et illis gloriosum est, neminem Ecclesiæ, fideique Catholicæ bellum indicere hoc tempore, qui non simul infensum ipsis, & adversarium se profiteatur. Scimus etiam, non minus verè, quam sapienter à B. Cypriano scriptum fuisse Epist. 52. ad Antonianum, Hoc esse opus semper Diaboli, vt servos Dei mendacio laceret, & opinionibus falsis gloriosum nomen infamet, vt qui cōscientiæ luce clarescunt, alienis rumoribus tordidentur.] Sic cum S. Cypriano Moraines, Theologus Gal-

521. Amarulentia Ianseniana adversus Societatis doctrinam habemus etiam in Hispania, & hic Salmantica manifestissimū specimen. Anno 1627. pervenit Salmanticam Iansenius, Legatus missus à celebri Academia, & nobili Oppido Lovanensi, vt prætendebat litteræ, quas secum afferebat, & quarū aliæ erant cōmendatitiæ, seu, vt vocant credentiæ, aliæ cōtinebant relationem negotij, cuius de causa mittebatur. Adscriptus in eis erat annus 1626. diesque rum 16. tum 23. Aprilis, Gerardo Rivio Notario Facultatis Theologicæ, de mandato Rectoris, & Vniuersitatis Lovanensis, Ioanne etiā Scorombroot Syndico, de mandato Consulium, & Magistratum Oppidi Lovanensis, cum sigillis vtriusque Communitatis illustrissimæ. Tituli Iansenij in eis, [Reverendus, & eximius Dominus Cornelius Iansenius, Sacre Theologiæ Doctor, & in Vniuersitate Lovanensi Professor, nec non in insignis Ecclesiæ Collegiata

S. Petri Insulensis Canonicus.] Negotium autem exprimebatur his verbis, [Cum pridem Religiosi Societatis Iesu in hoc Oppido Lovanensi Mechliniensis Diocesis moliti fuerint, & etiam nunc moliantur in professiones publicas se introducere, & Cathedras occupare in Facultatibus tam sanctæ Theologiæ, quam Artium almæ nostræ Vniuersitatis Studij Generalis dicti Oppidi Lovanensis, & vtrouque non secus ac prædictarum facultatum Professores Theologiam, & Philosophiam cum suis dependentijs, & annexis respectivè tradere, & docere; & illa molimina non solum notorijs dictæ nostræ Vniuersitatis statutis adversentur, verum etiam vergant in præiudiciū, & publicum detrimentum Oppidi, & incolarum eiusdem, &c.] His litteris (quæ an subreptitiæ fuerint? scient Louanenses) instructus Iansenius accessit primū ad Curiam Regiam, procuravitque ingressum ad Regem nostrum Philippum IV. numeretiam regnātem, & O regnet diutissimè! qui certior factus de conatu Iansenij, ne Nostri in Collegio Louanensi legerent publicè Philosophiam, & Theologiam, noluit audire hominem. Quare is post aliquot menses abiecta spe auxilij Regij, & obtinendarum à sua Maestrate Catholica Epistolarum ad Summum Pontificem pro reuocandis priuilegijs Societati concessis per Apostolicam Sedem, conuertit animum ad concitandas Academias Hispaniæ, contulitque se in Salmanticensem, omnium primariam, vbi non defuerunt, qui ignotum Doctorem officioso acceperint hospitio, gratisque auribus calumnias in Societatem effusas acri illo suo ingenio, eloquentiaque, non vulgari. Commisit Academia quatuor Doctoribus Deputatis, vt Iansenium audirent, fidemque legationis explorarent, postq; ad se referrent quid vellet. Duo ex illis clam, inconsultoque Senatu Academico, sed adducto in suum consilium D. D. Francisco de Rojas, iuvene inexperto tunc, agenteque munus Rectoris, nunc Illustrissimo Antistite Abulensi, tradiderunt Iansenio litteras ad alias Hispaniæ Vniuersitates, anno 1627. die 6. Martij, Notario Antonio Ruano de Medrano,

522 Tam

522 Tam foelici eventū animatus Iansenius, intalutatis alijs Academicis, profectus est velociter Vallis Oletum, vbi ab Academia non fuit benè exceptus, nec fides plena data litteris, quas à Louanensi, & Salmanticensi portabat; quin potius Doctores nonnulli, qui ex colloquijs priuatis, & inuestiuis contra doctrinam, gymnasia, Institutum, Pontificiaque priuilegia Societatis inciderant in suspicionem de non sana Christiana fide Doctoris Hollandi, renuntiārent Tribunali Inquisitionis sanctæ Vallis Oletanæ, quantum timerent lateris aliquod religionis damnum. Designauit secretò Tribunal fidos Ministros, qui de Iansenij sermonibus diligenter inquirerent, cumque omnibus vestigijs insequerentur. Non latuit id Iansenium. Quare relicta via, quam susceperat in Academiam Complutensem tentareus meliorem fortunam; induit cataracta, & sibi consuluit fuga velocissima, seque mari, vel terra in Belgium recepit.

523 Per id tempus Consilium Supremum Regium consciū litterarum, quas Doctori Louanensi tradiderant Deputati duo Salmanticenses vnā cum agente munus Rectoris, vocauit in Regiam Curiam vnum ex eis, principemque in hoc negotio, & post longam enactationem, suspensionemque Eminentissimū Dominus Præses Cardinalis D. Gabriel Trejo Paniagua reprehendit illum grauissimis verbis ob immeritam tempestatem motam aduersus Societatem, simulato Vniuersitatis Salmanticensis nomine. Habeo horum omnium authentica instrumenta ex Academia Salmantinc, & nostri ibidem Collegij tabularijs, atque inter alia exemplar Epistole missæ à Gienio 12. Aprilis anno 1627. ad Academiam Biatensem ab Eminentissimo D. D. Balthasare Moscoio Cardinali, Antistite tunc Gienensi, nunc Archiepiscopo Tolitano, Primateque Hispaniarum, qua in Epistola monet de Doctoris Louanensis, & paucorum quorundam Salmanticensium conspiratione contra Societatem, precaturque, ne sinat se abripi illorum suasionibus, & simul loquitur honorificentissimè de Scholis Societatis. Quod elogium a Præ-

cipe Ecclesiastico, tot nominibus clarissimo, maioris apud Nostros estimationis fuit, quam angustiarum fuerit turbo commotus à Iansenio. Tota hæc narratio fidelissima satis ostendit, quæ ille fuerit infensus Scholis; doctrinæque Societatis.

524 Libri etiam Iansenij spirant iras, probra, & diras in Scriptores Societatis Bellarminum, Molinam, Suarium, Vazquium, Lesium, Lorinum; læpissimè eorum memoriam reflicant, vt execrentur, nusquamque, vt approbent quidpiam ab eis dictum, sed vt exagitent; atque dilacerent; cum tamen sint rarissimi in allegandis alijs Theologis modernis reliquarum Scholarum; tuncque affectati in ipsorum laudatione. Scopum totius Operis Ianseniani fuisse profligare sententias Societatis, apparet perspicuè ex *statera erroris Massiliensium, & opinionis quorundam Recentiorum* (id est, Theologorum Societatis) *posita in fine*, sicque declarat Auctor in *Prefatione statera*; vbi ponderantur Massiliensium ex vna, & Molinæ, Suarij, Vazquij, Lesij ex alia parte verba, concluditurque, esse vnā, eandemque sententiam, exceptis vno, vel altero puncto levis momenti: Inuenioque transcripta hæc eius verba ex *Prefatione*; [Sæctatores Molinæ cum pendebant, quicquid in hac materia noui extra S. Augustinum traditur, non minus de falsitate, quam novitate esse suspectum; eaque de causa invidiam difficulter ferre possent, quod in re tam publica, & magni momenti sententiam afferrent, quam nec S. Augustinus, nec S. Thomas, nec SS. Patres ad Molinam vsque tradidissent, summo conatu nisi sunt; eam S. Augustini pallio supponere, in eamque rem eò vsque profecerunt, vt eam opinionem, quam primus iuuentor eius se suo ingenio peperisse gloriatur, ipsissimā Augustini mentē esse non dubitaret dicere; in quam proinde necesse est, imprudentem catu Molinam iacidisse. Demonstrant hoc plerumque tantum in foeliciter, vt Ijs, qui Augustini principia paulò penitus imbibere, mitigatione haud scio, an indignatione digniores esse videantur. Tantopere quippe à vera S. illius Doctoris mente discrepant, vt aduertenda omnia eius

pria

principia, quæ immobiliter adversus hostes gratiæ fundauerat, interpretationes eorum collimare crederes; atque ipse Augustinus, si reuivisceret, vix in eorum scriptis de gratia, & prædestinatione vllum vestigium doctrinæ suæ cœlestis agnosceret; sed eam fortè in omnibus capitibus nobilioribus, imò in omnibus penè membris minutioribus, arterijs, atque venis cum sententia à se repudiata consentire iudicaret.] Hæc ex Iansenio, sed quibus satisfacemus inferius, diciturque, repudiare in libris de gratia Christi Saluatoris passim, & expressis verbis, præfertim lib. 2. C. 8. lib. 8. C. 1. vltimæ scientiæ diuinæ conditionatæ ad efficaciam gratiæ, & ad prædestinationem.

525 Legi Iansenij tres tomos, ante quàm fulguriti essent anathemate Pontificio; nunc necesse est mihi agere ex fide Authorum, qui eorum dogmata refutant. Et hi quidem tertio quoque verbo testantur de implacabili inimicitia Iansenistarum cum Nostris, quos vocant Molinistas, de quibus mille sparsis fabellis circa controuersiam Romæ agitatam in materia Auxillorum diuinæ gratiæ, vt exofam facerent sententiam nostram de gratia non ex se efficaci, & de Scientia Medit; videbant enim, quàm è diametro nostra de ijs asserta opponerentur suis dogmatibus. Quæ causa mouit Innocentium X. Papam, vt illarum fabellarum aditum interciperet.

526 Ne verò quispiam cogitet, Iansenium in suis libris centuisse contra doctrinam Societatis, sed tamen propositionum quinque damnationi Pontificiæ attendendum solummodò esse, & sensui, quem præfert ipsa per se solitariè, quidquid sit de dictis à Iansenio in suis libris, & de sensu intento ab ipso, sciat, SS. D. N. Alexander VII. Papam anno 1656. Kal. Nou. edidisse Oraculum huiusmodi, Cum, sicut accepimus, nonnulli iniquitatis filij prædictas quinque propositiones vel in lib. predicto eiusdem Cornelij Iansenij non reperiri, sed fide, & pro arbitrio compositas esse, vel nò in sensu ab eodem intento damnatas fuisse, asserere magno cum Christi fidelium scandalo non reformident: Nos, qui omnia, quæ hac in re gesta sunt, sufficienter, & attentè perspeximus, vt pote qui eiusdem Innocen-

tij Prædecessoris iussu, dum adhuc in minoribus constituti, Cardinalis munere fungemur, omnibus illis cōgressibus interfuimus, in quibus, Apostolica auctoritate, eadem causa discussa est, ea profectò diligentia, qua maior desiderari non posset: quamcumque dubitationem super præmissis in posterum auferre volentes, vt omnes Christi fideles in eiusdem fidei vnitatem sese contineant, ex debito nostri Pastoralis officij, at matura deliberatione præsertim Innocentij Prædecessoris nostri Cōstitutionem, Declarationem, & Definitionem, harum serie confirmamus, approbamus, & innouamus, & quinque illas propositiones ex lib. præ memorati Cornelij Iansenij Episcopi Ipresis, cui titulus est Augustinus, excerptas, ac in sensu ab eodem Cornelio Iansenio intento damnatas fuisse declaramus, ac desuimus, ac vt tales, iniusta scilicet eadem singulis nota, quæ in prædicta Declaratione, & Definitione vnicuique illarum singillatim inritur, iterum damnamus, & c. His præsuppositis, descendamus iam ad examinandam coherentiam sententiæ nostræ cum damnatis Iansenij propositionibus notatam à Hieronymo Viue.

OSTENDITVR, OPINIONEM DE Scientia Media nullatenus coincidere cum propositionibus damnatis Iansenij.

527 I GITVR Viues vt probet eam coherentiam, recenset primam propositionem Cornelij Iansenij, quæ huiusmodi est, Aliqua Dei præcepta hominibus iussis volentibus, & conantibus secundum præsentem, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant: quæ propositionem temerariam, impiam, blasphemam, anathemate damnatam, & hæreticam declarant, & vti talem damnant Innocentius X. & Alexander VII. Ex qua damnatione constat, hominem iustum habere gratiam sufficientem ad obseruationem præcepti, de hac enim gratia, non autem de efficaci, certum est loqui Pontifices Summos. Inde verò inferit Viues, necessarium esse ad saluandam hanc Definitionem, vt Iesuitæ exigant, quòd decretum diuinum exequens motionem congruam, & ipsa motio congrua, quæ requiritur necessariò ad actus præcepti adimplerionem, sit in potestate voluntatis creatæ, nam Iesuitæ putant, non dari

dari auxilium verè sufficiens, nisi voluntas habeat de facto omnia requisita antecedentia ipsum actum, imò verò, nisi habeat in sua potestate omnia requisita, etiam concomitantia, ex parte Dei.

528 Iam sic argumentatur Viues: Homo iustus positus in occasione A. & vocatus auxilio B. in quibus præuisus est dissensus secundum præsentem, quas habet vires, non habet actu, imò nec in sua potestate in sensu composito decretum diuinum, quo ponatur in occasione C. & vocetur auxilio D. quia simul, & semel in eodem instanti incompossibiles sunt in sensu composito occasio C. & auxilium D. cum occasione A. & auxilio B. sicut sunt incompossibiles actus assensus, & dissensus. Ergo homo ille iustus positus in occasione dissentendi, secundum præsentem, quas habet vires, non potest in sensu composito implere Dei præcepta. Quòd si in sensu composito non potest, nec absolute potest. Vt enim Viues præmiserat in num. 253. Doctores Societatis existimant, possibilitatem, quæ non est in sensu composito, non sufficere, neque conducere vllò modo ad libertatem. Ergo ex principijs Societatis sequitur aliquid contra Definitionem Pontificiam. Perscrutemur sedulò hæc omnia.

529 Et quidem illatio primò relata nulla est, nam motio congrua importat duo in sententia Societatis, nempe entitatem motionis, seu vocationis, & ipsius congruitatem, consistentem in Scientia Media, quippe vocatio est congrua, quia confertur in ea occasione, in qua prævidetur habitura effectum: vnde in ratione congruæ constituitur percoexistentiam cum Scientia Media representante futuram operationem sub illa vocatione. Ex his duobus illud primum est suppositio antecedens; istud secundum est suppositio consequens: entitas vocationis est prærequisitum antecedens, & consequenter ipsum decretum diuinum, quo mandatur executioni, congruitas ipsa est requisitum consequens eodem modo, quo operatio est requisita ad operandum: entitas vocationis pertinet ad posse, congruitas ad actua-

liter operari. Hæc principia sunt quasi prima in Schola Societatis; & ex eis clarè constat, nullam esse illationem factam à Viue. Etenim prærequisita antecedentia actum nostrum liberum, & pendentia à solius Dei nutu, debent quidem intelligi actu existentia, vt voluntas nostra intelligatur potens proximè operari; at requisita consequentia, quæ comitantur ipsam operationem, & sunt in nostra potestate, non debent intelligi existentia, vt voluntas sit potens; sed pro signo indifferentiæ debet præscindi ab ipsis, & ipsorum carentia; & in instanti reali possunt intelligi vt posituè non existentia, quia stat, me antecederet posse operari proximè, & prohibito meo non operari. Vnde perspicuum est, voluntatem nostram non habere in sua potestate facere, vt existat entitas vocationis congruæ, nec consequenter vt existat decretum exequens ipsam; licet, facta suppositione illius vocationis, habeat in sua potestate reddere illam congruam, & facere, vt existat eius congruitas.

530 Enim verò ille, qui sua culpa non obseruat præceptum, non habet gratiā congruam (quæ essentialiter requisita est ad obseruationem præcepti) nò quia illi desit illud, quod gratia cōgrua importat de suppositione antecedenti, & est prærequisitum (hoc enim actu habet) sed quia deest illud, quod gratia congrua importat de suppositione consequenti, & est requisitum, non tamen prærequisitum; deest nempe ipsa congruitas. Quare ad hoc vt homo ille sit potens operari, satis est, quòd possit facere, vt existat congruitas vocationis. Hoc autem optimè potest, nimirum impediendo incongruitatem, & loco illius inducendo congruitatem. Ideò enim vocatio illa, quam de facto habet, est incongrua, quia ille sua culpa non operatur cum illa. Ergo sicut potest operari, ita potest facere, vt gratia illa sit congrua. Ideo namque Deus ab æterno vidit, hominem non operaturum cum illa gratia, si daretur ei, quia homo nò erat operaturus. Ergo cum, posita illa gratia, possit operari, potest facere, vt Deus ab æterno viderit, operaturu-

raturum sub illa, ac proinde potest homo facere, ut illa gratia fuerit congrua.

531 Vbi pro maiori intelligentia sententiæ Societatis notandum est, in duplici statu considerari posse hominem carentem gratia congrua, nimirum priori ad collationem gratiæ illius, quæ præuisa est fore inefficax ob culpam ipsius hominis, & pro posteriori. Consideratus homo in priori statu non potest facere, ut existat gratia congrua, quia non potest facere, ut Deus habeat decretum conferendi vocationem illam, quam prævidit fore efficacem; conferendi, inquam, potius, quam aliam vocationem, quam prævidit fore inefficacem. At homo in posteriori statu consideratus potest facere, quod existat gratia congrua, quia cum gratia supponatur existens secundum suam entitatem, vi cuius præscindit ab eo, quod sit congrua, vel incongrua, & ipse possit reddere eam congruam, potest utique facere, ut detur gratia congrua; non quidem faciēdo, ut detur entitas gratiæ; sed, hac supposita, faciēdo, ut detur congruitas. Sanè si homo habens auxilium *A.* incongruum indigeret ad actu operandum auxilio *B.* congruo, quod ipse non habet, videtur peritura libertas, quia ille homo non haberet, nec pro libito suo posset habere aliquid essentialiter prærequisitum ad existētiā actus. Ut enim inquit Suarez p. 2. de Gratia lib. 5. Cap. 23. n. viii. per se videtur evidens, impossibile esse, me habere in mea potestate effectum, nisi habeam actu, vel in mea potestate quiddam est necessarium, ut effectus fiat. Porro in sententia Societatis homo habens auxilium *A.* incongruum non indiget ad rectè operandum alio auxilio, cuius existētia non est in eius potestate; sed solum indiget congruitate illius auxiliij *A.* quā tamen habet in sua potestate: quia potest facere, ne Deus præviderit, fore incongruum illud auxilium, & consequenter potest, supposita existētia auxiliij *A.* facere, ut Deus contulerit ipsi auxilium congruum. Deus quippe ita dat auxilium, quod prævidet fore incongruum, ut foret collaturus illud ipsum, si videret congruū. Ergo si facta suppositione auxiliij *A.* potest facere, ut Deus præviderit fore congruum,

potest facere, ut Deus contulerit ipsi auxilium congruum, seu, ut proprius loquar, potest facere, ut Deus, conferendo auxilium *A.* contulerit auxilium congruum. Et hæc de illatione.

532 Ex quibus enervè redditur argumentum Magistri Viues. Nam homo iustus constitutus sub auxilio *B.* quod præuisum est incongruum, licet non habeat actu, nec in sua potestate existētiā auxiliij *D.* quod præuisum est efficax, nihilominus non caret auxilio sufficenti. Ratio est, quia illud auxilium *D.* non est requisitum, ut actu operetur cum auxilio *B.* quod supponitur habere. Et quod auxilium *B.* sit incongruum, non obstat, quia illa incongruitas est suppositio consequens, & voluntas nostra potest illam impedire, inducendo congruitatem, non quidē in sensu composito, sed in sensu diuiso, id est, diuidēdo ab auxilio incongruitatem, & coniungēdo cum illo congruitatem. Et hæc quoad argumentum.

533 Illud autem, quod dixi, Magistrum Viues præmississe, propositū ab ipso est, quia noluit attendere ad prima elementa, quæ in Schola nostra traduntur de requisitis ad libertatem, quod scilicet voluntas, positis omnibus prærequisitis ad operandum, possit non operari in sensu composito, id est, quod possit, omissionē operis componere cum omnibus prærequisitis ad opus. Vnde consuetariū est, inter prærequisita ad operandū liberè non posse numerari aliquod essentialiter connexum cum opere, sed omnia debere esse indifferentia. Atq; hinc si sermo sit de requisitis antecedentibus, seu de prærequisitis, possibilitas, quæ non est in sensu composito, non sufficit ad libertatē, quia si non est possibilitas ad componendam omissionē operis cum prærequisito antecedenti ad opus, non adest facultas libera in voluntate ad omittēdū. Non enim potest impedire existētiā talis prærequisiti incompossibilis cum omissione; & aliunde non potest cū illo componere omissionem. Ergo non potest ponere omissionē. Quia nec potest ponere, componendo cū prærequisito prædeterminante ad opus; nec diuidēdo ab illo. Ergo nullo modo potest ponere liberè omissionē, sed solū habebit potentiā quandā conditionatā

ad

ad ponendam omissionem sub conditione, quod auferatur illud prærequisitum prædeterminans ad operationem; & consequenter nunquam intelligetur proximè expedita ad omissionem, nisi prius intelligatur diuisa, & separata à prædeterminatione operis. Et hæc potentia in sensu diuiso est, quæ non sufficit ad libertatem in sententia Societatis. Alia autem potentia in sensu diuiso, quæ sit potentia ad diuidēdum à voluntate suppositionem illam incompossibilem cum omissione, est sufficiens ad libertatem. Et in isto sensu voluntas præuenta vocatione incongrua ad rectè operandum, potest rectè operari, non quidem in sensu composito vocationis incongruæ, ut talis, sed in sensu diuiso, quia nimirum potest reddere illam vocationem congruam, diuidēdo ab illa ipsam incongruitatem. Et licet ad libertatem sit necessarium, quod in sensu composito omnium prærequisitorum antecedentium ad vnum extremum possit ponere aliud; non tamen, quod possit in sensu composito requisitorum consequentium, qualis est congruitas, vel incongruitas vocationis. Est quidem antecedens prærequisitum vocatio, quatenus vocatio, & ideo cū illa sic sumpta potest voluntas componere omissionem operis; at est consequens requisitum, quatenus congrua: vnde ad libertatem non est necesse, ut cum illa, quatenus congrua, possit componi ommissio; sed potius requiritur, quod illa, ut congrua, queat impediri per positionem omissionis. Et iam factis pro cohærentia nostræ sententiæ cum definitione Pontificia primam propositionem Iansenianam damnante.

534 Pergit Viues, & in medium producit secundam propositionem Iansenij declaratam, & damnatam ut hæreticam, quæ talis est, *Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.* Et proinde eius contradictoria, scilicet *Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ aliquando resistitur,* definitur ut tenenda fide Catholica. Certumque est, haberi sermonem de gratia sufficienti, nam gratiæ efficaci nunquam resistitur. Ut autem ex hac definitione vibret contra nos tela Viues, supponit primò, nostros Theologos arguentes

ex Concilio Tridentino Sess. 6. Cap. 5. & Can. 4. contra Prædeterminatores contendere, voluntatem habentem gratiam efficacem posse dissentire illi in sensu composito. Supponit secundò, explicari sic à Nostris potentiam in sensu composito, ut censeant, & dicant, nullum esse inconueniens poni in actu id, quod est possibile in sensu composito. Ex quo infert, coincidere penes Nostris potentiam in sensu composito ad resistendum motioni, & actualement resistentiā exercitam aliquando dissentiendo vocationi eidem. [Si enim (inquit n. 236.) quando potest voluntas dissentire motioni in sensu composito, contingit etiam, quod aliquando ei resistat, aut non est inconueniens in ea actuali resistentiā, idem penè est, voluntatem posse motioni resistere, ac ei aliquando resistere.] Quibus præsuppositis, contendit Viues, propositionē definitam in damnatione secundæ Iansenianæ non conuenire cum principijs, quibus Prædeterminatores impugnantur à Iesuitis. [Quia apud hos Theologos (ait ille num. 237.) motio, cui potest resisti in sensu composito, est illa, cui aliquando resistitur: Atqui ipsi credunt, posse motioni efficaci resisti in sensu composito. Ergo motioni efficaci aliquando resistitur. Cū ergo hoc repugnet, quia hoc ipso illa gratia esset efficax, & non esset efficax; consequens est, ut verus sensus illius propositionis intellectus de gratiæ præcise sufficienti (ut debet intelligi) non omnino cohæreat cum principijs Scientiæ Mediæ.] Sic Viues.

535 Cuius prima suppositio est prorsus falsa, nunquam enim nostri Doctores asserunt, habentem gratiam efficacem posse dissentire illi in sensu composito efficaciæ, quandoquidem nunquā agnoscant, posse contingere, ut hæc duo coniungantur, nempe gratiā esse efficacem ad consensum, & voluntatē actu dissentire illi. Solum itaque dicunt, hominem habentem gratiam efficacem posse illi, sumptæ specificatiuè, resistere, ac dissentire, & cum illa, specificatiuè sumpta, componere dissentium. Et quia certum est, non posse componere dissentium cum efficaciā gratiæ, inde colligunt, efficaciā non esse identificatam cū entitate gratiæ efficaci, ac proinde gra-

Q2

tiam

riam efficacem non esse prædeterminantem. Itaque Nostri solum asserunt, habere gratiam efficacem posse dissentire illi in sensu composito sue entitatis, qua antecedit consentum liberum, & est causa illius; non autem in sensu composito efficaciam. Idque deducere conantur ex Concilio Tridentino desinente, hominem posse dissentire illi vocationi, & gratiæ, cum quæ de facto operatur; quæ sanè est gratia efficax. Cum autem resistere, & dissentire gratiæ, sit ex terminis componere dissentiam, & resistantiam cum gratia, inferunt, Concilium decernere, hominem posse coniungere dissentium cum gratia efficaci, iuxta specificatiuè, id est, cum illa gratia, quæ est efficax. Cumque rursus certum sit, non posse coniungi dissentium cum efficaciâ, deducunt, efficaciam esse extrinsecam gratiæ, quæ est efficax; ac proinde istam esse intrinsecè indifferentem, & reddi efficacem in actu primo per hoc, quod sit collata in circumstantiis, sub quibus per Scientiam Mediam Deus prævidet, habituram esse effectum.

336 Quod attinet ad secundam suppositionem, fateor, verissimum esse, vacare villo inconuenienti, quod ponatur in actu id, quod est possibile in sensu composito; sed dico, esse falsam, quod inde sub infertur, nempe coincidere potentiam ad resistendam in sensu composito, & resistantiam actualem apud Nostros; nunquam enim ex potentia libera libet inferre existentiam actus determinati. Et advertendum attentè est, in eo sensu, in quo nos possumus resistere gratiæ efficaci in sensu composito, nullum esse inconueniens, quod ponatur actualis resistantia. At iuxta Authores Societatis, nunquam nos possumus resistere gratiæ efficaci in sensu composito efficaciam; ac propterea penes Nostros semper est inconueniens, poni actualem resistantiam in sensu composito efficaciam. Sed quia iuxta Nostros ratum est, posse nos resistere gratiæ efficaci in sensu composito iuxta entitatis, & in sensu diuiso efficaciam, inde non erit inconueniens, poni actualem resistantiam in sensu composito entitatis, & in sensu diuiso efficaciam. Stet itaque, hominem habentem gratiam efficacem frui potestate

proxima antecedenti, vt faciât, ne habeat gratiam efficacem, quatenus est potens impedire efficaciam gratiæ, ponendo inefficaciam, & sic est potens habere gratiam inefficacem; non quidem potestate respiciente entitatem gratiæ inefficacis secundum se, sed respiciente inefficaciam, supposita entitate.

337 Ex destructione duarum illarum suppositionum manet diratum argumentum Hieronymi Viues, nam præmissæ, quibus conlat, sunt ille ipsæ suppositiones; cum autem ille sint falsæ, & falsò nobis impositæ, vt visum est, quidnam concludi potest argumento syllogistico, cuius vtraque præmissa est falsa, & obliqua?

338 Tertia propositio damnata in Iansenio, declarataque vt hæretica, est huiusmodi, *Ad merendum, & demerendum in statu nature lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione*; cui proinde propositioni contradictoria hæc est de fide Catholica, *Ad merendum, & demerendum requiritur in homine libertas à necessitate, & non sufficit libertas à coactione*. Vt autem hinc contra nos conficiat argumentum Viues, supponit in n. 259. [apud Authores Scientiæ Mediæ pro comperto constitui, solam potentiam in sensu composito ad vtramque partem libertatis esse veram potentiam liberam à necessitate; potentiam verò in sensu diuiso non esse liberam à necessitate, sed tantum à coactione; ac proinde potentiam in sensu diuiso non sufficere ad merendum, & demerendum, sed solam potentiam in sensu composito.] Ita ille. Et inde contendit, capi difficile in nostra sententia, quo pacto cum decreto diuino exequendi conditione illam, sub qua homo præuitus est consenturus, possit hic in sensu composito non consentire. [Cum enim decretum prædictum intrinsecè connectatur cū Præscientiæ Mediæ de consensu futuro in occasione illa, aggregatumque ex decreto prædicto, & illa Præscientiæ sit conexum cū consensu, implicat, quod voluntas posita sub illo decreto, & conditione prædicta habeat potentiam componendi cū eis non consensu. Ergo si libertas à necessitate requiritur necessario potentiam ad vtrumque in sensu composito,

nec

nec ad eam sufficit in sensu diuiso, agrè saluaretur cum decreto exequente illam conditionem vera libertas à necessitate, requisita ad merendum, & demerendum.] Quæ sunt verba Magistri Viues in n. 260.

339 Verumtamen falsò attribuitur Nostri, quod vniuersim tradant, potentiam in sensu diuiso non esse satis ad libertatem à necessitate. Nam prædestinatus libertatem habet, vt damnatur; & tamen nullus Doctor Societatis dixit, habere potestatem ad damnationem in sensu composito prædestinationis, sed dumtaxat in sensu diuiso. Rursus quid notius apud omnes, quam voluntatem liberè amantem habere potentiam liberam ad odium, non quidem in sensu composito, sed in sensu diuiso amoris? Itaque Authores Societatis solam docent, non sufficere ad libertatem à necessitate potentiam in sensu diuiso, qualem agnoscunt Prædeterminatores in voluntate prædeterminata ad amandum respectu odij. Quia vbi potentia ad odium talis est, vt ei repugnet elicere actum odij, quin prius expediatur à prædeterminatione ad amorem, quam necessario patitur absque sua libertate, illa non est potentia ad odium expedita, & proxima, sed remota, & antecedenter impedita, & id circo insufficientis ad libertatem. Nam patiens illam prædeterminationem non habet, nec pro libito suo potest habere prædeterminationem ad odium, quæ iuxta Prædeterminatores est ad illud essentialiter requisita; non est autem liber ad consequendum finem, qui nec habet, neque potest habere medium vnicè requisitum ad eius existentiam. Imò communiter Nostri contra Prædeterminatores probant, prædeterminationem ledere libertatem, quia prædeterminatus ad amorem non potest in sensu composito, neque in sensu diuiso omittere eum: non in sensu composito, quia non potest componere omissionem cum illa prædeterminatione; non in sensu diuiso, quia non potest diuidere à se illam prædeterminationem. Vnde non habet veram potentiam in sensu diuiso, sed habebit casu, quo ipsa prius diuidatur à prædeterminatione amoris, & sic expediatur ad omitterendum.

340 Quoties verò Doctores Societatis aiunt, ad libertatem à necessitate requiri potentiam ad vtrumlibet in sensu composito, sermo est in sensu composito cuiuslibet suppositionis simpliciter antecedentis, & prærequisitæ ad actum, quia omnis suppositio huiusmodi debet esse coniungibilis cum omissione actus: non autem in sensu composito suppositionis simpliciter consequentis, & solum antecedentis secundum quid, & minimè prærequisitæ ad operandum. Quale est decretum essentialiter supponens Scientiam Mediam de futuro consensu; hoc enim decretum est suppositio simpliciter consequens, vt pote supponens essentialiter vsum libertatis præuisum per Scientiam Mediam, & solum inferens principia proximè in differentia ad vtramque; estque principium remotam actus, minimèque requisitum ad eius existentiam.

341 Hinc quanuis permitteremus id, quod supponitur ad argumentum, nempe decretum exequens auxilij ex directione Scientiæ Mediæ supponere essentialiter hanc, proindeque esse impossibile cum omissione actus, nihil sequitur contra nos, quia est voluntas non possit ponere omissionem in sensu composito illius decreti, non obest id libertati; vt pote ad quam sufficiat, quod voluntas possit omittere in sensu composito omnium prærequisitorum immediatorum, & simpliciter antecedentium; quale non est illud decretum. Re quidem ipsa illud decretum immediate exequens auxilium non supponit essentialiter Scientiam Mediam, quia est Deus ex directione Scientiæ Mediæ prædefiniat consensum, hæc prædefinitio inducit decretum executivum indifferentem, ipsaque est pure intentionis non solum respectu finis, sed etiam respectu mediorum, vt solent dicere Recentiores nostri, & inter eos P. Gaspar de Ribadeneira in *Tract. de Prædestinatione*, consentitque P. Mathias Borrall *Disp. 13. de Scientiæ Mediæ, sect. 4. seu vltima n. 748.* vbi occurrit brevius, quam ego obiectionibus Hieronymi Viues petitis ex damnatione propositionum Iansenij, nec non in *Disp. 15. Sect. 5. & 6.* Patet iam ex dictis solutio argumenti

Q3

con-

confecti à Viue, desumptique ex tertia propositione.

542 De quarta, & quinta non agit Viues in loco præcitato, sed dicit, se egisse *Disp. & Diss. 4.* Cæterum ibi non habet vel vnum verbum de quinta, quæ hulus tenoris est, *Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse: quam propositionem falsam, temerariam, scandalosam, & intellectam eo sensu, vt Christus pro salute dumtaxat prædestinatorum mortuus sit, impiã, blasphemam, contumeliosam, diuinã pietati derogantem, & hæreticam declarat, damnatque Pontificium Oraculum.* Næc ego video quid vel somnando possit inferri contra sententiam Societatis ex eius propositionis damnatione. Propositio quarta est, *Semipelagiani admittebant præuenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; & in hoc erant hæretici, quod vellent, eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.* Declaratur autem à Pontifice, & damnatur vti falsa, & hæretica. Tractat quidem de ea ibi Viues, sed eius damnationem non inflectit contrarios, quanuis dicat multa de Semipelagianorum hæresi; quæ si ad examen à me vocarentur, possem ostendere, non esse conformia historię de hæresi illa.

DUBITATIONES NON NVLLÆ,
quæ post damnatas propositiones Iansenij videntur exigere maiorem declarationem ab impugnatoribus Scientiæ Mediæ.

543 **R**ESPONSVM est satis clarè, ni fallor, argumentis, quæ ex propositionum Iansenianarum damnatione cogitavit contra nostram sententiam Hieronymus Viues; qui cum indixerit bellum litterarium exinde aduersus nos, deberet non mirari, neque indignari, si nos, excitati irruptione sua inopinata, vteremur stratagemate Scholastico, retorqueremusque in ipsum eadem arma, quibus nos adoritur. Nostri, qui hæc vsque confixerunt cū Iansenianis, sic pugnant, vt nunquã patii sint, quod arrogarent sibi S. Thomam, neque Thomistas, etiam illi anxie

procurauerint ad captandam Thomistarum auram, ambiendumque eorum patrocinium, simulata doctrinæ societate. Inde in nostrorum libris tantus ardor, totque studia pro extorquendo S. Thoma à manibus Iansenistarum, tanquam iniustorum possessorum. Inde editi Tractatus de Iansenio à Thomistis condemnato. Siccine benemerentibus de S. Thoma, & Thomistis refertur gratia à Viue? Sed quia Nostros nunquam pœnitebit de officio, & obsequio exhibito Magistro communi, sapientissimis, religiosissimisque viris, qui eius censentur nomine, æquum est, vt & ego sequar idem consilium, ac proinde exerere pronuntio, noua Iansenij dogmata distare toto Cælo ab opinionibus Thomistarum bene intellectis, & explicatis. Vnde uentiquam probo, quod crudelissimus, & optimè meritis de Deiparę Virginis ab originali peccato immunitate Fr. Petrus de Alba acerrimum in doctrina Thomistam vocet *Nodo 3. pag. 302.* eundem Iansenium. Proponam verò dubitationes aliquas ortas ex damnatione propositionum ipsius, vt dem occasionem Magistro Viues, ac alijs Thomistis ad maiorẽ suæ doctrinæ declarationem, & ad meam de suis sensibus pleniorẽ instructionem.

544 Prima dubitatio fundatur in damnatione primę propositionis Iansenij: Iustus non obseruans præceptum non habet, neque pro libito suo potest habere aliquid essentialiter prærequisitum ad obseruationem præcepti, nempe auxilium prædeterminans, quod à solo Dei nutu pender. At is, qui non habet, neque pro libito suo potest habere medium essentialiter prærequisitum ad consequutionem finis, non habet in sua libertate consequi finem. Quo igitur pacto iustus ille habet auxilium sufficiens ad obseruandum præceptum? P. Suarez *p. 2. de Gratia lib. 3. C. 16.* post relatas, & impugnatas solutiones, quas Alvarez, Ledesma, & alij Thomistę præstare solebant huic argumento, concludit *num. 8.* [Quæ quidem omnia non animo contradicendi à me dicuntur, sed vt res, si fieri potest, intelligatur, quoniam à multis annis hæc opprimor difficultate, & summo affectu intelligendi, vel

ia-

inueniendi aliquem illius exitum, hos, & alios Auctores evolui, & omnia eorum responsa meditatus sum, nihilque inueni. quod vel apparenter, aut verosimiliter repugnantiam illam mihi componeret. Sic sapiens ille vir. Sic & ego ignorantissimus; quare expecto edoceri à Viue contra Iansenium.

545 Qui cum in iusto transgrediente præceptum adstruxisset ex merito Dei placito defectum vitæ delectationis, quæ in suis principijs est id, quo voluntas nostra sit libera, & potens, siue ad bonum, siue ad malum, adeo vt illa omnino absente fiat impotens; intulit inde, iustum non obseruantem præceptum carere sufficientibus viribus ad illud obseruandum Ita ex eius toto lib. 3. de gratia Christi Saluatoris referunt Catholici, qui aduersus eum scribunt, & præcipue Annatus in *Informatione de 5. propositionibus ex Iansenij Theologia collectis, circa 1. propos.* Et intulit quidem, atque asseruit non veritus Concilium Tridentinum *Ses. 6. Cap. xj. & Can. 18.* neque Pium V. Pontificem Maximum in *damnatione propositionum 54. & 67. Michaelis Baij.* Vnde Samuel Marcus Professor Groningensis Caluinista in *Synopsi vera, & Catholice doctrinæ expresse in Ianseniano Catechismo gratiæ gratulabatur Iansenistis hunc in modum, [Maeste illa vestra virtute, viri docti, quod audeatis in eo resistere illi Pontifici (scilicet Sanctissimo Pio V.) qui in suorum Iesuitarum gratiam, damnata orthodoxissima sententia, puri puri Pelagianismi putidam, & impiam protectionem susceperat; amicum vobis Plato, amicus Aristoteles, sed magis amica veritas. Agnoscitis enim, quod homini per gratiam Christi nondum liberato, loco libertatis abstinenti à peccato, inducta est peccandi necessitas, vt probat multis Iansenius ex suo, & vestro Augustino.] Tantum garrulus Caluinista, cuius verba ex *Cap. 4.* tranteribit Annatus. Hæc in alio Opusculo opponit Iansenio septem egregios Thomistas tam aduersos primæ eius propositioni, quam sunt Iesuitę. Quare ego certus de Catholicissima mente, & verbis Thomistarum, desidero tantum, vt à Viue explicetur modus, quo possim eadere ex hoc labyrintho.*

546 Secunda dubitatio oritur ex damnatione secundæ propositionis Iansenij: Prædeterminationi physicæ ad actum salutarem nunquam resistitur, neque potest resisti. Quæ igitur ratione erit verum, interiori gratiæ Dei in statu naturæ lapsæ aliquando resisti? Cuius contrarium asseritum est à Iansenio *lib. 2. de gratia Christi Saluatoris cap. 14. & seqq.* contra Concilium Tridentinum *Ses. 6. cap. 5. & Can. 4.* nec non contra Concilium Senonense (quod magnæ est auctoritatis) in *Decreto 15. fidei.* Nam etsi hæc Concilia tantum dixerint, posse resisti, & dissentiri Deo vocanti, & excitanti, & auxilio Dei trahenti; tamen & id negatum est expresse à Iansenio in loco præcitato; vt notat Annatus *supra circa 2. propos.* Et ratio; ob quam Iansenius protulit, nunquam resisti gratiæ interiori diuine in statu naturæ lapsæ, cogebat ipsum, vt sentiret, non posse resisti: ratio namque erat, quod post lapsum non detur vllum gratiæ auxilium non intrinsecè efficax; auxilio autem efficaci intrinsecè; & ex se, neque resistetur vnquam, neque potest resisti. Vnde Samuel Marcus cum Iansenio, & nefario Concilij abulo Dorraceno scripsit, reiiciendam esse sententiam de conuersione; [peccatam dumtaxat gratiæ operationem, cui homo & resistere possit, & actu sæpe resistat: esse enim insuperabilem, & suo sensu irresistibilem hanc gratiæ operationem.] Ita aiebat apud Annatum, addebatque *ibidem,* [sic corruit inepta, & importuna Iesuitarum, & aliorum gratiæ distinctio in sufficientem, & efficacem, circū quam hærent mille difficultatibus impliciti: Nec gratia Christi dici debet, nisi victrix; & liberatrix fuerit.] Hæc Caluinista Marcus. Video, Thomistas, vt pote Catholicissimos; agnoscere, & docere diuisionem gratiæ in sufficientem, & efficacem, declarareque, cui gratiæ, & quomodo possit resisti. Sed non est locus vrgendi pluribus difficultatem delibatam; quam non esse leuem, ostendam alibi. Et saltem damnatio propositionis secundæ Iansenianæ premet quosdam, qui respondebant ad Concilia Tridentinum, & Senonense, morioni Dei posse resisti, & cum ea posse componi dissentiam;

sed

sed nunquam fore, vt resistatur, & cum ea componatur dissensus. Possem sic respondentes designare digito.

547 Tertia dubitatio profilit ex damnatione tertiæ propositionis Iansenij: Prædeterminatio amoris est determinatio ad amorem, antecedens usum creatæ libertatis, nostræque voluntas necessario patitur eam. Quomodo ergo voluntas nostra prædeterminata ad amandum erit libera à necessitate, & non tantum à coactione? Quomodo etiam in statu naturæ lapsæ non sufficet ad mereendum, & mereendum posterior hæc libertas, sed requireretur prior illa? Difficultas hæc communis est, sed semper vrgentiissima. Cui succubuit Iansenius, admittit post lapsum gratia ex se efficaci, atque irresistibili, cum non ignoraret damnatas fuisse in Michaelis Baio à Pio V. has propositiones 39. 41. 66. *Quod voluntarie fit, etiam si necessitate fiat, libere tamen fit. Is libertatis modus, qui est à necessitate, sub libertatis nomine non reperitur in Scripturis, sed solum nomen libertatis à peccato. Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.* Samuel Maresius apud Annatum supra, circa 3. propositionem premens vestigia Calvinii, & Iansenij dixit, [Hic nosset Author, Iidem, quibus Nostræ, nixus principis longe expeditiorem, & faciliorem rationem proponit concordie gratiæ, & liberi arbitrii, quam Scientiæ Mediæ assertores: Qui peccant, licet necessario peccent, tamen non peccant coacti, sed volentes: Voluntarium, & liberum non ita est de essentia peccati, quin etiam peccatum possit omnino necessarium statui, licet id in gratiam Pelagianis Iesuitarum duo Pontifices Romani cõdemnaverint.] Sic balatro Maresius. Et quanquam Iansenius lib. 2. de gratia Christi Salvatoris Cap. 9. lib. 8. Cap. 9. attribuat Thomistis, quod affirmant, gratiam auxiliantem non relinquere voluntati nostræ usum libertatis indifferentiæ, est impostura manifestissima, vt notat Moraines in *Anti-Iansenio Disp. 22. Sect. 8. num. 71.* probatque ex eorundem verbis Annatus, sed est impostura, quæ ostendit, quàm longè fuerit eius artifex, vt putaret, Iesuitas esse sibi propitios, & fautores.

548

Nec minus distarunt

ab hac persuasione affectæ Iansenij. Audiantur quæ in *Præfatione ad versionem Catechismi Ianseniani de gratia* dixit Samuel Maresius Calvinista, [Nemo est, qui nesciat, quàm vehementer aliquot ab hinc annis recruduerit in communione Pontificia bellum de Auxilijs (vt loquuntur) & cui moderando iam à præcedenti sæculo, nec diu post Concilium Tridentinum Romæ destinata fuit diutissimè specialis Congregatio Cardinalium, quæ inde Congregatio de Auxilijs vulgò dicta est. Nam Iesuitæ, qui sunt eiusdem factionis, quibus solemne est post suos Molinas, Lesios, Suarezios, & similes Pelagij Hæresiarchæ dogmata partim nouo rectorio incrustare, partim palam sic satis propinare, Cornelij Iansenij Iprensis Episcopi Augustino ante vndecim prope annos edito perterriti, vires recolligere, & inclinatam, tantumque non safam illo libro suorum aciem redintegrare magno molimine studuerunt. Iansenius siquidem Opere suo, tomis tribus distincto, aduersus Pelagianos naturæ humanæ stantis, seu innocentis vires, lapsæ vulnera, & gratiæ, per Iesum Christum liberatrici, naturæ, efficaciam, necessitatem, è profundissimi omnium Theologorum Magistri principijs dilucidè, ac solidissimè (vt testimonia cordatorum omnis ferè ordinis Theologorum fidem faciunt) ob oculos potuerat, vt asserit Valerius Andreas Iurisc. Louaniensis in *Biblioth. Belg.* edita anno 1643. pag. 155. adeoque Michaelis Baij Theologi quondam Louaniensis doctissimi, nec procul positi à Regno Cœlorum, cautam antea, auctoritate, & vi potius, quàm veritate, & argumentis oppressam, fortiter vindicauerat. Sed Iesuitæ cedere nescij, huic Ianseniano Operi posthumo sollicitè se opposuerunt, & tanquam ad commune incendium restringendum, Societatis suæ artes omnes, & omnem, quæ pollent, auctoritatem in ipsum Romanum Pontificem excusserunt. Verùm dum vehementius, quàm cautiùs id agunt, Augustinus Iansenij vires adquisiuit eundem.] Sic Maresius apud *Morainem in Anti-Iansenio pag. 720.* Prodiitque Groningæ anno 1654. alius eiusdem Maresij impudētissimus libellus cum hæc

hac inscriptione, *Apologia nouissima pro S. Augustino, Iansenio, & Iansenistis contra Pontificem, & Iesuitas, &c.* Quam Apologiam damnauit Innoc. Papa X. die 23. Aprilis anno 1654.

549 Ex quartæ, & quintæ propositionis Iansenianæ damnatione nihil specialiter occurrit dubitandum circa sententiam Thomistarum. Est tamen pro nostra valde utilis damnatio quartæ, vt compertum erit legenti P. Antonium Bernaldum de Quiros 1. p. Tract. 6. Disp. 5. tota Sect. 7. Et vt ego non nihil delibem: cum S. Augustinus lib. de Prædest. SS. Cap. 11. uixisset ex fide S. Prosperi, & Hilarij in Epistolis ad ipsum, *Pervenirent etiam (Malsilienses, seu Semipelagianis) vt præueniri voluntates hominum gratia Dei fateantur, atque vt ad nullum opus bonum vel incipiendum, vel perficiendum sibi quæquam sufficere posse consentiant, cum, inquam, S. Augustinus id dixisset, erant docti, & graues Theologi, qui sic argumentabantur contra nos: Præuenientem gratiam admittebant Semipelagianis, & adeo necessariam, vt sine illa ad nullum opus bonum incipiendum sufficeret humana voluntas; intelligeres eam, quæ in illuminatione, & excitatione consistit, de qua S. August. lib. de Corrupt. & gratia Cap. 12. vocans eam adiutorium; sine quo res non fit. Ceterum gratiam præuenientem efficacem, seu prædeterminantem non admittebant. Vnde ad vitandum eorum errorem non satis est ponere uocationem, sed excitationem, & inspirationem, sine qua non possumus operari, nisi ea ponatur, quæ det ipsum operari, & cum qua non nisi perseuerantes simus.*

550 Huic argumentationi respondebant nostri, primò, non ostendi, S. Augustinum, S. Prosperum, & Hilarium damnasse Semipelagianos, eo quod admitterent præuenientem gratiam, consistentem in excitatione, illuminatione, & inspiratione, quin ultra falsi sint aliam præuenientem; quam quidem in *Ses. 6. Cap. 5.* non assignavit Concilium Tridentinum ultra eam aliam declaratam ab ipso vt necessariam, & sufficientem ad operandum defacto. Deinde, asseri sine fundamento, Semipelagianos errasse ob non admissam gratiam, quæ ita ex

natura sua efficax esset, vt non posset respui, vel culus ex intrinseca natura proveniret, vt impossibile esset rejici de facto. Vterius, ex gratia efficaci, qua posita homo operetur, & ex perseuerantiæ dono efficaci, quo non nisi perseuerans sit, qui recipit, non inferri gratiam efficacem, quæ ex sua entitate, & natura auferret potentiam resistendi, seu componendi cum illa dissentium, resistentiam ve actualem: S. autem Augustinus requisivit priorerem modum efficaciam, sed non posteriorerem. Præterea, Semipelagianos errasse, quia licet ad initium boni operis, etiam fidei, viderentur fateri gratiam necessariam; aliud tamen opus præuium huic initio fidei admittebant, scilicet voluntatem curationis, & sanitatis suæ; quod mero suo arbitrio arrogabant: ita vt initio fidei per gratiam initium aliud ex solius naturæ viribus substuerent. Cum autem Catholicorum argumētis pressi hanc voluntatem salutis, hunc curationis affectum meræ naturæ attributum defendere non valerent, miris, & solitiis Pelagij technis, sed inanibus subterfugijs hanc ipsam naturam à Deo initiatæ gratiæ donatam affirmabant; vt dum ipsi naturæ adscribebant conditionem gratiæ, illuderent necessitatem primæ gratuiti auxiliij; sicque aut naturalem gratiam, aut gratiolam naturam versipelles obrudere conabantur. Ita Noltri occurrebant illi argumentationi, iamque ex damnatione quartæ propositionis Iansenianæ cõstat, quàm benè, & quàm ex vera notitia hæresis Semipelagianorum: ideoque ea damnatio commodum nobis aduenit, & iuxta nostra vota, præcidunturque ex ea vires multorum argumētorum, quæ contra nos cumulabantur, vt facile perspiciet, qui huius controuersiæ ingressus, & penetralia nota habuerit.

OPPORTVNA QVÆDAM ANIMADVERSIONES PRO IANSENIJ NOVIS PLACITIS DISCERNENDIS À PRINCIPijs PP. DOMINICANORVM, & SOCIETATIS.

551 **A**ST vt deinceps nullus Theologus, ob inscientiam de opinionibus Iansenij disputet parum aptè siue contra Dominicos,

minicanos, siue cōtra Iesuitas ex damnatis propositionibus hominis illius, non gravabor transcribere Sapientissimi P. Ioannis Martinez de Ripalda verba, etiā longa, in tomo contra Baium, & Baianos, seu Iansenium Disp. & Sect. 3. num. 16. [Si quis autem (inquit Ripalda) scire velit, quam sententiam sectentur Baiani de auxilio gratiæ efficaci quoad eius constitutionem, & essentiam, an Iesuiticam, an Dominicanam? Respondeo, neutram sectari, sed ab utraque longissime distare. Quippe hi Authores non vno, & pari modo constituunt efficaciam gratiæ in statu naturæ integræ, atque lapsæ. Dominicani autem, & Iesuitæ pariter in utroque de gratiæ efficacia sentiunt. Deinde licet in statu naturæ integræ auxilium gratiæ admittant cum Iesuitis secundum se indifferens, & compositibile cum dissentiu, atque adeo extrinsecè efficax, & non prædeterminans voluntatem, eisdem prorsus argumentis ducti, quibus Iesuitæ in omnistatu auxilium gratiæ efficacem intrinsecè prædeterminans, & impossibile cum dissentiu reijciunt, &c.]

552 Arque ita videre est (addo ego) in lib. Iansenij de gratia primi hominis, & Angelorum Cap. 20. ubi declarat, adiutorium status innocentie non fuisse prædeterminationem physicam; nec merita per eam Adami, & Angelis esse donata. Et post proposita septem argumenta desumpta ex nostris principiis, prorumpere in hæc verba dicitur, [Ex quibus omnibus, aliisque argumentis, quæ adduci possent, perspicuè ostenditur, nihil capitalius principiis Augustini, nihil, quod eius doctrine magis è diametro repugnet, effingi posse, quàm quod Adami adiutorium in physica illa prædeterminatione situm fuerit: ut sanè non temerè dici posse videatur, quod Authores, qui prædeterminationem illam physicam ad statum etiam integrum Adami, & Angelorum extendunt, toto ostio ab Augustini principiis aberraverint] Sic Iansenius.

553 Sed ne Iesuitæ gloriarentur de inventis à se illis argumentis, refertur subiungere hæc alia verba, [Nimiam profectò contentiois fuerit, adhuc nodos in serpo velle quærere, & præfractè negare velle,

quod aliud quidpiam Augustinus de modo concurrenti gratiæ cum integra innocentium libertate senserit, quàm plerique Recentiores de concursu eius cum vulnerata natura se docere gloriantur. Ex quo & illi refelluntur, qui se primos huiusmodi concursus inventores, vel certè expositores esse putant: cum tot sæculis ante S. Augustinus illum agnouerit, protulerit, docuerit, & iterum, iterumque inculcaverit, tantaque manifestatio, nisi luce declaraverit, ut præter nonnullas Aristotelicæ Philosophiæ tricas aut ineptias, è clausibus Dialecticis in Theologiam immixtas, quibus celestis medicinæ sinceritas magis adulterata est, nihil omnino noui protulerint, quod non Augustinus ante viderit, & solita sua in Theologicis rebus grauitate, vel breuiter indicarit, vel contemnendo præterierit.] Ita Iansenius, censens, doctrinam Societatis quatenus negat physicam prædeterminationem, fuisse traditam à S. Augustino respectu naturæ humanæ, & Angelicæ stantis, integræque, demptis nonnullis discursibus Philosophicis alienis à S. Augustino, seu potius à gustu Iansenij; utpote cui de more sit insultare Theologis Scholasticis, quod puerilibus technis, Summulisticis captiunculis, & sophismatis inanibus detenti, necessarium ad veram Theologiam commeatum, quàm par est, minus providè curarent, sacras scilicet litteras, monumentaque Conciliorum, & Patrum Ecclesiæ.

554 Sed utinam ut Iansenius desudavit in evoluendis scriptis S. Augustini, Patris certè Patrum, pari etiam diligentia incubisset litteris Philosophicis, & Theologicis! Absq; quarū ventilatissima face, trutinaque fidelissima, reliqui apparatus è lectio- ne Patrum congesti lux caligat, & quasi è minus castigato examine bilances nutant: idque aliquorum antiquiorum studiis euenisse dolebamus, nominatimque misero Erasmi deplorabatur exemplo, & nunc desletur recenti ipsius Iansenij, erudituli, sed Theologi parum exercitati. Vnde quia subtilitatibus Scholæ imparem se velinuit agnouit, ideo in verbis superioribus, alibi que sæpe, & diffusissimè in libro præcedenti tom. 2. etiam acuit

acuit dicacitatem aduersus Doctores Scholasticos.

555 Redeo ad Ripaldam, qui sic profecquitur, [Cæterum neque illud (nempe auxilium imprædeterminans) asserunt Baiani gratiam à beneficio creationis distinctam, seu illi superadditam, nec principem in merita causalitatem habens præ arbitrio creato, faciensque, ut arbitrium operetur, & discretio operantis à non operante illi adscribatur, sed arbitrio per gratiam. Quæ tanquam Pelagiana Iesuitæ, & Dominicani derestantur, obijcientibus ea Dominicanis tanquam absurda contra sententiam Iesuitarum, & Iesuitis ea pernegantibus, quod verè esse Pelagiana cum Dominicanis sentiant.] Has incrustaturas superinduxit Iansenius auxilio diuino non suapte natura efficaci in statu naturæ innocentis. Quare nec in eo statu fauet plenè Iesuitis, sed potius dicit multa, ad quæ horrescunt.

556 Pergit Ripalda, [Rursus quavis in statu naturæ lapsæ auxiliū gratiæ intrinsecè efficax, & impossibile eū dissentiu iuxta Dominicanorum sententiam tueantur Baiani: illud tamen neque physicam qualitatem, à delectatione voluntatis distinctam, neque ex subordinatione causæ secundæ ad primam dependens, qua similis motio ad omnes actus creaturæ naturales extendatur, neque alijs conditionibus physicæ prædeterminationis Dominicanæ affectum, ut non ad posse, & actum primum arbitrij pertineat, sed ad solum operari, & actum secundum defendunt: quodq; omnium pessimum est, aduersarium illud fatètur libertati voluntatis à necessitate solutæ, & solum libertati consonum excludenti coactionem, & violentiam, nec non repugnans auxilio sufficienti eorum, qui non operantur, & efficaci auxilio destituti sunt. Quæ omnia utriusque factionis Theologi tanquam Calviniana averfantur, obijcientibus ea Iesuitis contra physicè prædeterminantium doctrinam, & ea Dominicanis denegantibus suæ sententiæ consecraria, quod Calviniana dogmata cōplectantur. Quare non immeritò dixerint, Baianos doctrinam Calvinianam, & Pelagianam simul de auxilio efficaci gratiæ complecti. Quippe in statu na-

turæ integræ gratiam admittunt extrinsecè efficacem cum omnibus absurdis, & Pelagianis sequelis, quæ sententiæ Iesuitarum obijciuntur, & à Iesuitis repelluntur; in statu verò naturæ lapsæ gratiam intrinsecè efficacem amplectuntur cum omnibus absurdis, & Calvinianis sequelis, quæ in sententiam Dominicanorum torquentur, & à Dominicanis refelluntur. Vnde de iure utriusque Scholæ Theologi in sententiam hæc conspirare debent. De quo vide Disp. 7. sect. 2. Disp. 14. sect. 5. & Disp. 24. sect. 2.] Hactenus doctissimus Ripalda, & ob ab ipso relata ex Iansenio motus est acutissimus noster Commagister P. Michael de Elizalde, ut scriberet in lib. utilissimo de Forma veræ Religionis quærendæ, & inveniendæ n. 266. [Iansenium factiosè promouisse gratiam prædeterminantem, deouisseque diris omnibus gratiam indifferentem.]

557 Adijcio ego, si quis audiatur, referri ex Iansenio lib. 8. de gratia Christi Salvatoris Cap. 1. [doctissimos illos viros primæ sententiæ defensores (idest, Patres Dominicanos prædeterminatores) meritò dici posse, veram Augustini sententiam de gratia Salvatoris vidisse, atq; tenuisse] sciat subiungi continuo à Iansenio [quod si quid ei ulterius adiecerunt, ex superfluitibus humanæ Philosophiæ excessibus factum est, qui ad tuendam perspectam veritatem, satagentis animi conceptibus naturalem scientiam in subsidium rapientibus, ebullire solēt.] Et postea in Cap. 2. expensis septem discrimenibus suæ sententiæ (quam putat, & dicit S. Augustini) à Prædeterminatorum, inquit apud Stephanum de Champs Lib. 1. de Hæresi Ianseniana Disp. 3. Cap. n. 1. [Qui medicinalem Christi gratiam sic defendere conātur, ut eam in prædeterminationem physicam transformet, omni statui hominum lapsorum, & innocentium ex vi causæ primæ, & indifferentiæ voluntatis necessariam, magis profectò Aristotelici, quàm Augustiniani sunt. Nam talis prædeterminatio sic assera, non solum nullo testimonio eius probari potest; sed potius vniuersam doctrinam eius, innumeris locis traditam, in explicabili confusione perturbat. Tollit enim differentiam integræ, lapsæq;

voluntatis. Tollit necessitatē duplicis adiutorij, quo, & sine quo non: cū quorū altero Adamus velle, stareq; potuit, & Angeli eque re ipsa voluerunt, steteruntq; lapsi homines velle, aut stare nō possunt. Tollit, obsecratque veram radicem necessitatis gratiæ medicinalis, nec sinit intelligere veram naturam eius, dum æqualiter statuit illam prædeterminationē omnibus necessariā: Totum ergo fundamētum gratiæ medicinalis Christi funditus evertitur, & Scripturæ subenerantur, dum gratiæ necessitas ex naturali voluntatis indifferentia, & omnium causarum naturali subordinatione sub altiore, suspenditur. Quæ duplex ratio necessitatis gratiæ sicut in vniuersis Augustini Operibus inaudita est, & repugnat principijs eius; ita quoq; indicat prædeterminationem physicam tāquam gratiam eo modo, & latitudine ad omnes humanæ naturę status dilatātā, ab Augustini sensibus esse remotissimā, & potius vi humanæ Philosophiæ, quā Augustinianæ Theologię, expressam, & inventam esse.] Sic homo, cuius manus contra omnes, & proinde manus omnium contra eum armari debent.

558 His de Iansenio collo-
quijs anam dedit Hieronymus Vives,

EVENTILATIO XIX.

NARRATIONVM EIVSDEM HIERONYMI VIVES.

*Vocantur in examen multa, quæ ipse ait siue aduersus defensores
Scientiæ Mediæ, siue aduersus eandemmet
Scientiam.*

559



OMPLVRA
sparsum dicit
Magister Vives
in lib. contra Sci-
entiam Mediā,
de quibus equū
est, vt meum

Lectorem admoneam. Et quanvis mihi valde laboriosum fuerit legere, & relegere multoties illum librum, fecer-

qui abstinere potuisset à mouēdo hoc lapide, & gerere se vt nos in *Euent. ix.* vbi declarauimus sensum propositionū Iansenij damnatarum paulò ante editionem illius Tractatus, simulque ostendimus, cōtradictorias earum cōponi optimè cum sententia Societatis nostræ, quia intulerimus bellum in fines Patrum Dominicanorum, vt in nostros voluit intrmittere Vives; sed quo fructu, quantisque reportatis spolijs, reliquo aliorum iudicio. Ego ex damnatione propositionum Iansenij non intendo, vt quispiam putet, derivatam esse victoriam aliquā in Scholā Iesuiticam contra Dominicanam; sed potius volo, vt omnibus persuasum sit, vnam, & alterā Scholam vicisse Iansenium, etsi propositiones reprobatae spectauerint ad eam partē, in qua ipse de Iesuitica funditus eversa, aut vsque ad interuersionem profligata triumphabat magis, & gestiebat. Meum itaque votum est, vt iunctis manibus, & viribus vtraque Schola bellum gerat litterarium aduersus Iansenium. Hac de causa exposui, quantum chaos inter placita vtriusque Scholæ, &

errores Iansenij
iaceat.
(9)

nereque spectantia ad quasi factum, & historiam ab ijs, quæ ad quasi ius, & tribunal Theologicum; spero, labore meum vtilem fore Lectori.

*NVM THEOLOGI SOCIETATIS
merito appellentur Antithomistæ?*

560 **E**T primò quidem in *Operis vestibulo*, & sæpe alibi Theologos Societatis

Societatis vocat *Antithomistas*. Quo nomine si vult significare, nos militare contra S. Thomā, est illud prorsus alienum à nobis, qui Angelicum Doctorem in omnia ferè placitis suæ doctrinæ sequimur; & excepto vno, aut altero puncto, non cedimus Dominicanis PP. in studio, & cura sequendi vestigia S. Thomæ; distamusque longissimè, vt cum Antonio Rubio Franciscano in *Asercionibus Catholicis aduersus Erasmus lib. 4. errore 5. fol. 80.* pronuntiare audeamus, [S. Thomam non habere tantam auctoritatem in Scholis, vt ex eius dictis liceat argumentari per locum ab auctoritate.] Et cōmuniter Franciscani alij sapientissimi, etsi, vt par est, venerentur Angelicum Doctorem, si tamen subtilis sui Coryphæi opiniones discordant à placitis illius, non sunt admodum solliciti. Cur ergo Nostri à Vives non tractantur vt socij in eadem disciplina? Habet certè apud Nostros primatum Theologia Scholastica S. Thomæ. Vnde multi solent Nostros vocare Thomistas, vt videre est nominari in *Mōte piloso Franciscano 1. p. tomo 2. Disp. 31. art. 2. n. 9.*

561 **S**I Vives vult significare, nos nō rarè discordare à nonnullis Thomistis, qui S. Thomæ doctrinam, quasi Lesbiam regulam, ad id, quod quisque sentit è suo, accommodant, vt aiebant PP. Conimbricenses in *lib. 2. de Anima Cap. 1. q. 3. art. 2. in principio*, vocet, vt voluerit. Nos habemus eosdem libros S. Doctoris, diu, noctuque eis studemus; cur non poterimus sperare, diuina favente gratia, assequi sensus cōmunis Magistris? Quòd autem non semper eodem modo, ac illi, intelligamus verba S. Thomæ, non facit, ne vtrique eundem habeamus, eolantusque Præceptorem. Ac sanè si nos in hac materia non attingimus verū sensum S. Thomæ; nemo saltem, qui prudens sit, negabit, falli nos nō sine ingenti veri sensus specie. Apud doctissimos Patres Dominicanos dissentaneæ sunt multæ opiniones, pro quibus quisque S. Thomam allegat; plures, quæ in Provincia Aragoniæ censentur esse S. Thomæ, in Provincia Hispaniæ non ita; & in eiusdem Provinciæ Lyceis, vt in Salmantino, & Complutensi, id ipsam contingit; imò & in eiusdem Monasterij Aula pro temporum, & Magistrorum diuersitate,

Non paucis ab hinc annis erat Salmantice quasi celsa, & insigne Scholę Thomisticę opinio illa de infinita gravitate morali peccati lethalis; sed cum hæc scribo, audio contrariam defenatam ab Scholari Dominicano tanquam genuinā S. Thomæ in Gymnasio Theologico Almæ Matris Academiæ, dictatam que fuisse è Cathedra nuper ab vno è Magistris Dominicanis. Sed de hoc latius.

*AN IN EXORDIIS CONTROVER-
sæ dixerint Societatis Theologi, abso-
lutam rerum contingentium futuri-
tionem saluam consistere ante
actuale Dei decretum?*

562 **D**EINDE Vives *Disp. 12. Dist. 2. alt.* Nostros iam negare, res cōtingentes posse esse absolute futuras ante decretum Dei absolutum, cum tamen ipsorum Maiores affirmarint contrarium, vt ex Alvarez, Antonio de Matre Dei, & Ioanne de S. Thoma refert in *num. 154*. Sed excipit Suarez in Operibus posterioribus; secus in prioribus, antequam Thomistarum cōvinceretur argumentis; additque, Thomistas habuisse multas causas attribuendi Doctoribus Societatis affirmantem illam sententiam, etsi videantur, posse ab illa vindicari. Quasi verò de hoc puncto (de quo in *limine Disp. 1.* dixerat, non esse vnam mentem Antithomistarum, id est, Iesuitarū, & in *n. 21. Disp. 2.* inquit, vnam esse, & fuisse) veritaretur principalis disputatio inter Dominicanos, & Iesuitas, producit in *Dist. 3.* totas Dominicanorum copias contra Iesuitas.

563 Sed certè potuisset reservare armilustrum illud in aliud tempus, aut locum. Nam quod Nostri nunc negant, inficiati etiam sunt omnes Maiores nostri ab initio, vt constat de Suarezio in *Opusc. 2. de Scient. futur. conting. lib. 6. Cap. 1. n. 5. & 6. Cap. etiam 6. n. 3.* de Vazquio *1. p. Disp. 63. n. 6. & 10.* de Herice *1. p. Tract. 1. Disp. 6. Cap. 3. per totum*. Quos tres Authores ideo nominio de Matre Dei in *Tract. 3. de Scientia Dei Disp. 7. dub. 6. §. 1. n. 89.* pro opinione affirmate. Quare quod Maiores nostri dixerunt, fuit, ad futurum absolutum contingens, seu liberum respectu

R voluntas

voluntatis creatæ, non requiri decretum divinum antecedens, & efficax; neque item tale decretum, vt conditionatū subiecti vè, & obiectivè, requiri ad futurum conditionatū contingēs, seu liberum respectu voluntatis creatæ; imo tale decretum repugnare essentialiter cum libertate eius futuri, sive absoluti, sive conditionati. At non dixerunt, neque somniarunt, nullum omnino decretum divinum requiri ad vtrumque futurum. Nam ad absolutum posuerūt decretū absolutū ex parte actus, & obiecti, sed indifferēs intrinsecè, & de se coniungibile cū futuro absoluto, vel cū ipsius carentia; & ad conditionatum posuerunt simile decretum conditionatum ex parte actus, & obiecti: quod quidem decretum est affectivum, ferturq; cum aliqua inclinatione in futurum, qui sit actus bonus liber; sed si futurum sit actus peccaminosus, decretum est purè permissivum in ordine ad ipsum. Et consequenter asseruerunt, neutrum decretum esse medium sufficiens, vt in eo cognosceretur à Deo futurum contingens, sive absolutum, sive conditionatum, etsi vt hoc cognoscat, debeat vtrūque illud præcognosci à Deo.

564 Nulla igitur fuit Maiorum nostrorum a Dominicanis discordia quoad id, an futurū contingens absolutum sit, necne, ante decretum absolutum in Deo existēs actualiter? Sed quoad quā qualitātē decreti, & mediij sufficientis, necne, vt in eo cognoscat à Deo futurum illud. Et quoad id secundum, & non quoad primū referuntur ab Alvarez, & à Ioanne Thomasio Maiores nostri vt discrepantes à Dominicanis. Quod si quoad primū referrentur, esset manifesta deceptio. Sed de hoc latius Borrull *Disp. 1. de Scientia Media, Sect. 1.*

QVALEM FUTURORVM CONTINGENTIVM CONDITIONATORVM DIVINAM COGNITIONEM PROBABLEM, ATQUE CONIECTURALEM ADSTRUAT VIVES; & QUID CONTRA TALEM COGNITIONEM INFINUENT MULTI PP. Ecclesiae?

565 **T**ERTIO Vives *Disp. 2. Disp. 5. ex n. 42.* videtur agnoscere in Deo cognitionem

probabilem, & coniecturalem futurorū contingētium conditionatorum, quorum conditio aliquo modo conducatur ad positionem effectus; ait enim, Deum in tali conditione cognoscere effectum vt futurum conditionatē. Quæ cognitio, vt in tali medio, non potest esse plusquam probabilis, & coniecturalis, etsi eadem realiter, vt in decreto divinæ voluntatis tanquam in medio, sit certa, atque infallibilis, & proinde absolutè, ac simpliciter ex parte subiecti. Arque ita intelligo verba hæc Magistri Vives in n. 44. [Nec obstat imperfectio notitiæ coniecturalis, quæ tantum dederet Deum ex parte actus, & subiecti: sed ex parte obiecti cum evidentia ex parte subiecti, & cognitione infallibili ex parte obiecti in alio medio, nempe in suo decreto, potius arguit infinitatem cognitionis, quæ omnia iuxta suū modum ex parte obiecti cognoscit.] Hæc ille. Ex quibus colligitur, ipsum admittere in Deo formalitatem cognitionis probabilis, & coniecturalis, tamen identificatam realiter cum alia formalitate cognitionis certæ, & infallibilis de eodem obiecto conditionato. Nec potest alio modo intelligi certitudo, & infallibilitas posita à Vives ex parte subiecti: formalitas enim cognitionis, fundatæ in conditione tanquam in medio, nequit ex parte etiam subiecti esse certa, & infallibilis ratione sui, vt-pote cuius totum esse sit in ordine ad obiectum conditionatum in medio incerto, & fallibili. Quare Vives accedit partim ad Ledesnam, & ad quosdam alios Thomistas memoratos recentissimè à perdocto Didaco de Sylva 1. p. q. 14. art. 13. dub. xj. §. 2. n. 5. quatenus attribuit Deo cognitionem probabilem, atque coniecturalem; & partim recedit, quatenus simul cum illa advenat certam, & infallibilem eiusdem obiecti conditionati; sed in diversis medijs vnam, & alteram. Quæ advenatio quo pacto consistere possit, ego haudquaquam intelligo, nam de eodem obiecto per diversa etiam media consociari nequeunt in eodem intellectu scientia, & opinio, si hæc importet actu formidinem, vti deberet cognitio divina probabilis, & coniecturalis, si semel dicatur esse capax eam importandi: si autem dicatur esse incapax, eo ipso erit cognitio certa, atque infallibilis. Et

SOMA

muniter iuxta Thomistas opinio eo ipso quod suapte natura sit formidolosa radicaliter, est omnino incoederabilis cum scientia circa idem obiectum per media etiam diversa.

566 Adducit autem Vives pro cognitione obiectivæ probabilis locum Exodi C. 4. v. 8. vbi Dominus dixit ad Moysē, *Si nō crediderint tibi, neq; audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. V. 9. Quod si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuā, sūme aquam fluminis, &c.* Adducit etiam S. Thomam dicentem in 1. *Dist. 38. q. 1. art. 5. in Corp. Quædam sunt cause, in quibus sequuntur effectus, vt in maiori parte, sed tamen in minori deficiunt. Vnde in istis causis effectus futuri non habent certitudinem absolutam, sed quandam, in quantum sunt magis determinate ad vnum, quàm ad aliud, & ideo per istas causas potest accipi scientia coniecturalis de futuris:: Dico igitur, quod intellectus divinus inuenitur ab æterno vnumquodque contingentium, non solum prout est in causis suis, sed etiam prout est in suo esse determinato. Quibus verbis similia extant lib. 3. contra Gentes Cap. 69. & 1. p. q. 14. art. 13. in Corp. Vtitur vtroq; testimonio Ledesna *Disp. 2. affini de Scient. futur. conting. Diffic. 2. conclus. 5. pag. 592. & 593.**

567 Sed primum quidem nullam incertitudinem cognitionis denotat, vt iam pridem notavit Abulensis *quæst. 2. in Cap. illud 4. Exodi.* Proponit tantum duo signa, vt qui non crederet vni, crederet alteri, habere Deo certam cognitionem de credituris, & non credituris, *divina enim, et ineffabilis glorie propriū, ac peculiarie est, omnia scire, nihil profusus ignorare neq; præteritorū, neq; instantiū, neque futurorum, vt ait S. Cyrillus Alexandrinus lib. 3. in Isaiam ad Cap. 41. v. 23. Videatur Falotius 1. p. q. 14. art. & dub. 13. num. 257. respondens Petro Cabreræ, qui eodem ex loco argumentatus etiam fuit 3. p. q. 62. art. 1. Disp. 12. §. 7. defendens latè ex num. 216. pag. 449. dubiam, & coniecturalem cognitionem, etsi ex num. 148. pag. 428. usque ad illum num. 216. non nisi certam, & infallibilem tuitus esset.*

568 In secundo testimonio mens S. Thomæ est, Deum non cognoscere futura contingentia, sive absoluta, sive conditionata, in suis causis, sed in esse determinato, seu veritate obiectiva

ipforum futurorum. Et quavis S. Doctor innuere videatur tunc ibi; tum 2. 2. q. 171. art. 6 ad 2. tum etiam q. 12. de veritate art. 10. in Corp. cognitionem futuri tam in suis causis, quàm in veritate obiectiva ipsius futuri; prior cognitio neque ex parte etiam obiecti est probabilis, sed certa, & infallibilis in penetrando conducentiam causarum ad inferendum futurū, & ad hoc vt istud in illis à nobis cognoscatur, & affirmetur; sed quia ab ipso Deo possit in tali medio cognosci, & affirmari. Nam divini intellectus perfectio postulat, vt non innitatur medio incerto, & fallibili ad cognitionem, & affirmationem obiecti. Sic in actu probabili, vel in actu certo, sed obscuro, (qualis est actus fidei divinæ) cognitio reflexè posset ab humano intellectu cognosci, & affirmari probabiliter, vel certo, sed obscure Mysterium Trinitatis; at in tali medio nequit hoc Mysterium cognosci, & affirmari ab intellectu divino; cuius respectu non est medium proportionatum: etsi à Deo infallibiliter, certo, clarèque cognoscatur, atque affirmetur, esse medium proportionatum respectu nostri intellectus ad cognitionem probabilem, vel ad certam, sed obscuram Mysterij Trinitatis. Itaque ex mente S. Thomæ Deus cognoscit certo, & infallibiliter tū conducentiam conditionis, aut causarū ad futurū contingens, sive conditionatū, sive absolutum, esseq; hoc cognoscibile, coniecturabile, atque affirmabile ex vi conditionis, aut causarum ab intellectu creato; tum etiam cognoscit certo, & infallibiliter, affirmatque sic ipsum futurum in ipso esse determinato eiusdem futuri.

569 Si cognitionem divinam, vt priori modo se habentem, voluit Vives vocare coniecturalem ex parte obiecti; & vt habentem se posteriori modo, voluit vocare certam, & evidentem ex parte subiecti, debuisset exprimere clariùs suam mentem; fugiendumque erat nomen cognitionis coniecturalis, probabilis, & opinatiæ, vt rectè monent Meratius 1. p. Disp. 25. de Deo §. Tertio de sola, Raynaudus in Theologia naturali Disp. 8. quæst. 1. art. 4. n. 46. Nam iuxta S. Bernardum lib. 5. de Consideratione Cap. 3. *Opinio sola verisimilitudine se tuctur:: Opinio, certi nihil habens, verum per verisimilia querit potius, quàm*

R 2

ap.

apprehendit: Opinio, si habet assertionem, temeraria est: Opinio est, quasi pro vero habere aliquid, quod falsum esse nescias: Opinio falli potest. Rursum iuxta Innoc. 3. Cap. Anobis 28. desent. excom. Opinionem fallere sepe contingit, & falli. Et cum hæc omnia repugnent cognitioni diuinæ, siquidem iudicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, semper innitatur, vt docemur ab Innoc. supra, attribuendum cognitioni diuinæ non erat opinativa nomen, quod illa omnia sonare videtur.

570. Hinc S. Augustinus Tract. 37. in Ioannem dicebat, Ille, qui omnia scit, quando dicit Forsitan, non dubitat, sed increpat; attende enim, quomodo increpative dicitur ipsum Forsitan, quod videtur esse verbum dubitationis. Sed dubitationis verbum est, quando dicitur ab homine, ideo dubitante, quia nesciente: cum vero dicitur à Deo verbum dubitationis, cum Deum nihil utique lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas: non opinatur divinitas. S. Ambrosius lib. 2. de Pœnit. Cap. 5. Si putant, dubitare Petrum, numquid & Deus dubitavit? : Dicant ergo, Dominum ignorasse quid esset futurum. Rursum lib. 5. de Fide ad Gratianum Cap. 8. Sed neque dubitare Dei est, neque falli. Dubitat enim, qui ignorat quod futurum est: fallitur autem, qui aliud prædixit, & aliud esse proutum: Sed verus nescit fallere, scriptum est enim, Fidelis Deus, qui non mentitur. Quomodo autem ignoravit, qui novit omnia? S. Gregorius Magnus Homilia 9. in Ezechielem, Dū constat, quod omnipotens Deus omnia sciat, mirandum valde est, cur dicitur, Si forte audiant, & si forte quiescant. Quapropter sciendum nobis est, quia ista dubitatio loquutionis Dei non ex ignorantia, sed ex aliqua significatione descendit. Nam quis nesciat, quod qui fecit, & videt omnia, omnia sciat? Cur hoc sub dubitatione dicitur, cum quid futurum sit, à Domino præsciatur? S. Hieronymus in Cap. 26. Hieremie, Verbum ambiguum Forsitan maiestati Domini non potest convenire; sed nostro loquitur affectu, vt liberum homini seruetur arbitrium, ne ex præscientia eius, quasi necessitate vel facere quid, vel non facere cogatur. Non enim ex eo, quod Deus scit futurum aliquid, idcirco futurum est; sed quia futurum est, Deus novit quasi præsciens futurorum.

571. Contonat S. Chrysostomus Homilia 78. in Mattheum inquit, Cum dubitando dicere videatur, Christus, Quis igitur fidelis servus? An et hoc ipsum ignorare confinges? Nequaquam: nullus

enim nisi mentecaptus id diceret. Et antea in Hom. 69. Quid autem est, Fortè reverebuntur? Non ignorantis certè, absit hoc enim; sed magnitudinè peccati volentis ostendere, cuius nunquam ullam satisfactiorem ostendere potuerunt. Misit ergo sciens, quod interficerent. Dicit autem, Fortassis verècūdabuntur, quæ debuissent fieri enarrans, verècūdari enim proculdubio debuissent. Sic & alibi ait, Si forte audierint, non enim quia ignorabat, sed ne quidam ex amentia dicerent, prædictione Dei coactos obtemperare non potuisse, idcirco huiusmodi utitur orationis figura, modo si forte audierint, modo Fortè reverebuntur, dicens. Glosa interlinearis ad eadem verba Matthæi 21. v. 37. Non de ignorantia, sed semper ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas homini reservetur. Nicolaus de Lira ibidem, Hoc non dicitur, quia Deus ignoret contemptum, quem Iudæi facturi erant Christo; sed per hoc exprimitur, quid deberet fieri; ac si diceret, Verebuntur filium meum, id est, in reverentia deberent habere. Philo Iudæus in lib. Quod Deus sit immutabilis, Etiam futurorum incertitudo non cadit in Deum: apud quem nec futurorum est quidquam in incertum. Et in lib. de Sacrificijs Abelis, & Caini, Deo nihil est incertum, aut dubium, quietiam alios in cognitionem veritatis dignatur introducere. Similia alia leguntur in Theodoro ad Cap. 26. Hieremie, & ad Cap. 2. Ezechielem, Rupertoad C. 2. Osee v. 3. Origene Homilia 18. in Hieremiam ex codice Græco Vaticano apud Ioannem Phelippæum in C. 2. Osee v. 3. & 4. pag. 347. in alijsque PP. passim.

572. Sed omittenda non sunt illa, quæ ex innominato quodam refert Procopius ad Cap. 3. Genesis v. 22. Nummen nunquam dubitat, etsi interdum usurpat nomina, quæ dubitationem videntur continere: Quod ait, Nequando, &c. non Dei in utramque partem portendit inclinationem, sed referendum est ad hominem, cuius ingenium naturæ ad utrumque propendet. Et vt S. Augustini autoritate, à qua exordium huius catenæ Patrum sumptimus, ipsam claudamus, inquit S. Doctor Enarratione in Psalmum 2. Ne quando autem irascatur Dominus, cum dubitatione positum est, non secundum visionem Prophetæ, cui certum est, sed secundum eos ipsos, qui monentur, quia cum dubitatione solent cogitare iram Dei, quibus non aperte revelatur. Hæc PP. effata satis ostendunt, removen-
dū esse à divina cognitione nomen con-

iectu.

iecturalis, probabilis, & opinativa, simileque quodcumque aliud. Sed & quantum ponderis habeant adversus id, quod in n. 565. dixi indicari verbis Magistri Vives, quodque in Delimitatione Theologica Scientia Media discutienda erit non perfunctorie, nemè non videt.

AN INITIO CONTROVERSIAE
Theologi Societatis allegarint pro se
Doctores tantum modernos, eo
quod sibi persuaderent, Sci-
entiam Mediam fuisse in-
cognitam S. Augustino,
alijsque præcis
PP?

573. **Q** VARTO Vives in Disp. 4. Dist. 1. n. 2. & duobus seqq. tradit, Authores Societatis initio Controversiæ falsos fuisse, Scientiam Mediam latuisse S. Augustinum, vt constat de Molina in Concordia impressa Olyssipone anno 1588. q. 23. art. 4. & 5. Disp. 1. memb. ultimo, seu xj. §. iuxta hæc, & de Vazquez 1. p. q. 14. Disp. 67. Cap. 4. in fine, vbi ait, [Quod antiqui Scholastici, qui hactenus scripserunt, tantum meminerint simplicis scientiæ visionis, & simplicis intelligentiæ, parum interest, tum quia illi de hac scientia sub conditione, nihil omnino disputarunt, aut meminerunt, &c.] Additque Vives, [Ex quo in prioribus Disputationibus habitis Romæ præcipua Societatis argumenta petebantur ex rationum naturalium pondere, & autoritate Theologorum recentium, in diversis Regnis subscribentium doctrinæ Societatis; cum Nostri præcipue autoritate Augustini, & Thomæ munirentur. Cæterum Spiritus sancti motione Summus Pontifex præcepit, vt totū Disputationum pondus revocaretur ad solas auctoritates Augustini, & Thomæ, ex quibus rei definiendæ veritas decernenda merito credebatur. Et ecce Authores Societatis vbique terrarum vno ferè ore tanquam omnino certò docere cœperunt, Scientiam Mediam ab Augustino cognitam, & in illo approbatam passim inveniri, eaque Augustinum constanter vsam contra Pelagianos ad gratiæ efficaciam cum creatalibetate componendam.]

574. Quæ narratio de non citatis per Nostros in suum patrocinium

nisi Theologis modernis, initio Controversiæ coram Pontifice Summo, & de huius imperio, vt allegarètur, si Nostri fauerent, SS. Augustinus, & Thomas, vt fiebat à PP. Dominicanis, deque præconio dato statim à Nostri per totum Orbem terrarum, vt Socij dicerent, notam fuisse S. Augustino Scientiam Mediam, ab illoque adhibitam ad conciliandam efficaciam gratiæ cum libertate creata, ponitur à Vives sine Authore. Sed absdubio eā desumpsit ex Ioanne Thomasio Disp. 20. art. 6. v. Igitur, pag. 685. Ad Thomasius non refert, Pappam iussisse in particulari, vt ageretur testimonijs SS. Augustini, & Thomæ, sed SS. PP. univèrsim, principaliusque Sacrarum litterarum, & Conciliorum approbatorum. Præterea relatio Thomasi accepta est ex Actis Congregationum habitarum coram Clemente VIII. super quæstione de Auxilijs, sub nomine Francisci Peñe, vel F. Thomæ de Lemos, vel aliorum Prælatorum, & Theologorum, qui, vt asseritur, prædictis interfuerunt Congregationibus. Sed iam talibus Actis nulla omnino fides est adhibenda, neque allegari possunt, vel debent, Et de ea relatione legatur Anatus in Augustino à Baianis vindicato lib. 8. Cap. 4. ad finem. Estque nobis comperitum, suffragia modernorum Theologorum pro Molina doctrina non in prioribus, sed in postremis tantum Disputationibus fuisse in medium producta, omnesque rationes, quibus Nostri sunt vsi, fuisse depromptas ex sinceræ, selectæque Theologiæ Scholasticæ peni. Viterius tam longe abest à veritate, Nostros subterfugisse tractare de sensu S. Augustini, vt vix in plerisque Congregationibus aliud actum sit, quam an doctrina Molina concordaret cum Augustiniana, vel discordaret ab ea? Possumus id ad oculos ostendere in Orationibus Nostrorum coram Clemète VIII. & Paulo V. extant enim earum exemplaria Salmanticæ, Vallis Oleri, & Compluti, imò iam satis est à nobis ostensum in Eventilationibus antecedentibus.

575. Verba P. Vazquez exarata à Vives nullam continent mentionem S. Augustini; & potuerunt antiqui Scholastici nō tractasse ex professo de Scientia Media, etiam si a S. Augustino fuisset cognita: tātus enim Doctor cogno-

R3 nit

nie multa, attingitq; in suis scriptis, quæ à Magistro Sententiarum, & ab alijs Theologis priscis non sunt postea ad disputationem operosam, lentamque additæ. Et quidem, persuasione Vazquij, notam fuisse S. Augustino scientiam divinam, de qua ibi Theologus ille loquitur, dubitare non poterit, qui legat *Cap. 3. n. 8. ac 9. Disp. citatæ*, ubi ait, eam scientiam traditam à S. Augustino disertis verbis *lib. de Bono persever. Cap. 9. in principio, & lib. 1. ad Simplicianum q. 2. circa medium*; cõcluditq; [Doctrina hæc adeo familiaris est Augustino, ut superfluum sit, plura alia ipsius loca in medium afferre.]

576 Quid? quod Vazquius agit *Cap. illo 4. in fine, seu num. 27. de scientia futurorum contingetium conditionatorum*, sive à Deo habeatur in decreto actuali suæ voluntatis, sive non. Nam præcipuus scopus eius Doctoris est, probare Deum cognoscere certò, atque infallibiliter illa futura. Vnde *Cap. illo 4. n. 20. vocat* [Doctores suæ sententiæ quosdam censentes, Deum sub conditione etiam apud se decrevisse hoc, aut illud facere, si hæc, aut illa causa poneretur: Imò ex hoc decreto putantes cognosci à Deo futura omnia sub conditione, secundum infinitas causarum combinationes, iuxta quas omnia apud se statuit, quæ alias facturus esset:] quos Doctores brevissimè refutat *in num. 21. Si ergo ex verbis Vazquij colligit Vives, S. Augustinum iuxta persuasionem illius non agnovisse Scientiam Mediã, inferat ex eisdem, non agnovisse notitiam certam, & infallibilem divinam de futuris contingentibus conditionatis. Quod posterius tam erit contra Vivem, quam prius illud contra nos. Germana verba habent Alvarez *lib. 1. Respons. Cap. 5. n. 26. Machin 1. p. q. 14. a. 13. Disp. 33. Sect. 2. in principio pag. 289. Deducetne ex eis Vives, duos hos Doctores suæ factionis**

censuisse, occultam fuisse S. Augustino divinam scientiam illorum futurorum in decreto absoluto subjective, & conditionato objective? Estque dignum notatione, Vazquium non loqui ibi de medio cognitionis divinæ, an sit, necne, decretum divinum de ipsis futuris? sed eò tantum respicere, ut vocetur nomine medio cognitio illa, aut scientia, si non placeat raducere illam ad scientiam simplicis intelligentiæ: sed Alvarezii, & Machinum loqui de scientia fundata in decreto tanquam in medio.

577 Et ut clarissimè pateat, Societatis Theologos, qui fuerunt primi decerratores pro Scientia Media, persuasum sibi habuisse patrocinium S. Augustini, considerentur hæc P. Fonseca verba *lib. 6. Metaphysica Cap. 2. q. 4. Sect. 9. circa finem pag. 125. ubi post expensa multa eius S. Doctoris testimonio*, ait, [Infinita penè sunt loca, in quibus utramque conditionatam præscientiam de liberis actibus futuris non solum Augustinus, sed etiam alij PP. asserunt, quæ nõ opus est, hoc loco referre; usq; adeo res in tota antiquitate perspicua erat; magisque comperta nunc fuisset, si veteres Scholastici eorum diligentius perpendissent, & ad propositam questionem expressius applicassent. Nec solum utraque præscientia planè adstruitur à PP. sed eam præcedere omne divinæ voluntatis decretum perspicue traditur.] Hæc scripsit, & in publicum edidit Fonseca ante Disputationes habitas coram Clemente VIII. Ergo ante Pontificium Oraculum reditum in Cõgregatione 8. iam Authores Societatis firmiter putabant, & trãdebant, cognitam fuisse à S. Doctore Augustino Scientiam Mediã. Restabat dicere de P. Molina; sed de eo loquemur affatim *in Eventilationibus suis cedentibus.*

EVENTILATIO XX.

NARRATIONVM EIVSDEM
HIERONYMI VIVES.

PP. Molina, & Suarez, irreligiosi non fuerunt erga S. Augustinum, exponentes quadam eius testimonia, quæ sonare videbantur Deum esse aut horem, & causam peccati. Adducuntur varia exempla probatorum Doctorum similiter loquentium, ac illi.

578




VINTO Vives in *Disp. 7. Dist. 2. n. 18. inculsat P. Suarium Prolog. 2. de gratia Cap. 5. n. 16.* quòd minus fi-

deliter allegarit S. Augustinum *lib. de Bono persever. Cap. 14. omisit enim adiektivum divinum appositum substantivo munus à S. Augustino. Et in eadem Disp. Dist. 3. n. 48. post relata quædam S. Augustini verba lib. de Correctione, & gratia Cap. 7. in quibus, comparando cæteros Apostolos cum Iuda, dicit S. Doctor, illos elegit ad obtinendum regnum Cælorum, illi ad effundendum sanguinè suum, & post relata hæc Suarij verba lib. 2. de Concursu Dei Cap. 5. num. 4.* [Verbum illud Augustini piè est exponendum. Nam mens Augustini tam ex illo loco, quam ex multis alijs est clarissima. Verba autem sunt duriuscula, & minus propria: Huiusmodi loquutiones nõ sunt à nobis usurpandæ, nedum extendendæ, ne occasionem erroris, vel scandali alijs tribuamus.] Post hæc relata subdit Vives, [Ecce qui scandalizatur ex verbis, & doctrina Augustini, & in eis occasionem erroris, improprietatem, & duritiam inveniunt, non sunt Thomistæ, sed fautores Scientiæ Mediæ: Egregia sanè respondendi subtilitas in quæstione de mente D. Augustini. Si autoritas est nimis clara, & verba nimium premunt, ipsa verba duriuscula, & impropria dicere, & adeo censoria fronte notare, et ne scandali, & erroris occasionem alijs legentibus tribuant, minimè usurpanda, sed esse piè exponenda: Sanè si

ita licet insurgere contra Augustinum, quando eius verba nobis obijciuntur, nõ erit tanta eius autoritas in hac causa, quantam Ecclesia profiteretur, &c.] Ibi dem Vives reprehendit eundem Suarium, quia *lib. illo 2. de Concursu Dei Cap. n. 8. dixerat*, vitandã esse hanc loquutionem, *Deus est author, vel causa illius peccati, quod est poena alterius peccati*: quam loquutionem esse S. Augustini monuerat Vives. Ibidem etiam insurgit contra P. Molinam dicentem in *Concordia ex editione Antuerpiensi anno 1595. quæst. 14. art. 13. Disp. 34. in fine*, [Nunquam concedendum erit, eos vel moveri, vel impelli à Deo ad talium peccatorum actus; quod ex ijs, quæ hactenus docuimus, satis manifestum est. Nescio tamẽ, utrum Augustinus (qui alijs in locis, quæ partim hac Disp. partim Disp. 10. citavimus, nobiscum omnino consentit) contra Iulianum, & de gratia, & lib. arb. locis citatis, aliquid amplius velit? quod planè vel admittendum non est, vel ex alijs locis eiusdem Patris piè erit exponendum.] Ad quæ verba apponit hanc glossam Vives, [Egregium sanè Augustini discipulum, & defensorem; qui non admittendum ducit, si Aug. amplius velit, quam ipse vult.]

579 Sed profectò Molina gessit se, ut decebat verum discipulum S. Augustini. Etenim supponendum est cum S. Thoma in *exordio Opusculi 1. contra errores Græcorum, quòd errores circa fidem exorti occasionem dederunt Sanctis Ecclesiæ Doctoribus, ut ea, quæ sunt fidei, majori circumspectione traderent, ad eliminandos errores exortos. Confirmatque id exemplo ipsius S. Augustini, qui in suis*

libris,



EVEN

libris, quos post exortam Pelagianorum heresim edidit, cautiùs loquutus est de potestate liberi arbitrij, quàm in libris, quos edidit ante predictæ heresim ortu, in quibus libertatē arbitrij contra Manichæos defendens aliqua protulit, quæ in sui defensionē erroris assumpserunt Pelagiani, divinæ gratiæ adversantes. Hinc cum S. Aug. locis citatis contra Iulianum, & de gratiâ, & lib. arb. protulisset verba aliqua, quæ sonare videbantur, Deum esse causam peccati, & quibus ad id probandum vsi sunt postea Calvinus, & Beza, ut videre est in Bellarmino *tomo 4. Contror. & lib. 2. Cap. 16.* debuit Molina ut verus, bonusque discipulus tanti Doctoris, cavere, ne ad sonum intelligerentur, imitatus S. Bonaventuram *infra* qui de S. Aug. in alio puncto respondit, *valde abundanter exprimit, plus dicens, & minus volens intelligi.* Unde quia S. Aug. verba difficilia erant, dixit Molina, non quidē se scire, velle S. Augustinum aliquid amplius, quàm quod ipse Molina declaraverat esse necessarium, ut Deo tanquam auctori non tribueretur peccatum; sed dixit modestè, se nescire, vtrum vellet aliquid amplius, quia noluit Molina ducere lōgiùs disputatiōē illam, proponendo, & explicando verba S. Doctoris, ut fecit Bellarminus contra Calvinum, & Beza eis abventes. Cum itaque Molina festinaret ad disputatiōnis finem, adiecit, si aliquid amplius voluit S. Augustinus, vel admittendum illud non est, vel exponendum convenienter ad alia loca eiusdem S. Doctoris. Et aliquis intelliget Molinam, quatenus dixerit, non esse admittendum voluisse S. Augustinum aliquid amplius.

580 Suarius prudentissimè admonuit, vitandam esse loquutionem illam, *Deus est author, vel causa illius peccati, quod est poena alterius peccati*, tum quia illam vsurpabant Calvinus, & alij sequaces, ut constat ex Bellarmino *suprà Cap. 17.* tum quia non nisi audientes valde periti discernent in peccato, quod est poena alterius, rationem egressus à voluntate, actionisque cuiusdam, & rationem receptionis in voluntate, passionisque cuiusdam; ut penes priorem rationem non habeat Deum authorem, sed quadantenus penes posteriorem; ita ut nec penes eam sit omnino propriè, atque in rigore poena; & ita etiam ut nec penes eam voluntas

impellatur à Deo, sed tantum Deus deserat, permittat, non misereatur, ac proinde non sit absolutè, & simpliciter author peccati ut poenæ. Quæ intelligentiæ cum paucorum sint, non expedit, ut loquutio illa fiat vulgaris, & frequēs. Quam esse S. Augustini non ostendet facile Vives; sed tantum, quod S. Doctor probet ex Scripturis sacris, vnum peccatum esse poenam alterius.

581 Non minus prudenter, & sapienter censuit Suarius de illis verbis S. Augustini, *illos elegit ad obtinendum regnum suum, illum ad effundendum sanguinem suum.* Non dixit Suarius, esse dura, sed duriuscula. Non dixit, esse impropria, sed minus propria. Non dixit, tribuisse in ore, vel scriptis S. Augustini occasionem erroris, vel scandali, quo tempore sunt pronuntiata, vel scripta, sed vsurpanda nunc non esse, nedum extendenda siue ipsa, siue similia alia ore, vel scriptis posterorum; qui & minoris sunt authoritatis, & non adeo sunt commendati de recto sensu in suis verbis, & proinde possent præbere alijs occasionem erroris, vel scandali. Eoque fuit prudentior censura Suarij, quod sciebat, Calvinum, & alios hereticos, ut refert Bellarminus *suprà Cap. 16.* solitos iam abviti verbis illis S. Augustini, ut confirmarent suum dogma de Deo authore peccati.

582 Et ex Catholicis legerat fortassis Ludovicum Carbajalem insignem Theologum Franciscanum, in Concilio Tridentino eximie clarum, qui *lib. 1. Theologicarum sententiarum Cap. 60. fol. 247.* scripserat, [Abhorrent aures Christianæ audire de Christo clementissimo illud Augustini de *Corrept. & gratia Cap. 7.* vbi dicit, non fuisse Iudam electum ad Apostolatam, ut saluaretur, sed ut esset instrumentum Diaboli ad exequendam mortem Christi. Quod dogma principijs eiusdem Augustini obstat iuxta decretum Concilij Arausici *Cap. 25.* vbi dicitur, aliquos verò ad malum divina potestate prædestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione in illos anathema dicimus. Quod sanctissimum decretum sacris litteris consonum est, &c.] Sic Carbajal. Quo Suarius magis verecundè tulit censuram de illis verbis S. Augustini, imò videtur loquutus summa cum moderatione.

583 Anne

583 Anne magis modestè Dominicus Bañez *1. p. q. 23. art. 5.* gessit se circa sententiā S. Augustini, quod in hominibus derur causa reprobationis ex parte reprobatij, scilicet originale peccatum, ita sanè quod Deus ab æterno prævidit totam massam humani generis originali macula infectam ex peccato Adæ: ex qua massa statuit Deus misericorditer quosdam liberare, alios verò iuste propter originale peccatum reprobare, ibidemque relinquere, atque damnare, & ab eis debitum pro peccato exigere? Hac sententia non esse minus probabilem, imò fortè probabiliorē aliam sententiā Dominici de Soto scripsit Bañez *ibi col. 786.* Rursus scripsit *col. 787.* sententiā S. Augustini multipliciter, sed semper difficillimè defendi ab aliquibus *col. 788.* Hic modus dicendi mihi non videtur satisfactus, quanvis videatur aliquo modo cōsequenter loqui iuxta sententiā S. Augustini. *col. 790.* [Si D. Augustinus voluisset attendere malitiā huius Consequentiæ, nunquam potuisset, quod univèrsaliter originale peccatum solum est causa reprobationis omnium reprobatōrum hominum; sed excepisset illos, in quibus remittendum erat, in quibus non minor præciebatur causa reprobationis ipsum actuale peccatum, quàm in alijs originale, in quo erant morituri.] Hæc Bañez.

584 Et ante ipsum Cardinalis Gaspar Contarenus *in Tract. de Prædest. pag. 615.* dixerat, [Planum est, id, quod à D. Augustino assertur, nos omnes filios iræ nasci, ut supra diximus, reprobationis satis idoneam causam non esse. Hoc enim si verum esset, vbiicumque reprobatio esset, ibi ea quoque reprobationis causa reperiretur. Hoc verò ita sequi, & natura ipsa docet, & in Post. Analyticis Aristoteles. At in Angelis, quorum nullus vel originali peccato obnoxius, vel iræ filius natus est, nonnullos tamen prædestinatos, alios rursus reprobatos videmus. Vera igitur D. Augustini ratio reprobationis esse non potest, quæ divinæ quoque bonitati non nihil detrudere videtur, quasi per illam staret, quominus omnes, qui reprobi sunt, erigantur. Quo fit, ut hanc D. Augustini loquendi rationem, qui audiunt, offendantur. Quare Doctores cum plures, atque inter alios D. Thomas, qui D. Au-

gustino plurimum tribuit, non in alijs quidem Operibus, sed certè in præstantissimis mo illo, quæ contra Gentes conscripsit libro. ijs, quæ ab Augustino dicuntur, minime contentus, affirmat, &c.]

585 Episcopus etiam Algarbiensis Hieronymus Otorius *lib. 9. de iustitia col. 403. & 404. tom. 2. Operum suorum* scripsit, [Cum esset S. Augustino cum Pelagio acriter certamen institutum, qui hominum meritis tantum tribuebat, ut vix vllum gratiæ divinæ locum relinqueret, veritas est, ne, si fateretur, prænotionem rerum futurarum iudicijs divinis causam attulisse, cogéretur fateri, prævisa merita causam divinæ clementiæ dedisse. Ut igitur id vitaret incōmodum, hæc invertit, ut diceret, non quia fidelis erat futurus Petrus, electum fuisse; sed ideo fideliem fuisse, quia fuit electus. Vnde sequitur, Iudam v. g. non ex æterno tēpore improbatum fuisse, quod erat Christum nefariè proditurus; sed ideo Xprū prodidisse, quia decreto divino fuerat improbat. Cū autē multi post illum nefas esse dicerent, à viro sanctissimo, atque doctissimo dissentire; neque tam rationum momenta ponderarent, quàm authoritatem sequerentur; neque quid alij viri (à Clemente, & Origene, & Eusebio ad Hieronymum vsque, imò ab Apostolorum temporibus ad Augustinum vsque) non minori doctrina, & authoritate præditi dixissent, acutè animadvertèrent; effectum tandem est, ut nulla sit in Scholis sententia neque maiore contentione, neque minore rationum præsidio defensa: in quo quidem valde admirandum est, quid illis in mentem venerit vereri, nec cum Pelagio facerent, si cum Baillio, vel Ambrosio, vel Hieronymo, vel Chryostomo, vel alijs viris sanctissimis, atque doctrinæ gloria præstantissimis, idem sensissent.]

586 Præterea Ambrosius Catharinus inquit apud Bañez *suprà art. 7. col. 799.* [Opinionem quandam assertam à D. Augustino, & à D. Thoma, esse crudelem, & truculentam, & homines in desperationem impellere; neque authoritatē horum Doctorum esse habendam in tali pretio, ut illa oppressi, clausis oculis amplectamur manifestum mendacium.] Retraho calamū ab alijs cōparationibus Suarij cū eis, quos non dicit Vives esse fautores Scientiæ Mediæ,

diæ, neque esse Iesuitas, Satius itaque fuisset illi, omittere eas exclamations, & laudare incomparabilem Suarj modum; que ut magis elucesceret, iuxta posui dicta ab alijs Scriptoribus pijs, & eruditjs; & non quia ea à me approbentur, neque quia vellim vel minimum immutare S. Augustini auctoritatem, in cuius agnoscenda excellentia non patiar superari me à quopiam alio.

587 Ad hæc: Haud secus, ac Suarias responderunt S. Thomas in 2. *Dist.* 33. q. 2. art. 1. ad 1. & q. 5. de malo art. 2. ad 1. S. Bonaventura *Dist.* illa 33. art. 3. q. 1. in solutione argumentorū, & ferè plerique Theologi antiqui ad quædam S. Augustini verba de combustionè parvulorum decedentium sine baptismo. Prohibet ne nunc Vives, & exclamabit contra S. Thomam, S. Bonaventuram, & plerosque Theologos summates videndos apud Morainem in *Anti iansenio* *Disp.* 12. sect. 5. *Disp.* 40. sect. 6. & apud Anatum in *Augustino à Baianis vindicato* lib. 8. Cap. 2. 3. & 4?

588 Audiat Vives S. Thomam in exordio *Opusculi* 1. contra errores *Græcorum*, Non est mirum, si moderni fidei Doctores post varios errores exortos, cautius, & quasi elimitius loquantur circa doctrinam fidei ad omnem heresim evitandam. Vnde si aliqua in dictis antiquorum Doctorum inveniuntur, quæ cum tanta cautela non dicantur, quanta à modernis servatur, non sunt contemnenda, aut abijcienda; sed necetiam ea extēdere oportet, sed exponere reuerenter. Vti fecit Suarius circa S. Augustini verba, habens præ oculis hæc S. Thomæ admonitionem. Rursus Vives audiat Scorum, qui in 2. *Dist.* 33. q. unica ad 1. ait, *Secundum Philosophum* 2. *Ethicorum*, sicut in moribus via deveniendi ad medium est aliquantulum procedere ultra medium versus extremum, ita frequenter Sancti, extinguendo contra se hereses pullulantes, excessivè loquuti sunt, volentes declinare ad aliud extremum. Et ita multum ponderandum est, contra quos hereticos Sancti loquuti sunt. Sicut Augustinus contra Arium videtur quasi declinare ad Sabellium, & è conuerso, similiter videtur contra Pelagium declinare ad Arium, & è conuerso. Sic Doctor Subtilis, ut respondeat argumento desumpto ex S. Augustini auctoritate pro præfatorum infantium poena ignis: quæ regulam in legendis SS. PP. cōmendant Blasius Verda fol. 114. *Relectionis de divini auxilij ef-*

ficacia, Didacus Alvarez, & alij apud Sherlogum p. 2. sect. 5. num. 22.

589 Prætermisio vocis divini fuit ex naturali inadvertentia P. Suarj, aut Amanuensis, aut Calcographi. Et quantum fuisset a cōsilio, nihil detrahit sensui verborum S. Augustini, ipse enim contextus demonstrat, munus, de quo habetur sermo, esse divinum.

EX LOCO MATTHÆI XI. V. 21. pro sententia Societatis expendi solito, non evadit prospere Vives.

590 Sexto Vives *Disp.* 9. *Dist.* 14. num. 316. & 317. recitat pro sententia Societatis locum ex *Matthæi* xj. V. 21. *Va tibi Corozain, & c. eumque alium ex 1. Regum* 23. V. xj. *Si tradent me viri Ceile, & c.* Sed remittit responsionem in finem tomi huius, & in alium tomm magis ex proposito. Non invenio eam nisi brevissimè insinuatam in fine huius tomi, optoque, ne remissio ad eam in alio tradendam sit quasi promissio data ad Kalendas Græcas. Transcursum tamen extenuat Vives argumentationem ex loco *Matthæi*, inquit in n. 319. [Hæc argumenta in rigore, & in veritate loquendo, non ex Scripturæ auctoritate, sed à ratione procedunt. Nec enim pro *Scientia Media* aliquod est Scripturæ testimonium, quod eam, non dico, clarè pronuntiet, sed nec insinuassee videatur. Verba illa Scripturæ in exemplum tantum adduci possunt, cui innitatur doctrina, & ratiocinatio. Et eodem modo possent assumi exēpla extra Scripturam sacram. In primis enim si diceretur, *Va tibi Roma, Va tibi Valētia*, quia si apud Sinas, & Japonios factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere poenitentiam egissent: eandem vim haberet argumentum, ac illud, *Va tibi Corozain, & c.* Nihil enim morabimur in admittenda propositione non minus, quam illa *Matthæi*.] Sic Vives.

591 Sed ego nunc primum audio, argumentationem desinere esse à loco auctoritatis, in rigore, & in veritate loquendo, si accedat ratio, & discursus fundatus super ipsa auctoritate. Et sane quando auctoritas Scripturæ sacræ non est prorsus expressa, & explorata iuxta fidem Catholicam pro ali qua sententia, necesse

necesse est, ut accedat discursus Theologicus; qualem nos conficimus pro *Scientia Media* ex illo *Matthæi* loco; & qualem Vives ex eodem efformat pro noticia certa, & infallibili divina conversionis conditionatæ Tyrionum; qualemque siue ex eodem, siue ex alijs relictis ab ipso in *Disp.* 9. pro noticia fundata in decreto subiectivè absoluto, & obiectivè conditionato. Nam non afferet Scripturæ divinæ verba, in quibus sub his terminis expressis enuntietur opinio, quam ipse sequitur. Faveor itaque, *Scientiam Mediam* non tradi clarè in Sacris litteris, nam si sic traderetur, esset certa de fide Catholica; sed diffiteor, non insinuari: quod enim sit superventura ratiocinatio, nō tollit insinuationem, imò potius hæc est fundamentum, cui illa innititur, teque mutuo iuvant.

592 Illud de non maiori mysterio in propositione conditionata prolata à Christo de conversione Tyrionum, quam in ea alia pronuntiata à Vives de reductione Sinarum, durum mihi videtur. Nam de veritate, certitudine, & infallibilitate propositionis Christi non possum dubitare, neque dubitabit Vives; at de veritate suæ propositionis possumus merito dubitare, nisi sit dictata, & revelata divinitus: esse autem sic sibi revelatam, non declarat Vives. Quare ab ipso pronuntiatur coniecturaliter, & cum formidine de veritate, vel fallitate; necus ac ea alia fuit à Christo prolata. Et quantumvis Deo utraque propositio debeat esse certò, & clarè nota; tamen nobis non constat, an propositio de conversione Sinarum sit nota tanquam vera, forsitan namque est nota tanquam falsa, cum tamen nobis è contra constet, propositionem de conversione Tyrionum esse notam tanquam veram. Vnde non eodem modo possunt assumi exēpla extra, ac intra Scripturam sacram. Quod tacitè nos docuerunt S. Augustinus lib. de *Bona persever.* Cap. 9. in *Enchiridion* etiam ad *Laurentium* Cap. 95. & S. Prosper in *Respons.* ad dub. 8. ex excerptis *Genuesium*, agentes de illo exemplo, ac quo *Matthæi* xj. v. 21. Exhibebo

virtutemque. P. verba in *Delin. Theologica Scientia Media.*

die.

QUONAM SENSU DICTUM sit à P. Suarez, modum, quo Deus cognoscit futura contingentia, prætervolare captum humanum?

593 SEPTIMO Vives *Disp.* 10. refutat *Scientiam Mediam* ex fundamentis à priori, & inter vnum proponendam *Dist.* 2. num. 27 transcribit verba hæc P. Suarj *tomo* 1. de *Gratia Prologomeno* 2. C. 7. num. 21. [Sicut captum humanum superat intelligere, quomodo divinus intuitus, & intellectiva virtus hanc habeat efficacitatem in his conditionatis futuris contingentibus; ita planè in absolutis, nequæ est maior difficultas in illis, quam in illis, si quis attentè, & consideratè rem inspiciat.] Postquæ verba subdit Vives, [Sed hoc, quod Suarez supra suum captum esse fatetur, facile potuisset fortè percipere, si nobiscum ad divina decreta confugisset. Quid enim facilius est, quam eas res fore absolute, quas Deus voluit absolute esse, & eas fore conditionatè, quas Deus voluit ita esse? Ambulant ergo *Scientiæ Mediæ* Authores in mirabilibus super se, ipsi etiam id cognoscentibus.] Hæc ille, subripiens phrasem hanc ex *Ioanne Thomasio* 1. p. q. 14. *Disp.* 20 art. 1. §. *Hanc sententiam*, pag. 606. tametsi à *Thomasio* dicta sit contra *Molinam*.

594 Sed ut Vives videat, quam in solido ambulet Suarez, meminerit, disputari inter Theologos, num ratione naturali demonstrari queat, Deum posse cognoscere contingentia absolute futura? Nō posse docuerunt *Adamus* in 3. *Dist.* 14. q. 2. §. *Ad illud dubium difficillimè*, *Marsilius* in 1. q. 40. ante art. 1. §. *sed pro quaesito*, *Ockam*, *Gregorius*, *Gabriel*, *Corduba* citati, & subscripti à *Valentino de Hericè* 1. p. *Tract.* 1. *Disp.* 6. Cap. 1. num. 3. vbi adducit pulchra S. Augustini testimonia in suæ doctrinæ confirmationem. Sed *Suarj* *tomo* 2. *Metaphysicæ* *Disp.* 30. sect. 15. num. 28. videtur sentire contrarium, explicatque apertius lib. 1. de *absol. scient. futur. conting.* Cap. 3. n. 1. inquit, [Quantumvis verum sit, non posse nos exactè mysterium hoc intelligere, aut explicare quoad modum eius; nihilominus aliquam eius rationem assignare possumus: & quod in alijs rebus divinis nobis contingit, facilius est nobis ostendere,

dere, quid non sit, quàm quid sit.] In hoc sensu medio loquutus est Prolog. illo 2. de Gratia, quatenus captum humanum superet exacta intelligentia modi, quo Deus cognoscat contingentia futura, sive absoluta, sive conditionata; modi, inquam, non tam quoad moti- vum, vel medium cognoscendi, de quo Suarius ibi nō agebat, quā quoad adu- nationē necessitatis omnimodæ entis divini cū eorum futurorū cōtingentia, necnon quoad adu- nationem intuitio- nis divinx cum eorundem non præsētia reali. Vnde extra rem adducuntur à Vive verba Eximij Doctoris, qui ibi non tractat de motivo, vel medio cognos- cendi futura, an scilicet illud sit, necne, decretum divinum? Vnde etiam extra rem Vives monet Suarium de decreto divino, in quo cognosci à Deo futura illa, posset de facili percipere.

595 Transeat tamen, quòd Suarius sermonē habuerit de præfato motivo, vel medio: rogo tunc Vivem, esse in lumine naturali perfectè, exactè- que notum, ac demonstratū, quòd Deus habeat decreta absoluta, & conditiona- ta, quibus aliqua de præfati determi- nentur ad existendum postea, cum ta- men nunc non existant eorum causæ, conditiove, & quibus aliqua de præ- fenti determinentur ad existendum postea, si poneretur conditio. Non dicit Vives, esse id demonstratum. Nō ergo ex confugio cum ipso Vive ad de- creta penetraret ex promptè Suarius id, quod superare captum humanum penes perfectam, & exactam intelligentiam dixerat.

596 Insuper notabilis est ratio, qua Vives probat facilitatem in perci- piendo id, quod Suario visum fuerat tam difficile perceptu. [Quid facilius, inquit Vives, quàm eas res fore absolu- tē, quas Des voluerit absolute esse?] Cæterum non id erat, quod Suario visum fuit perceptu difficile; sed quòd Deus cognosceret res contingentes ab- solute futuras. Si dicat Vives, Deum cogniturū hoc ipso, quòd præsuppona- tur voluisse. Prætermissa nota gyri, in intelligibile Suario, & nobis est, Deū antecedenter, absoluteque velle ali- quid ab æterno, & illud fore contingē- ter in tempore. Est etiam in intelligibi- le, quòd futurum contingens absolutū non præintelligatur, seu non præexistat

obiectivè respectu volitionis divinx, & præterea quòd tale futurum, si sit pec- caminosum, decernatur vel quoad ma- teriale à Deo absolute, atq; efficaciter.

597 Iam si Suarium ambulare in mirabilibus super se, consistat in eo, quod ex eius mente declaravi, dixe- runt simile quid Caietanus, alijque Thomistæ memorandi à nobis inferius, nec idcirco vituperantur; quin potius Caietanus laudatur ab Alvarez Disp. 118 de Auxilijs, num. 5. tanquam pijsimè loquens, redolensque in suis verbis modestiam, & humilitatem Christianam. Et quod plus est, dixit prorsus idē ipsum Psaltes. Regius in Psalmo 138. ut interpretatur Bellarminus in libello pijs- simo de Ascensione mētis in Deū gradu 12. cap. 4. & antea tomo 4. Controversiarum lib. 4. de gratia, & lib. arb. Cap. 13. Audiatur sapientissimus, & religiosissimus Car- dinalis Inquiēs in præfato libello, [Om- nis cogitatio, & cupiditas humana etiā præfens, & re ipsa existens, profunda est valde, ut neque Angeli, neque Dæ- mones, neque homines ad eam investi- gandam penetrare valeant: sed longè profundior est cogitatio, vel cupiditas futura. Hanc enim non solum nequeunt homines, vel Angeli penetrare; sed nec penetrare certè possunt, qua via Deus, qui eas solus novit, ad eas in vestigandas progrediatur. Atque hoc videtur signi- ficare voluisse David in Psalmo, cum ait, Mirabilis facta est sciētia tua ex me. Illud enim ex me phrasi Hebræa signifi- cat per me, vel super me; ut sensus sit: mirabilior est sciētia tua, quàm ut ego intelligerè possim, quomodo illa se ha- beat. Ideo enim subiungit, Confortata est, & non potero ad eam, id est, eleva- ta est super notitiam meam, & non po- tero ad eam capiendam vlla ratione conscendere. Loquitur autem de sciētia cogitationum futurarum, dixerat enim, Intellexisti cogitationes meas de longè & omnes vias meas prævidisti, De harum igitur cogitationum, & via- rum prænotione dicit, Mirabilis facta est sciētia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Potest fortasse res- ponderi, Deum videre cogitationes istas futuras in æternitate sua, cui om- nia sunt præfentia, vel in prædetermi- natione voluntatis suæ. Sed si ita esset, non esset mirabilis sciētia ista. Nam & nos possumus facile scire quæ facturi su-

mus.

mus, vel quæ nobis præfentia sunt. Scri- ptura vero dicit, Deum scrutari renes, & corda, atque ibi videre quid homo cupiat, vel cogitet, aut quid postea cupiet, vel cogitabit. Hoc verò est prorsus admirabile, quomodo Deus, scrutando renes, & corda, videat quod ibi nodum est, & quod ex libertate voluntatis pendet, an aliquando erit? Igitur sicut ad altitudinem potentie Dei pertinet, ut ex nihilo faciat aliquid, ut vocet ea, quæ non sunt, ut ea, quæ sunt; sic ad profunditatem sapientie Dei pertinet, ut, scrutando renes, & corda, videat quod ibi nodum est, ac si iam esset, quod sine dubio erit.] Hactenus Bellarminus.

598 Sed respondet Vives Disp. 18. parte priori, Diss. 3. §. 8. n. 143. ea verba Scripturæ non aliud insinuare, quàm Deum omnia nostra opera in suo decreto penetrare; nec enim verba illa tribuunt Deo mendacia pro subtilitatibus. Qui est venustissimus respondēdi modus, & felicissima rima evadendi ex quavis difficultate, quam contra suam opinionem possumus desumere ex divinis Oraculis.

S. AVGVSTINI CENSURA, notans impie desipientie quoddam di- ctum, nec per somnium videri potest percellere P. Suarium.

599 LIBERAVI Suarium ab in- valuationibus Magistri Vives; liceat interponere aliam eiusdem Eximij Doctoris defensionē ab obiectione sapientissimi cuiusdā ex Or- dine Prædicatorio Magistri Salmanti- cens. Qui in Tract. M. S. de divina sciētia futurorū contingentium conditionorū Disp. 3. dub. 1. præmit contra Scientiam Me- diam argumentum illud satis celebre de possibilitate eventus, in quo non es- set sub Dei potestate conversio alicuius voluntatis creatæ, uti videntur debere admittere assertores eius Sciētiæ: cum tamen S. Augustinus in Enchiridio Cap. 98. scribat, Quis tam impie desipiat, ut di- cat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, non posse in bonum convertere? Post huiusmo- di argumentum propositum inquit prælauctus Modernus, Suarium tan- dem lib. 3. de Auxilijs Cap. 14. num. 16. concedere possibilitatem eius eventus; satis tamen absurde, & cōtrā S. Augusti-

nūm. Et addit, [Ne ergo impie desipia- mus in Deum, asserendum est, omnino esse imposibile, dari hominem, quem Deus omni occasione ratione supre- mi dominij non possit in bonum con- vertere: quod negans Suarez, videat alius, an impie desipiat?]

600 Quæ verba in homine ad omnem modestiam cōposito; ut pluriū annorū convicti experti sumus, magnā nobis admirationem excitarunt. Sed ommissis ponderationibus, responde- mus, Suariū expressè negare possibili- tatem moralē illius eventus, & solum- modo concedere metaphysicā; ideoque nullū, qui mediocriter sit exercitatus in lectione S. Augustini, posse vel somni- ando fingere, Suarium impie desipere: nam S. Augustinus non curavit nisi de excludenda priori possibilitate, & non perstringit sua censura nisi eum, qui ipsā affirmaret. Sic cum S. Thomas, prout communiter intelligitur à Thomistis, docet, Angelum esse inflexibilem ab- solute, atque simpliciter, & non tantum valde difficulte, in bono, vel in malo; post plenum iudicium, & electionem; non curat de inflexibilitate metaphy- sica penes potentiam etiam absolutam Dei; sed tantum de inflexibilitate pe- nes naturalē modū operandi cōvenien- tem Angelo. Atq; ita advertit Ioannes de S. Thoma 1. p. q. 64. Disp. 24. art. 2. n. 21. citato S. Doctore in q. 16. de Malo, art. 5. ad 13. Ut ergo non est impia desipē- tia, quòd dicatur; attenda voluntatis Dæmonis natura, non posse eam in bo- num mutari, dummodo concedatur; posse mutari, secundum potentiam Dei absolutam; ita non erit impia desi- pientia, quòd dicatur, possibilem esse metaphysicè casū, in quo Deus nequeat in bonum convertere malam aliquam voluntatem humanam, dummodo ne- getur, possibilem esse moraliter. Præ- terea vndenam constat, S. Augustinum loqui determinatè de conversione libe- ra humanæ voluntatis, & non potius in- determinatè de ea, quæ sit sive libera, sive necessaria? quæ posterior erit pos- sibilis non modo metaphysicè, sed etiā moraliter in omni eventu. Sed de his plura in Delineatione Theologica Sciētiæ Mediæ: nunc autē respondere oportuit censuræ Moderni doctissimi; nam et si adhuc in M. SS. contineatur, sunt tamē M. SS. quæ merito circumferuntur

S

mukor

multorum manibus, & quæ sperantur tradenda typis.

*ASSERTA A VIVE DECRETA
diuina, quorum vnum prædeterminet
ad materiale peccati, & alterum
cum formali conexum per-
mittat illud, continent
plurimum dif-
ficultatis.*

601 **O** Ctavò Vives Disp. 18. parte priori Dist. 1. num. 52. inquit, [Decretum, quod Deus habet circa peccatum, duo includit decreta, alterum prædeterminans ad materiale, alterum permittens malitiam. Et nullū esse inconueniens in prædictis decretis, nec in eorū connexionē cum malitiā, dicemus satis suo loco.] Hæc ille. Quæ quia mihi valde difficilia visa sunt, quæsiui locum pollicitum ad declarationē, eratque Disp. 19. sequens, in qua se dicturum aliquid, & tomus alter, in quo ex instituto se dicturum plura, promiserat proximè. Sed in Disp. 19. nihil repertum à me est, nisi iteratum promissum Dist. 10. §. 4. num. 145: & tomus alter non est editus huc usque in lucem. Quare Vives nos retinet suspensos in maioribus huius Tractationis difficultatibus. Estque res digna admiratione, quod Vives contempserit tomum vnum continentem ipsius cum caracteribus sexcentas, & nonaginta sex paginas in folio magno contra Scientiam Mediam, & quod adhuc non responderit præcipuis Nostrorum argumentationibus pro ea.

602 Porro doctrina illa insinuata de decreto diuino intrinsecè effectiua, & conexo ex se, rationeque sui antecedenter cum malitiā formali peccati, est meo iudicio difficillima. Nec intelligere possum, quo pacto competat Deo iuxta Viuam illud Psalmistę 5. v. 5. *Non Deus volens iniquitatem tu es.* Hactenus arduū erat Nostris, percipere, quo pacto præconium Davidicum de Deo componeretur cum decreto diuino eius cōditionis circa materiale peccati importans hic, & nunc inevitabiliter annexum formale ipsius peccati. quin Deum lateat, aut latere possit ea importatio. *Quando autem aliquis vult aliquam causam, ex qua scit sequi aliquem effectum, consequens est, quod velit illum ef-*

fectum. Et quanvis fortè non velit illum effectum secundum se, potius tamen vult illum effectum esse, quàm quod causa non sit. Sicut si quis velit ambulare in aestu, præsciens se sudaturum, consequens est, quod velit sudare. *Quanvis enim hoc secundum se non velit, vult tamen potius sudorem pati, quàm ab itinere abstinere.* Nihil enim prohibet, aliquid non esse secundum se voluntarium, quod tamen est voluntarium propter aliud. Sicut portio amara propter sanitatem. *Aliter autem est, si homo nesciret, quod talis effectus sequeretur ex tali causa: puta, si aliquis ambulans in via, incidit in latrones, non efficitur hoc voluntarium, quia non fuit hoc præscitum.* Quæ sūt verba S. Thomæ lect. 12. super 3. ethicorum, & quæ Nostros vi magna confirmabant in exultatione de eius conciliationis arduitate. Iam verò ex Vive accrescit multo maior difficultas, quod scilicet Deus veretur suo decreto prætata cōditionis circa formale peccati, seu circa ipsam formalem malitiam; & adhuc de Deo fateri debeamus eū Plalte Regio, non esse volentem iniquitatis. Sed forsitan dicet Vives, *ut supra, Plaltem Regium non aliud decantare, quàm decretum antecedenter conexū cum malitiā formali peccati, nec enim eius verba tribuunt Deo mendacia pro subtilitatibus.* Si id dicat, occludet nobis os quasi clauē.

*VIVES FATETVR, FVISSE A SE
valde festinanter elaboratam mag-
nam sui Operis
partem.*

603. **T** ANDEM Vives Disp. 18. in admonitione ad Lectorem pag. 580. pro vulgato, impressa iam ferè tota Disp. 9. habuisse ad manus libros PP. Ribadensiræ de Prædestinatione, & Annati de Scientia Media, tuncque ab ea Disp. vsque ad 17. intermiscuisse multa contra illos; & post impressam 17. allatum sibi esse librum Ribadensiræ de Scientia Dei, ideoque contra eundem, & contra Annatum adiecisse duas alias Dispp. ex pag. 579. vsq; ad 696. [ministrando exemplaria, currere sepe, & nō intermisso prælo.] Sed oportuisset, ut Vives non vigeretur, currente prælo, hoc enim genus scriptionis, si quod aliud in Theologia, expolcit moras, considerationem que prolixā, & ut, si non in nonū, saltē in vñū prema-

prematum annum, utque ante impressionem recognoscatur à viris doctis designatis per Maiores. Nescio, quo enim modo vniquemque fallunt sua scripta. & aurem pretereunt, atque ut filij etiam deformes delectant, sic etiam Scriptorem indecores sermones sui palpant. Incautiùs plerumque aliquid promittitur, aliquid accipitur malevo-

lentiùs, aliquid exit ambiguum, tum quis alieno examinanda iudicio, non pro nostra debemus magis, quàm pro aliena opinione trutinare, & discutere omnes scrupulos malevolentie, ut aiebat S. Ambrosius lib. 6. Epist. 40. ad Sabinum. (S)

EVENTILATIO XXI.

NARRATIONVM ALFONSI MICHAELIS.

Affecta valetudine scribit contra Scientiam Mediam. Num huic officiat, quod ea ab usi sint Semipelagiani? An pro ea Nostris sine duce pugnent?

604.



P. F. ALFON-
sus Michael ex
Ordine Prædi-
catorio Magi-
ster Complu-
tensis tomo 1. in
1. p. edito ad an-

num 1658. quest. 14. art. 13. dub. 3. agit contra Scientiam Mediam; sed fracta valetudine, ut ipse ait Cap. 4. num. 414. cum tamen hæc tractatio postulet vires satis integras. Percurrant aliqua magis notabilia, quæ ibi tradit.

605 Et in primis Cap. 1. n. 389. dicit, constare iam non fuisse Ludovicū Molinam authorem Scientiæ Mediæ, quæ etiam temporibus S. Augustini, S. Prosperi, & Hilarij inter Matsilienses circumferebatur. Sed vnde constet, non declarat. Nō ego negabo, Matsilienses, seu Semipelagianos ab usos esse scientia futurorum contingentium conditionatorum. At cum eam Alfonso Michael etiam admittat, ab usus ille nō est magis in præiudiciū Molinæ, quàm in Alfonso, compensaturque abunde bono vtu PP. memoratorum, & aliorum, quos suo loco recensabo.

606 Deinde inquit de Theologis Societatis Magister Alfonso, velle eos sine duce in hac parte pugnare, quia P. Herice affirmat, omnes Nostris in eandem sententiam, nullo duce, cont-

conspirasse. [Quod autem in alijs pugnis, & bellis tam nocivū posset, & solet esse, inquit Alfonso, in hoc Theologico certamine eis aliquantulum favet, ne vincantur: Nā dato, quod aliquod argumentū difficile vel ab ipsis in suis domesticis disputationibus, vel ab alijs in publicis obijciatur, eū ipsi nullum sequantur ducem, relinquunt hanc, vel illam sententiam, vel dicendi modum, & alium novum sequuntur, quæ noviter auditū impugnare postea, non est facile.] Sic ille: Sed sentus verborum P. Herice alius omnino est, scilicet quo tempore Molina Scientiam Mediam illustrabat, alios Magistros e Societate, quin vnus esset alterius conscius, devenisse in eandem mentem; omnesque sequebantur ductū Scripturæ sacræ, Concilioſ, & Patrum Ecclesiæ, ut & qui post primos successerunt, posterioresque hi legunt vestigia priorum. Quare neutri pugnarunt, aut pugnant sine duce. Nec in punctis principalibus vlla est discordia; quod si aliqua est in alijs, non minore experimur in scriptis, et disputationibus PP. Dominicanorum, de qua postea recurret sermo, quanvis satis eam contestentur superiores Eventilationes. Fortè aliquando Alfonso cogitavit vincere, cum disputaret Compluti adversus Nostris, a quibus datam respon- sionem cum non posset convincere

impugnatione vrgere, voluit, vt à præfentibus iudicaretur tanquam novalemita, veldicendi modus. Certè streuam disputatorem non turbat nova concertatoris euasio.

ALIUD FUISSET, REPUDIARI Scientiam Mediam à S. Augustino, aliud cam non adhiberi ad conciliandam vstram libertatem cum prædestinatione: quod secundū dicens, & nō faciens Molina non meretur notam inobseruantie erga S. Doctorem.

607 **N** Vm. 390. §. Deinde, cum antea retulisset late Alfonso plura verba P. Molina in Concordia q. 23. art. 4. & 5. Disp. 1. memb. ult. seu xj. in 1. editione Olysi-pouensi, & 14. in 2. Antuerpiensi §. Crēdēns autem, & §. Nos pro nostra, addit, se fideliter de verbo ad verbum translata adduxisse, vt non fatigentur Thomistæ, probando fuisse, & esse pro ipsi S. Augustinum, & contra Theologos Societatis, cum Molina clarè, & expressè id admittat, referens, quid Augustinus sentiat, & addens, amplexatum fuisse S. Thomam sententiam illius, & post S. Thomam plerosque Scholasticorum. Sed debuisset advertere Alfonso, aliud esse S. Augustinum reiecisse Scientiam Mediam, aliud ea non fuisse vsum quandoque ad conciliandam nostram libertatem cum prædestinatione. Primum non asseruit Molina, quia S. Augustinus in lib. 2. ex 7. *Libris questionum quest. 13.* aliisque pluribus in locis, præsertim lib. de Correctione, & gratia Cap. 8. & de Bono persever. Cap. 9. supponit, dari in Deo talem Scientiam.

608 His enim in Capitibus supponit tanquam per se notum, ante decretum conservandi in vita hominem, qui aliquando fuit iustus, & postea mortuus est in peccato, præcessisse in Deo scientiam, per quam novit, illum hominem peccaturum, si conservaretur in vita; vt cuius scientiæ potuit Deus eripere illum hominem antea, ne incideret in peccatum. Hæc autem scientia conditionata non fundatur iuxta S. Augustinum in decreto conditionato antecedenti decretum conservandi illius hominis in vita, permissionemque absolutam peccati. Nam de præfata scientia dicit, non posse nisi insauissimè, & perversissimè negari. Quod minimè diceret, si ea fundaretur in de-

creto, siquidem decretum conditionatum circa actum absolute futurum prudenter negatur à pluribus Thomistis allegatis in n. 78. Et quanvis Ioannes à S. Thoma Disp. 20. art. 4. §. Ad 2. confirmationem, pag. 675. admittat decreta conditionata, & scientiam illis subnixam pro priori ad decreta absoluta prædefinitiva nostrorum actu liberorum; nemo tamen cum fundamento asserere potest, Deum esse metaphysicè necessitatum ad non decernendam conservationem hominis, & permittendum illi absolute peccatum, quia pro priori ad tale decretum prædefinitum conditionatè, quid sit facturus ille homo sub conditione quod conservetur in vita. Cum ergo S. Augustinus tanquam luminæ naturæ notum supponat, Scientiæ conditionatam peccati futuri sub conditione quod homo conservetur in vita, præcedere decretum conservandi illum in ea, & non supponat, nec prudenter supponere queat vt lumine naturæ notum, præcedere prædefinitio-nè conditionatam actus peccati ante illud decretum, consequens est, eam scientiæ conditionatam, iuxta S. Augustinum, non fundari in decreto, ac proinde esse Mediam. Itaque S. Augustinus non reiecit Scientiam Mediam, sed supposuit illam; cuius tamen abvsum impugnavit contra Semipelagianos, qui volebant, hominem præmiari, vel puniri posse propter merita, vel demerita conditionatè futura.

609 Molina etiam conscius fuit horum, quæ dixi, & solum scripsit, S. Augustinum non fuisse vsum ea scientia ad conciliandam nostram libertatem cum prædestinatione divina, quia videlicet illius concordie assertor potius, quam explanator fuit, vt Caietanus 1. p. q. 22. art. 4. dicebat de S. Thoma; & vt de eodem, ac de SS. Augustino, Anselmo, Bernardo, Basilio, necnō de Terrulliano, Origene, Magistro Sēr. aiebat Ioannes de Roa Davila lib. 2. de Suprema Dei provid. & prædest. q. 4. sect. 2. num. 76. pag. 326. [satis illis fuisse hereticos impugnasse, Theologicam verò subtilitatem tunc inchoasse, non perfecisse.]

610 Nec propterea hic Doctor, neque Molina, dum sic fantur, censendi sunt minus observare S. Augustinum, & alios PP; quos in suis scriptis non omnia

omnia explicuisse, nihil ipsius auctoritati, & dignitati derogat. Ipsemet S. Aug. lib. de Prædest. Sanctorum Cap. 14. ait, Certè enim si de divinarum Scripturarum tractatoribus, qui fuerunt ante nos, proferrè defensionem huius sententiæ, quam nunc solito diligentius, atque copiosius contra novum Pelagianorū defendere cogimur errorè, profectò hi fratres, pro quibus nunc agimus, acquiescerent: Quid igitur opus est, vt eorum scrutemur Opuscula, qui prius, quam ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum questione versari? quod proculdubio facerent, si respondere talibus cogerentur. Vnde factum est, vt de gratia Dei quid sentirent, breviter quibusdam scriptorum suorum locis, & transeunter attingerent; immorarentur verò in eis, quæ adversus alios inimicos Ecclesiæ disputabant, &c. Sic S. Augustinus de alijs PP. absq; inobservantia aduersus eos; quos cum retulisset Franciscus à Christo in 1. Disp. 40. & 41. de divina prædest. q. 4. fol. 109. & 110. postea fol. 118. glossans verba superiora S. Augustini ita fatetur, [Cum hæresis Pelagiana nondum esset exorta, Patres minus cautè, minusque circumspicte de divina gratia, & prædestinatione loquuti sunt; quod proculdubio non fecissent, si Pelagiana hæresis tunc viguisset, etenim divinam gratiam, & misericordiā extulisset.] Hæc Franciscus à Christo, hætenus in culpa a modernioribus non positus ob hæc, quæ de multis Patribus anterioribus S. Augustino protulit sincero animo.

611 Rursus idem S. Augustinus lib. de Bono persever. Cap. 20. testatur, singulas quæque hæreses intulisse Ecclesiæ proprias quæstiones, contra quas diligentius defenderetur. Scriptura divina, quam si nullatalis necessitas cogeret. Et lib. 16. de Civitate Dei Cap. 2. confirmat inquit, Multa ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur, vt ad versus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & instantius prædicantur, & ab adversario mota quæstio, discendi exiit occasio. Similiter, in Psalmi 54. p. 22. Multa latebant in Scripturis, & cum præcisissent hæreticis, quæstionibus agita verunt Ecclesiæ Dei. Aperta sunt, quæ latebant, & intellecta est voluntas Dei: Multi, qui optime poterant Scripturas dignoscere, & pertractare, latebant in populo Dei, nec assererant solutionem quæstio-

num difficultium, cum calumniator nullus instaret. Numquid enim perfecte de Trinitate tractatum est, antequam oblatrarent Ariani? Numquid perfecte de penitentia tractatum est, antequam obsisterent Novatiani? Sic non perfecte de baptismo tractatum est, antequam contradicerent foris rebaptizatores. Nec de ipsa unitate Christi enucleatè dicta erant, quæ dicta sunt, nisi postea quam separatio illa vrgere coepit fratres infirmos; vt iam illi, qui noverant hæc tractare, atque dissolvere, ne perirent infirmi sollicitati quæstionibus impiorum, sermonibus, & disputationibus suis obscura legis in publicum deducerent. Ita S. Augustinus. Et quid vetat, vt post ipsius mortem acciderit in Ecclesia Dei, occasione novarum heresum, quidpiam simile? Estne abbreviata manus Domini? Sæculo præcedenti nostrum hoc exortè sunt hæreses Lutheri, & Calvini contra liberum arbitrium sub specie tuendi infallibilitatem divinæ prædestinationis, efficaciamque divinæ gratiæ; quem conatum prosequuti sunt maiori argumentorum vi, quam antiqui hæretici: quidni potuit Deus illustrare Doctorum Catholicorum mentes, vt evolvendo Scripturas sacras, librosque Patrum Ecclesiæ explanarent magis modum concordie infallibilitatis illius, & efficaciam cum libero arbitrio?

612 Quod si quis obijciat, vt olim fuit exprobratum Abulensi opinanti noviter, & contra S. Augustinum de die mortis Christi, [Numquid Augustinus nesciebat arguere, sicut Molina, aut Molina scivit, quod ille nescierit?] Respondebitur cum eodem Abulensi, Imperita prorsus, & calumniosa est ista argumentatio. Non enim nos conferimus Augustino, imo nec eius discipulos dignos esse profite-mur, quod vtinam aliquando esse mereamur. Sed nec ista argumentatio valet, scilicet iste homo scit aliquam conclusionem, quam nescit vit Augustinus, ergo est sapientior Augustino, quia fieri potest, quod aliquis homo nō magne sapientiæ, nec ingenij circa Physicam, vel Metaphysicam, aut Mathematicam sciat aliquam conclusionem, quam Augustinus nescierit, & tamen forte scientia tota illius hominis continebit solum centum conclusiones, & scientia B. Augustini continebit forte plusquam centum millia conclusionum. Et ita quotidie experimur, quod unus homo parvè peritiæ novit aliquid, quod non novit vir peritissimus, & tamen ex hoc non iudicatur

iste peritior illo. Ita in presenti conclusione fieri potuit. Sic pro se Oceanus ille sapientiae Antistes Abulensis, & sic ferè nos pro Molina.

*NVM FALLATUR MOLINA
asserens, S. Augustinum, & alios
PP. addituros album calculum
sue sententia?*

613 **N**um. 391. ait Magister Alfonso, falli clare Molinam in eo, quod dixerit S. Augustinum, & ceteros PP. unanimi consensu comprobatos fuisse suam de prædestinatione sententiam, rationemque conciliandi libertatem arbitrii creati cum divina gratia, præscientia, & prædestinatione, si eis proposita fuisset. Probat autem Alfonso suum assertum, quia Molina refert Epistolas S. Prosperi, & Hilarii, in quibus inter alia proponunt doctrinam de Scientia Media, quæ inter Massilienses in Gallia circumferebatur, & à S. Augustino nec in toto, nec in parte fuit probata, ut constat præsertim ex lib. de prædest. SS. Cap. 9. Sed oportuisset, ut Alfonso distingueret inter Scientiam Mediam, & eius absum de præmio, vel punitione propter bona, vel mala opera futura conditionatè. S. Augustinus nec in eo Cap. nec alibi usquam reprobavit Scientiam Mediam, sed præfatum absum propugnatum à Massiliensibus, seu à Semipelagianis. Et quidem si S. Augustinus dissentiret quoad Scientiam Mediam, vel Conditionatam de operibus futuris conditionatè, posset uno verbo, nempe si negaret in Deo talem præscientiam, occludere ora Semipelagorum.

*VERVM NE SIT, NEOTERICOS
Societatis non premere vestigia Molina sive
quoad substantiam, sive quoad modum?
Quinam in causa fuerint commo-
tionis, & pugnae litterarie
exortæ inter PP. Domi-
nicanos, & Socie-
tatis?*

614 **N**OTAT ibidem Alfonso, nec Modernos Societatis amplexatos esse modum dicendi servatum à Molina, sed derelinquere eum, & im-

pugnare. Additque, [Vtinam & modum, & substantiam dereliquissent, & impugnassent! Mansisset libera à tam tumultuosis controversiis, & contentionibus Catholica Ecclesia, quæ tota commota est, & ad pugnam redacta.] Ita ille. Sed quod de deserto Molina à posterioribus Theologis Societatis ait, verum non est quoad puncta principalia. Quoad alia (de quibus in *Delin. Theologica*) sunt, qui concordent cum ipso, sunt, qui discordent. Nec minor datur opinionum dissimilitudo inter PP. Dominicanos circa plura puncta incidentia, ut manifestum erit ei, qui nostrum hunc Tractatum evolvet, Neque potest aliter evenire humanitus in his, quæ fide Catholica non sunt statuta.

615 Ad illud de commotione, & pugna dicimus primò, Theologicas controversias viles solere esse ad explorandam veritatem, si debitus modus in eis teneatur, neque esse oppositas paci, quam importat charitas in hac mortali vita. Unde cum videamus, quod sacri Doctores, ut Hieronymus, & Augustinus in aliquibus opinionibus dissentierunt, & cum legantur Act. 15. Paulus, & Barnabas dissentisse, idque obiectum fuisset ad probandum, pacem non esse effectum charitatis, respondet S. Thomas 2. 2. q. 29. art. 3. ad 2. Sicut Philosophus dicit 9. Ethicor. ad amicitiam non pertinet concordia in opinionibus, sed concordia in bonis conferentibus ad vitam, & præcipue in magnis, quia dissentire in aliquibus parvis, quasi non videtur esse dissensus. Et propter hoc nihil prohibet, aliquos charitatem habentes in opinionibus dissentire. Nec hoc repugnat paci, quia opiniones pertinent ad intellectum, qui præcedit appetitum, qui per pacem unitur. Similiter etiam existens concordia in principalibus bonis, dissensio in aliquibus parvis non est contra charitatem. Procedit enim talis dissensio ex diversitate opinionum, dum unus æstimat hoc, de quo est dissensio, pertinere ad illud bonum, in quo conveniunt, & alius æstimat non pertinere. Et secundum hoc talis dissensio de minimis, & de opinionibus repugnat quidè paci perfectæ, in qua plene veritas cognoscitur, omnisque appetitus complebitur: non tamen repugnat paci imperfectæ, quæ habetur in via. Hæc tenus Angelicus Doctor. Sed & inter Beatos posse esse dissidia opinionum, voluntatum ve eis in rebus, in quibus Deus

Deus necdum patefecit voluntatem suam, ita ut invicem contraria velint, non absolute, sed conditionatè, si videlicet Deo placuerit id, quod ipsi optant, & desiderant, sat compertum est ex Cap. 10. Danielis, ubi refertur Angelus princeps Persarum restitisse Gabriel, viginti, & uno diebus. Notatque ad eum locum Cornelius Noster, [Si inter Angelos, imò principes Angelorum sunt dissidia; quid mirum, inter homines sanctos subinde oriri dissensiones opinionum, vel voluntatum, salva utrinque charitate?]

616 Dicimus secundò, si controversiæ exortæ inter PP. Dominicanos, & Societatis repugnarint paci, & viles non fuerint, obno servatum debitum in eis modum, restare iudicandum, quinam non servarint? Videnturque Nostri commotionis, & pugnae in causa non fuisse. Nam ipse Alfonso scriptum reliquit in num. 390. suos, ut prodijt Molina Concordia, impugnasse eam, voluisseque corrigi, & emendari; quod etiam tradit Antonius de Matre Dei Tract. 3. Disp. 10. dub. 3. §. 2. n. 67. dub. 5. §. 2. n. 90. dub. 6. §. 1. num. 95. dubio 7. §. 4. num. 124. Quare Nostri vsu tantum sunt iure naturali defensionis, nã vim videfedere, omnes leges, omniaque iura permittit, l. Scientia 45. §. Qui cõ 4 ff. ad l. Aquilã. Durissimum certè esset, quod Nostri solis nihil permitteretur loqui, quod causam purgaret, quod probabilitatè defederet, quod iudicem non faceret iniustum ex censura, ac phrasî Tertulliani in Apologetico Cap. 2. Et vel asine Balaam misertus quodamodò est Deus, dedirque, ut loqueretur, terribè percussa, & manifestaret, se immeritò punitam, ut notat Abulensis in Cap. 22. Numer. quest. 7. Siluissent Dominicus Bañez, Didacus Nuñez Cabezudas, synchronique illi Dominicani Magistri sapientissimi, tolerassent ve currere, inoffenso pede, Concordiam Molinae, ut continentem doctrinam saltem probabilem, Nostrique nec mutavissent.

617 Et ut ego nunc taceam multa de tempestate excitata in Nostros, & qua coacti ruperunt silentium, iusticiebãt quæ in Relectione de Merito, & augmento charitatis impressa Salmantica anno 1590. scripsit Dominicus Bañez. Nam pag. 6. hæc habet, [Quam (idest,

doctrinam S. Thomæ) qui in universum sequutus fuerit, tutus erit, quin in aliquo fidei Catholice, aut sanæ doctrine adversetur. Quod quidem consilium si quidam nostri tæporis moderni Theologi sibi accepissent, nunquam incidissent in ea precipitia, in quibus periclitati sunt; atque utinam non adhuc periclitentur! circa divinam providentiã, & liberum arbitrium, & divinæ gratiæ auxiliũ diversa dogmata, & à doctrina D. Thomæ, & D. Augustini aliena introducere semper conantes.] Et pag. 148. [Suspicio hac via (nempe centrando quandam ipsius Dominici opinionem de merito novi augmenti gratiæ per solos intensiores actus charitatis) illos (scilicet P. Michaelẽ Marcum Magistrum primarium Theologiæ in Salmanticensi Societatis Collegio, & concurrentes alios, quos ei opinioni nõ applausisse ipse sibi persuasit) existimasse os nostrum obstruere, quod alias censuras grauiiores adversus quorundam nova dogmata protulerim in nostris Commentarijs. Fateor enim, me vehementer agrè ferre, quod huiusmodi dogmata permittantur. Quæ sunt, quod Deus non prædeliberaverit ab æterno actus nostri liberi arbitrii bonos; quod cum æquali auxilio, & præparatione Dei unus peccator evadat iustus, & alius maneat in peccato; quod Christus Dominus non meruit obediendo præcepto moriendi, sed quia libentius obediit, quam tenebatur obedire, quia, ut ipsi aiunt, non intelligunt, quomodo Christus Dominus, itante præcepto, liberè obediret. Imò existimant, illam maiorem intentionem neque præcepto, neque divinæ prædeliberationi subesse; æstimant enim non convenire actum liberum cum divina circa ipsum prædeliberatione. Hæc, & his similia non potest non erroris, vel hæresis notã invenire. Horum hominum sic opinantium calumnias pati non vereor, dum modò veritas elucescat.] Hæc Magister Bañez; de cuius censuris viderint viri docti, & videat æquus Lector, an ex motivo proposito à Magistro Alfonso possimus nos potiori iure desiderare discessionem Thomistarum à Bañez?

(6)

P. MOLINA ADDICTISSIMVS
fuit S. Augustino. De quo quaedam ver-
ba ab ipso dicta liberantur à calum-
nia, ut & à singularitate,
prolati exemplis alio-
rum scriptorum.

618 **M**ONET ibidem Alonſus
Molinam, quanti sit esti-
mandus S. Augustinus.

Sed est monitio supervacanea, cum
Molina fuerit studiosissimus, & ob-
servantissimus S. Augustini. Licet au-
tem scribat, plurimos ex fidelibus tur-
batos esse doctrina S. Augustini dispu-
tantis contra Pelagianos, illumque com-
probatum esse sententiam suam,
si ipsi proposita fuisset. At de eadem
met doctrina Augustiniana, quæ plu-
rimos turbavit, asserit Molina veri-
simam fuisse, quanvis non tam clarè,
quam postea, expositam; & qui pro-
nuntiat, S. Augustinum suæ de præ-
destinatione sententiæ, rationique
conciliandi liberi arbitrii creati cum
diuina gratia, præscientia, & præ-
destinatione consenturum, si ad illum
fuisset adducta, minimè profitetur sui à
S. Doctore discessum. Cōsulantur Sher-
logus parte 2. sect. 8. Borrull Disp. 7. de
Scientia Media Sect. 1. Aldretus tom. 1.
in 1. p. Disp. 29. sect. 1. num. 18. & seqq.
totaque sect. 9. Ribadeneyra Disp. 20. de
Prædest. Cap. 2. ex num. 16. usque ad 18.
in defensionem pleniorum veterum
Molinæ, ne ego repetam, quod ipsi
pulchrè pertractarunt.

619 Sed non omittam notare,
Petrum de Lorca tōmo 2. in 1. 2. Disp. 37
de Peccatis §. Quod aut pag. 207. dixisse,
[Existimo, nullū esse locū apud Augu-
stinū, quo convinci possit, Deum esse
causā actus peccati; & nihilominus
censeo, Augustinū non esse contrariū
veræ sententiæ, quā defendimus, quan-
quam eam non explicuerit. Nec dabi-
to, si distinctè interrogaretur, an Deus
esset causa actus peccati, non quantū ad
malitiā, sed quantū ad id, quod habet
entitatis? responsurum esse affirman-
do, quia hoc sequitur ex principijs, ex
quibus ipse deducit, omnem naturam,
& substantiam esse à Deo] Cornelium
etiam Iansenium Episcopum Ganda-
ventem Cap. 59. Concordiæ Evangelicæ
asseruisse de S. Ioanæ Chrylostomo,
[Multa scripsit contra Manichæum in

commendationem liberi arbitrii, ple-
raque illi tribuens sine commemora-
tione gratiæ divini: quæ non sic scrip-
sisset, si prævidere potuisset, exoritu-
ram Pelagij hæresim, quæ tunc adhuc
non erat exorta, vel illi cognita.] Hæc
similia sunt dictis à P. Molina, ne-
c tamen pertubarunt legentium animos
adversus Lorcam, & Iansenium Ganda-
ventem.

620 Neque item omittam
notare, Ioannem de Pedraza Domini-
canum in Summa casuum conscientie edita
anno 1567. Cap. 1. fol. 4. scripsisse hunc
in modum, [Videamus, sitne ne-
cessarium habere dolorem de quocū-
que peccato in particulari, vel an suf-
ficient generalis dolor omnium? Hæc
fuit tempestas, quæ nostro tempore
excitata est in Hispania ad turbandum
filios Dei, quadam scrupulose intel-
lecta doctrina Alexandri Alensis 4. p.
q. 69. memb. 8. art. 2. quem sequutus
est S. Thomas 1. 2. q. 113. art. 5. ad 3.
& 3. p. q. 87. art. 1. in Corp. Relictis
igitur istis timoribus supervacuis, di-
cimus duo, &c.] Ad cuius verba ad-
vertant, qui exclamantes voce magna
continent aures suas, & impetum fa-
ciunt in Molinam, lapidantque, di-
missio indemni Pedraza, qui simile
quid restatur de scrupulose percepta
sententia tanti Doctoris Ecclesiæ, quæ-
tus est S. Thomas.

621 De cuius alia opinione circa
fructū Sacrificij Missæ ait Navarrus in
Enchiridio Cap. 25. n. 22. subscriptā fuisse
à Sylvestro, & Gaetano [non sine ali-
qua occasione mali, quod inde aliqui
nostris temporibus arripuerunt.] Ob
hęc tamen Navarrus non fuit à corda-
to aliquo Theologo vocatus immo-
destus, aut S. Thomæ iniurius: ut ego
audivi nonnullos frementes ad Molinæ
verba, accusantesque ea acerbissimè
de immani arrogantiā contra S. Au-
gustinum. Atque ita etiam criminari
fertur Cornelius Iansenius Episcopus
Iprensis lib. 8. de hæresi Pelagiana Cap. 9.
Dominicus etiam Gravina lib. 4. Cæ-
tholicarum præscriptionum art. 9. sub titu-
lo Calumniæ impostorum pag. 133. exagi-
tat eadē Molinæ verba. Quasi Molina
aliud scripsisset, quam quod multi fi-
deles fuerunt turbati ex opinione, &
concertationibus S. Augustini cum Pe-
lagianis, quia non bene intellexerunt
S. Do-

S. Doctorem. Id quod antea tradide-
rant S. Prosper, & Hilarius in Epistolis
ad ipsum S. Doctorem. Et diu post Magis-
ter Sent. in 4. Dist. 41. lit. C. dixit, igno-
rari quid intelligere voluerit loquens
de prædestinatione. Quasi vel de Chri-
sti Domini verbis non sint aliquando
turbati multi ex discipulis eius, & di-
xerint, Durus est hic sermo, & quis potest
eum audire? Ioannis 16. v. 61. Hæc turba-
tiones in audientibus fuerunt citra in-
tentionem loquentiū, & proinde extra
horum culpam. Quasi vel de S. Pauli
Epistolis nō scripsisset S. Petrus in sua 2.
Cap. 3. v. 16. In quibus sunt quaedam dif-
ficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles
depravant, sicut & ceteras Scripturas, ad
suā ipsorum perditionē. Vnde idemmet S.
Aug. tract. 18. in Ioannem notabat, non
aliunde natas esse hæreses, nisi dum Scriptu-
ræ bonæ intelliguntur non bene, & quod in
eis non bene intelligitur, etiam temerè, &
audacter asseritur. Vnde & ego concludo
verbis Facundii Hermianensis in lib. con-
tra Mocianum Scholasticum, Non melius

loqui potuit Aug. quàm Propheta, quàm
Apostoli, & quàm Evangelistæ; quorum ver-
bis similiter male intellectis, & incongruè ad-
hibitis tam multi hæretici suos defendere co-
nantur errores.

SITNE COMMVNIS OMNIUM
Thomistarum opinio de decretis subie-
ctivè absolutis, & obiectivè condi-
tionatis pro cognoscendis à
Deo futuris contin-
gentibus condi-
tionatis?

622 **C** Ap. 3. num. 396. asseverat
Alonſus, esse e sententia,
& doctrina comuni om-
nium Thomistarum, quod Deus cog-
noscat futura contingētia conditionata
in decreto subiectivè absoluto, & obie-
ctivè conditionato. Iam tamen in hoc
Tractatu sepe ostendimus, quanta
circa id fuerit varietas inter
Thomistas.
(9)

EVENTILATIO XXII.

EORVM, QUÆ IDEM ALFONSVS

Michael obijcit contra Scientiam Mediam.

623



ILVTIO obie-
ctionum harum
pertinere vide-
batur ad Theo-
logicam Scien-
tiæ Mediæ De-
lineationē, sed

eam anticipare decrevi, quia & si obie-
ctiones sint momentosæ, tamen non
continent nisi repetitionem summaria
difficultatum quatuor, aut quinque,
quæ inter alias solent contra Scientiam
Mediam intorqueri: quare & ego ad
compēdium nunc satisfaciam, in Deli-
neationem pollicitam reiiciens exten-
siorem doctrinæ nostræ declarationem.
624 Igitur Magister Alonſus
Cap. 4. num. 398. refutat Scientiam
Mediam, asserens, omnes Authores,
qui pro ea stant, assignare ei pro obie-
cto primario aliquid creatum, scilicet
actus liberos nostros conditionatè futu-

ros; cum tamen sit falsum, & impos-
sibile, scientiam Dei habere pro obie-
cto primario aliquid creatum. Hæc im-
pugnatio inefficax est, instaturque in-
primis in scientiā visionis, quæ ex sen-
tentiā Patrum Ecclesiæ non minus sup-
ponit suum obiectum, quàm Scientia
Mediæ; siquidē non ideo peccata sunt
futura, quia Deus videt illa, sed ideo
videt, quia sunt futura. Deinde futurum
conditionatum non est obiectum scien-
tiæ motivū, à quo scilicet ipsa accipiat
perfectionem, non enim Deus accipit
scientiam à rebus creatis. Est ergo obie-
ctum primarium purè terminativum,
quatenus illa scientia, ut contingens,
non terminatur ad aliquid aliud.

625 Et ratio a priori est, quia
Deus per eandem formalitatem scien-
tiæ, quæ se ipsum comprehendit, cog-
noscit futurum contingens, ex suppo-
sitione quod sit futurum, & ut multi

ex S. Thoma *quæst. art. quæ 3. de verit. ad 8. alijsque locis* deducere conantur, scientia, qua Deus videt creaturas existentes, nihil addit infra genus notitiæ supra scientiam necessariam. Vnde scientia illa secundum se est independens ab objecto futuro, quod repræsentat, quia ita illud repræsentat, sicut oppositum repræsentaret, si oppositum daretur. Ergo non respicit objectum creatum tanquam motivum, sed ut purum terminum. Dum autem convenienter ad loquutionem PP. Ecclesiæ affirmat, ideo objecta futura cognosci à Deo, quia sunt futura, solum denotatur objectum contingens esse rationem scientiæ penes rationis respectum, quem addit supra scientiam necessariam, ut explicat P. Molina *in Concordia quæst. 14. art. 13. Diss. 50. §. Idem perspicue, in editione Olyssipponensi*, quia nimirum futuritio objecti est ratio, cur scientia divina, quæ in se est necessaria, contingenter terminetur ad illud.

626 Hæc expedite procedunt, si scientia futurorum contingentium addat supra necessarij objecti scientiam relationem tantum rationis, resultantem ex mutatione ad extra ipsorum futurorum, quam includat intrinsicè, vel connotet extrinsecè: nõ secus ac sic discurre solet à pleijsque Thomistis de actibus liberis voluntatis divinæ. Si verò illorum futurorum scientia consistit in formalitate intrinsicè, addita supra prædicata scientiæ de necessario objecto, quæ formalitas sit in essendo contingens, & perfectionem non dicat; uti de actibus liberis voluntatis solent alij opinari: posset tunc admitti, scientiam futurorum contingentium, consideratam penes eiusmodi formalitatē, respicere ipsa ut motivam; possetque id confirmari exemplo virtutū moralium divinarum, quas respicere aliquid creatum ut motivum, non formidant concedere multi Theologi. Sed de puncto isto copiosius *in Delin.*

627 Num. 404. contra Scientiam Mediā proponit hic Author difficultatem, quā appellat insuperabilē. Est autē illa satis repetita de transitu ab statu possibilitatis ad statum futuritionis conditionatæ non abique decreto existente actualiter. Cui difficultati satisfaciemus *in Delin.* Dicimusque nunc, nullum esse transitum realem de præ-

ti, nisi transitum ab statu possibilitatis ad statum existentæ realis, vnde cum futura conditionata non transeant, sed trāsirent ad statum existentæ, si poneretur conditio, ideo non supponunt decretum Dei actu existens, sed supponerent, si poneretur conditio. Sanè si futuritio conditionata esset aliquid positivum præterens præcedens scientiam, convinceret argumentum, illam futuritionem desiderare de præsentis decretum Dei. At nos non ponimus aliquam futuritionem objectivam præterentem; nec Scientia Media affirmat, actum liberum, qui foret, habere de præsentis ex parte objecti aliquem statum; sed solum affirmat, quod haberet statum existentiam, si poneretur conditio. Ut affirmet autem hoc secundum, non requirit decretum, quod iam sit; sed sufficit decretum, quod actu existeret pro casu, in quo voluntas creata operaretur.

628 Num. 405. deducit contra nostram sententiam, quod objecta contingentia Deum ipsum intrinsicè determinarent, & applicarent. Cui deductioni facilis est occursum, respondendo, Deum ipsum ob summam suam actualitatem esse determinatum, & applicatum essentialiter, ut cognoscat nunc, & ab æterno ea, quæ forent, per hoc præcisè quod forent. Vnde voluntas creata non applicat, neque excitat intrinsicè Deum ad cognoscendum; sed purè extrinsecè se habet per modum exhibentis materiam cognoscibilem, ad quam attingendam Deus ex se est determinatus, per hoc præcisè quod detur. Non est autem absurdum, quod hoc pacto applicet Deum ad cognoscendum, nam Deus non videret ex æternitate, Petrum nunc peccare, si Petrus nunc non peccaret. Vnde cum peccat, quasi cogit Deum, ut loquitur V. Beda *quæst. 13. ex varijs*, ad cognoscendam peccatum, nõ excitando illum, vel immitendo speciem, sed exhibendo terminum; ad quæ cognoscendum Deus à se est determinatus, per hoc præcisè quod detur. Sed de his ad satietatem vsq; dicemus *in Delin.*

629 Num. 407. adiungit aliam difficultatem suo etiam iudicio insuperabilem, revocaturque ea ad perentendam rationem, cur Deus cognoscat potiùs nunc hanc partem contradictionis fore, posita conditione, quam oppositam? Fortè quia is Author scrip-

sit hæc, valetudine fracta, ut ex ipso re-
tali *suprà*, ideo tot difficultates videtur
ei insuperabiles: Nos hac non opprimi-
mur, sed exproptè exhibemus petitam
rationem; nempe quia hæc pars potiùs,
quam opposita, foret, posita conditio-
ne. Si verò rursus rogemur, cur, posita
conditione, foret potiùs hæc pars;
quam opposita? Respondemus, de hoc
non debere reddi causam de præsentis;
sed ideo hanc partem potiùs, quam op-
positam, fore, si poneretur conditio;
quia voluntas creata, pro libito suo, sup-
posita oblatione divini concursus ad
vtrumq; eligeret potiùs hanc partem,
quam oppositam. Etenim de effectu,
qui non est, sed esset, posita conditione,
non debet reddi de præsentis ratio, sed
s. is est, quod reddatur, posita condi-
tione. Expectentur dicenda *in Delin.*

630 Num. 408: attingit dif-
ficultatem de determinatione volunta-
tis nostre quoad individuū; quæ deter-
minatio fieri debet à Deo iuxta Autho-
res Societatis, & consequenter per Dei
decretum. Siue hoc ergo nõ poterit cog-
nosci ab ipso operatio individua volun-
tatis nostre futura conditionatè. Dici-
mus, voluntatem nostram determinare
se quoad speciem, quia ex suppositione
ne quod Deus obtulerit ei suum concu-
rsus ad actum amoris A. v. g. & ad
actum odij A. dederitque ei proximam
indifferentiam ad vtrumq; debet attri-
bui ipsi voluntati, quod existat potiùs
amor, quam odium, ipsa enim est, quæ
unicè determinat effectivè, & in exer-
cicio. Rursus dicimus, Deum determi-
nare quoad individuū. Et si possemus
negare cum Vazquo *tom. 1. in 3. p. Diss. 74. Cap. 7. num. 46. & 53.* & cum Mon-
cæo *Diss. 9. Selectarum Cap. 12.* & cum
nonnullis alijs è Nostris. Determinat
autem Deus causam secundam liberam
ad hanc numero actionem, & actum
amoris v. g. præ alijs omnino similibus
ex innumeris possibilibus, non quia de-
terminet, ut existat tale individuū amo-
ris, sic enim determinaret quoad exer-
citiū; sed quia constituit in proxima po-
testate voluntatis hoc in individuū amo-
ris potiùs, quam aliud eiusdem speciei:
quod præstat Deus offerendo suum concu-
rsus ad individuū A. v. g. potiùs,
quam ad aliud. Ex quo provenit, ut li-
cet voluntati nostre tribuatur, quod
existat amor potiùs, quam odium; non

tamē quod existat potiùs amor A. quam
amor B. ideo enim elicit potiùs hoc
individuum amoris, quam aliud, quia
habet potestatem ad hoc, & non ad
aliud, & quod hanc potestatem habeat,
provenit à Deo. Ex dictis infertur, ut
Deus cognoscat voluntatem Petri elicitur
in instanti C. amorē A. sub tali, vel
tali conditione, satis esse, quod cognos-
cat decretum suum, conditionatum
non tantum obiectivè, sed etiam subie-
ctivè de offerendo suo concursu ad amo-
rem A. potiùs, quam ad vllum alium
amorem.

631 Num. 410. contendit,
Scientiam Mediā tollere libertatem
voluntatis creatæ, quando enim hæc
defacto, & absolute operatur, tunc de-
facto, & absolute exercetur libertas.
Id quod salvari non potest, si suppona-
tur Scientia Media iam determinata ad
vnam partem contradictionis repræse-
ntandam. Quo simili modo nos argu-
mētari solemus contra prædefinitiones
divinas efficaces independentes à Scie-
tia Media, & contra prædeterminatio-
nes physicas ad actus nostros liberos. Sed
est obiectio facillima soluta; nam licet
ordine rationis sit prior Scientia Me-
dia, quam decretum divinum conferens
auxiliū, & offerens concursus ad
vtrumlibet, tamen decretum, & auxi-
lium non supponunt per se Scientiam
Mediā v. g. de efficacia illius auxiliij,
sed præscindunt à tali Scientia; nec ab
ea dependent in signo, in quo constitu-
unt proximam indifferentiam. Vnde
voluntas nostra sicut ex vi illius po-
testatis proximæ potest omittere actū,
ita potest facere, ne Scientia Media, re-
præsentans voluntatem operaturam sub
illo auxilio, præextiterit ordine ratio-
nis antè decretum conferens auxiliū,
& offerens concursus ad vtrumlibet.
Illa autem suppositio cum opere con-
nexa, cuius existentia impediri potest
per omissionem operis, non tollit li-
bertatem ipsius operis. Atque hinc patet
disparitas ad prædefinitiones effica-
ces non innixas Scientiæ Mediæ, & ad
prædeterminationes physicas nostrorū
actuum liberorū, nam non possumus
facere, ne præextiterint.

632 Num. 412. depromit argumē-
tationem, quæ non parum vrgeri no-
stros Modernos moderniores, & à suis
Maiores dividi, atque inter se separa-
ri.

ri, ait. Ignotum mihi est, quinam sint illi Moderni moderniores; unde de scissione ab alijs, & inter se iudicare non possum; sed tantum dicere, argumentationem disparere sola explicatione nostræ sententiæ. Consistit illa in inquisitione, an Deus actus liberos nostros futuros sub conditione noscat dependēter ab aliquo suo decreto, vel nō? Hoc posterius est chimericum, & impossibile, nam creatura, quæ non habeat essentialiter imbitam dependentiam à prima causa operante per intellectum, & voluntatem, repugnat omnino. Illud prius est, quod intendit arguens, si decretum sit subiectivè, absolutum, & obiectivè conditionatum; si utroque modo conditionatum sit decretum, distrahimur in mille labyrinthos. Sed quidem nec in unum, si dexter sit, & expertus Theologus, qui ad inquisitionem respondeat.

633 Planè dum Deus per Scientiam Mediam cognoscit nostrum consensum liberum, cognoscit illum dependentem à decreto suo, non quod sit actu, neque quod esset sub conditione aliqua contingente, sed quod vel sit possibile, vel ut quò conditionatè existens ab æterno, vel ut quò conditionatè futurum virtualiter, iuxta dicendam *Delin.* Ut enim noster actus liber sit conditionatè futurus, non requiritur, quòd auxilium, & decretum indifferentia, sub quorum conditione actus noster apparet futurus, sint futura sub alia conditione contingente; sed satis est, quod dixi. Quia Deus per simplicem intelligentiam noscit, se posse conferre Petro auxilium *A.* indifferentem, & suo decreto offerre Petro concursum ad actum bonum, & ad actum malum, & per Scientiam Mediam noscit, quòd si conferat illud auxilium, & habeat illud decretum, ponetur re ipsa consensus ex determinatione nostræ voluntatis, quæ oblatione indifferenti concursus utetur in ordine ad actum bonum potius, quam ad actum malum. Rursus dum Deus per Scientiam Mediam attingit illud decretum ex parte hypothetis tanquam causam indifferentem actus, & affirmat, casu quo existat illud decretum, nostram voluntatem determinaturam illud, ut influat in consensum potius, quam in dissensum, reflectit ex parte consequentis supra se

ipsam in hūc modum, si existat tale decretum, & tale auxilium conferatur voluntati Petri, hic operabitur, me presciciente, ipsum operaturum, si ponatur illud auxilium. Itaque illud decretum conferendi auxilium, & offerendi concursum ad verumque contradictionis extremum nequit concipi à Deo, nisi ante illud ordine rationis præcedat Scientia Media, representans, quid sit re ipsa sequiturum, si Deus conferat auxilium, & offerat concursum. Atque adeò illud decretum perse petit, ut per modum circumstantiæ se tenentis ex parte Dei, ut perfectè providentis, præcedat vel Scientia Media futuri consensus, vel Scientia Media futuri dissentus. Quia Deus est determinatus ad non discernendam existentiam auxilij, & relinquendam voluntatem creatam in manu concilij sui, nisi prius certò, & infallibiliter cognoscat, quid re ipsa eveniet, si ita decernatur. Quæ propter in statu absoluto semper ante decretum conferendi auxilium indifferentem, & offerendi concursum ad verumque contradictionis extremum debet præcedere aliqua Scientia Media determinate. Frustrà ergo deducitur, Scientiam Mediam non esse necessariam ad habendum illud decretum, etiam enim illud reguletur per simplicem intelligentiam, nunquam tamen potest existere, nisi præexistat in Deo Scientia Media futuri consensus, vel futuri dissentus.

634 Porro quanvis illud decretum sit causa actus affirmati per Scientiam Mediam, ac proinde dū illud decretum actu existit, & voluntas nostra actu operatur, præcedat ordine causalitatis ad ipsam Scientiam; hoc non tollit, quominus ordine rationis Scientia ipsa præcedat ad illud decretum, quatenus prius est, Deū scire quid fiet à voluntate creata, casu quo conferat illi tale auxilium, & offerat concursum ad verumque, quam re ipsa conferre, & offerre, si quidem naturalia sunt priora liberis. Potestque optimè præcedere Scientia, quia illa, ut existat, non postulat dari decretum. In summa decretum, dum existit, est ordine causalitatis prius Scientia, quatenus causat obiectum Scientiæ; hæc verò, quia independens est in sui existentia ab illo decreto, quatenus ad existendum non postulat dari illud decretum, est

illo


Illo prior ordine rationis.

635 Hactenus discussimus scripta à Magistro Alfonso adversus fautores Scientiæ Mediæ, & obiecta adversus hanc. Nec possumus non laudare suam illam ad Deum deprecationem initio tractationis de ea, [Adsit Deus, qui modestiam tribuat, & veritatem aperiat, ut verè, & modestè loquamur iuxta exigentiam controversiæ.] Adfuerit proculdubio Deus, ut perdoctus Magister loqueretur probabiliter, & modestè.

IOANNES MARTINEZ DE
Ripalda obiter eximitur nota, qua
fuit affectus ab Alfonso
Michaeli.

636 SED vellem, ut eandem orationem repetivisset in *Appendice eiusdem tomi, dub. ultimo.* Nam crediderim, exoratum Deum collaturum alia verba, quam ea, in quæ *Cap. & num. 1.* prorupit contra P. Ioannem Martinez de Ripalda, Theologum è nostra Societate dignum recenseri inter primos huius sæculi, & proximè antecedentis. [Rogatu, inquit, & persuasum amicorum, quibus aliqua de P. Ripalda in sua longa, & lata, & parum vtili *Disp. 23.* privatim dixeram de substantia supernaturali, ad hanc difficultatem iterum redeo. Legi enim per otium. Sectiones illas omnes 18. & clamo, O ingenium, industria, labor, eruditio, tempus, papyrus infœlicia! Ut quid? Ut rem novam contra tam nobilem Theologorum catervam, etiam suorum, introducat? Fatetur pondus, & pōdera authoritatis, negat vim rationis, vel quia nō est, vel quia nō assequi,

tur ipse! Cur, o homo, tantæ authoritati non cederes, etiam si rationum efficaciam vel non videres, vel non invenires? Cur omnia immutas, & evolvis, inquietas, attingis, commoves, & nos ipsos in eis legendis, tempus, alias pretiosum, inutiliter consumere facis. Vbi docilitas ingenij, ut Maiorum vestigia sequaris? Et post authoritates quaedam S. Thomæ, & Aristotelis de docilitate subiungit, [O qualia sunt hæc verba, quam vtilia, & necessaria documenta continent! Sed de hoc non plura. Videot enim mihi iam audire sciolos, Relinque moralia, & veniamus ad metaphysica.] Sic ibi. Ego verò si minimam horum partem dixissem vel de Theologo pedaneo, viderer mihi audire viros graves, & prudentes, [Relinque verba minus modesta, atque urbana, & age rationibus in contrarium, quibus hominem convincas.] Præterea vereretur incurrere notam inconstantie, si hominem antea à me laudatum exagitassem postea vel vno verbo extranscriptis. At Magister Alfonso *quest. 12. art. 1. dub. unico, num. 14.* Ripaldam appellat [Modernum satis acutum, & ingeniosum.] In quo si displicuit ipsi longitudo disputationis de possibilitate, vel repugnantia substantiæ supernaturalis creatæ, potuisset nō legere eam, quis enim cogebat ad dispendium temporis in eius lectione? Sed quid pergo vindicare Ripaldam ab inofficiosis exclamationibus Magistri Alfonso? Tantus sanè est Ripalda, tamque magna in æstimatione est ubique gentium, ut non egeat defensione nostra. (9)



T

EVEN

EVENTILATIO XXIII.

ELVCVBRATIONVM IOANNIS LALLEMANDET

*Contra Scientiam Mediam, cum antea præbisset indicia
standi pro ea.*

637



P. Fr. Ioannes
Lallemandet Sa-
cri Ordinis Mi-
norum, Lec-
tor Theologiae,
& in Germa-
nia Prouincialis
tomo 1. *Cursus*

Theologici Disp. 8. partitione 3. agit late
cōtra Scientiam Mediam, transcribens
frustatim Didacum Alvarez, Antoniū
de Matre Dei, & Zanardum; laudatque
primum, quia iustis scribendis limitibus
contentus, nequediminutē, neque
superflue, sed iuxta exigentiam mate-
riæ dixit; in secundo semel, & iterum
notat diffusionem, ac prolixitatem; in
tertio inculcationem argumentorum,
quorum aliqua non sint admodum va-
lida. Sed quia timuit, ne deficeret tem-
pus, & vita (vt ait in *limine Disp.*) ad
legendum integrum tomū nostri Didaci
Ruiz de Sciētia Dei, ideo forsā succu-
bit difficultatibus, quas breviores illi
alij Authores oblexerant aduersus Sci-
entiam Mediam; & quas superaturum
credere possumus, si, timore illo depo-
sito, perlegisset Ruizium, aut si illo
victus applicasset studium alijs Autho-
ribus à Societate, non adeo longis.

638 Rursus Lallemandet
Disp. 10. part. 4. memb. 1. adstruit præ-
definitiones actuum nostrorum libero-
rum ante omnem præscientiam nostri
liberi arbitrii; & *memb. 2.* prædefini-
tiones peccatorum quoad materiale.
Ad quod admittēdas esse prædetermi-
nationes physicas ait, si Deus ad illud
proximē, immediatēque concurrat
cum nostra voluntate. Quapropter
Lallemandet extremē recedit ab Scho-
la Societatis in *vna & altera Disp. Cursus
Theologici.*

639 Sed tamen in *Cursu Philosophi-
co Disp. 4. de corpore physico part. 4.* non

parum nobis favet. Cum enim ibi præ-
ficiens ex Ludovico à Dola Capuccino,
& ex Theophilo Raynaudo à Societate,
altero negante concursum Dei proximi-
um, & immediatam cum causis secū-
dis ad effectus naturales, altero mordi-
cus eum probante, & confirmante, pro-
pendeat in prioris partes, imò eas se-
quatur, dicit multa favoris erga nos
plena pro causa præsentī, & omnino
adversa ijs, quæ in *Cursu Theologico* pro-
dierunt. Transcribam aliqua.

640 Clypeo 3. n. 12. §. *Ad
primam pag. 369. ait,* [Quantis clamori-
bus contra eruditissimum Molinam
quoad suā de gratia efficaci, Scientia-
que Media sententiam actum est, ita ve-
res ad Sedis Apostolicę iudiciū bis fue-
rit delata, teste Lessio in *Dedicatione
Opusculi de Gratia efficaci.* His tamen
non obstantibus, altas iecit radices Mo-
linistica opinio; Thomistica verò præ-
determinatio iam dormitat etiam in
eorum Scholis.] Cui testimonio adiū-
go per transennam aliud *Dermicij
Thadæi in Nitela Franciscana Religionis
(è qua ipse est) pag. 46. tradentis,* non
teneri communiter tententiam de præ-
determinatione physica nostræ volun-
tatis ad actus liberos. Addo etiam aliud
Hugonis Cabelli ex eadem Religio-
nedicentis in *Scholio 3. ad Cap. 4. Tracta-
tus Scotici de Primo principio,* doctos passim
insectari prædeterminationes physicas,
vt libertati noxias.

641 Idem Lallemandet in
*Decisione, num. 14. §. Resolutio, pag. 402.
inquit,* [Videtur recte rationi magis cō-
sonum, Deoque magis conveniens, ip-
si denegare immediatum concursum,
quàm ipsi concedere: rationi, inquam,
magis consonum, quia hoc modo non
laborat intellectus incōcilianda deter-
minatione concursus diuini cum deter-
minatione concursus causæ secundæ.

In

In quā conciliatione tamen tantum la-
borant Recentiores, cogunturque; resu-
gere ad inintelligibilia. Sic etiam me-
lius saluatur libertas nostræ voluntatis.
Item per solutiones dandas vtriusque
partis argumentis de prædeterminante,
aut simultaneo concursu colligi po-
terit, quod nullus talis de facto detur.
Cum enim non sit prædeterminans, vt
parebit ex solutionibus dandis argu-
mentis aduersę partis, sequetur, nul-
lum fore talem dabilem immediatum
concursum. Dixi, esse Deo convenien-
tius, magisque pium, denegare talem
concursum, sic enim melius removebi-
tur à Deo omnis suspicio, quod sit cau-
sa peccati, sicque à Calvinismo remotius
erunt fideles. Et quanvis ad argumen-
ta Aureoli, & Durandi respondent cita-
ti in 4. Clypeo; attamē varias instantias
Aureoli intactas reliquere, vt patet in
2. Clypeo: nescio, an quia vim illarum
enervare non potuerint? Et vt videa-
mus, quomodo principaliora argumē-
ta Aureoli, & Durandi non omnino in-
firmantur, exanimemus solutiones ip-
sis datas, &c.] Quod præstat in *seqq.* Et
subinde dissolvit argumēta Dominica-
norū pro concursu diuino prædetermi-
nante, vnaque opera enervat omnia, que
in *locis præcitatis Theologici Cursus* afferit
contra sententiā Societatis, roboratque
magis rationes, quibus ea probari soler.

642 Vterius in *sine partitionis
4. num. 17. pag. 408. concludit,* [Cre-
do equidem, quod si quis tranquillo
animo, & absque zelo factionis, ad ha-
ctenus dicta attendat, adverteret, satis fo-
re, Deoque, & nobis magis favere, si
denegetur ille immediatus Dei concur-
sus ad actiones causarū secundarum pro
actionibus naturalis ordinis: diverten-
do enim ad Prædeterminantes maxi-
mum est periculum de medio tollendī
ipsam libertatē; saltem tenentur illam
libertatis definitionem negare, quadi-
citur libertas, seu liberum arbitrium
esse facultas, quę, positis omnibus
prærequisitis ad agendum, potest age-
re, vel non agere. Ergo tollitur eius li-
bertas. Hoc etiam argumentum potest
fieri contra eorum opinionē de effica-
citate gratiæ. Sed non est huius loci fu-
sius hoc examinare.] Hactenus ex Lal-
lemandeto. Qui cum nō neget concur-
sum Dei proximū, & immediatum per
gratiam efficacē ad actus liberos super;

naturales voluntatis creatæ, tenetur di-
cere, eam gratiā non esse physicę præ-
determinantē, & similiter Deum non
prædefinire tales actus, siue vt futuros
absolutē, siue conditionatē: vt futuros
absolutē, nisi prædefinitio innitatur
præscientiæ nostri liberi arbitrii; vt fu-
turos conditionatē, ita vt ex parte Dei
non exerceatur actu vllum decretum
erga illos.

643 Atque hinc totus labor
Lallemandeti pro Dei physico cōcursu
negando ad effectus naturales causarum
secundarum parū utilis est huic Autho-
ri. Etsi enim inde evitetur, ne Deus sit
causa physica actus peccaminosi elicitia
voluntate creata; at quo pacto iuxta
hunc Authorem evitabitur, ne sit causa
moralis, & ne ipse actus evadat neces-
sarius, si à Deo prædefiniatur? Conse-
quentius se gessit Ludovicus à Dola, qui
reclusavit eam prædefinitionem, & am-
plexatus est Scientiam Mediam. Quan-
quam & Ludovici sudores in negotio
eodem ex prætextu concordandī Scho-
las Dominicanam, & Iesuiticam, parvo
etiam sint compendio. Nam cum in
*p. 1. de modo coniunctionis concursuum Dei,
& creature C. 1. num. 6. C. 2. num. 1. C. 9.
num. 6. p. 4. C. 16. n. 13. C. 18. à n. 8.* non
audeat inficiari concursum Dei, & grā-
tius cum voluntate creata ad actus libe-
ros supernaturales, & debere non aude-
re notetur novissimē à Ioanne Pontio
in *2. sent. Scoti Disp. 37. quæst. 2. num. 52.*
restat, imò consistit ibi præcipua dissen-
sionis litterariæ radix, & scaturigo; vt
omittam alia dissidij capita adnotata
oculatē à Theophilo Raynaudo in *Hete-
roclitis Sect. 1. punct. 3. ex num. 16.*

644 Sed quicquid sit de
constantia Lallemandeti, & de conse-
quentia in *Cursu Theologico* cū Phi-
losophico, non vititur in *Theologico*
cōtra Scientiam Mediā nisi ijs armis, qui-
bus Antonius de Matre Dei. Vnde no-
bis nullum novum negotium facepsit,
nam ad argumenta illius, quem compli-
at, respondebimus in *Delin. Theologica
Scientiæ Mediæ.* Profert quidem ex
Zanardo duodecim alia, sed quorundam
quædam recte solvi posse, quædam re-
ipsa concidere, quatuorque esse vali-
diora, ait. Non vidi Zanardum; ex fide
tamen Lallemandeti attingam capita
eorum duodecim argumentorum, &
iadicabo solutiones, quin differam vs-

T2

que

que ad illam Delineationem, non enim continet specialem aliquam difficultatem. Sed non erat defugiendum hoc officium styli nostri, non quia ille novum aliquid dicit, cui non iam multis modis, & sæpe responsum est; sed propter tardiores, qui ea, quae alicubi legerunt, ad omnia paria referre non possunt. Quæ sunt verba S. Augustini lib. 2. contra litteras Petiliani Cap. 1.

IMMINUITUR VIS ARGUMENTORUM duodecim, quæ contra Scientiam Mediam Lallemandet recitat ex Zanardo.

645 **P**RIMUM argumentum, nulla scientia Dei est indeterminata. Sed Scientia Media esset indeterminata, quia esset de obiecto indeterminato. Secundum, ideo Deus habet illam Scientiam Mediã, quia comprehendit nostrum liberum arbitrium. At Angelus comprehendit etiam, non tamen cognoscit actus nostros per ipsum producendos. Si dicatur, comprehensionem divinam esse eminentissimam. Contra, quia comprehensio Angeli est adequata respectu nostri liberi arbitrii; non datur autem magis, & minus in comprehensionibus adæquatis. Tertium, divina actio nullatenus dependet à creatura. Ergo nec divina scientia. At quæ Media esset, dependeret à determinatione liberi arbitrii creati in his, & illis circumstantiis positi. Quartum, omnia, quæ eveniunt, vel evenirent in his inferioribus, eveniunt, vel evenirent, quia Deus vult, & eo modo, quo vult. Sed hoc cognoscitur per scientiam liberam Dei. Ergo superflua est Scientia Media. Quintum, admittit Scientia Media, deberet Deus ante suam providentiam inspicere quid esset acturum nostrum liberum arbitrium, proindeque providentia Dei deberet supponere nostram determinationem. Quod tamen est falsum, & contra S. August. lib. 6. de Trinitate Cap. 10. & lib. 15. Cap. 13. dicente, quod non ideo Deus prævidit aliquid futurum, quia futurum erat, sed quia prævidit, ideo est futurum. Sextum, Scientia Media habet pro obiecto futura contingentia conditionata, prout dependent à libero nostro arbitrio. At hoc esse nequit. Nam bene operari est effectus gratiæ. Ergo quod bene operemur, provenit ex decreto Dei, &

ex gratia efficaci determinante. Falsumque est, quod Deus debeat expectare nostrum liberum arbitrium, & postea ipsum concomitari; est enim, ut ex Scriptura sacra constat, ipse Deus, qui facit, ut nos faciamus.

646 **S**EPTIMUM, frustra adinventa est Scientia Media, nam melius salvatur in Deo cognitio futurorum contingentium conditionatorum per eorum determinationem, & prædeterminationem in decreto divino. Octavum, si Deus non decrevisset creare mundum, cognovisset illum per scientiam simplicis intelligentiæ. At quia decrevit creare illum, ideo cognovit ipsum scientia visionis. Ergo præter has duas scientias nulla alia est admittenda: Non enim, per Scientiam Mediam aut cognoscuntur effectus liberi arbitrii creati (solum ut possibiles, aut etiam ut futuri. Si primum. Ergo cognoscuntur non per Scientiam Mediam, sed per naturalem. Si secundum. Ergo per liberam. Nam aut illi effectus conditionate sunt futuri, posita conditione, aut non sunt futuri. Si primum. Ergo scientia visionis videntur. Si secundum. Ergo cognoscuntur solum ut possibiles. Ergo cognoscuntur per scientiam naturalem. Decimum, si omnia conditionata contingentia eveniunt ex nostri liberi arbitrii libertate collocati in his, & illis occasionibus, ut quid ad eum laborarunt Patres in conciliando nostro libero arbitrio cum decreto divino? Nulla certe esset difficultas iuxta sententiam de Scientia Media. Et præterea quod liberum arbitrium ponatur in tali, vel tali occasione, provenit ex decreto Dei. Ergo Deus cognoscit conversionem. Perit v. g. post decretum, seu in tuo decreto. Undecimum, Scientiæ Mediæ assertores faciunt Deum conservum nostrum. Dicunt enim, Deum hoc, & illud agere, quia nos hoc, & illud agimus. Deumque cognoscere, quid acturum sit nostrum liberum arbitrium in hoc, vel illo ordine posita, postea vero Deum determinare, quidnam futurum erit, vel non. Duodecimum, Scientia Media est excogitata, ut salvetur contingentia rerum cum decreto divino. Sed talis contingentia optimè salvatur quoad futura contingentia absoluta ab ijs, qui negant eam Scientiam. Ergo ab iisdem optimè salvari poterit quoad futura-

futura contingentia conditionata. Et hæc sunt argumenta Zanardi apud Lallemandetum.

647 **A**D primum respondeo, Scientiam Mediam esse in se determinatam, quia attingit futurum contingens conditionatum in se ipso; sub qua ratione est obiectum determinatum. Ad secundum patebit ex Delin. quo sensu P. Molina (in quem specialiter dirigitur id argumenti genus) dixerit, Deum ex altissima, & inscrutabili comprehensione liberi arbitrii creati cognoscere omnes eius actus liberos conditionate futuros. Interim moneo, falsissimum esse, inter comprehensiones adæquatas non dari magis, & minus, Deus enim perfectiori, eminentiori que modo comprehendit Angelum, quam Angelus se ipsum, etsi hic habeat sui adæquatam comprehensionem naturalem. Ad tertium dico, divinam actionem dependere late à creatura tanquam à termino, quæ produci; similiterque Scientiam Mediam à futuro contingenti conditionato tanquam ab obiecto pure terminativo, quod cognoscit. Ad quartum respondeo, nihil eventurum absolute, aut conditionate, nisi Deo volente, vel permittente, & eo modo, quo velit, vel permittat; nihilque eventurum absolute (quod sit liberum voluntati creatæ) quia Deus absolute, sed indifferenter velit illud, vel permittat actu; ideoque ab ipso illud cognoscendum esse per scientiam liberam; & similiter nihil eventurum conditionate (quod sit liberum voluntati creatæ) quin Deus voluntate indifferenti vellet illud, vel permitteret; ideo que non debere cognosci ab ipso per scientiam liberam, sed per mediam inter naturalem, & liberam, quia non cognoscetur per scientiam Deo necessariam, neque per scientiam terminatam ad volitionem, vel permissionem divinam existentem actu in Deo. Ad quintum dico, Deum ante suam providentiam absolutam (tametsi non ante conditionatam, seu independentem à conditionata) inspicere, quid esset acturum nostrum liberum arbitrium; proindeque verum esse, quod providentia Dei absoluta supponat nostram determinationem conditionatam, quando versatur circa actus nostros liberos: sed ita supponit nostram determinationem conditionatam, ut ex parte conditionis

ad istam intelligatur providentia Dei conditionata. Sensus S. Augustini clarescet ex Delin. Ad sextum respondeo, Scientiam Mediam habere pro obiecto futura conditionata contingentia ut dependentia à nostro libero arbitrio, simulque, & magis principaliter, quæ sunt actus boni supernaturales, à gratia Dei: quam debere esse ab intrinseco efficacem, connexamque suapte naturæ cum bona nostra operatione, ut & decretum divinum, quo Deus præparat suam Omnipotentiam, ut nobis auxilietur, dicitur, sed non probatur in argumento. Nobisque falso imponitur, quod dicamus, Deum expectare nostrum liberum arbitrium, quatenus nos incipiamus operari bene, & postea Deus nos concomitetur. Non ita est; sed Deus prævenit nos gratia sua, ipsumque vel initium salutis est à Deo magis principaliter, quam à nobis; quanquam à Deo non sit per gratiam intrinsecè connexam cum bona nostra operatione. Nec in statu conditionato potest intelligi hæc nisi dependentem à Deo, & ab ipsius gratia tanquam à conditione, sed indifferente. Quod autem Deus faciat, ut faciamus, verissimum est, quia prævenit nostram voluntatem, movendo, & excitando ad faciendum opera salutis æternæ. Imò & est verissimum ex doctrina S. Augustini lib. de Prædest. SS. Cap. 10. & lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianorum Cap. 19. nos non facere, ut Deus faciat, quia nulla motione prævia excitamus intrinsecè Deum ad agendum, sicut ipse nos excitat; & quia nihil extrinsecum Deo præcedit ex parte nostra elicitum viribus naturæ, quo advoceamus Deum in auxilium gratiæ præstandum, uti volebant Pelagiani præcedere fidem naturalem tanquam principium gratiæ, & prædestinationis. Sed licet actione nostri liberi arbitrii, antecedente motionem gratiæ, non faciamus, ut Deus faciat, tamè actione, consequente gratiæ motionem, nos rectè possumus facere, ut Deus nobiscum faciat, quia nostrum liberum arbitrium adiutum auxilio gratiæ est partialis causa immediata actionis salutis, estque virtute gratiæ principium determinans ad ipsam actionem. Sic Ecclesiastici 3. v. 2. dicitur, *facite, ut salvi sitis.*

648 **A**D septimum nego, salvari melius in Deo cognitionem futu-

tutorum contingentium conditionatorum per eorum determinationem, & prædefinitionem in decreto divino; imò nego salvari bene, quia ut doceor à S. Thoma lib. 1. contra Gentes Cap. 67. *Contingens à necessario differt, secundum quod unumquodque in sua causa est. Contingens enim sic in causa sua est, ut non esse ex ea possit, & esse; necessarium autem ex sua causa non potest non esse.* At eo ipso quod cognitio futurorum conditionatorum habeatur eo modo, respiciet illa, quatenus ex vi suæ causæ non possint non esse, nã determinatio, & prædefinitio in decreto divino antecedit per modum causæ. Ad octavum dico, eorum, quæ Deus decrevit non producere, & eorum, quæ decrevit producere, haberi ab ipso Scientiam Mediam, quatenus certo, & infallibiliter noscat, quidnam operaretur, vel non operaretur voluntas creata, relicta suæ libertati, si talis, vel talis conditio indifferens poneretur. Vnde cum scientia, quæ sit simplicis intelligentiæ, vel quæ sit visionis, componitur apte Scientia Media. Ad nonum respondeo, per Scientiam Mediam cognosci effectus, qui essent contingenter futuri sub indifferenti conditione, cuius positionem neque affirmat, neque negat: si erit positio, terminabunt illi scientiam etiam visionis; si non erit positio, non terminabunt nisi Mediam, & simplicis intelligentiæ. Ad decimum, conditionata contingentia sic eventura ex nostri arbitrii libertate, ut eventura etiam essent Deo præsciente, & quæ bona, Deo volente indifferenter, ex eiusque gratia indifferenti, & quæ mala, Deo permittente: in quibus conciliandis cum nostri arbitrii libertate tenentur Patres nonnullam difficultatem; quam insuperabilem fore censemus, si Patres non supposuissent doctrinam de Scientia Media. Ad illud, quod subiungitur, dico, provenire ex decreto Dei, quod Petrus ponatur in tali, vel tali occasione ad conversionem; inde tamen non

sequi, quod in decreto de ponendo Petro in tali, vel tali occasione cognoscatur conversio, neque enim talis, vel talis occasio habet connexionem cum conversione: sequitur tamen, quod ut cognoscatur conversio in se ipsa, debeat cognosci simul, vel in aliquo signo priori decretum de ponendo Petro in tali, vel tali occasione. Ad undecimum, assertionem de Scientia Media Deum non reddi conservum nostrum, sed attendentem ad nostræ libertatis iura, quæ ipse nobis ultro concessit, & ob quorum conservationem Deus hoc, vel illud agit nobiscum, ad quod nos determinamus ipsum. Nec in nostra sententia necesse est, ut Deus post præscientiam de eo, quod acturum esset nostrum liberum arbitrium in hoc, vel illo ordine positum, determinet, quidnam futurum erit, vel non. Nam admissio debere determinare, ponendum ne sit, vel non in tali, aut tali ordine, non tamen quidnam sit, vel non sit operatum. Et adhuc concessio debito huius determinationis, erit debitum, quod præsupponat Scientiam Mediam, & quod proinde sit diversum ab intento et Thomistis. Ad duodecimum diffiteor, Scientiam Mediam esse excogitatum, ut salvetur futurorum conditionatorum contingentia cum decreto divino, nã circa talia futura non agnoscimus decretum actu exercitum à Deo. Rursus diffiteor, posse in absolutis salvari contingentiam, si circa ea habeat Deus decretum efficax, & cum eis connexum, quod non præsupponat Scientiam Mediam. Hactenus perstrictè ad argumenta Zanardi, ad quæ etsi millies sit responsum à Nostris, *necessarium tamen, & utile est, etiam quæ scripta sunt scribere, ne leve existimetur, quod non frequenter arguitur, ut aiebat*

S. Prosper in Epist. ad S. Augustinum, de reliquijs Pelagianæ hereseos.

(9)

EVENTILATIO XXIV.

DISCVTIENS SENTENTIAM

Zacharia Pasqualigi, qui est quasi amphibius, & nec adhaeret

opinionem de Scientia Media, neque alij de Con-

ditionata in decreto præde-

terminativo.

649



P. D. Zacharias Pasqualigi, Clericus Regularis Theatinus in Doctrina sacra speculativa Disp. 26.

sect. 2. 7. 16. conclus. 1. dicit, nullum futurum contingens conditionatum esse cognoscibile, secundum aliquam rationem futuritionis, independentem à Dei decreto, adæquante totum esse ipsius, secundum quod est futurum; & num. 22. conclus. 3. ait, tale decretum debere esse absolutum de futuritione eius contingentis; & num. 34. conclus. 4. addit, tale decretum debere esse prius de antecedenti, quam de consequenti; ita ut decretum absolutum de antecedenti non supponat vllum decretum, etiam conditionatum, de consequenti: atque adeo non ideo Deus decernat absolute conditionem, quia videt, consequens esse futurum ex determinatione causæ liberæ; sed ideo sit futura determinatio causæ liberæ, quia decernat conditionem. Vnde in num. 40. conclus. 5. tradit, Deum non cognoscere ante decretum absolutum futura conditionata, nisi secundum ipsorum possibilitatem; & in num. 44. conclus. 6. statuit, non dari in Deo respectu creaturarum Scientiam Mediam, quæ participet de scientia visionis, & simplicis intelligentiæ; sed tantum scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis dividere adæquatè ratione obiecti divinæ cognitionem. Hæc omnia sonant contra Scientiam Mediam.

650

Sed contra sententiam Thomistarum conclusio 2. posita in num. 18. his verbis, [Futura contingentia sunt cognoscibilia independentem à decreto prædeterminativo, & solum prærequirunt decretum de

conditione, seu de antecedenti, & de consequenti.] Valde tenebrosus est hic Author in conclusionibus propositis. Perscrutemur eius mentem, si possumus.

651

Et in primis nescio quo consequentiæ filo neget Scientiam Mediam. Nam Disp. 15. Sect. 4. num. 36. dixerat, Deum non cognoscere futura contingentia absoluta in suo decreto, quo absolute, & efficaciter de ipsis determinet. Idque probat, quia vel posito hoc decreto voluntas creata ita sequitur determinationem increate, ut non possit non sequi; vel possit non sequi? Si primum. Ergo non est causa libera, quia iam in aliquo antecedenti est determinatus actus ipsius, nec ipsa determinat; sed merè determinatur. Si secundum. Ergo in illo decreto non potest actus cognosci infallibiliter. Hæc ratio manifestè supponit, Dei decretum antecedens, connexum suapte natura, & essentialiter cum existentia actus creati, evettere huius libertatem. Tunc sic: Ergo dum Deus cognoscit infallibiliter, voluntatem nostram, posita aliqua conditione indifferenti, convertendam esse liberè, non cognoscit hoc in decreto efficaci, antecedenti, connexoq; essentialiter cum conversione, si ponatur conditio. Ergo cognoscit independentem à tali decreto. Ergo per Scientiam Mediam. Probo Consequentiam, nam si Deus cognoscit, voluntatem, posita tali conditione, convertendam, & non cognoscit in decreto tanquam in medio. Ergo ideo cognoscit, quia vi infinita sui intellectus, independentem à medio obiectivo, essentialiter connexo, assequitur, ad quam partem creata voluntas, conditione illa indifferenti posita, sit se ipsam determinatura. Hoc autem est cognoscere per Scientiam Mediam. quic-

EVEN.

quicquid sit de nomine Scientiæ Mediæ, vel de reductione ad Scientiam simplicis intelligentiæ.

652 Deinde cum Pasqualigus *Disp. 26. sect. 2. n. 8.* præmonet, respectu futuri contingentis conditionati tria veluti partialia decreta divina posse distingui, primū, quod terminetur ad antecedens, seu ad conditionem, secundum ad consequens, tertium ad connexionem antecedentis cum consequenti; cumque *in num. 42.* expressè habet hanc propositionem, [intantum est aliquid futurorum conditionatè, in quantum est futura conditio,] quis non videat, hanc doctrinam esse falsam? Nam hoc ipso quod aliquid est futurum conditionatè purè, non datur Dei decretum terminatum ad conditionem, ut patet in conversione Tyrionum futura purè conditionatè, sub conditione, scilicet prædicationis, & miraculorum Christi. Deus enim nõ habuit decretum terminatum ad prædicationem, & miracula Christi coram Tyrijs, sicut habuit terminatum ad prædicationem, & miracula coram Iudæis. Itaque ut aliquid sit futurum conditionatè, nullus desiderare potest decretum Dei circa conditionem, quia futurum conditionatum sicut ex se præscindit ab eo, quod sit, vel nõ sit ponenda conditio; ita præscindit ab eo, quod detur, vel non detur decretum divinum circa conditionem. Desideratur quidem decretum, ut futurum transeat de conditionato in absolutum; non tamen, ut sit purè conditionatum. Atque hinc liquet, Pasqualigum falsò supponere *in Disp. illa 26. Sect. 2. n. 18. conclus. 2.* quod futura conditionata prærequirant decretum de antecedenti, id enim solùmmodò convenit futuris absolutis.

653 Rursus dum Pasqualigus *num. 22. conclus. 3.* affirmat, futura contingentia conditionata non esse cognoscibilia à Deo, nisi dependenter à decreto absoluto de eorum futuritione, debet loqui de decreto absoluto subiectivè solùm; non autem subiectivè, & obiectivè. Deus enim eatenus vult, aliquid contingens esse futurum, quatenus vult, ut existat pro sua differentia temporis. Vnde eatenus vult, esse futurum absolutè, quatenus vult, ut existat absolutè; & eatenus vult, aliquid contingens esse futurum conditionatè,

quatenus vult, ut existat, si ponatur talis vel talis conditio, quam ipsum decretum, seu volitio illa divina nec inducit, nec excludit. Quare decretum absolutum, ratione cuius res de se contingens reddatur futura conditionatè potius, quàm non futura conditionatè, deberet esse obiectivè conditionatum.

654 Iam sic argumētor, ostendens, Pasqualigum minus dexterè se gessisse in sua illa neutralitate: Hoc decretum subiectivè absolutum, & obiectivè conditionatum; quo conversio v. g. Tyrionum reddatur futura conditionatè, debet ex se habere connexionem essentialē cum conversione Tyrionum sub conditione, quod apud illos fierent talia, vel talia signa, & miracula; alioqui ex vi eius decreti non redderetur præfata conversio infallibiliter futura. Ergo Deus per eiusmodi decretum amat efficaciter conversionem Tyrionum sub conditione, quod apud illos fierent talia signa, & proinde efficaciter vult conferre Tyrijs gratiam efficacem ad conversionem sub dicta conditione. Rogo itaque, vel eiusmodi decretum vult conferre gratiam efficacem ab intrinseco, seu efficacem ex se, vel vult conferre gratiam efficacem tantum ab extrinseco? Si prius concedatur, eiusmodi decretum nihil aliud erit, quàm decretum efficax prædeterminandi Tyrios ad conversionem sub conditione, quod apud illos fiant talia signa. Ergo non rectè contra PP. Dominicanos asseritur à Pasqualigo *in n. 18. cõcl. 2.* futura cõtingentia conditionata esse cognoscibilia independentèr à decreto prædeterminatiivo. Si posterius admittatur, eiusmodi decretum nihil aliud erit, quàm decretum conferendi Tyrijs sub conditione signorum vocationem eius genij, de qua Deus per Scientiam Mediam videat, coniungendam re ipsa cum conversione, quavis ex se posset non coniungi, seu de qua Deus videat obtenturam esse conversionem à voluntate Tyrionum, tamen si posset non obtinere. Ergo minus benè contra Doctores Societatis iudicat Pasqualigus *num. 22. conclus. 3.* Deum non cognoscere per Scientiam Mediam futura contingentia conditionata. Quare Pasqualigus reiiciens ex vna parte prædeterminantia decreta divina, & ex alia Scientiam Mediam, deve-

devenit in modum inter se pugnantia. 655 Quod magis constabit, si perpendatur conclusio eius 4. *in num. 34.* quam in suis verbis retuli *in num. 649.* & quæ continet, ac miscet implicantiã in terminis, tum quatenus ibi asseritur, Ideo determinationem causæ liberæ esse futuram conditionatè, quia Deus decernit conditionem. Patet namque ex terminis ipsis, & ab exemplo conversionis Tyrionum, futuritionem conditionatam nostræ determinationis liberæ independentem prorsus esse ab eo, quod Deus decernat positionem conditionis. Tum quatenus ibi dicitur, decretum absolutum Dei terminatum ad conditionem non supponere decretum conditionatum, & aliunde negatur Scientia Media. Nam Pasqualigus *Sect. 1.* statuit, Deum cog-

noscere formaliter, & infallibiliter futura contingentia conditionata; quæ cognitio formalis, & infallibilis si datur, debet abs dubio esse ante decretum definiens quid piam circa conditionem. Ergo si ante hoc decretum non datur aliud prædefiniens conversionem sub illa conditione, præcedet quidem conversionis scientia conditionata, independentens à decreto, quam Schola Societatis appellat Mediam. Ergo admittente scientiam conditionatam, asserereque illam non fundari in decreto conditionatò, quod præcedat decretum purificandi conditionem; & aliunde negare Scientiam Mediam, non vacat contradictione interminis. (6)

EVENTILATIO XXV!

SENTENTIÆ IOANNIS CARAMVELIS;

qui neutralis etiam est.

656



ILLVSTRIS-
simus, & Reverendissimus D. D. F.
Ioannes Caramvel ex Cisterciensi
Ordinè sacro assumptus ad Episcopatum

Milientem, & ex hoc postea ad Campaniensem, & Satrianensem, *in Theologia Fundamentali ex editione Francofurtensi anno 1652. pag. 17.* agit de Scientia Media, & de futuris conditionatis; aitque pag. 29. [Ego quidem, stando principijs naturalibus, & à Sacra Scriptura præscindendo, non video, cur non possit dici, conditionata futura libera, quæ non oriuntur infallibiliter, aut necessariò ab actu existente, aut futuro absoluto, esse indeterminata, hoc est, non habere determinatam veritatem, nec falsitatem.] Perstitit brevissimo tempore in præscissione illa, nam post paucas lineas subiungit, [Sed quia aliqui putant, hanc ipsam obiectivam indeterminationem repugnare Scripturæ divinæ, operè pretium erit, brevi-

ter explorare, an loci, qui circumferuntur, non possint explicari probabiliter, illæsa doctrina, quam ponimus?]

657 Explorat autem Caramvel tum proximè, tum post subiecta hæc theoremata: Primum, Non datur Scientia Media. Secundum, Non dantur physice prædeterminationes. Tertium, Non dantur decreta in Deo conditionalia, quæ actus hominum liberos prædefiniant, qualia ponuntur à Thomistis. Quartum, Futura libera conditionata, nempe illa, quæ ab alio futuro absoluto non inferuntur infallibiliter, aut necessariò, non habent determinatam veritatem, nec falsitatem. Quintum, Futura conditionata imperata, quæ ab alio futuro absoluto necessariè, aut infallibiliter oriuntur, habent determinatam veritatem, nimirum in futuro absoluto, ita ut cognoscens istud non possit ignorare illa. Sextum, Ad hanc ultimam classē pertinent futura omnia conditionata, quæ in Scriptura sacra revelantur; adeoque divinæ illæ revelationes, tã formaliter, quàm obiectivè.

obiectivè sumptæ, habent certitudinẽ, & infallibilitatẽ veram, realẽ in omni rigore metaphysico. Cui theoremati, quoad certitudinem, & infallibilitatem revelationum obiectivè sumptarum, dixerat contrarium in columna immediata his verbis, [Doctissimẽ Lauretus revelationem ipsam ab obiecto revelationis distinguit (in locis Scripturæ de eventibus futuris conditionatis expressis sub particula Fortẽ) illamque esse certissimam, & infallibilem asserit, istud incertũ, & indeterminatũ; adeoque præcipit, ut illud Fortẽ non Deum, sed creaturam afficiat, nec de cognitione divina, sed de obiecto illius intelligatur.]

658. Hoc tamen næviculo omisso, mens acutissimi Caramuelis ea in summa est, quod nec detur Scientia Media, id est, scientia futurorum contingentium conditionerum, independens à decreto existente actualiter, qualem adstruunt Iesuitæ, putantes, Deum certò, & infallibiliter cognoscere futura illa in se ipsis ob sui determinatam veritatem: neque item detur scientia conditionata libera, nempe scientia illorum futurorum innixa decreto, absoluto subiectivè, & conditionerum obiectivè, prædeterminandi voluntatem creaturam, qualem scientiam tinentur Dominicani, indicantes, præfatum decretum non pugnare cum libertate illorum futurorum. Nam Caramuel contra Iesuitas censet, conversionem Tyrriorum v. g. non habere veritatem determinatam in se ipsa; & contra Dominicanos, non componi cum eius conversionis libertate decretum de ea existens actualiter in Deo. Quare tantum concedit Deo scientiam infallibilem circa futura conditionerum imperata, id est, circa veritates, quæ ex futuro absoluto cognitio per scientiam visionis colliguntur necessariò; atque, Scripturam sacram solum tribuere Deo scientiam infallibilem circa conditionerum huiusmodi.

659 Hanc Caramuelis cogitationem nec Dominicani, nec Iesuitæ probabunt multis de causis. Ego ex Iesuitarum parte non probo. Primò, quia ex ea sequitur, Deum non habere, neque posse habere providentiã infallibilem nostrorum actuum liberorum, v. g. non posse intendere effica-

citer finem, nisi habeat medium infallibile ad eius consequutionem, quia alioqui eius intentio esset exposita frustrationi. In sententia autẽ Caramuelis Deus non haberet medium infallibile ad obtinendũ à Petro consensum liberum. Nam hoc mediũ nequit iuxta ipsũ esse ab intrinseco efficax, quia sic esset prædeterminas, & pugnans cũ libertate; nec efficax ab extrinseco, videlicet ratione præscientiæ conditionerum, per quam Deus noverit, voluntatem Petri, si pulsatur illo medio dese indifferenti, re ipsa consenturam, cum posset dissentire, quia hæc est Scientia Media; quam Caramuel refugit. Quapropter Deus, quasi tentando, deberet applicare voluntati Petri media ad obtinendum finem intentum. Erenim applicaret medium A. v. g. incius omnino effectus sequuturi. Quod si cũ eo medio non operaretur actu voluntas Petri, deberet Deus applicare aliud, donec obtineret consentum. Contingereq; posset, ut frustraretur illa intentio efficax. Nam deveniendum esset ad ultimum instans, pro quo adimplenda esset intentio efficax. In illo ergo deberet Deus eligere aliquod determinatum medium indifferens, quo voluntatem Petri quateret ultimo. Si itaque pro priori ad eius collationem non scit Deus, voluntatem Petri cum illo re ipsa operaturam, si detur, evenire poterit, ut conferat, quin re ipsa sequatur operatio, siquidem pro priori ad collationem non datur infallibilitas sequuturæ operationis, quia per Caramuelem non præluet Scientia Media. Neque item datur illa infallibilitas pro posteriori ad collationem, quia voluntas Petri potest cum illo medio contingere dissentum.

660 Non effugiet difficultatem, qui dixerit, Deum non posse ante collationem auxiliorum intendere efficaciter operationem liberam, ne sequatur absurdum superius. Non, inquam, effugiet, nam certũ est apud omnes cum S. Augustino, Deum posse præparare Petro beneficia gratiæ, quibus infallibiliter obtineat gloriam ut coronam, & conferre illi speciale beneficium, quod non confert reprobo alicui. Hoc autem inexplicabile est Caramueli, quia beneficia illa gratiæ non habent in se intrinseco infallibilitatem, sic

sic enim essent prædeterminantia, & tollerent libertatem iuxta ipsum: rursus neque habet infallibilitatem ratione præscientiæ conditionerum, qua Deus videat, positis illis donis gratiæ, voluntatem Petri operaturam bene, & promerituram gloriam, hæc namque præscientia est Scientia Media, quam Caramuel rejicit. Si autem neutro modo habent infallibilitatem, voluntas efficax Dei de dandis illis donis non erit præparatio beneficiorum, quibus certissimè Petrus liberetur, sed quibus contingens sit liberari, & non liberari.

661 Si Caramuel tentet recurrere ad scientiam illam futurorum conditionerum, quæ imperentur à futuris absolutis, seu ad scientiam conditionerum fundatam in scientia visionis futuri alicuius liberi absoluti, inveniet præclusum aditum. Namque cũ prius sit, Deum conferre hominibus dona gratiæ, quàm videre reatum vium illorum, fieri non potest, ut providentiã specialis in præparandis beneficijs gratiæ, quibus certissimè liberantur quicumque liberantur, explicetur per scientiam conditionerum supponentem scientiam visionis de vsum illorum donorum: Quia hæc scientia conditionerum supponit iam collata auxilia, & dona gratiæ; scientia autem supponens iam collatum donum, non deservit ad explicandam specialem providentiã reluctentem in eius collatione.

662 Ratio hucusque proposita sufficiens est se sola ad convincendum falsitatis opinamentum illius Auctoris. Omnes enim fieri debent, Deum posse prædestinare quemcumque hominem ad coronam gloriæ per media gratiæ, ac proinde Deum habere media infallibilia metaphysicè ad faciendum; ut quilibet homo eliciat merita, quibus consequatur gloriam. In explicanda hac infallibilitate vertitur cardo rotius huius negotij, & difficultatis, quæ est crux Theologorum: Dominicani eam explicant per prædeterminationem; Iesuita per Scientiam Mediam; Caramuel verò relinquit inexplicatam rem, propter quã Dominicani invexere prædeterminationem, & Iesuitæ Scientiam Mediam; & adhuc (si Deo placet) exultat de aperta à se nova via. Sed certè via non

est, quæ ad terminum non ducit:

663 Secundo non probo traximem Caramuelis, quia videtur esse contra Patres Ecclesiæ. Nam illi ut quid manifestum supponunt, Deum ante decretum creandi Adamum cognovisse infallibiliter, eum peccaturum, si crearetur: Inquirunt enim, cur Deus creavit Adamum, præsciens peccati futuri? Cur imposuit illi præceptũ, præsciens futuræ prævaricationis? Cur creavit Demones, sciens futuros esse malos? Videantur Patres apud Didacum Ruiziũ *tota Disp. 65. de Scientia Dei, Lessium lib. de gratia efficaci cap. 19. n. 11. & apud Bernardum Aldretum tom. 1. in 1. p. Disp. 27. Sect. 3. & 4.* egoque indicabo multos in *Delin. Theologica Scientia Media*. Ad eas autem quæstiones respondent illi, supponendo, Deum habuisse eam scientiam conditionerum: Nam præscientia, de qua loquuntur, nequit esse absoluta peccati; supponens iam decretum creandi Adamum, vel Angelos, & imponendi præceptum, permittendique peccatum. Siquidem loquantur de scientia, quæ potest movere Deum ad non creandum Adamum, ut ita crearetur peccatum, quod apparebat futurum sub conditione; si crearetur; scientia autem visionis; supponens iam decretum condendi Adamum non potest movere Deum ad non condendum illum. Rursus scientia, quæ potest impedire, ne aliquid sit absolute futurum, non potest esse scientia, qua illud sciatur ut absolute futurum. At scientia, de qua Patres tractant, poterat impedire, ne peccatum Adamĩ esset absolute futurum, quia poterat impedire, ne unquam Adamus existeret, ut supponit ipsa quæstio: perinde quippe est quærere, cur Deus creaverit Adamum, quem sciebat esse lapsurum? ac quærere, cur scientia peccati sequuturi non impedierit decretum creandi Adamum, qui esset peccaturus? Ergo scientia, de qua Patribus erat sermo, non est scientia, qua peccatum sciatur ut absolute futurum: Est igitur scientia conditionerum antevertens decretum producendi peccatosum. Tunc sic: sed infallibilis scientia peccati futuri sub conditione creationis subiecti non potest fundari in operatione aliqua ipsius subiecti cognita per scientiam visionis, ut est evidens. Ergo Patres Ecclesiæ admittunt scientiam

scientiam conditionatam infallibilem futuri contingentis non fundatam in aliquo decreto; aut operatione humana existente absolute. Huiusmodi scientiam non admittit Caramuel. Ergo videtur sentire contra Patres Ecclesie. Non absimili modo in ea Delin. refutabo nonnullos Thomistas, quorum existimatione Patres loquuntur de scientia peccati Adamici ut antecedente productionem temporalem Adami, non tamen voluntatem absolutam producendi eum.

664 Vbi noto, dici ab alijs Thomistis, Patres intelligendos de scientia peccati Adamici fundata in decreto subiective absolute, & obiective conditionato circa illud; quæ scientia debeat precedere decretum absolutum productionis, & collationis arbitrij ad bene, & male operandum, ut supponunt Patres, & ut persuadet perfectio divinæ providentiæ. Veram tamen quod talis scientia fundetur in eiusmodi decreto, difficillimum est, attendente mente Patrum; iuxta quam, ut loco promisso contendemus, eiusmodi decretum nec propitium esset libertati Adami, nec conforme sanctitati Dei. Et cum Patres in responsione ad illam questionem eò respexerint, ut libertatem Adami, & sanctitatem Dei salvas ostenderent, non obstantem præfata scientia; implicarent se se novo alio modo, si peccati scientiam fundarent in eiusmodi decreto circa ipsummet peccatum. Præterea cur ante decretum creandi Adamum debeat Deus prædefinire id, quod acturus esset Adamus sub quavis conditione indifferenti? Sunt Thomistæ, qui existimant, Deum non debere prædefinire id, quod operaturus essent alij homines pure possibilis diversæ speciei sub quacumque conditione indifferenti. Quidni afferunt idem ipsum de Deo respectu Adami? Nam ante decretum creandi Adamum, eadem videtur esse ratio de Deo respectu Adami, ac respectu aliorum hominum pure possibilium diversæ speciei. Ulterius videntur necesse prorsus sit, ut nullum actum liberum Adami dependentem à conditione indifferenti possit Deus velle actu libero tendente immediate erga ipsum existentiam absolutam, sed debeat velle hanc, si velit conditionem, et si indifferentem, vel quia volitio con-

ditionis debeat esse formaliter volitio absolutæ existentie actus, vel quia cum ea ut distincta virtualiter debeat habere connexionem, eoquod præcesserit prædefinitio, qua Deus efficaciter voluerit sub conditione indifferenti (non volita, neque non volita pro eo priori) actum quemcumque liberum Adamicum, qui se ipsa futurus sit absolute? Videntur etiam necesse sit, & non potius otiosum, ut actum liberum Adamicum, quem Deus pro posteriori signo voliturus sit absolute dependenter à conditione indifferenti, positaque in sui manu, velit ipse Deus pro priori signo conditionate dependenter à tali conditione? Videatur Suarez parte 1. de Gratia Prolog. 2. Cap. 8. num. 10. Et circa mentem Patrum considerentur hæc eius verba in Cap. 5. num. 15. [Si præscientia peccati sub conditione futuri supponit decretum illud, in quo eius veritas, & illatio fundetur, potius querenda esset ratio, cur Deus tale decretum habuerit? Nam ibi esset tota ratio admirationis, & difficultatis, & sine dubio esset maxima, & iudicio meo inexplicabilis, quomodo Deus, cum sit summè bonus, & sapiens, sola libertate, & nulla occasione sumpta ex determinatione creaturæ talem determinationem absolutam ex se habuerit? At Patres nullam questionem de hoc moverunt, nec rationem talis decreti dare tentarunt.]

665 Tertio non probodiscursum Caramuelis, quia est contra S. Augustinum Epist. 105. lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione Cap. 21. lib. de gratia, & libero arb. Cap. 23. lib. de correptione & gratia Cap. 8. lib. de bono persever. Cap. 9. & contra alios Patres expostos à Petrovio tomo 1. Theologicorum dogmatum Cap. 8. qui excitati verbis illis Sapientie 4. v. 11. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, docent, præcipueque S. Augustinus in Cap. illo 23. de gratia, & lib. arb. ex duobus parvulis recenter baptizatis alium in vita relinqui à Deo, præsciente impium futurum, alium verò ex hac vita rapi, ne malitia mutet intellectum eius. Itaque Deus præsciens, utrumque parvulum, si relinquatur in hac vita, impium futurum, unum relinquit in vita occulto suo iudicio, alterum rapit à vita, ut divitias misericordie suæ ostendat erga illum. Ergo de eo sic raptocog-

cognoscebat certò, atque infallibiliter Deus, peccatum postea, si viveret. Hoc autem peccatum conditionate futurum non cognovit Deus in aliquo decreto, aut operatione illius parvuli cognita per scientiam visionis. Quodnam enim decretum, aut operationem habuit infans raptus ante usum rationis? Ergo illud futurum conditionatum habuit determinatam veritatem independentem à futuro absoluto. Ergo falso, & contra S. Augustinum, aliosque Patres asserit Caramuel, Deum solummodo posse cognoscere certò, & infallibiliter futura conditionata imperata, id est, quæ ex futuris absolutis cognitis per scientiam visionis deducuntur necessario.

666 Quarto refutari potest sententia Caramuelis illis omnibus rationibus, quibus Iesuitæ contendunt, vel determinatè nunc esse verum, affirmatè

re voluntatem Petri delapsuram, si pulsaretur tali tentatione, vel determinatè esse verum, negare id. Sed his prætermis, & argumento ad hominem de modo, quo Deus iuxta ipsum cognoscat certò, & infallibiliter futurum contingens absolutum, quod inferat aliud futurum contingens conditionatum. Nam si cognoscit prius futurum in se ipso ob determinatam suam veritatem, recidit Caramuel in sententiam Iesuitarum; rogandusque est, cur Deus non sic cognoscat posterius? Si autem Deus cognoscit prius futurum in decreto suo absoluto, non præiudicante libertati talis futuri, iam Caramuel transit ad Dominicanam Scholam; vrgē, datq; est, ut dicat, quidni Deus cognoscat posterius futurum in decreto

suo conditionato? Satis sit delibasse hæc impugnationum capita.

(9)

EVENTILATIO XXVI.

OSTENDENS, EVNDEM CARAMVELEM

Non explicare aptè Oracula Scripturæ divinæ.

667



IDEAMVS iam, quomodo Caramuel exponat testimonia Sacrae paginae, quibus Iesuitæ stabiliunt Scientiam Mediam, & Dominicani Conditionatam fundatam in decreto conditionato. Ad illud ex 1. Regum 23. de Saulis adventu, si David maneat Ceilæ, & de prodicione Ceilitarum, si Saul eò descenderet, respondet Caramuel, Deum hos eventus conditionatos cognovisse infallibiliter, non tamen per Scientiam Mediam, neque per scientiam fundatam in decreto, sed per scientiam innitètem, tanquã, in motivo in scientia visionis duorum decretorum humanorum, altero Saulis, altero Ceilitarum. [Sciebat enim Deus, inquit ille, Saulè habere istam voluntatè de facto, quod si David veniret Ceilam, aut ad aliam similem Civitatem, esset iturus illuc, &

intercepturus illum: & videbat Deus, Saulè multis diebus sequentibus contristaturum istum actum, & hoc scientia visionis: sciebat etiam, Ceilitas decrevisse de facto tradere Davidem Sauli, si illum in potestate haberent, & hic cum peteret; & stantibus istis duobus decretis actualibus, altero Saulis, altero Ceilitarum, quæ Deus scientia visionis cognoscebat, evidenter, & infallibiliter videbat Deus, Saulè descensurum in Ceilam, si ibi maneret David, & Ceilitas tradituros illum, si Saul descenderet.]

668

Hanc expositionem esse omnino voluntariam, & sine solido fundamento, suadetur primò, nam Deus eo loci nihil de præsentis dispositione illorum hominum habitatorum Ceilæ revelavit, præcisè enim dixit, Tradituri & fieri posset, ut tunc non haberent tale propositum, nec aliam affectionem inclinantem vehementer ad illud; & nihilominus postea ex sua libertate id facerent. Ergo sine fundamento in revelatione.

velatione, vel verbis Scripturæ cogitatur quidquid de illo affectu dicitur. Imò ex iplo contextu colligitur, habitatores Ceilæ non habuisse tunc temporis illam pravum animum contra Davidem. Nam ut constat ex 7. 5. & 6. salvavit David habitatores Ceilæ liberans eos ab oppresione Phillistinorum. Non ergo est fundamentum ad credendum, eos, antequam vgerentur à Saule, habuisse animum tradendi Davidem in manus eius.

669 Suadetur secundo, quia licet Ceilite tunc temporis, quando David consulit Dominum, haberent decretum tradendi illum Sauli, si descenderet, tamen in hoc decreto, tanquam in medio, non potuit Deus infallibiliter cognoscere illam veritatem conditionatam, quod scilicet David tradendus esset in manus Saulis, si hic descenderet in Ceilam. Illud etenim decretum mutabile erat, quia qui tunc temporis habebant eum animum, poterant postea decernere aliud. In decreto autem mutabili non potest infallibiliter cognosci obiectum futurum.

670 Nec proderit respondere, Deum non cognovisse infallibiliter illam traditionem, ut conditionate futuram, in decreto illo Ceilitarum præcisè ut existente ad tempus, quo David consulit Dominum, sed ut existente tunc, & continuando postea. Non, inquam, proderit, nam cum David aufugerit, antequam adveniret illud tempus, pro quo Deus cognoscebat, illum tradendum in manus Saulis, si maneret Ceilæ, consequens est, ut Ceilite non continuarent illud suum decretum tradendi Davidem, usque ad illud tempus, quia postquam cognoverunt, Davidem aufugisse, ab illo cessarunt, quandoquidem voluntas efficax Ceilitarum tradendi Davidem in manus Saulis supposebat, Davidem posse ab ipsis tradi; ac proinde cessare debuit ea voluntas, postquam Ceilite cognoverunt Davidem iam non posse ab ipsis tradi. In decreto autem Ceilitarum non continuato usque ad tale tempus non poterat Deus infallibiliter cognoscere, Davidem tradendum eo tempore à Ceilitis, si Saul descenderet. Ponamus tempus, pro quo Deus videbat futuram conditionate traditionem, fuisse instans *H.* et decretum Ceilitarum con-

tinuatum esse usque ad instans *F.* Certè in decreto Ceilitarum ut existente ad instans *A.* in quo David consulit Dominum, & continuato per restituta instantia usque ad *F.* inclusivè, non potuit Deus infallibiliter cognoscere, Davidem tradendum esse in instanti *H.* si maneret Ceilæ. Nam illud decretum erat mutabile, & postquam Ceilite illud habuerunt in instanti *F.* potuerunt in instanti *H.* habere oppositum decretum. Ergo non cognovit Deus infallibiliter futuram conditionate traditionem Davidis in presenti dispositione Ceilitarum. Rursus iuxta Caramuelem non cognovit illam in decreto efficax suæ voluntatis. Ergo cognovit illam in se ipsa, et consequenter per Scientiam Mediam.

671 Ad illud ex 3. Regum 31. *Non ingrediemini ad mulieres alienigenas, certissime enim avertent corda vestra*, ubi particula *Certissime* ostendit satis, fuisse omnino certum, & consequenter metaphysicè infallibile, illos lapsuros in Idololatriam, si ingrederentur ad alienigenas, respondet Caramuel, certitudinem hanc metaphysicam potuisse fundari in decretis humanis cognitis per scientiam visionis. Nam si ponatur, inquit, ex parte Hebræorum voluntas absoluta concedendi vxoribus quod primum petant, & ex parte harum voluntas absoluta petendi Idololatriæ propagationem, inferitur per consequentiam infallibilem, corda Hebræorum avertenda, si ad foeminas Ethnicas ingrederentur.

672 Hæc etiam responsio stabili caret basi, patiturque primo impugnationem factam *num. 669.* Nam licet fingeremus, quod tunc temporis, quando Deus dedit Israelitis hoc præceptum, vel consilium, habuerint ipsi illam voluntatem, erat tamen illa mutabilis. Ergo in illa non poterat Deus infallibiliter cognoscere, eos conceduros foeminis Idololatriæ quod primum postularent. Secundo rejicitur, quia proprio ex cerebro fingitur, Hebræos habuisse tunc temporis illam voluntatem, esset enim maximum peccatum in Hebræis non ignorantibus, contingens esse, ut mulieres Idololatriæ ab ipsis peterent aliquid contra divinam legem. Et sanè si in illa voluntate, tanquam in medio, Deus non poterat cognoscere

noscere futurum infallibiliter peccatū Idololatriæ, nisi illa esset voluntas efficax idololatræ, casu quo foemina illa id postularèt. Habuerunt ergo Israelitæ ex mente Caramuelis voluntatem illam committendi peccatum Idololatriæ, quando Deus illis præcepit, ne ingrederentur ad alienigenas. Quis autem non videat, absurdum esse existimare, Israelitas, quibus Deus prædixit Idololatriam, si ingrederentur ad alienigenas, habuisse iam tunc voluntatem efficacem idololatræ?

673 Idem argumentum conficitur in casu, quo iuxta *Epist. B. Iudæ v. 9. Michael Archangelus cum Diabolo disputans altercatus fuit de Moyse corpore*, quippe, ut dicitur in Glossa ibi, *previderat Dominus, Moysen post mortem à Iudæis adorandum, & si corpus haberent, pro Deo habendum*, quæ Idololatria absolutè

non contigit, quia prævaluit Michael in Moyse corpore occultando Iudæis: quare Dei prævisio de eâ Idololatria fuit conditionata.

674 Responsio Caramuelis ad illud *Sapientie 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius*, manet refutata ex dictis in *num. 665.* Et quas præbet ad illud *Ezechielis 3. Si ad illos mittere vis* (id est, ad Babylonicos) *illi audient*, ad illudque *Luce 10. & Matthæi 11. Vae tibi Corozain*, &c. facile quisque repudiabit, tanquam sine fundamento paratas; parumque solidas, si attendat ad iudicium, quod de alijs fecimus. Adeat nostrum Mathiam Borrull *Disp.*

ultima de Scientia Media
quisquis plura velit
contra Caramuelem.
(9)

EVENTILATIO XXVII.

CONAMINVM ALIORVM EIVSDEM Caramuelis in punctis controversis inter Patres Dominicanos, & Societatis.

675.



ODÉ M in *Opere Theologiae Fundamentalis* pag. 7. & 8. recitat Caramuel tres opiniones, primam de physica præ-

determinatione, cū qua voluntas creata non potest componere omissionem actus prædeterminati; secundam de prædeterminatione, cum qua possit, sed infallibiliter non componet; tertiam de Scientia Media sine vlla prædeterminatione. Primam dicit esse antiquam, & communem Dominicanorum; secundam ceptam noviter à se defendi Salmanticæ. Sed scio, fuisse aliquando vetustiore Caramuele, qui si defendit, fuit ut discipulus, nam Salmanticæ non exercuit Magisterium, ut reclusi à condiscipulis sui Ordinis. Et fortè ipse eam opinionem audiuit propugnari Salmanticæ a quodam egregio Magistro Dominicano, quem impug-

nat Illustrissimus, & Reuerendissimus Echazar *Tract. 2. Physicorum Disp. 16. cap. 2.* vel ab aliquo eius discipulo. Et possibilitas componendi omissionem prædeterminati actus cum prædeterminatione, simulque infallibilitas non componendi cogitatio fuit celeberrimi Augustiniani Luyssij Legionensis, amplifiata postea à notissimis alijs Augustinianis, ut ab Augustino Antolinez, Basilioque Legionensi: quam hic fuse declarat *1. p. Relectionis de necessitate gratiæ, Cap. 9. & 10.* cum eaque coiludebat meditatio Ioannis Vincentij Dominicani, promotâ postea à nonnullis alijs ex eodem Ordine, de quibus in *Euent. VI. & VII.* Tertiam opinionem defendiari ab omnibus PP. Iesuitis, & ab aliculis doctrinæ ipsorum, ait merito Caramuel.

676 Cæterum pro summa sinceritate, quam sibi adscribit, subiungit, nullam trium harum opinionum sibi placere, & vel adhuc latere veritatem, vel aliunde petendam. [Et quidem, inquit,

quis, si res bene expendatur, Dominici tertio syllogismo ad Iesuitarum opiniones coguntur, tertio Iesuita ad Dominicanorum opiniones; ita ut suspicatus fuerim hic sicut etiam alibi saepe, has duas Scholas non sententiarum, sed linguarum varietate, & difficultate laborare.] Sic ille. Sed nos hactenus non vidimus frequentes illos transitus mutuos Dominicanorum, & Iesuitarum in adversa castra literaria.

677 Et quavis Caramuel ex pag. 9. usque ad 18. producat quosdam Theses tabe Louanij propugnatas anno 1641. in quibus conatus fuit demonstrare, doctrinam Didaci Alvarez esse eandem, quam hodie solent in Scholis defendere Patres Iesuita; ast certissimum est, & constantissimum inter utrotque dissidium circa maximi momenti nonnulla puncta. Nec negare potest id ipse Caramuel, qui in pag. 18. petit à Patribus Dominicanis, ut respondeant huic argumentis, quod est precipuum Iesuitarum: Non est in mea potestate non habere physicam praedeterminationem: illa posita, non est in mea potestate omittere opus, ad quod inducit. Ergo nihil est in mea potestate. Nisi Caramuel in propositionibus huius syllogismi concorderet Dominicanos, & Iesuitas, Theses illae Louanienfes causam non obtinebat. Et aliud est, convenire utroque in aliquibus punctis minutioribus, vel ex concessis ab Alvarez arripit ansam ad argumentum ad hominem in favorem Iesuitarum contra eum Authorem, quod praestant Theses Louanienfes, & nihil amplius; aliud, eandem esse doctrinam in punctis principalibus, & in rebus à consilio, deliberatèque statutis per Didacum Alvarez, & Iesuitas. Parco pluribus circa Caramuelis propositum. Nam Magister Ioannes Martinus Pratenfis *romo. 2. Moralium questionum Cap. 33. q. 1.* egrè passus, domesticum suum Alvarez adduci ad tantam cum Iesuitis consensionem, fierique utroque unum in modo opinandi, longam iam suscepit tractationem contra Caramuelem.

678 Qui in *Theologia Morali* editione Louanienfi anno 1645. lib. 1. Cap. 5. *Disp. 2.* scribit, Deum praedeterminare physicè causas secundas tam liberas, quam necessarias ad suas operationes; & consequenter admittit praemotions divinas infallibiles, quae deter-

minent extrinsecis creatam voluntatem. Ideo autem iuxta ipsam causam liberam indigent praedeterminatione physica, quia sunt ex se indifferentes quoad speciem; & causae necessariae, quia sunt contingentes quoad exercitium, quandoquidem possint diuinitus impediri ab omni operatione: quod fiet, negante Deo praedeterminationem physicam. Et permisso fieri, negante Deo concursu simultaneo; vnde monstrabitur simultaneum concursum condistingui à praedeterminatione: An non possibile, eandem actionem Dei, prout est prior actione creaturae, praedeterminationem dici, & prout coexistit actioni eiusdem creaturae, concursu simultaneo nominari? Dixerat Caramuel paulo antea, *initio Cap. num. 181.* se non examinaturum, an dentur praedeterminationes physicae, quia erat quaestio mere speculativa, alibi vberius pertractanda. Atque ita quae retuli videntur dicta sine tanto examine, quantum ille adhibere poterat, & sperabat; ob idque forsitan in *Theologia Fundamentali* displicuit illi de physica praedeterminatione opinio, quae grata fuerat in *Theologia Morali*. Sed oportebat, ut nisi omni cum meditatione opinionum adeo controversarum suum utrobique interpositurus erat iudicium, distulisset illud in Theologiam Scholasticam, aut in tempus fastidiosissimum, quo detegeret veritatem latentem, è recessu ignoto Dominicanis, & Iesuitis eam adportaret. Expectamus anxij tam foelix tempus. Et serio dicimus, magna nos semper opperiri ab excelso Caramuelis ingenio, doctrina, & eruditione; sed instar miraculi nobis fore, si quid reperiat difficultatem sedans, quod nec cum Dominicanorum, nec cum Iesuitarum opinionibus consue sit, imò nec intimum.

679 Quod autem causae liberae sint indifferentes quoad speciem, ratio est, quae potius suadet exclusionem, quam positionem praedeterminationis physicae intentam à Caramuele in *Theologia Morali*. Et ut suadeat praedeterminationem aliquam, esset satis ea, quae consisteret in decreto divino previo, & absoluto unius speciei praeter aliam. Rursus quod causae necessariae, constitutae in statu proximo operandi, possint diuinitus non operari, ut accidit in casu ignis Ba-

bylo-

bylonici, revocandum haudquaquam est ad defectum praedeterminationis physicae, sed volitionis divinae de cooperatione Omnipotentiae cum ipsis, vel ad defectum praedeterminationis etiam divinae de ipsarum effectu.

680 Illud de praedeterminatione physica, quatenus & sit actio Dei, sicque prior actione creaturae, proindeque praedeterminatio, & quatenus sit Dei cum creatura concursus simultaneus, sicque coexistens actioni creaturae, nec placere potest ipsis Dominicanis, qui communiter existimant, praedeterminationem physicam in causa secunda esse qualitatem quandam ei à Deo impressam, nec plebisque Philosophis, & Theologis, qui discutere solent, non dari actionem actionis, totamque actionis essentiam consistere in agendo, & ideo non posse in vno signo agere quid, & in alio signo non agere idem ipsum, aut agere aliud; neque eum posse in vno signo precedere aliquid, & in alio signo non praecedere, sed coexistere eidemmet entitati, quam praevit.

681 Porro Caramuel, ut *Disp. illa 2. num. 188. & 189.* probet praedeterminationes efficaces, & infallibiles divinas actuum nostrorum liberorum, sic argumentatur: Deus cognovit certò hanc propositionem significatam 1. *Regum 23. Si David manserit Ceila, incola prodent eum Saul;* non potuit autem cognoscere sic, nisi in decreto disponente, Davidem traditum iri ab incolis, si manserit Ceila. Et decreti resolutionem explicat Caramuel his verbis, *Si praedeterminabo etiam incolas negativè, aut positivè, hoc est, permittendo, aut inducendo, ut prodant eum.* Quia vel Deus potest praedeterminare ad materiale peccati, ut volunt Thomistae, vel saltem potuit talibus apprehensionibus Ceilitarum mentes praevinire, ut tandem illum traderet: puta, si faceret, quod ipsi ita debere fieri iudicarent. Ergo in hoc decreto efficaci, & infallibili novit certò Deus


propositionem illam, *Si David manserit Ceila, incola prodent eum Saul.*

682 Qui discursus est facilis dissipatu, nam propositio illa de prodictione conditionata Ceilitarum cognoscetur certò à Deo in eius veritate determinata. Sed reclamat Caramuel, omnia cognoscuntur à Deo, ut sunt; illa autem propositio contingens in se est. Ergo Deus cognosceret, illam esse contingentem, seu constare extremis, quae connecti, & non connecti possint. Respondeo annuens toti syllogismo. Ex quo tantum inferitur, cognosci à Deo veritatem illius propositionis ut contingentem, & non ut necessariam. Quod est unum è primis documentis Scholae nostrae.

683 Iam circa verba Caramuelis noto breviter primo, indicari in eis esse absolutum subiectivè, & intentivum, seu affectivum decretum divinum, quod designatur ut medium ad cognoscendam prodictionem Ceilitarum, nam vocatur decretum disponens de ea prodictione. At postea resolutio eius decreti explicatur, non quasi sit absolutum, sed conditionatum subiectivè; & non restringitur, ut sit affectivum, sed ampliatur, ut sit vel affectivum, vel permissivum, imò principaliter declaratur ut permissivum. Noto secundo, decretum permissivum de prodictione non esse extra sufficiens medium, ut ea certò cognoscatur, nam tale decretum debet esse extra indifferens, ut sequatur, vel non sequatur proditio; quippe si esset determinatum, ut sequeretur proditio, iam non esset permissivum, sed intentivum. Noto tertio, cum debuisset Caramuel exponere, quale esset decretum praedeterminativum, positivumque de prodictione, & quale esset decretum permissivum, negativumque de ea, exposuisset prius, & non postterius, divertendo ad decretum de prodictione, quae non esset peccatum, & quae

proinde esset obiectum decreti intentivi, seu affectivi.

(9)



EVENTILATIO XXVIII.

COGITATIONVM ALIARVM

eiusdem Caramuelis.

684.



DEM CARAMEL in *Her- culis Logici laboribus editis Francofurti an. 1655 pag. 135.* ait, huius propositionis conditionalis veritatē, si David mansisset Ceila, fuisset traditus, cognosci a Deo in suo decreto, quod dixit, statuo, quod tradatur David, si Ceila maneat, [quia cum antecedens, & consequens non habeant infallibilem connexionem intrinsecam in semetipsis, debent dici habere talem connexionem extrinsecam, & alibi, quam in ipso decreto.] Sed debuisset probare Caramuel, mansionis connexionem cum traditione requiri, ut a Deo hæc cognoscatur sub conditione illius. Requiritur quidem, si in mansione esset cognoscenda traditio. At nos non id dicimus, sed traditionem cognosci in se ipsa a Deo. *Ibidem* addit Caramuel, Deum non prædeterminare positivè ad materiale peccati. Quæ doctrina nobis est favorabilis, optoque noscere, quo pacto cum ea conciliet cognitionem traditionis præfatæ, aut alterius actionis sub conditione futuræ, que se haberet tanquam materiale peccati. Num talis cognitio innotetur, necne, decreto conditionato circa materiale illud?

685 Ex pag. 154. eiusdem tomii approbat Caramuel prædeterminationes physicas infallibiliter, quas in loco citato ad num. 676. dixerat sibi non placere. Ex pag. 161. recitat varias Theſes Theologicas de gratia, & libero arbitrio defensas Lovaniæ, se Præsidente, quarum maiorem partem iam transcripserat in *Theologia Fundamentali*, & quarum priores multa continent nec Dominicanis, nec Iesuitis consona, & posteriores incaſum eò respiciunt, ut vitrorumque sententias maritent, quod iam in num. 677. notavi. Ex pag. 193. reperit eam de divina scientia futurorū

contingentium conditionerum doctrinam, quam ego ex num. 656. iam discussi.

686 Ex pag. 216. gratia exercendi ingenij, proponit geminum argumentum adversus Scientiam Mediam. Primum, futura conditionata cognoscuntur ut dependentia à decreto Dei. Ergo non ante omne decretum. Secundum, si conditionata futuritio non dependeret à voluntate Dei. Ergo nec nostra prædestinatio, iustificatio, & discretio. Ad quæ argumenta suas apponit solutiones, & harum impugnationes. Sed primæ solutio genuina est, futura contingentia conditionata cognosci ut dependentia à divino decreto, quod tamen non existat actu, neque sit præviè connexum cum illis. Quare et si non cognoscantur ante, seu independenter ab omni decreto, non tamen in decreto, sed in se ipsis. Et hinc patet solutio secundæ. Nos enim absolute non dicimus, futuritioem contingentem conditionatam non dependere à voluntate divina, sed non dependere ab ea ut actu existente, neque ut antecedenter connexa cum ipsa. Videantur scripta ad num. 633.

687 In *Metalogicis Disputationibus de Logica editis Francofurti anno 1654. lib. 7. Diss. & art. 2.* late probat Caramuel, propositionum contradictoriarum singularium, quæ sunt de futuro contingenti, alteram necessario esse determinatè veram, alteram determinatè falsam. Aitque in §. *His postis pag. 357.* [actum cras futurum liberè, aut contingenter in instanti B. non posse hodie cognosci in substantia voluntatis, hæc enim indifferens est; nec posse in hodierna determinatione voluntatis, quoniam hodie possum contrarium velle, & cras voluntatem mutare: sed debere cognosci, aut in determinatione voluntatis futura in illo instanti B. aut in ipsa existentia actus futura in eodem instanti.] Quæ omnia apprimè con-

conveniunt cum placitis Scholæ nostræ, & valde dissident ab alijs relatis ex ipso Caramuele *suprà*. Rursus in §. *Transit statim pag. 358.* inquit, [Si futura conditionata cognoscuntur à Deo in conditionato decreto, cur non etiam futura absoluta libera, aut contingentia in absoluto Dei decreto? Teneo enim, hæc bifariam cognosci divinitus, primò in ipsa voluntate divina æternum, tametsi liberè, determinatè, ab æterno enim decretum fuit, quod hæc scribam hodie. Secundò in causa libera, cuius determinatio, tametsi nobis futura sit, Deo præsens est; heri enim meæ voluntionis hodiernæ existentia respectu hominum non erat determinata, sed determinanda; & nihilominus erat determinata coram Deo, cui omnia futura sunt præsentia, ipse enim æternum omnibus temporibus præsens est.] Et in paucis lineis Caramuel Dominicanis, & Iesuitis suffragatur.

688 In *Theologia Rationali edita Francofurti anno 1654. parte 2. Logice vocalis art. 15. pag. 179.* agens Caramuel de propositione conditionali scribit in §. *Ut hoc*, [Sed unde in ea connexionem habent antecedens, & consequens? Respondet, duas esse hoc sæculo celeberrimas Authorum sententias, de quibus disputare non volo, sed summarie tractare. Prima opinio, quam P. P. Societatis tuentur, intrinsecam connexionem reperit, liberam tamen: Sciebat enim Deus, iuxta hos Authores, ita esse affectos erga Davidem Ceilitarum animos, ut si in urbe mansisset, essent eum infallibiliter tradituri.] Sic ille de nostra opinione. Quæ quidem pertinentis antecedentis cum consequenti, quod sit futurum contingens, liberamque voluntati creatæ, non agnoscit connexionem ullam intrinsecam, sed conducentiam tantum, neque item agnoscit, traditionem Davidis cognosci à Deo in affectione, quæ de præsentia habebant Ceilitæ erga illum, sed in ipsamet traditione sub conditione mansionis apud eos. Omitto, connexionem, si intrinsecam sit, non posse esse liberam; & libertatem non esse considerandam ex parte antecedentis cuiuscumque, sed ex parte consequentis.

689. Proccedit Caramuel ad explicandam opinionem P. P. Domini-

canorum, & ita explicat, ut dicat, nelas in ipsorum Schola contingentes conditionales propositiones esse veras, de quibus non est aliquod decretum divinum. A quò placito Dominicanæ Scholæ discedere debet Caramuel, si firmus sit in ijs, quæ ex ipso enarravi ad num. 687. Notat paulò post Caramuel, non fuisse Dominicum Sotum rectè allegatum à Petro Hurtado pro Scientia Media. Sed de causa hac iam nos egimus ex num. 426.

690 In *Theologia Fundamentali edita Lugduni anno 1657. ultra eò, quæ ex editione Francofurtensi anni 1652. retulli, & impugnavi in Euent. 25. & 26.* declarat operose Caramuel pag. 39. & 40. conditionata futura libera, quæ non suboriuntur, inferunturque infallibiliter ab actu existente, aut futuro absoluto, non habere determinatam veritatem, nec falsitatem, si non dentur in Deo conditionata decreta. Quæ non dari censet ipse, & de conditionatis futuris liberis subortis, illatisque præcomodo, interpretatur revelationes in Scriptura sacra contentas: unde cæteris conditionaris denegat determinatam veritatē, ac falsitatē; cum tamen contrarium non minus operose adstruxisset in loco memorato ad num. 687.

691 In eadem editione *Theologiae Fundamentalis* à pag. 21. auget, locupletatque Caramuel ea, quæ ex Francofurtensi memoravi in n. 676. & 677. adducitque in num. 26. huiusmodi argumentum adversus opinionem Societatis, [Causa secunda potest determinare primam, illa libertate primæ. Ergo prima poterit determinare secundam, illa libertate secundæ. Patres ergo Iesuitæ, cum volunt opinionem suam suadere, sententiam Thomistarum persuadent, & se ipsos impugnant, ideo enim negant, Deum causas liberas determinare, quod determinatio libertati opponatur.] Sed in num. 29. ait, rationem hanc, et si fortem, non carere solutione, [nam si ponamus, voluisse Deum sub talibus circumstantijs tali modo concurrere, & sub talibus tali, à circumstantijs determinaretur, & tamen non necessitaretur: Nec valetet hinc Consequentia pro physicis prædeterminationibus, quæ non supponunt, sed inferunt humanum consensus. Si aliter respondeatur, vires retinebis, aut etiam adqui-

adquirer obiectio.] Sic ille.

692 Cui vitam esse fortem eam rationem non possumus non mirari. Nam iuxta Nostros causa secunda libera determinat primam quoad speciem, determinatione non praua, & proinde sine laesione libertatis. Si vero prima determinaret secundam prædeterminatione Thomistica, determinaret præuè, indeque Nostri inferunt, lædendam libertatem secundam. Quantum verò intersit, quod determinatio sit praua, necne, ostendit causæ secundæ liberæ quoad Individuum per causam primam determinatio, quæ quia non est praua, nõ officit libertati, vt communiter Nostri dicere solent. Præterea determinatio causæ primæ quoad speciem per causam secundam liberam consistit in actione, qua hæc causa elicit potius amorẽ v.g. quam odiũ obiecti, quæ actio huic causæ, & non illi est formaliter libera, quia quod ego amem vitam Religiosam, cum potens sum odio habere, non Deo, sed mihi liberum formaliter est. Quare libertas causæ primæ non exercetur formaliter in determinatione prædicta, sed in voluntate antecedenti, indifferenti que præparatiua Omnipotentis ad concurrendam cum causa secunda libera eam in speciem amoris, vel odij, ad quam determinaverit se, et Dei Omnipotentiam causa secunda libera. At si prima causa determinaret secundam liberam quoad speciem, talis determinatio consisteret in aliquo, quod læderet libertatem eius actionis, quæ quoad speciem debet esse formaliter libera causæ secundæ liberæ, tamen si saluam relinqueret libertatem causæ primæ. Recolantur scripta in n. 630. Solutio adhibita à Caramuele placere Nostri non potest, nam circumstantiæ ab ipso indicatæ non determinant Deum quoad speciem. Et cur si determinarent, non etiam necessitarent? Cur supponerent divinam voluntatem de amore præ odio, & non potius eam inferrent?

693 Tandem Caramuel multa addens scriptis in editione *Francosfurtensis Theologiae Fundamentalis* conatur ex pag. 28. usque ad 33. protegere, & illustrare prædeterminationes physicas infallibiles, quas non modo in *Francosfurtensi*, sed etiã in hac *Lugdunensi* editione pag. 21. n. 24. dixerat, non esse sibi gratas, sicque

fegerit in earum patrocinio, & elucidatione, vt iam videri possit coincidere cum Dominicanis, iam ab eis discedere, & dũ discedere videtur, necessitates vocat prædeterminationes ab eis admittas, & quas ipse tuetur vocat infallibiles suauiter, fateaturque §. *Ego quidem pag. 28. numer. 61.* se non posse iuxta eorum doctrinam, qui admittunt prædeterminationes necessitates, respondere illi argumento, quod transcripsimus in num. 677. inò asserit, se scire, nec eos esse bonos Thomistas, qui hanc necessitatem admittant, nec bene respondere posse. Ipse autem iuxta doctrinam prædeterminationum infallibilium respondet, vt sibi videtur, facillimè, concedendo Maiorem, & negando Minorem, nam tales prædeterminationes non necessitant, sed infallibiliter voluntatem creatam, & idè, illis positis, hæc nõ operabitur necessitè, sed liberè, & infallibiliter. Ita in §. *Syllogismo illo pag. 79.*

694 Ait ego vellem scire, quænam Thomistæ concedant prædeterminationes necessitates, seu alias, quæ illas, cum quibus liberum arbitrium creatum non ad implebit necessitè, sed liberè, & infallibiliter divina præcepta v.g. Thomistæ, vt pote selectissima Catholicorum acies, nõ inveniunt prædeterminationes, quas agnoscant violatrices libertatis creatæ, etsi tanquam ab absurdo soleant exinde Nostri argumentari contra illos. Responsio itaque Caramuelis eadem est, ac quæ Thomistarum. Si Caramuel recurrat ad explicationem prædeterminationum infallibilium datam pag. 8. editionis *Francosfurtensis*, & pag. 21. editionis *Lugdunensis*, relataque à nobis in num. 675. præterquam quod iudicio Ioannis Martini Pratenlis *tomo 2. Moralium qq. C. 33. q. 1. §. 2. num. 8.* prædeterminatio, quæ in sensu composito cõiungere potest secum omissionem actus prædeterminati, sit chimerica, & contradictionem implicans, sicut coniungi nequeunt silentium, & vox, quies, & tempus, lux, & tenebræ, esse, & non esse: rursus vellem scire, quo modo cognoscat Deus existentiam prædeterminati actus. Nam si voluntas nostra prædeterminata potest omittre actum prædeterminatum, licet reapse non omittet, non poterit Deus cer-

to,

to, & infallibiliter cognoscere existentiam prædeterminati actus in prædeterminatione ad eum, siquidem in medio ex se coniungibili cum non existentia extremi aliquid nequit talis extremi existentia cognosci certò, & infallibiliter. Ergo vel non cognoscat Deus certò, & infallibiliter, quod existet actus prædeterminatus, qui prædeterminatione etiam posita posset non existere; vel cognoscat in existentia eiusdem actus. Primum non concedet Caramuel; secundum verò est ipsissimus nucleus nostræ sententiæ, & semel admissum cogit ad retrocedendum à prædeterminatione illa infallibiliter.

695 Hactenus disputavi contra Caramuelem, sed reverenter, vt petebat eximia eius dignitas Ecclesiasti-

ca; sed vrbanè, vt debebatur homini summæ comitatis in refusandis aliorum sententijs; sed benevolè, vt cui indulgentissimè, & longè supra mea merita honorati me in quarta *Epistola præmiali editionis Lugdunensis ad Theologiam Fundamentalem*, studiosi animi affectum rependere tener. Et quia is vir hoc sæculo tam famosus, & in quo tot artium, scientiarumq; mirabilis notitia præfulget, pro more habet scribere nõ tam decidendo, quam inquirendo, si quid ex ipso retuli, quod ab ipso non sit assertivè pronuntiatum, volo, vt intelligatur à me propositum cõsensu, quem ipse intendit. (9)

EVENTILATIO XXIX.

EXAMINANS DIDACI DE SYLVA

opinamenta, neutrò etiam inclinata.

696



P. F. DIDACVS de Sylva è Sacra Benedictina Religione, cuius in Hispania fuit Generalis, & antea Theolo-

giæ Primarius Magister in Salmantino Sancti Vincentij Collegio; ubi eum per aliquot annos suspexit inus tantquam virum insigniter sapientem, nuncq; est Ecclesiastes Regius, & Cœnobij S. Martini apud Madritum Abbas, *tomo 2. in 1. p. q. 14. art. 13. dub. 11. ex pag. 369.* disquirit, vtrum Deus cognoscat certò, atque infallibiliter futura contingentia conditionata? Et post propositam diversitatem futurorum illorum, duasque sententias, alteram negantem, alteram affirmantem, & post præmissa notabilia aliqua ad explicationem questionis, sic hanc dirimit in §. 5. [Deus cognoscit infallibiliter, & certò illa futura, non vt futura, sed vt præcisè, & mere possibilis, taliter vt si Deus cognosceret, vt futura, ea conditionata, quæ in

rei veritate non sunt futura, esset falsa cognitio Dei.] Additque, [Deum cognoscere per scientiam simplicis intelligentiæ ea conditionata, quia cognoscit, vt verè sunt possibilis. Vnde quando dubitatur, an Deus cognoscat obiecta, quæ, posita conditione, essent futura, licet de facto nunquam futura sint? debes distinguere duo, scilicet an cognoscat illa? & in hoc non potest esse dubitatio; & per quam scientiam cognoscat illa? De hoc est questio, non de primo.] In §. autem 6. & 7. usque ad pag. 388. dissolvit argumenta sententiæ variæque, negantis, & affirmantis.

697 Rursus in dub. 12. ex pag. 388. usque ad 414. tractat, an dentur in Deo decreta conditionata positiua, & efficacia de futuris conditionatis? Et in §. 4. statuit conclusionem hanc, [Implicat contradictionem, dari in Deo decreta conditionata, quæ sint efficacia. Et implicat similiter, quod sint in Deo decreta inefficacia. Neque possunt dari decreta formaliter, quæ non sint positiua, nisi interpretati vt procedant

dant talia decreta; & in hoc sensu possumus admittere voluntatem communem interpretativè, qua Deus vult, omnes homines salvos fieri. Sed non possumus interpretari voluntatem in Deo, qua dicamus, talia futura conditionata velle, quia talis voluntas sine fundamento ponitur in Deo, & præterea neque voluntas interpretativa debet concedi. Hæc conclusio est firmissima D. Thomæ doctrina, & totius huius quæstionis fundamentum. Nam D. Thomas nunquam talia decreta conditionata admisit, neque de illis verbum habet. Et esset valde mirabile, quod cum loquatur de cognitione futurorum, neque nominet decreta conditionata, cum sint medium unicum ad cognoscenda futura, si darentur, vel possent admitti.]

698 Vterius in dub. 13. ex pag. 414. usque ad 477. instituit quæstionem, utrum sit admittenda Scientia Media, ut necessaria, vel conducens ad salvandam prædestinationem sine læsione libertatis creatæ? Et respondet in §. 6. [Non est admittenda in Deo Scientia Media, qua cognoscat futura sub conditione, neque in decreto conditionato (quod repugnat admitti in Deo tam ex parte subiecti, quam obiecti) neque in veritate obiectiva (quæ falso supponitur) de futuris, neque in eventu futuro, (qui non datur, neque dabitur de illis futuris.) Si verò possemus admittere decreta conditionata, etiam concederemus Scientiam Mediam de futuris conditionatis. Nulla ergo scientia potest admitti in Deo respectu creaturarum, nisi sola simplicis intelligentiæ respectu possibilium, & visionis respectu futurorum, vel præsentium creaturarum. Itaque in Deo non datur obiectum, quod non sit vel possibile, vel futurum absolute; & sic nulla datur Scientia Media, neque medium, in quo posset talis scientia occupari, invenitur; & propterea neganda est Deo. Cum ergo non sit admittenda, ideò non est requisita ad conciliandam gratiam Dei cum libero arbitrio, neque ad prædestinationem Sanctorum firmendam cum libertate creatæ.] Hæc Didacus de Sylva, subdens paulò post, se elegisse viam veritatis.

699 De quo gratulor perdocto viro. Sed ut de tribus eius relatis

decisionibus, descedentibus tã ab Schola Dominicanorum, quam Societatis, aliquid dicam, prima decisio non satisfacit quæstioni de divina cognitione futurorum contingentium conditionatorum, non enim est, aut fuit olim quæstio, an Deus certò, & infallibiliter cognoscat ea ut possibilia, sed ut futura. Quis namque negat, aut unquam negavit prius illud, nempe Deum cognovisse certò, & infallibiliter, quod possibile esset v.g. Tyrios converteri, si Christus illis predicaret, imò & quod etiam possibile esset, non converti sub eadem conditione? Certè (ut omittam alia legenda in Molina 1. p. q. 14. art. 13. Disp. 18. memb. 1. §. Relecta.) si Oraculum Christi non denotaret conversionem Tyriorum nisi tantum ut possibilem sub præfata conditione, ineptè (quod absit) Christus exemplo Tyriorum obiurgasset Iudæos, possent enim hi sufficienter respondere, possibile esse, tum quod Tyrii non converterentur, tum è contra quod ipsi etiam Iudæi converterentur. Apparetque manifesta diversitas inter conversionem Tyriorum ut sub conditione prædicationis Christi possibilem, & ut futuram. In hoc secundo sensu processit prima sententia negans, & secunda affirmans; & in primo erat per se nota cuius mediocriter intelligenti cognitio divina certa, atque infallibilis, imò & quisque hominum calleat terminos posset habere cognitionem certam, & infallibilem de possibilitate illius conversionis, & de possibilitate non conversionis sub ea conditione. Quare quod respectu Dei specialiter est, aut fuit vocatù in quæstionem, an certò, & infallibiliter cognoverit, necne, conversionem illam fore, si Christus Tyrijs predicaret? Ad hæc: quæstio de futuris contingentibus conditionatis nõ restringitur à Nostris, (ut videre est in ipsis, & nominatim in Didaco Ruiz Disp. 61. de Scientia Dei Sect. 1. ex num. 2. Hieronymo Fasolo 1. p. q. 14. art. & dub. 13. num. 214. Ioanne Martinono 1. p. Disp. 9. Sect. 5. num. 39. Gaspare de Ribadeneyra Tract. de Scientia Dei Disp. 19. Cap. 1. num. 2. & 3. & ex extraneis in Martino de Albiz 1. p. tract. 1. de Scientia Dei, Disp. 7. Sect. & num. 1. totaque Sect. 3. Ludovico à Dola p. 1. de modo conjunctionis concursuum Dei, & creaturæ Cap. 3. num. 2. imò &

& in testimonio ipsiusmet Sylve de Nostris: Dub. 13. §. 1. num. 2. §. 5. num. 29. 93. & 94.) ad purè conditionata, sed extenditur etiam ad non purè conditionata, id est, non tantum veratur circa Tyriorum conversionem v.g. cuius conditio non fuit posita, sed etiam circa Petri Apostoli conversionem, cuius conditio, scilicet quod Christus ipsum respexerit, fuit posita; priorque conversio non transivit in statum existentie absolute, secus posterior: de qua ante intellectam positionem conditionis, & ante intellectum transitum ad statum existentie absolute, quem habuit conversio, novit pro priori signo Deus certò, & infallibiliter iuxta Nostris, quod Petrus poeniteret de negatione, si Christus dirigeret in eum oculos.

700 Secunda decisio est ex diametro adversa Thomæ, quorum examini relinquitur à nobis. Sed cum ea non est facile conciliabile illud, quod Sylva præmittit in dub. 11. §. 1. num. 4. [Duplíciter possunt sumi prædictæ propositiones, vno modo in quantum enuntiant aliquid futurum; secundo modo in quantum significant illationem vnius ex alio. Si primo modo sumantur, ut enuntiantes aliquid futurum sub conditione, requiritur ad veritatem illarum decretorum efficax, & absolutum ex parte subiecti, & conditionatum ex parte obiecti; & ita non pertinent ad scientiam naturalem, & necessariam Dei, sed ad liberam, quia veritas, quæ enuntiat, non est purè possibilis, sed futura sub conditione.]

701 Tertia decisio non magis Theologis Societatis, quam Prædicatoria Religionis contraria est: illudque pulcherrimum in ea invenitur, quod si cum his admittatur, Deum cognoscere futura contingentia conditionata in decreto subiectivè absolute, & obiectivè conditionato, contendat Author, talem Dei Scientiam potiori iure dicendam esse Mediam, quam si cum illis admittatur, Deum cognoscere ea futura in se ipsis. Atque ita ostendere conatur extensè in §. 5. n. 78. & 79. in §. 6. n. 88. & 99.

702 Animadvertere autem oportet, huc Theologum in tribus dubijs relatis ut & in plerisque alijs suorum Commentariorum ad 1. p. de more habere, recitare senten-

tias affirmantem, & negantem, fundamentaque earum, & Authores, proventant apud Antonium de Matre Dei, & apud Ioannem de S. Thoma, potestque proferre suam opinionem. Unde allegationibus Authorum, & quibusdam narrationibus contentis in tribus illis dubijs non alia adhibenda est fides, vel neganda, quam quæ Antonio de Matre Dei, & Ioanni Thomasio. Neq; ipse curavit significare se legisse posteriores his Scriptores, qui eas allegationes, narrationesque scrupulosius excusserunt, nisi testaretur, se id præstitisse, accresceret nova confirmatio ex repetitione ab ipso facta.

703 Quare quando in dub. 11. §. 5. num. 43. ait, non posse esse dubitationem, an Deus certò, & infallibiliter cognoscat illa obiecta, quæ futura essent, conditione aliqua posita? Et quædo in num. 44. & tribus seq. eiusdem §. transcribit narrationes Thomæ circa statum illius quæstionis, legendus est non aliter, ac si Thomæ legeretur. Sed in dubio 12. §. 1. numero 3. videtur insuper habere transcripserit illas narrationes, inquit enim, [Thomæ (satis aliqui antiquiores) Ideo negant decreta conditionalia, quia iudicant, quod conditionalia in tantum habent veritatem, in quantum habent bonitatem illationis, & cum in futuris conditionatis illatio non sit necessaria, sed solum coniecturalis, inde est, quod solum coniecturaliter ex parte obiecti cognoscat Deus futura conditionata, in quibus involvitur coniecturalis illatio. Et si non dantur in Deo decreta conditionata efficacia infallibiliter inferentia effectum conditionatum.] Sic ibi.

704 Præterea in eodem dubio 12. §. 2. numer. 13. & 15. adducit duas Thomæ narrationes. Sed de quarum priore inquit ipse §. 6. num. 80. non convincere intentum, & de posteriore scribit num. 87. [Licet illi Censores in Congregatione 33. coram Clemente VIII. dixissent, quod Matritenses excogitarunt Scientiam Mediam ad extenuandam gratiam Dei, non ideo Catholici, qui illa utantur, debent computari inter illius censuræ contortas. Nos enim in nostra conclusione defendenda taliter rejicimus Scientiam Mediam, quatenus rationibus convicti illam

illam impossibilem iudicamus, sed à censuris omnino abstinentes; defensores enim sumus veritatis, non censores severi contrariæ sententiæ.] Similia habet *dub. 13. §. 12. num. 242. §. 11. num. 211.* respondens ad alias narrationes, quas ex Antonio de Matre Dei, & ex Ioanne Thomasio commemoraverat §. 4. num. 72. & 73 §. 3. num. 48. sed à quibus omnibus se vel vno verbo expeditisset, si concilius fuisset

decreti editi ab Innocentio X. Pontifice Maximo, anno 1654. diceretque, nullam omnino fidem eis esse iam adhibendam, neque debere, neque posse allegari. Et hæc de Didaco de Sylva quantum ad principaliora dubia de Scientia Media. (S)

EVENTILATIO XXX.

ALIORVM OPINAMENTORVM EIVSDEM

Didaci de Sylva.

705



ED & in alijs questionibus, quæ præcipuas concernunt, neque Dominicanis, neque Nostri comitem se adiungit Sapientis-

simus Magister Sylva, ut in q. 19. art. 9. *dub. 1.* ubi ad questionem, an Deus habeat decreta ex se efficacia de actibus liberis creatis, an ex suppositione præuisi consensus voluntatis creatæ, ex se verò solùm indifferentia? respondet in §. 6. num. 89. [decreta semel posita esse absoluta, & efficacia ex se, & ex natura sua, & repugnare, quòd dentur decreta indifferentia, vel inefficacia essentialiter: neque ex eo, quòd ad ponenda decreta præcedat præuisio omnium circumstantiarum, & inclinationis voluntatis creatæ, tolli Independentiam decreti, nec rationem absolutam illius, sed semper manere absolutum, & efficax ex se, & ex natura sua, & independentia à creatura.] Cuius responsionis secunda pars dirigitur contra Dominicanos, ut declarat Author in §. 11. & 12. prima verò dirigitur contra Nostros, ut patet ex dictis ab Authore in §. antecedentibus. Est tamen responsio, quæ non exhaurit vtrorumque difficultatem. Quòd enim ad Dei decreta (quallacumque illa sint) de actibus liberis nostris debeat præce-

dere scientia representans possibilitatem omnium circumstantiarum, & inclinationis voluntatis creatæ, punctum est, de quo non controuertitur, neque potest inter Theologiæ peritos controuerti. Et quidem questionis cardo vertitur circa Dei scientiam de nostro libero consensu ut conditionatè futuro: sine cuius scientiæ præcedentia Nostri dicunt, non posse, indèmi libertate actuum voluntatis creatæ, saluari decreta efficacia, & prædefinitiones diuinas de eis; è contra verò posse, & debere saluari aiunt Dominicani, & inter eos Ioannes de S. Thoma tom. 2. in 1. p. Disp. 5. a. 2. & seqq. quem, & Antoniũ de Matre Dei contentientem Dominicanis 1. p. tract. 4. Disp. 10. *dub. 1.* & seqq. habuit Sylva præ oculis.

706 Similiter in *dub. 2. art. illius 9. quest. 19.* nec Dominicanis, neque Nostri fauet Sylva. Nam disputans, num Deus decreto absoluto, & efficaci prædefiniat peccatum quoad materiale? proponit hanc questionis resolutionem in §. 5. n. 46. [Deus post præuisam inclinationem voluntatis ad peccatum, auxilijs, & vocationibus contrarium suadentibus resistentem, necessario decreto debet permittere peccatum, ne lædatur libertas creata, decreto efficaci, & permissiuo, nõ voluntate approbatua, ex incapacitate obiecti deformis contra legem futuri. Si verò Deus ante præuisam inclinatio-

nem

nem voluntatis creatæ ad malum prædeterminaret, tunc decretum non esset sola permissio peccati, sed Deus ratione illius esset author culpæ, & ad illam causandam, plusquam suadendo, influendo, & causando, concurreret.] Sic, & toridem verbis ille. Qui Dominicanorum sententiam admittendam esse vult, si intenderent primam partem resolutionis, rursusque & Iesuitarum, si secundam. Sed de Dominicanis ait §. 8. num. 112. [licet ponant prædefinitiones ad peccatum, ponere illas sine præuisione prædicta, & propter hoc argumenta oppositæ sententiæ convincere, Deum esse causam peccati, & necessario esse decreta destructiua libertatis.]

707 Verumtamen cum præuisio, de qua loquitur Sylva, videatur esse de creatæ voluntatis ad peccatum inclinatione in statu possibilitatis, ut dicere videtur in num. illo 112. & in §. 7. num. 82. & tomo 3. in 1. p. q. 23. art. & *dub. 1. §. 7. num. 75. art. 3. dub. 3. §. 10. num. 180. dub. 7. §. 5. ex num. 47.* & sæpe alias, Dominicani non ponunt prædefinitiones ad materiale peccati sine ea præuisione, & Nostri non erunt contenti tali præuisione, ut illis annuat prædefinitionibus. Quòd enim Deus prævideat, possibile esse peccatum ex prava inclinatione voluntatis creatæ, non obligat Deum, nedum ut prædefiniat, sed neque ut permittat materiale peccati, nam si obligaret, heu nos miser! quoties peccaremus, non modo venialiter, sed etiam graviter.

708 Vnde mente non percipio, quo sensu Sylva primam partem conclusionis sic probet §. 5. num. 46. & 47. [Cum ad omne decretum Dei debeat præcedere cognitio sapientiæ perfectissima, & infinita, ideo quando Deus determinat quiddam futurum est, prævidit quid voluntas creata posset facere. Ergo debuit prædefinire consensum, vel dissentium, virtutem, vel peccatum. Ergo debet habere decretum approbativum virtutis, & reprobativum, atque permissivum peccati. Consequentia probatur. Nam si Deus videns possibile peccatum ex prava inclinatione nostra, non determinaret futurum, impediret futuritionem illius, & libertatem. Ergo ut conservet hominem in manu consilij sui, debet

prædefinire futurum peccatum, &c.] Hæc, & plura ibi, et in seqq. quæ sonant, præuisionem prave nostræ inclinationis in statu possibilitatis obligare Deum ad prædefinitionem peccati, & aliunde persuadere mihi non possum, Authorem loqui in sensu, quem sonitus verborum præfert.

709 Si verò præuisio inclinationis nostræ prave non sit tantum in statu possibilitatis, sed etiam in statu futuritionis, ut sonant alia verba extranea in §. 4. num. 34. & pluries alibi, futuritio illa erit conditionata, nam absoluta consistere non potest iuxta Sylvan, antequam intelligatur in Deo prædefinitio absoluta, & efficax circa eam. Si autem futuritio illa sit conditionata, deveniet volens nolens Sylva in id, ut admittat, conditionatam scientiam divinam debere præcedere materialis entitatis peccati prædefinitionem, qua determinetur talis entitas, ut sit absolute futura.

710 Sunt & alia verba, in quibus Sylva videtur admittere prædefinitionem materialis entitatis peccati esse ex præuisione scientiæ conditionatæ. Nam §. 5. num. 34. inquit, [Si voluntas liberè non se determinaret ad defectum peccati, Deus non concurreret cum illa, & si Deus nõ prævidisset creaturæ liberam resistentiam legis, neque prædeterminaret concursum, neque permissio deformitatis, &c.] Hæc ille, in quibus libera illa resistentia præuisa, non est resistentia præcisè possibilis, nisi verba aliter sint capiendæ, quæ sonent, neque est resistentia futura absolute, quandoquidem non possit intelligi sic futura iuxta Sylvam, antequam intelligatur prædeterminatio concursus, & permissio deformitatis. Ergo est resistentia futura conditionatæ, & ut sic præuisa à Deo, nisi ego vocum significationem non penetror. Et quidè post lectum pluries Sylvam assequi non potui, quæ statum inclinationis ad peccatum, ex cuius præuisione sit sequutura prædefinitio ad materiale illius, significare voluerit in sua resolutione.

711 Sed siue sit status possibilitatis, siue futuritionis conditionatæ, ex cuius præuisione concedatur, non dedecere Deum, quòd prædefiniat materiale peccati, iterò indicata supra in num. 707. Deum scilicet non fore obligatum

gatum ad prædefinitionem. Nam de multis prævidet Deus, posse esse, & fore vehementer inclinatos ad peccandum, si tali, vel tali tentatione, in tali, vel tali occasione pulsarentur, & non idcirco debet prædefinire materiale peccati ipsorum, neque determinare ad esse futurationis absolutæ. Ille, de quo *Sapientia* 4. dicitur, *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius*, etsi à Deo prævitus esset posse peccare, & fore, ut peccaret, si diutius viveret, non ideo tam prædefinitum fuit illius peccatum quoad materiale, ut absolutè existeret, quin potius raptus est ille misericorditer, ne peccaret. Sic etiam ille, de quo legitur *Apocalypsis* 4. v. 3. *Raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius*, ubi Andreas Antistes Cæsareæ Cappadociæ inquit, *Rapiuntur hic quoque ex gravioribus tentationibus interdum Sancti, ne forte afflictionibus, & difficultatibus, quæ vires illorum excedunt, absorbeantur.* Rursus sic illi, qui delinquerent, nisi abbreviarentur dies persequutionis Antichristi iuxta *Marthæ* 24. v. 22. aitque Author Operis imperfecti *Homilia* 49. *Propter electos festinatus est Christus, ne etiam mediocres deficiant.*

712. In decursu eiusdem dubij 2. sepe repetit Sylva, Deum prædefinire peccatum non solum quoad materiale entitatis physicæ, sed etiam quoad formale malitiæ moralis. Ita in toto sermone 4. in cuius num. 31. signanter ait, [Ex quo etiam deducitur, quod Authores relati in utraque sententia invicem laborare videntur in examine voluntatis Dei circa materiale peccati, quasi solum materiale peccati prædefinatur, & non formale, quod est falsum. Quia tam materiale prædefinitur, quam formale, id est, ipsa deformitas peccati, seu ipsa malitia moralis est prædefinita à Deo.] Et in §. 6. num. 67. [Vnde quando argumentum proponit, quod si Deus prædefinit materiale peccati, consequenter debet etiam prædefinire malitiam, concedimus, quod utrumque prædefinit.] Omitto complura alia similia.

713. Quæ, & transcripta, si conferantur cum his, quæ idem præmittit in §. 1. num. 2. non leuem scrupulum ingenerant. Talia autem sunt, [Vnde in titulo non dubitatur, an Deus prædefiniat absolute peccatum, sed an

prædefiniat peccatum quoad materiale? Nam certum est de fide, quod Deus malitiam peccati non vult, & consequenter non potest prædefinire illam, ut constat ex illo Psal. 3. Non Deus volens iniquitatem tuas, & ex Concilio Arausicano 2. Can. 25. etiam constat, his verbis, Aliquos ad malum divina potestate prædestinatos esse, non solum credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni derestatione illis anathema dicimus. Ergo Deus ad malum culpe nullos prædeterminat, vel prædestinat. Et est constans omnium Catholicorum sensus, & sententia.] Hactenus Sylva ex Antonio de Matre Dei supra dub. 7. §. 1. num. 124. Et quanvis in §. 6. recognoscat præmissa in §. 1. utpote in quo plures confusionis causæ involverentur, ut ipse ait, nihilominus de verbis transcriptis ex num. 2. nihil norat, quod corrigendum iubeat; imo in num. 64. aduertit, [quod quando dicitur, Deum prædefinire ad materiale peccati, non est admittenda talis loquutio, quia materiale, & formale peccati dicunt correlationem præmissam, quia neque est materiale, nisi relativè ad formale, neque est formale, nisi relativè ad materiale, &c.]

714. Iam si observatio Sylvæ in §. 1. num. 2. tantæ auctoritatis est, ne Deus dicatur prædefinire peccatum quoad id, quod ultra materiale importat, nempe quoad formale, & quoad malitiam moralem, quomodo in §. 4. num. 41. in §. 6. num. 67. & multis alijs in locis diferte ipse pronuntiat; Deum prædefinire formale peccati, & malitiam moralem? De sana tanti Theologi mente anceps ego non possum esse, maxime cum ipse eis in locis, & in pluribus alijs inculcet, prædefinitionem peccati quoad formale, & quoad malitiam moralem non esse approbatiivam, non esse causatiivam, &c. At eo ipso debuisse non uti (quod sub eius venia dictum sit) prædefinitionis voce, sunt enim termini repugnantes, & se invicem destruentes prædefinitio, & Non approbatiiva; Non causatiiva, &c. Et quidem Concilia, atque Patres apud Ruizium *Disp.* 25. de *Voluntate Dei* Sect. 1. & 2. & apud Annatum *Disp.* 1. de *Scientia Media* Cap. 5. §. 3. ex num. 32. usque ad 39. & toto §. 4. (addoque ego Concilium Tridentinum *Sess.*

6. Can.

6. Can. 17. Ecclesiamque Lugdunensem anno 850. in lib. ad versus Ioannem Scotum *Erigenam* tomò 9. *Bibliotheca* VV. PP. p. 1. pag. 1010. ex editione *Colonie Agrippinae*) passim cauent, ne affirmetur, Deum decernere, prædefinire, prædestinare peccatum. Et ut non intelligantur de peccato quoad materiale; videntur intelligedi, saltem de peccato quoad formale, malitiamque moralem. Et ut nec sic debeant intelligi, sed de peccati formali, & malitia morali, ut approbata, atque causata; videtur abstinendum saltem fuisse à phrasi illa, quæ ad non etiam delicatas aures dissonabit (nisi fallor) illi alteri Conciliorum, & Patrum. Res est valde gravis, & ideo non tantum de conceptibus, sed etiam de vocibus magnopere curandum putarim; ne sint offensionis, ut in simili alia materia moner ex *Thomasio* 1. p. q. 27. *Disp.* 12. art. 5. num. 21. & duobus seqq. ipse Sylva ibidem, dub. 5. §. 2. num. 16. & sex seqq. totoque sermone §. 7. contra Molinam: cuius in eo puncto (quod est de Trinitatis Mysterio) vindicatio à nota verborum male sonantium non est nostri instituti presentis.

715. Præterea Sylva tum eis in questionibus, quæ ad divinam scientiam futurorum contingentium, absolutorum pertinent, & de quibus agit circa quæst. 14. 1. p. art. 13. ex dub. 3. & pag. 213. usque ad dub. 10. & pag. 369. inclusivè; tum in illis alijs, quæ ad prædestinationem spectant, & de quibus sermonem habet *tomò* 3. ad quæst. 23. 1. p. art. 1. & seqq. ex pag. 96. usque ad 500. servat solitam suam neutralitatem; sed quam mediam viam teneat inter opiniones, quas tutantur Antonius de Matre Dei, & Ioannes Thomæus, easque alias, quas Nostrum apud ipsos, longum esset enarrare sigillatim. Dixerim in summa, ipsum sæpe in *tomò* 3. remittere se ad Scientiæ Mediæ refutationes præiactas in *tomò* 2. addereque art. 1. dub. 2. §. 40. num. 34. novam hanc, [illa cognitio, quæ præcedit decretum Dei, in qua est tota directio, & consiliū, & propositio obiecti determinabilis, & eligibilis, non est Scientia Media, licet præcedat omne decretum; sed sola est scientia simplicis intelligentiæ, quæ unica est sufficiens ad hoc, ut Deus sua voluntate determinet quidquid circa creaturas determinabile est: super-

fluit enim altera Scientia Media, quæ antecedit decretum, cum illa prior sit infinita in genere cognitionis, & non possit dari duplex infinitum eiusdem generis. Et sic est impossibilis ante decretum alia scientia præter simplicem intelligentiam rerum possibilium.] Hæc tamen impugnatio retunditur exemplo scientiæ visionis, seu rerum absolutè futurarum, quæ simul cum scientia simplicis intelligentiæ, seu rerum, & earundem, ut possibilem advenatur optimè; modique diversi, quos in tendendo ad obiectum habent, faciunt, ne vna sit superflua. in presentia alterius; talesque modi sunt quasi non eiusdem generis, & non multiplicant infinitum in essentia. Reprimo calammum, ne in plura circa exemplum se diffundat, ut enim ait S. Augustinus *lib.* 4. de *Doctrina Christiana* Cap. 10. sicut gratus est, qui cognoscenda enubilat, sic onerosus est, qui cognita inculcat, eis præsertim, quorum tota expectatio in dissolvenda eorum, quæ panduntur, difficultate pendebat. Porro ex delibato exemplo clarè scit, Scientiam Mediæ, seu Conditionatam supervacaneam non esse in contentio simplicis intelligentiæ, quippe ultra contingentis obiecti possibilitatem cognoscat, nūm illud foret, necne, si hæc, aut illa conditio executioni mandaretur; & scientia visionis ulterius cognoscat, nisi conditionem executioni mandandam, necne, tum obiectum fore, vel non fore absolute exiturum. Nec potest Sylva negare Scientiam illam Conditionatam, siue eo nomine, siue alio simplicis intelligentiæ illam insigniat, nam art. 5. dub. 2. §. 7. num. 126. ita factur, [In statu possibilitatis videt Deus, quod Petrus poterat habere auxilia ad bene operandum, & quod, si darentur ei talia auxilia, voluntas eius contentiret, quia erat inclinata ad bonum, vel quia illa auxilia habebant maiorem fortitudinem ad vincendam inclinationem voluntatis, quam voluntas ad resistendum, & tunc decrevit dare auxilia, & vias bonis operibus decrevit etiam gloriam Petro, &c.] Verba illa, Et quod si darentur ei talia auxilia, voluntas eius contentiret, continent obiectum Scientiæ Conditionatæ, nam obiectum affirmativum scientiæ possibilem non est, quod Petrus actu contentiret, sed quod posset contentire.

X2

EVEN.

EVENTILATIO XXXI

INQUIRENS SENTENTIAM IOANNIS

Alfonsi Curielis.

716



DECLARIS-
simus Doctor,
Primarius Sal-
manticensis, &
statu Ecclesia-
tico seculari,
Controu. 7. in
Cap. 4. Sapientia

art. 4. num. 2. Controuersiaque 4. in Cap.
1. Epist. 2. B. Petri à num. 208. & à num.
234. item 1. 2. q. 79. art. 2. dub. unico. §.
& conclus. 2. suffragatus est incunctan-
ter Scientia Media, aliisque principa-
libus assertis sententia Societatis. Sunt
tamen, qui dicant, reuocasse se postea in
quada Lectura. Sed Illustrissimus, & Re-
uerendissimus Angelus Manrique lau-
datus à me in num. 108. ait, de retracta-
tione non constare; de sententia in im-
pressis contenta fas non esse dubitare;
Suarez etiam inquit tom. 1. de Gratia
Prolog. 2. Cap. 1. num. 8. non licuisse si-
bi eò usque examinare, an mutarit sen-
tentiam, vt ab aliquibus dicebatur, ne-
pe à Petro de Ledelma infra pag. 626. §.
Hanc sententiam, Quod repetere placuit
Hieronymo Viues Disp. & dist. 3. num.
28. & Disp. 19. Dist. & §. 2. num. 16. Sed
si Sherlogum p. 3. Sect. 7. num. 31. vo-
luisse legere, non adeò decantasset
palinodiam Curielis, neque tantam
fidem adhibuisset Petro de Ledelma
in §. illo Hanc sententiam, Didaco Alua-
rez lib. vlt. Resp. Cap. 1. num. 10. Ioan-
ni Thomasio Disp. 20. ad q. 14. i. p. art.
6. §. Præter hos, pag. 691. Antonioque
de Matre Dei Tract. 3. Disp. 7. dub. 6. §.
2. num. 99. & Disp. 10. dub. 8. §. 1. num.
129. dum scribunt, & cum ipsi nouis-
simè Didacus de Sylua in 1. p. q. 14. art.
13. dub. 8. §. 2. num. 14. dub. 13. §. 2.
num. 17. Curielem retractasse in Ma-
teria de Scientia Christi, quæ in Controuersijs
docuerat de cognitione diuina futu-
rorum ante determinationem diuinæ
voluntatis, & de propositionibus circa
illa determinatè veris ante talem de-
terminationem, deque Scientia Me-
dia.

717

Ceterum quoniam mag-
ni interest constantia præstantissimi
huius Theologi pro sententia nostra
(nec enim Academia Salmanticensis
presenti sæculo sapientiorẽ Magistrũ
vidit) nulli peperci labori, vt omnibus
vestigijs veritatem quæterem. Quare
longo sermone enarrabo quod compe-
rire potui.

718.

Itaque Curiel anno
1609. die 20. Iunij absoluit Prælectio-
nem Tractatus de Scientia Christi, ca-
quæ Prælectio fuit vltima in gymnasio
Salmanticensi, nam tunc rudem acce-
pit, vacationemque à cathedra supre-
ma Theologica, & eodem anno, die 28.
Septembris, sinem etiam vitæ imposuit.
Intermedio eo tempore perpoliuit Con-
trouersias, quas 8. Idus Martij anno
1610. recognouit, & probauit ad præ-
lũ Magister Sagredus ex commissio-
de Ordinarij Salmanticensis; testaturq;
Magister F. Gaspar Liendus Benedicti-
nus, qui editioni præfuit, ac vnum qui-
dè apicem à se additum postremo huic
Operi Curielis. Vnde de huius Docto-
ris sensu censendum à iuxta ea, quæ in
Controuersijs extant.

719

Sed et si iuxta ea, quæ in
Prælectione, nihil ibi dixit, quod Scien-
tiæ Mediæ aduersetur. Disputauit in q.
11. 3. p. art. 1. dub. 2. circa 1. conclus.
vtrum anima Christi per scientiam in-
fusam cognoscat actus liberos, & futura
contingentia? Respondit affirmatiuè
in 2. conclus. quæ fuit de futuris. Et quia
antè proposuerat tres modos, quibus
posset dici anima Christi per scientiam
infusam cognoscere futura; primum in
causa, vel effectũ eorum; secundum in
testimonio Dei dicentis, & reuelantis
ea; tertium in se ipsis, vt si cognitio
animæ Christi terminetur immediate
ad ipsa secundum se, & non mediante
alio objecto prius cognito: cura Curie-
lis fuit discurrere sigillatim per illos
tres modos. Et de primo dixit, non ef-
se verum, hoc est, illo modo non posse
cognosci ab anima Christi futura. De
secun-

secundo dixit, potuisse animam Chri-
sti illo modo habere cognitionem ab-
stractiuam, & euidentem de futuris,
quoad an est, hoc est, quoad hoc, quod
est esse futura; tamen hanc cognitionẽ
non pertinere propriè ad scientiam in-
fusam, sed ad aliud genus cognitionis
supernaturalis. De tertio dixit, esse
maximè probabilem, & propriè scien-
tiæ infusæ, quatenus Deus produxerit
in anima Christi speciem, representan-
tem futuri, prout est in se ipso futurum
tali tempore.

720

Rursus quia contra ter-
tium istum modum et formam erat an-
te hoc argumentum: Objectum istud,
scilicet futurum est cras, vt Petrus loqua-
tur, est indeterminatum, & indifferens
ad esse, & non esse. Ergo non potest re-
presentari per speciem, quæ deservit
scientiæ infusæ in anima Christi. Quia
huiusmodi species non potest represen-
tare illud objectum vt indeterminatũ
ad habendum, vel non habendum esse
die crastino, sed vt determinatum ad
alteram partem. Incubuit totus Cu-
riel enodando huic argumento.

721

Et in primis retulit, ac re-
futavit solutionem solitam adhiberi ex
doctrina Patrũ Fonsece, Suariz, & Vaz-
quij de veritate obiectiua determinata
futurorum in se ipsis. Omnia autem,
quæ circa id scripsit, habentur tran-
scripta de verbo ad verbum à Petro de
Ledelma Disp. 2. affini de scient. futur.
conting. ex pag. 625. §. Sed vt hæc, vsque
ad pag. 629. §. Ad rationem, solumque
addidit Ledelma quædam verba approbã-
tia præ determinationem physicam, in-
terposita in fine pag. 628. in principioque
pag. 629. & quædam ampliantia ad fu-
tura conditionata doctrinam de abso-
lutis, habenturque in pag. 626. ad finem
§. Secundo illud.

722

Deinde Curiel, vt suam
adhiberet solutionem, supposuit, futu-
rum posse considerari duobus modis.
Primo; simpliciter, secundum suam
naturam, siue sumatur secundum se,
siue vt est in suis causis. Secundo, ex sup-
positione determinationis, quam habet
in omnibus causis suis, hoc est, in Deo,
ratione liberæ determinationis suæ vo-
luntatis, & in voluntate creata, ratio-
ne alicuius modi determinantis. Qui
sit vel forma physica recepta in volun-
tate, & determinans eam physicè ad

operandum: vel cogitatio sufficiens ad
reddendam infallibilem operationem
voluntatis, quæ operatura est cum ali-
qua, & hæc quæ, & qualis sit, cognos-
catur à Deo: vel consistat in subiectione
naturali, quã habet voluntas, in quan-
tum est causa secunda subordinata pri-
mæ ad sequendum quasi ex quadã obe-
dientia decretum absolutum diuinæ
voluntatis circa futurum; quia sicut
hic modus obedientiæ conuenit omni-
bus causis secundis naturalibus, non so-
lùm in quantum sunt naturales, sed etiã
in quantum sunt secundæ, ita etiam
debeat conuenire voluntati creatæ,
quatenus licet sit libera, concurrat ta-
men ad suum actum vt causa secunda:
vel consistat iuxta alios in coniunctione
actualis concursus voluntatis creatæ cũ
diuina volitione, non quidem in tem-
pore presentis, sed in æternitate; quia
cum æternitas comprehendat totum
tempus, potest esse ratio, vt volitio di-
uina, quæ est ab æterno, adsit, & sic
præsens concursui voluntatis creatæ
pro eo tempore, quo erit actu præsens.
Et hoc dicunt alij, non esse aliud, quàm
volitionem diuinam non esse absolutã
sine cooperatione, & concursu volun-
tatis creatæ. Et ita determinationem
hanc reducant ad necessitatem ex sup-
positione præsentia litatis in æternita-
tate: Et sic eam explicat S. Anselmus
lib. de Concordia præscientiæ, & prædestina-
tionis, & gratiæ cum libero arb. Cap. 1. Iam
si primo modo consideretur futurum,
notauit Curiel, non esse objectum ap-
tũ, vt immediate, & directè repræ-
sentetur per aliquam speciem; secus
si representetur posteriori modo, &
cũ aliqua determinatione ex quatuor
proximè relatis, saltem ratione duarũ
vltimarum.

723

Rursus supposuit, Deum
posse producere speciem, quæ futurum
sumptum posteriori modo representet
immediate, & directè secundum se, &
non in alio, vt est futurum tali tempo-
re, & cum talibus circumstantijs, &
non representet causas, hoc est, Deum,
& voluntatem creatam, neque de-
terminationem, quæ ex parte earum
præsupponitur, vt tale futurum dicatur
esse objectum determinatum. Et ratio
huius est, quia nulla ex parte repugnat
produci talem speciem. Non quidem
ex parte futuri propter eius indetermi-
nã-

nationem, sumitur enim in hoc casu futurum ut de terminatum, & necessarium ex suppositione. Neque item ex parte speciei, quia sicut essentia divina, ut habet adfectam determinationem sue voluntatis, representat futura per modum speciei intelligibilis; ita etiam ea species potest participare hanc perfectionem in ratione speciei intelligibilis, ut representet futurum immediate, & secundum se, ut ipsum est representabile. Neque tandem ex parte modi representandi, seu quia non possit representari futurum sine eo, cuius ratione dicitur habere esse determinatum. Nam contineri futurum in aliquo, in quo habet esse determinatum, non se habet ut obiectum representatum, sed ut conditio requisita ad hoc, ut futurum, quod secundum se habet esse indeterminatum, possit esse obiectum representatum per speciem, cuius representatio sit certa, & determinata.

724. Quibus suppositis, soluit argumentum Curiel, negando Antecedens, si intelligatur de futuro contingenti, sumpto penes priorem modum, hoc est, sine vlla suppositione; & concedendo illud, si intelligatur de eodem futuro, sumpto penes posteriorem modum, hoc est, ex suppositione determinationis in causis: negando item Consequentiam, dicendoque ad eius probationem, per eam speciem non representari futurum, ut in tempore presentis, in quo dicitur futurum, habet esse indeterminatum in causa proxima, scilicet in voluntate creatæ; sed ut habet esse determinatum ex suppositione, in voluntate tam diuina, quam creatæ. Et hoc non repugnat indeterminati ipsius futuri secundum se, sicut neque repugnat ei determinatio voluntatis diuinæ per modum causæ, neque determinatio essentię diuinæ per modum speciei intelligibilis, neque determinatio scientiæ, quam Deus habet de eodem futuro. In quibus omnibus est eadem ratio non repugantiæ, scilicet quia ex eorum determinatione solum sequitur, conuenire futuro aliquam determinationem, non simpliciter, sed ex suppositione.

725. Quod si obijceretur, ex hoc sequi non representari per hanc speciem futurum, ut contingenter, & indeterminatè, sed ut determinatè, &

necessariò futurum, atque adeò per eam non posse cognosci ut contingens. Admittit primam Consequentiam, si Antecedens intelligatur de necessitate ex suppositione, nõ quia per eam speciem representetur ipsa necessitas formaliter, aut suppositio, ex qua prouenit; sed quia representatur actus ut futurus absolutè, & sine indeterminatione. Sed inficiatus fuit secundam Consequentiam, quia ut cognoscatur futurum tamquam contingens, satis est representari per speciem ut futurum cum dependentia à causa, de cuius ratione cognoscitur esse libertatem, & indifferentiam ad utramque partem.

726. Sic Theologi zabat Curiel in eo Tract. cuius exemplar habui beneficio R. P. Magistri F. Placidi de Puga Benedictini, laudandi opportuni tempore in hoc Opere, & nunquam satis pro meritis. Ex eo autem exemplari desumpsi fidelissimè, penèque ad verbum superiora. In quibus Author non asseueravit, fieri à se vllam retractionem, neque dictavit quidpiam, quod contrariũ esset doctrinæ de Scientia Media assertę principaliter in *Controversiis*. [Qui autem revocat dictum prius, mentionem facere debet de eo, quod revocat,] ut advertit Antonius Rubius in *Absertionibus Catholicis adversus Erasum*, lib. 4. errore 5. fol. 80.

727. Relecit quidem Curiel solutionem Fonseca, Suarij, & Vazquij de veritate obiecti ut determinata futurorum in se ipsis, approbatam antea à se in *Controv.* 7. art. 3. num. 127. §. *Ultimus modus* pag. 274. usque ad num. 143. §. *Hic modus* pag. 278. Sed quoad hoc punctum discordia non indicat satis dissentium à Scientia Media. Nam Molina 1. p. q. 14. art. 13. *Disp.* 17. & in *Concordia* ex editione Antuerpiensi *Disp.* 52. §. *Verumtamen*, §. *Sciendum est*, §. *Ad tertium*, & §. *Ad quintum*, *Disp.* 18. & in *Concordia* *Disp.* 53. *memb.* 1. §. *In primis*, & Fonseca lib. 4. *Metaphysicæ* Cap. 7. in *Explanationè* textus, lib. 3. *Institutionum* Cap. 6. lib. 8. Cap. 30. discreparunt similiter quoad id ipsum, tamen strenuè propugnant Scientiam Mediam, ut notat Sherlogus *suprà*; & de Fonseca mentionem fecit Antonius de Matre Dei *suprà* in *priori loco*. Oblevatque Hericus in 1. p. *Tract.* 1. *Disp.* 6. *Cap.* 7. num. 100. intelligendos esse Molinam, & Fonse-

cam,

cam, quatenus solum voluerint, propositiones de futuro contingenti regulatas per esse, quod habet illud in causa; nec veritatis determinatę, neque falsitatis compotes exillere; non autem quatenus id voluerint de talibus propositionibus ut regularis per determinatum esse, vel non esse obiecti.

728. Et ita quidem distinguit Fonseca conceptis verbis *Lib.* 6. *Metaphysicæ* Cap. & quęst. 2. *Secl.* 7. §. *Multi alijs que pluribus in locis eius Cap. & quęst.* 2. habitæ præ oculis, & allegatæ à Curiel in *prefato Tract.* Sensus Molinæ abstrusior est. Sed nonnullis videtur, non aliud intendisse, quam quod futura contingenti non habeant ut nunc de presentis, neque habuerint ut ab æterno obiectivam veritatem determinatam; neque falsitatem, tamen eam habeant, & habuerint ut propria temporis differentia, seu ut ad hanc relata, ad quam etiam ut relatæ propositiones de eis gaudeant determinata veritate, vel falsitate formali, ut ingeniosè contendit Martinus de Albiz 1. p. *Tract.* 1. *Disp.* 6. *secl.* 2. & 3. *Disp.* 7. *secl.* 2. *ex num.* 5. qui *Disp.* illa 6. *secl.* 9. *num.* 3. dicens; Molinam fuisse semper sibi constantem; interpretatur eum *secl.* 10. *num.* 3. modo iam indicato. De qua circa Molinæ mentem declaratione redibit sermo in *Delin. Theolog. Scientiæ Mediæ*. Forlanq; Curiel eo in *Tract.* eiusdem mentis fuit, ac Molina, & Albiz.

729. Insuper Curiel ibi non fuit loquutus de futuris conditionatis, sed de absolutis; è contra verò in *Controversiis*: de absolutis autem non est necesse, nec apud omnes Authores commune opinari eodem modo, ac de conditionatis. Sicque de absolutis opinatus est Curiel, ut Dominicanis non fauerit. Nam pro ipsis cognoscendis ita recurrit ad liberam determinationem voluntatis diuinæ, ut ea sola non sit contentus; neque eam requirat tanquam medium præcognitum: quorum utrūque pugnat è diametro cum Domini-

canorum placitis. Determinatioque altera ex parte voluntatis creatę, consistens sive in physica prædeterminatione, sive in cogitatione inducente infallibilitatem operationis; sive in subiectione naturali voluntatis creatæ ad diuinam, non arrisit Curieli; sed ea, quæ consistat in coniunctione actualis concursus voluntatis creatę cum volitione diuina, sive explicetur hoc, sive illo modo, de quibus *suprà*; & qui quantum ad presentialitatem in æternitate nõ possunt esse grati Dominicanis respectu futurorum conditionatorum, neque quantum ad id, ut volitio diuina non sit absoluta sine cooperatione voluntatis creatæ respectu futurorum absolutorum, neque quantum ad id, ut actualis concursus liber voluntatis creatę te minet in se ipso diuinam cognitionem sub ratione futuri.

730. Præterea quę Curiel scripsit de scientiâ infusa animæ Christi, & de specie circa futura absoluta, nec debent, nec possunt transferri omnino ad diuinam scientiam de istis futuris, deque conditionatis.

731. Demum si aliqua retractatio tribuenda est Curieli; eorum potius; quæ in *prefato Tract.* nam post eum dictatum apparuit *Controversias* ad editionem. Sic etsi anno 1593. allegatus ab Henriquez in *Summa Theologiæ Moralis* lib. ultimo, *Cap.* 4. §. 1. in *Glossa*, lit. E: pro quadam sententiâ non admodum conformi eis, quas postea probavit in *Controversiis*; ferendum est iudicium de eius mente postrema iuxta consignata ultimò, & sub mortem in illis. Omissa conciliationem quandam sensuum Curielis in *Controversiis*, & in *predicto Tract.* propositam à Didaco de Sylva *suprà* in *priori loco*, §. 7. *num.* 125. & *duobus* seqq. tum quia est conciliatio tentata, non lecto *Tractatu*; tum quia eam ego non intelligo.

(1)



EVENTILATIO XXXII.

INDAGANS SENSVM BASILII PONCII

Legionensis.

732.



E hoc egregio viro, Primario Salmanticensi, ex Ordine sacro Augustiniano scribit Antonius de Ma-

tre Dei Tract. 3. Disp. 10. dub. 8. num. 130. post longam, & maturam huius rei discussionem, & attentam meditationem retractasse publicè sententiã admittentẽ Scientiã Mediã, quam antea docuerat; & licet semper magnum, atramen se ipso iam factum maiorem, amplexatum esse oppositam sententiã. Dixerunt ex fide Antonij de Matre Dei idem ipsum Ioannes Thomasius 1. p. q. 14. Disp. 20. art. 6. §. Præter hos, pag. 691. Hieronymus Viues Disp. 1. Dist. 3. §. 1. num. 33. & Disp. ac Dist. 3. num. 28. & Disp. 19. Dist. §. 2. n. 16. & Didacus de Sylva 1. p. q. 14. art. & dub. 13. §. 2. num. 18. Sed si Viues, & Sylva non omisissent consulere Sherlogum p. 3. Sect. 7. num. 32. 33. & 34. forsitan non fuissent tam creduli, forsitanque imitati fuissent Illustrissimum, & Reuerendissimum Angelum Manrique, qui (vt retuli in num. 108.) scripsit, lecto Antonio de Matre Dei, non constare de retractatione Basilij, cum tamen non liceat dubitare de eius pro Scientiã Mediã suffragio in suis Quodlibeticis questionibus Salmantica excusis.

733. Quin imò possum ego asseveranter affirmare, Antonium de Matre Dei, ductum falsa vulgi fama (sed quam veram putarit) mandasse litteris recantationem Basilij. Sub annum nãque 1626. ortis dissensionibus aliquorum Academicorum Salmantensium contra nostrum Collegium occasione Studiorum Regalium Madritensium, & adventus Cornelij Ianfenij Doctoris Lovaniensis, postque Episcopi Iprensis in Salmanticam (quam aggressus fuit præiens concitare adversus societatem, vt narravi in Event. XVIII.) cuiusdamq;

iuramenti, quod vix fuit pronuntiatum, cum fuit declaratum irritum, quodque cum Memoriali quodam divulgato in eius commendationem præbuit Scotillis longam scribendã materiam, non favit nobis tam impense Basilius, quantum promittebat strictissima antiqua amicitia, indeque sparsus per vulgus rumor de sententiã mutata; cum tamen certè constans fuerit in agnoscenda Scientiã Mediã, & repudianda prædeterminatione physica.

734. Et quidem ipse in Relectione de necessitate gratiæ (quæ ob eius immaturam mortem, aut aliam ob causam mihi occultam non prodijt integra ex typis, aut à me quæsitã non potuit integra offendi.) parte 1. Cap. 10. n. 6. & 7. pag. 237. & 238. admittit in Deo Scientiã Mediã, licet non nisi præcisè [ob veritatem futuri conditionati, & cognoscibilitatem obiecti. Si enim est obiectum cognoscibile, necessarium est, vt dicamus, à Deo cognosci. Et quavis iam Deus per scientiã simplicis intelligentiæ præsupponatur cognoscens consentum, cum illa vocatione infallibiliter connexum, & immutatis obiectis non possint constitui diversi actus scientiæ, neque voluntatis in Deo; vt dixi 1. p. Var. quæst. 6. Scholastica; dico, hic sufficere ad diuersitatem scientiæ eandem possibilitatem reductam ad statum conditionatum, siue in ordine ad futuritionem; vt penes hanc diuersitatem constituaemus diuersam formalitatem scientiæ. Sic Basilius, cuius argumentum de non requisita aliunde Scientiã Mediã, quæ ex veritate cognoscibili futuri conditionati, soluetur à me in Delin. Theolog. Scientiæ Mediæ.

735. De physica autem prædeterminatione in ordine ad bonum ait Basilius in num. 8. pag. 239. & 240. [Hæc indicauimus breuiter, aliquando latius disputaturi, vt interim sciat Lector, quomodo iuxta hanc, quam Augustini

gustini sententiã credimus, & profiteremur, philosophandum sit in alijs questionibus, quæ cum illa connexionem habent; quauis oppositam sententiã vè valde probabilem in publicis lectionibus olim defenderim, quia comparatione facta cum opinione constituyente qualitatem physicam prædeterminantem longè probabiliorẽ lucidiorẽ non verò loquutus sum de ea, facta comparatione cum hac, quam mihi persuadebam etiam tunc, esse sententiã S. Augustini.] Et in cap. 11. num. 2. pag. 241. refutat necdum physicam, sed etiam moralem prædeterminationem ad entitatem physicam actus mali, censens, repugnare S. Augustino, fortassisque Concilio Tridentino.

736. Quare in ordine tantum ad bonum agnoscit prædeterminationem moralem; quam declarat in Cap. 9. num. 3. pag. 107. & 108. & §. 3. num. 23 pag. 228. his verbis, [Iuxta Augustini doctrinam asseri non potest, sanctam cogitationem congruam differre à non congrua per consentum, & ex consequenti asserendum est, iuxta Augustini mentem cogitationem congruam distinguantecedenter à non congrua, in hoc quod sit talis vocationis modus, quæ voluntatem suaviter ducat, infallibiliter tamen, indeclinabiliter, & insuperabiliter ex aptatione, & contempatione vocationis cum illa, & connexionem, quæ est inter intellectum taliter proponentem, quæ posita infallibiliter, & indeclinabiliter, liberè tamen voluntas operatur.] Pro quã prædeterminatione morali allegat in num. 1. pag. 106. Commagistrũ suum, & Sodalem Augustinum Antolinez (qui postea fuit Illustrissimus, & Reuerendissimus Archiepiscopus Compostellanus,) & Petrum Ioannem Federicum Xedler è nostra Societate (quem vocat virum suæ ætatis sine dubio doctissimum) allegatque in Lectura de Auxilijs, & p. 1. Var. Dissp. Relect. 2. pag. 531. Magistrum suum Luisium Legionensem, & Petrum de Aragon è suo etiam Ordine sacro Augustiniano. In quo apud Salmanticam alij præstantissimi Magistri (quos ego noui) eiusdem fuerunt sententiæ.

737. Sapientissimus quidam Magister Dominicanus Salmanticensis in Tract. M. S. de Dei scientiã futurorum

contingentium conditionatorum Disp. 3. dub. 1. inquit, [Pro eadem sententiã (nempe Societatis) quantum ad rem attinet, referri solent, Basilius, & Curiel, Magistri doctissimi in hac Vniuersitate merito Primarij. Vterque tamen postquam suo cursui finem imposuere, præfessionem valedixerunt; & laborum suorum vltimum litterarium præmium obtinuerunt foeliciter, sententiã, quam docuerant, retractarunt, & nostræ adhaeserunt. Quod quidem illius veritatem vehementer suadet, viros enim toto Orbe celebres, doctrinã illustres sententiã toties defensã, & in lucem publicè editã, ab altero dictã, & in discipulis; & ab alio prelo mandatã, quid aliud, quã veritatis cupidus amor ad illius retractationem potuit inducere?] Hec ille.

738. Sed ex ijs, quæ diximus, compertum satis est, Basilius, & Curielem perseuerasse in sententiã Societatis, vel saltem non confugisse ad Dominicanã. Nec de ipsis persuaderem mihi possum tradituros aliquando fuisse in Scholis Scientiã Mediã ex fine præfessionis, seu (vt Latinius loquar) petitionis alicuius; id enim dedeceret viros tam magnos; & in Nostrum potestate nõ erat conferre ipsis cathedras, quarum candidati essent: vt summum possent Nostrum consulti ab Scholasticis, vel à Senatu Regio commendare ipso sum merito; quod etiam possent Dominicani Patres non minori saltem auctoritate ad suffragia concilianda Scholasticorum, vel Senatũ Regij. Quod si Basilius, & Curiel doctrinã suã vellent seruire tempori, petitionique alicui, quãnam spes soleant suboriri post obtentã cathedram Primariã Salmanticensi, & in quibus magnã earũ pars esset designanda tempore illo apud Hispaniam, nemo est, qui ignoret inter Theologos Hispanos, & qui non inde inferret, illam Scientiã Mediã recantationem non derogaturã bono eius nomini. Sed viri verè sapientes non flectunt opiniones suas ad ambitus polum; docent ingenuè quod sentiant, nulla habita ratione fauoris humani: sicque fit, vt, Deo auxiliante, consequantur maiora sudoris litterarij præmia, quàm si, vt hominem habeant, prælegant in Scholis ad gustum huius, vel illius, & non ex proprio sensu.

EVEN-

EVENTILATIO XXXIII.

PERSCRVANS MENTE M ALFONSI

de Mendoza, Francisci à Christo, & Leonardi Coquæi.

739.



VNT etiam hi tres præstantissimi Magistri ex Sacro Ordine Augustiniano: & Alfonso de Mendoza, Secundarius Theologus Salmanticensis, allegatur contra Scientiam Mediam à Vive Disp. 1. Dist. 3. §. 1. num. 33. Disp. 19. Dist. §. 2. num. 17. Sed ille in quæst. 7. Quod liberica Scholastica p. 3. conclus. 5. n. 13. pag. 506. latè, & nervosè refellit decreta divinà absoluta subiectivè, in quibus Deus cognoscat futura contingentia conditionata, præcipuè peccaminosa, vocatque univèrsim illa decreta chimerica (quod mihi non placet) in §. Adde, pag. 508. Et cum responderet argumentis in 4. & ultima parte ita manifestissimè pro Scientia Media, & pro modo cognoscendi futura conditionata in se ipsis, quem modum proposuerat in 3. p. conclus. 2. num. 7. pag. 494. Hæc ex secunda editione facta anno 1596. post divulgatam Concordiam P. Molinæ. Nam in prima facta anno 1588. paucisque mensibus ante impressionem præfatæ Concordiæ refert, & relinquit ut probabilem modum cognitionis in prævio decreto, ut videre est in 2. parte, conclus. 5. num. 11. pag. 544. post quem, & antea recurrit ad alios modos, respiciens ad Molinam, aliosvè è Nostris in M. SS. Nam, teste P. Henriquez lib. ultimo Summæ Cap. 4. §. 1. in Glosa lit. C. gloriatus est, se accepisse à Nostris doctrinam præcipuam quæstionis illius 7. Quod vulgavit Salmanticæ Henriquez anno 1593. præsentè ibi Alfonso de Mendoza.

740 Franciscus à Christo, Secundarius Theologus Conimbricensis, citatur etiam ab eodem Vive Disp. 19. Dist. §. 2. num. 17. ex fide Zumelii tom. 1. Disp. var. pag. 170. At Franciscus in 1. Dist. 39. 40. & 41. ubi allegatur,

tur, ne utiquam loquitur de cognitione divina futurorum contingentium conditionatorum, sed absolutorum tantum; eiusque medium esse præsentiam in æternitate, defendit Dist. 39. quæst. 6. conclus. 5. fol. 16. & consequenter dicere posset, præsentiam conditionatam in eadem esse medium ad id, ut Deus cognoscat futura conditionata. Si Franciscus existimasset, innotescere Deo futura absoluta in suo de eis decreto, potuisset, etsi remotè, adduci contra nos. Sed non existimavit, ut fatetur Antonius de Matre Dei infra Disp. 8. dub. 1. §. 2. num. 5. & ex ipso Didacus de Sylva infra dub. 9. §. 1. n. 4. tribuens Francisco cognomentum à Castro, cum deberet à Christo. Hunc Authorem legit diligenter Aldretus, collegitque tom. 1. in 1. p. Disp. 28. Sect. 5. n. 22. & sex sequ. multa eius testimonia pro nostra doctrina.

741 Leonardus Coquæus, Doctor Parisiensis, allegatur ab Antonio de Matre Dei Tract. 3. Disp. 10. dub. 8. §. 2. num. 128. à Ioanne Thomasio 1. p. q. 14. Disp. 20. art. 6. §. Præter hos, pag. 691. à Hieronymo Vive Disp. 1. Dist. 3. num. 34. & à Didaco de Sylva 1. p. q. 14. art. & dub. 13. §. 2. num. 17. Sed in Cap. 9. lib. 12. de Civitate Dei, ubi ab eis citatur, video allegari à Basilio Legionensi p. 1. Relectionis de necessitate gratiæ Cap. 9. num. 1. pag. 107. contra prædeterminationem physicam ad quemcumque actum liberum creaturæ, & pro prædeterminatione tantum morali ad bonum; videoque ad Cap. 9. & 10. lib. 5. non admittere prædeterminationem ullam ad materiale peccati. Adde, Leonardum non habere expressum sermonem de punctis controversis Inter Dominicanos, & Nostros circa Dei scientiam futurorum contingentium, siue conditionatorum, siue absolutorum: quod si quid dicit conforme uni, vel alteri parti, non dicere post examen ex professo; de his autem, quæ perfundiorè, & in transitu

transitu dicuntur, parva est consideratio habenda; & de opinione Doctoris non deliberata, & pensata, sed in cursu posita non est multum curandum, ut cum alijs Iureconsultis monet Hiero-

nymus Gonzalez super Regulam 8. Cancellariæ glosa 5. §. 3. num. 56. Et quid, si Authoris mens sit perplexa; atque anceps?

EVENTILATIO XXXIV.

INVESTIGANS PLACITA MICHAELIS

de Palatio, Ioannis de Medina, Andrea Henriquez de Villegas, Hieronymi de la Rúa, Ioannis de Roa Davila.

742.



REGII HI quinque Theologi sunt ex Ecclesiastico statu sæculari, Michaelq; de Palatio Professor Salmanticensis, citatur à Zumelle supra pag. 171. Sed omnibus, quæ ex ipso in 2. Dist. 25. Disp. unica §. Ipsi iam pag. 247. Dist. 26. Disp. unica §. Secundo accipiam pag. 250. adducit Zumel, satisfaciit Suárez tom. 2. de Gratia lib. 5. Cap. 5. 1. num. 10. Ad illa verò, quæ ex eodem in locis postea adnotandis indicat Zumel, occurrit Suárez inquitens, [Palatium vel non satis consequenter loquutum; vel certe in modo tantum loquendi differre (ut de Sorro dixerat in num. 6.) nam eodem modo, quo Sorro, de prioritate naturæ generalis concursus loquitur.] Ego addo, Palatium in 1. Dist. 38. Disp. 2. §. Ego verò fol. 203. dicere, [Inno diuinus intellectus non determinatur ad cognoscendas res futuras ex voluntate divina.] Quæ verba clarissima sunt pro nostra sententia. Consultatur etiam Ruizius Disp. 67. de Scientia Dei Sect. 7. num. 9. & 10.

743 Ioanneti de Medina, Primarium Theologum Complutensem, allegat Viues Disp. 19. Dist. §. 2. num. 17. ex fide Zumelii supra pag. 169. & 170. & Zumel ex fide Antonij Gordubensis lib. 1. Questionarij q. 53. dub. 10. allegantis Alfonso de Medina, nondum typis (quod sciam) vulgatam.

Respondet autem Suárez supra num. 47. Medinam nihil aliud dicere, quam quod Deus concurrat per suam voluntatem cum causis secundis: quæ est doctrina firmissima apud assertores Scientiæ Mediæ.

744 Andreas Henriquez de Villegas, Primarius etiam Theologus Complutensis, allegatur ab Antonio de Matre Dei Tract. 3. Disp. 10. dub. 8. §. 2. num. 130. à Ioanne Thomasio 1. p. q. 14. Disp. 20. art. 6. §. Præter hos, pag. 691. & à Vive Disp. & Dist. 3. num. 28. & Disp. 19. Dist. §. 2. num. 16. Allegatur autem Contron. 3. Disp. & Cap. 2. & Disp. 4. Cap. 1. 2. & 3. Vbi non agit de scientia divina futurorum contingentium conditionatorum, sed absolutorum; docetque, futuritionem eorum nullo modo esse rationem, aut medium, ut Deus ea cognoscat, sed rationem, & medium esse divinam essentiam, quæ eminentè est eorum exemplar, & quæ ducit ad videndum decretum, quod de eorum futuritione habet. Agit verò Villegas de scientia divina conditionatorum in Contron. 4. Disp. unica, & ait Cap. 1. §. 3. pag. 121. nostram sententiam; etie non parum plausibilem hac tempestate, de sumptaque ex doctrina Ockami, Gregorij Ariminensis, Petri ab Alliaco, & Gabrielis Bielii quam etsi non approbet in Cap. 2. sed neque Thomisticam de cognitione in decreto subiectivè absolutam; & obiectivè conditionatam approbat in Cap. 3. concluditque in Cap. 4. Deum; cum suæ voluntatis dispositionem

sitionem sibi aperit, in se, tanquam in exemplari eminenti, cognoscere conditionata omnia, futura essent, necne. Quæ opinio propior est placitis Molinæ, quam Thomistarum, aut neque horum, neque illius est, placuitque Villegæ præ Thomistica, ut non negat ipse Thomastus art. 1. §. Quod attinet, pag. 610. De Villega consulatur Aldretus Disp. 28. sect. 11. n. 16.

745. Hieronymus de la Rúa, Doctor Toletanus, *Contröv. 7. in 2. parte illius, dub. 2.* recensetur contra Scientiam Mediam ab Antonio de Matre Dei *suprà, num. 129.* à Thomasio *suprà, à Vive Disp. 1. Dist. 3. num. 33. & Disp. Dist. 9. 3. num. 29. & Disp. 19. Dist. & §. 2. num. 17.* Sed Rúa *ibi, pag. 465.* repudiat auxilium efficax, quod sit voluntatis humanæ dispositio intrinseca inseparabilis ab effectu, proindeque negat prædeterminationem physicā, & solummodò concedit decretum Dei efficax antecedens scientiam boni operis humani. Qui autem inficiatur physicam prædeterminationem, discedit à Dominicanis in puncto primario.

746. Ioannes de Roa Davila, Doctor etiam Toletanus, citatur ab Antonio de Matre Dei *suprà num. 129.* Et ego fateor, disiungere se à Molina, quæ nominat in *Lib. 3. de suprema Dei providentiā, & prædest. q. 3. sect. 1. num. 17. §. Alij vero, pag. 372. sect. 9. num. 38. §. Tandem, pag. 405.*

747. Sed (ut iam notavi in *num. 37.*) tribuit Deo coniecturalem notitiam futurorum contingentium conditionatorum. Et in *Lib. 2. q. 3. sect. 5. num. 53. pag. 276.* docet, Deum non prædeterminare sua voluntatē efficacī actiones liberas humanas sine respectu ad libertatem nostram, & ad se ipsum simul. Quod perinde est, ac si decreet, Deum non concurrere ad illas decreto omnino absoluto, & efficaci, habenteque vim prædeterminandi voluntatem determinatē ad vnum extremum contradictionis; sed decreto quasi conditionato, quo vult concurrere, si nostra voluntas velit cooperari, vel decreto disiunctivo, quo efficaciter vult concurrere ad hunc actum amoris, vel ad illum odij, relinquendo determinationem voluntati. Hinc *num. 54. pag. 278.* expendens S. Damascenū

*Lib. 2. de fide, Cap. 29. & 30. alt; actum virtutis simul naturā provenire à Deo, & à voluntate, Deumque præscire universalia, antequam fiant; sed non prædefinire, nec prædeterminare libera, quæ ad viam pertinent virtutis. Repetitque pag. 279. ex S. Chrysostomo Homiliā 12. in Cap. 7. ad Heb. & Homiliā 32. Imperfecti in Mattheum, nē utiquam Deum prædefinire determinatē. Et pag. 280. inquit cum Vvaldensi Lib. 1. Cap. 23. & 28. Doctrinalis fidei, agere contra libertatem eos, qui præcedentem causam superiorem necessariam nostræ volitioni præter libertatem ponunt, & maxime circa Deum, qui ob Omnipotētiā fortirētur necessariō effectū. Additque pag. 281. cum eodem Vvaldensi, Scholasticos quosdam Doctores, qui necessitatem antecedentem, & in sensu composito concedunt falsē in rebus liberis, nō posse impugnare Vvicleffū, & Lutherum negantes libertatem nostrorum operum. Et quidem cū Didacus Alvarez, Ioannetque à S. Thoma adducti *num. 359.* contendunt, Lutherum, & Calvinum non errasse in Antecedenti, nimirum in adstruendo decreto efficaci, prædeterminante ad singulas actiones nostræ voluntatis, sed in Consequentia, quam inde intulerūt, quod scilicet voluntas nostra nō sit libera: sanē dum Roa, affirmat, nō posse defendi aliter doctrinam Catholicam, quam negando Antecedens illud, sentit manifestē contra præfatos Didacum Alvarez, & Ioannem à S. Thoma.*

748. In eadem pag. & seq. Roa citat pro sua sententia Ruardum Tapperum, & Antonium Cordubensem, qui apertē stant pro Nostris, ut paulo post ostendam. Et licet cum Cordubensi videri possit innuere, concursum creaturæ liberæ priorē naturā esse concursu Dei, in quo contradiceret quidē Prædeterminatoribus, & Michaeli de Palatio in 1. Dist. 46. Disp. 1. in 2. Dist. 1. Disp. 5. Dist. 37. Disp. 1. sed non sine incurſu in doctrinam vehementer etiā displicent Nostris post Scotum, Occamum, Gabrielem, Gregoriū, Capreolum, Maiorem, Ruardum apud Raynaudum in *Theologia naturali Dist. 8. q. & art. 5. num. 350.* & apud Henriquez *Lib. ult. Summæ Moralit Cap. 5. §. 3. in Glossa lit. H.* nihilominus explicari optimē potest, ut non loquatur de prioritate

riatē naturæ, & causalitatis, sed electionis, quatenus verum sit, ideo Deū, supposita proxima indifferentia ex parte nostræ voluntatis, concurrere ad hoc extremum contradictionis præ illo, quia voluntas vult. Per quod non denotatur prioritas naturæ in concursu voluntatis respectu concursus divini, sed solum significatur, ipsam voluntatem esse causam eligentem, ut ponatur hic, & nunc hæc actio potius, quam opposita; quanvis hæc actio immediate dependeat à Deo. Sicut cum dicimus, habitum concurrere, quia voluntas vult, non denotamus prioritatem naturæ in concursu voluntatis respectu concursus præstiti ab habitu, sed solum voluntatem esse causam, cur hic, & non existat ab ipsa, & ab habitu talis actus.

749. Præterea q. 4. Sect. 2. n. 75. pag. 325. refert sententiam Dominici Bañez afferentis, necessitatem, provenientem à decreto efficaci Dei antecedente, & prædeterminatio creatæ voluntatis, esse solum secundum quid, esse ex suppositione, & in sensu composito, esse consequentiam; non autem esse necessitatem absolutam, & simpliciter, in sensu diviso, & consequentis: quam sententiam acriter impugnat *ex num. 76. pag. 326. usque ad num. 78. exclusivè, pag. 329.* Et in eo n. 78. resumit suam opinionem, ut & in *lib. 3. q. 3. Sect. 6. num. 29. & §. Sed advertimus, pag. 387. & 388. tandemque Sect. 9. n. 37. §. De quinta pag. 404. (9)*

EVENTILATIO XXXV.

EXPLORANS ANIMVM PETRI DE LORCA.

Incidenter dicitur nonnihil de quodam testimonio P. Henrici Henriquez.

750.



P. Fr. Petrus de Lorca Cisterciensis, Præceptor in Universitate Compluten-

si, et vbiq; gentium nominatissimus Theologus, citatur pro contraria sententia ab Alvarez *Lib. 1. Respons. Cap. 1. num. 26.* & à Vive *Disp. 1. Dist. 3. §. 1. num. 33. Disp. & Dist. 3. num. 28. Disp. 19. Dist. & §. 2. num. 16.* Sed Antonius de Matre Dei, cum in *Tract. 3. Disp. 10. dub. 8. §. 2. num. 131.* dixisset, referri Lorcam pro sententia nostra, nihil postea in contrarium dicit. Et merito, ut *ex seqq. patet.*

751. Nam Lorca 3. p. Disp. 10. memb. 2. num. 26. & 27. adductis verbis S. Thomæ 3. p. q. 1. art. 3. ad 4. 1. p. q. 23. art. 7. in Corp. inquit, [Ex quibus S. Thomæ verbis constat, præ-

scientiam illam, quam dicit supponi ad prædestinationem, non esse scientiam simplicis intelligentiæ, nec scientiam visionis, sed Scientiam, quam vocant Mediam, quæ est de futuris contingentibus conditionatis, quæ ex hoc loco S. Thomæ manifestē adstruitur.] Sic ibi.

752. Sed Doctissimū quidam Dominicanus Salmanticensis in *Tracta M. S. de Scientia Dei futurorum contingent. Disp. 3. dub. 1.* respondet, [Lorcam expressè loqui de scientia media, inter notitiam purè possibilium, & absolute futurorum, & nec insinuare verbum de mediatione inter naturalem, & liberam: Præterquam quod tomus 3. p. post mortem Lorca fuit in lucem editus à Dionysio de Cacho Complutensi, Scientiæ Mediæ affecto. Quare: vehementer suspicor, ab eo potius, quam a Lorca fuisse ibi suppositam.] Ita ille.

753. Qui quoad primum refellit.

fellitur, tum quia Lorca loquitur de Scientia, quam communiter vocant Mediam; Scientia autem sic vocata media est inter naturalem, & liberam: tum quia Lorca explicans *inferius* S. Thomam ait, [loqui de scientia conditionata, quæ est prior omni decreto productionis, & media inter scientiam possibilem, & scientiam eorum, quæ absolute futura sunt, quæ scientia Deus cognoscit non solum quod est possibile, sed etiam quid foret, & esset in omni euentu, & ordine rerum, & supposita quacumque conditione, dependente à voluntate sua, vel aliorum, & à quacumque suppositione;] quæ scientia si non est media inter naturalem, & liberam, seu si non antecedit omne decretum diuinæ voluntatis, quod sit etiam subiectiue absolutum, & obiectiue conditionatum, fatebor, ignorari adhuc à me primos terminos Scientiæ Mediæ.

754 Quoad secundum etiam impugnatur, nam eius suspensionis desideratur fundamentum, & absque urgente probatione non est presumenda adulteratio Operis posthumi Lorcæ, præsertim in puncto, ex quo questio ibi agitata maximè dependet. Præterea Magister Cuchus Gisterciensis ostendit se satis affectum erga Thomistarum opiniones tam in *Proloquio ad Opus Lorcæ*, quam in *huius Vita ei Operi præfixa*. Vnde qui legerit dicta ab ipso ibi, induci non poterit, ut credat intrusurum scriptis Lorcæ Scientiam Mediam. Constatque mihi ex archiuo Prouinciæ nostræ, Magistrum Cuchum anno 1627. fuisse Compluti Præsidentem quarundam de Correctione fraterna Conclusionum, in quibus nulum amicitiae cum Societate specimen fuit præbitum, & quæ ei postea non nihil molestiæ attulerunt. Satis sit, attigisse id.

755 Idem Lorca *tomo. 1. in 1. 2. Disp. 4. de Actibus humanis memb. 1. §. In 2. puncto, pag. 241.* scribit, [Deus præscit quid voluntas operabitur, his, vel illis obiectis, vel cogitationibus occurrentibus; sed id non præscit in aliqua determinatione ipsius voluntatis præcedente operationem, sed quia præuidet operationem ipsam ut futuram conditionaliter, præscit enim Deus futura contingentia conditionata, ut

sub conditione præsentia.] Quibus in verbis Lorca nec meminit decreti, in quo ea futura præsciantur, nec dixisset, præsciri ut conditionatè præsentia, si præscientia inniteretur decreto, huius enim ratione possent præsciri ut conditionatè futura.

756 At opponit Modernus ille Dominicanus, Lorcam *Disp. 17. memb. 2. pag. 331.* admittere in Deo decreta subiectiue absoluta, & obiectiue conditionata; & *Disp. 47. §. Ultimo, pag. 520.* dicere, verissimam esse assertionem illam Peripateticam, *Enuntiationibus de futuro contingenti non inesse veritatem, aut falsitatem determinatam.* Concedo primum. Sed decreta illa non adstruuntur à Lorca contra Vazquiū, ut deseruiant ad scientiam diuinam conditionatam. Plerique è Societate admittunt etiam decreta illa in diuina, & creata voluntate, qua in vtraque negauit ex equo Vazquiū. Ecquis exinde colligat, aduersos esse Scientiæ Mediæ? Videantur inter innumeros alios Cardinalis de Lugo *Disp. 4. de penitentia Sect. 2. num. 11.* Arriaga *Disp. 5. Sect. 2. num. 6. & seqq.* Licet autem Vazquiū excludens à voluntate diuina, & creata volitiones efficaces absolutas in se, & conditionatas ex parte obiecti, magis se opposuerit Thomistis, quam illi alij, qui non remouent, non ideo tamen solus Vazquiū legitime certauit, ut ait Alarcon ipsi adherens *1. p. Tract. 2. Disp. 4. Cap. 6. num. 9.* quod elogium & nimium est, & non coheret rectè cum censura, quam posita *in Tract. 3. Disp. 3. Cap. 8. num. 7.* profert inquitens, rationes Vazquiū non esse multum urgentes ad probandam earum volitionum impossibilitatem.

757 Concedo itidem secundum. Sed, ut notaui *num. 727. & 728.* eandem illam assertionem Peripateticam tuentur Molina, & quidam alij è Societate, nec ideo à Scientia Media deflectunt. Rursus de assertionem illa non aliud, quam quod relatum est, dicitur ibi à Lorca. Assertio autem illa sic in vniuersum prolata exposita est multis sensibus, in quorum nonnullis omnes è Societate ei applaudunt, *ut in Scientiæ Mediæ Delin. Theolog. tractatur ex professo à nobis: & in quorum aliquo damnata fuit olim Romæ, ut testatur apud Conimbricenses in l. 1. de Interp. Cap. 8.*

Cap. 8. q. unica art. 4. Stephanus Brulifer Franciscanus in *1. Diss. 38. art. 2. in solutionibus argumentorum*; qui Author vivebat anno 1483.

758 Idem Lorca *tomo 2. in 1. 2. Disp. 37. de Peccatis pag. 207.* late docet, Deum non prædeterminare ad materiale peccati, infertque *pag. 210.* [prædeterminationem Dei non esse necessariam in omnes actus, neque oriri à natura causæ primæ, & secundæ, neque à dependentiâ causæ secundæ à primâ.] Quæ quam sint contraria sententiæ, & principijs Thomistarum, non latet vel nouitios Theologos: Adversus que Lorca *pag. 208.* si Deus in tempore non prædeterminet voluntatem nostram ad materiale peccati, necesse esse, ut ab æterno detur in Deo præuisio determinationis nostræ ad materiale illud ante omnem Dei circa illud voluntatem: quæ præuisio proculdubio est Scientia Media.

759 Obijcit Modernus ille Dominicanus, Lorcam *Disp. 19. de Gratia* ponere gratiæ auxilium efficax ex se, & non à consensu præuiso; & *Disp. 20. in dub. appendice* fateri, non esse in potestate nostrâ reddere efficax primum auxilium gratiæ, nec alia præter primum aliter, quam impetratiue, seu dispositiue in nostra potestate quoad efficaciam esse; & *Disp. 21. Conclus. 2.* admittere, possibile esse, & sæpe contingere, ut Deus physica motione efficaciter ad actum determinet, licet non prædeterminet, quod probat, quia aliàs non esset in potestate Dei, ut fieret actio libera, nisi eam in statu conditionato præuisam supponeret, quod pro magno habet absurdo, & à professoribus Scientiæ Mediæ necessario est deuorandum, ut tandem tandem Falsus est Suarez.

760 Ad primum occurro dicens, Lorcam discordare à Molina in modo explicandi constitutiuam auxilij efficacis, sed concordare cum Bellarmino, Valentia, Suarez, Vazquez, quos allegat *§. Verū enim verò pag. 670.* et quos certum est militare pro Scientia Media. Quæ quidem salua, disputatur inter nostros, num gratiæ auxilium efficax habeat, nec ne, efficaciam antecedentem extrinsecam, num gratiæ efficaciam detumenda sit à consensu absoluto, vel à conditionato, vel à cō-

ditionata scientia consensus? quæ quæstiones, & in eis dissidia sunt potius de voce, quam de re.

761 Ad secundum, non dici à Lorca *pag. 684.* nisi [non esse in potestate hominis habere omne auxilium efficax requisitum ad salutem; posse tamen acquirere plura auxilia efficaciam ad aliquos salutis effectus, sed præsupposito aliquo, quod in eius potestate non sit.] Hæc autem doctrina apprime congruit cum nostra de Scientia Media.

762 Ad tertium, dici quidem à Lorca in *Conclus. 2. pag. 684.* [Possibile est, & existimandum sæpe fieri, ut Deus efficaci physica motione prædeterminet voluntatem, & hac ratione efficiat, ut operetur, salva, & illa libera libertate.] Sed simul dixerat in *Conclus. 1. pag. 682.* [Possibile est, & sæpe contingit, ut auxiliū efficax sit aliquod motivum morale intus; & extra à Deo propositum, & Dei protectio; & gubernatio; nec est necessarium, ut semper Deus physica motione præueniat voluntatem.] De hoc auxiliū addit *§. Ut ex omni, pag. 686.* [Si auxiliū efficax morale sit, facile componitur cum libertate. Cum enim solum moueat, proponendo obiectum, & alligando, nihil habet, quo libertatem auferat. Nam auxiliū huius generis infalibile est ex adiuncta præscientia, & cognitione futuri euentus conditionati, quæ solam inducit necessitatem consequentem, quæ est necessitas secundum quid, & supponens liberam determinationem. Maior difficultas est, si auxiliū hoc physice prædeterminet, &c.] Posteaque in *pag. 687.* explicat prædeterminationem physicam omnino antecedentem, & arbitrio intrinsecam, quatenus non sit necessaria ad agendum, sed tantum possibilis, compossibilisve cum libertate voluntatis creatæ, & quatenus non se habeat per modum principij, sed per modum actionis, sicque ex parte Dei præcedat actionem arbitrij creati: quanvis adeo obscure procedat Lorca, ut perspectum adhuc non sit, an distinguat realiter præfaram prædeterminationem ab actione vitali liberi arbitrij creati, vel nō? Quem physice prædeterminationis modum insinuarat antea in *Disp. 38. de Peccatis pag. 211.*

212. nemoque est, qui nesciat, esse valde discordem Thomistico, aut saltem medium inter hunc, & sententiam Societatis, fatente Ioanne Martino Pratenfi tom. 2. *Moralium* qq. Cap. 33. q. 1. §. 2. num. 14. viderique potest approbatus à Zumel *tom. 1. Var. Dissp. in 5. sect. 1. §. Neque pag. 138.* & refutatus à Ioanne Gonzalez de Albelda 1. p. *Dissp. 58. sect. 3. num. 33.*

763 Idem Lorca 1. p. circa *quest. 14* favit Scientiæ Mediæ, ut citatur Illustrissimus, & Reverendissimus Angelus Martique eiusdem Congregationis Cisterciensis, cœteraneus ipsius Lorçæ, forsitanque Discipulus, aut Commagister, cuius verba transcripsimus in *num. 168.* Nec gessit se inconsequenter Lorçæ in admissione Scientiæ Mediæ, et si prædeterminationem physicam modo proximè declarato tradiderit, si quidem non dixerit, esse requisitam, sed consideravit eam ut possibilem ex abundantia tantum. Et hæcenus de Lorca.

764 Vbi non succubeo, quod Modernus ille Dominicanus in præclaro loco enarrans sententiam, quam ipse sequitur, de futurorum conditionatorum contingentiam divina scientia, quæ sit libera simpliciter non minus, quam scientia visionis, transcribit hæc verba P. Henrici Henriquez de Societate nostra in *Summa Lib. ult. de fine hominis Cap. 5. §. 6.* [Rectè concors Theologorum sententia docet, Deum habere prædeterminationem bonorum efficacem, ex providentia perfecta ab æterno, in qua, & per quã tantã quã per rationem certò omnia sciat.] [Quæ verba (subiungit Modernus ille) ideo retuli, ut testimonio, omni fide dignissimo, concordè Theologorum consensum pro nostra habeamus sententia.] Sic ille, de quo mihi persuasit legisse ea verba P. Henriquez in Antonio de Matre Dei *tract. 3. Dissp. 10. dub. 8. §. 1. num. 129.* nam si legisset in suo fonte, notasset ex ante-

cedentibus, testimonium de concordia Theologorum sententia non proferri ab illo Doctore, nisi quantum ad id, quod Deus prædefiniat efficaciter [omne bonum (absolutè futurum) naturale, aut liberum eũ omni modo, & circumstantijs temporis, loci, personæ, & secundũ gradũ intensiõnis, & bonitatis,] eaque prædefinitio sit paratissimum medium, in quo Deus præciat omne bonum eodem modo futurum. Pro qua sententia adducit in *Glossa lit. G. PP. Molinam, & Suarez.* Quare ibi non agit de futuris conditionatis contingentibus, neque de eorum prædefinitioe efficaci, sed debet esse subiectivè absoluta, & obiectivè conditionata, vel satis sit vice versa? neque item agit, an prædefinitio efficax boni liberi exequendi absolutè à voluntate creata præsupponat, necne, Scientiam Mediam? sed tantum eò respicit, ut concludat, singula bona, etiam libera, esse provisa specialiter, & prædefinita efficaciter à Deo, provt in tempore absolutè fierique si sit cœcors Theologorum sententia, nihil interest ad punctum de Scientiâ Mediâ, neque ad illud annexum, an scientia futurorum contingentium conditionatorum sit libera simpliciter, vel potius media inter naturalem, & liberam?

765 Dixi, si sit concors Theologorum sententia, nam de testimonio illo P. Henriquez calculum nunc iudicij sumere libens detrecto; non tamen notare dici ab ipso in §. 5. [In quibusdam hominum actibus salvari posset quædam ratio providentiæ per præscientiã conditionatorum cum approbatione voluntatis &c.] De Henriquez consultatur Ruizius *Dissp. 61. de Scientiâ Dei sect. 2. num. 14. Dissp. 67. Sect. 2. num. 14.* legatur etiam *num.*

157. *harum nostrarum*
Eventilatio.
num.
(9)



EVEN.

EVENTILATIO XXXVI.

FERTVR, AVT SVSPENDITVR

Iudicium de triginta, & quatuor Authoribus.

766.



ANTONIUS de Matre Dei *Tract. 3. Dissp. 10. dub. 8. §. 1. num. 27. aut 28.* Araujus 1. p. q. 23. art. 6. *Dub. 1. num.*

44. §. *Secunda sententia, pag. 733.* Didacus de Sylva 1. p. q. 14. art. & *dub. 13. §. 2. n. 17.* & Vives *Dissp. 1. Dissp. 3. §. 1. n. 34* referunt ex statu Ecclesiastico seculari contra Scientiam Mediam Guilielmum Estium, primus, secundus, & tertius in 1. *Dissp. 41. §. 7.* quartus in 1. *Dissp. 38. §. 7.* Petrusque à S. Iosepho in *Suavi concordia Dissp. 3. sect. 6.* allegat in 2. *Dissp. 28. §. 3.* pro prædeterminatione physica.

767 Rursus Vives *Dissp. 19. Dissp. §. 2. num. 11. 12. 16. & 17.* allegat Episcopum Gandavensem Cornelium Iansenium *Cap. 47. Concordiæ Evangelicæ,* (numeratq; cum inter Authores ex ordine Prædicatorum, sed inde certè non fuit) Franciscum Sylvium *Lib. de Motione primi motoris, & in Commentarijs ad S. Thomam, Ruardum Tapperum tom. 1. editionis Colonienfis pag. 189. 191. & 193.* Ioannem Driedonem *lib. de Concordia lib. arb. Cap. 3.* Ioannem Lensæum *lib. 1. de Christiana libertate Cap. 8.* Ioannem Hessels in *Explicatione Orationis Dominicæ Cap. 3.* Iacobum in *Responsionibus ad Lutherum Cap. 3. & lib. adversus Erasmus tit. de Merito, Thomam Stapletonum lib. 4. de Iustificatiõne, seu de gratia, & lib. arb. Cap. 18.* Diegum Palvam *Lib. 4. Orthodoxarum explicationum, Cunerũ Petri Lib. de lib. arb. Cap. 9. & Lib. de gratia Christi Cap. 7. & 9. & 10.* Ioannẽ Eckiũ in *Euchiridio Cap. 31. & Lib. de Prædest. contro. 3. num. 67.* cum Henrico Gorcheia, seu potius GoricKem, Cosmam Philarcum de *Causa prædest. à Cap. 11. ad 15. & Lib. 3. de Dogmatibus fidei, Cap. 24.* Gasparem Ram *Tract. de Divinis*

promotionibus.

768 Ex Sacro Ordine Minorum Antonium Cordubensem *Lib. 1. questionarij q. 55. dub. 9. & 10.* Ioannẽ Poncium in *Cursu Philosophico de Concurſu cause 1.* Alfonso Briceñum *tom. 1. Controv. 11. Dissp. 3.* Theodorum Smilingum *Tract. 3. de Deo Dissp. 2. q. 5. Angelum Montepilosum tom. 2. 1. p. Dissp. 30. num. 8.* Franciscum Felicem de *Scientia Dei Cap. 5. diff. 2. num. 4.* Franciscum Tirelmanum in *Apologia pro Concilio Tridentino ad sc. 6.*

769 Ex Sacro Ordine Carmelitano Ioannem Baptistam Lezannam 1. p. q. 14. a. 13. Ioannẽm à Cruce, & Petrum Cornejuin *ibidem,* Antonium de Matre Dei *ibidem,* & 2. *Physicorum Dissp. 11.* Philippum, & Bonam ipem in 2. *etiam Phys.*

770 Ex Sacro Ordine B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hieronymum Perez 1. p. q. 14. art. 13. & q. 22. art. 1. 2. & 3. Franciscum Zumel, & Ambrosium Machin in *locis designatis Dissp. 1. Dissp. 3. §. 1. num. 33. & Dissp. Dissp. q. 3. num. 23.* vbi

771 Ex S. Hieronymi Ordine sacro Petrum Cabreram.

772 Ex Sacro Ordine Cisterciensii Petrum Lorcam.

773 Ex statu ignoto mihi Guilielmum Cantarellum. De quibus omnibus aliquid dicam.

774. Guilielmi Estij Opus in Sent. non fuit mihi ad manus, ideoque nec affirmare, nec negare possum venire in omnibus præcipuis controversiæ punctis cum PP. Dominicanis. Video à P. Didaco Ruiz *Dissp. 71. de Scientia Dei sect. 1. num. 4.* citari Estium in 1. *Dissp. 41. §. 6. col. 1. & 2. collatis cum §. 10. & 11. præsertim in fine pro sententia, quæ non in decreto subiectivè absoluto, & obiectivè conditionato, sed in conditionato subiectivè, aut cognosci à Deo futura conditionata, & quæ non requirit physicam præde-*

Y3 termina.

terminationem.

775 Cornelius Iansenius, Episcopus Gandavenfis, relinquit in medio dubiam, & coniecturalem notitiam divinam de conversione conditionata Tyrriorum, ac Sidoniorum, ut visum est in num. 38. Cuius notitiæ si velit Vives esse pattonus, habeat secum Iansenium. De quo in Cap. 59. Concordiæ, & in Cap. 15. Ecclesiastici videatur Suarez tomo 2. de Gratia Lib. 3. Cap. 51. num. 35. & 46.

776 Franciscus Sylvius in Lib. de Motione primi motoris non est à me visus, sed in Comentarjjs ad S. Thomam, in quibus maiori ex parte adfavere Thomistis non nego.

777 Ruardus Tapperus art. 7 de lib. arb. propof. 10. pro nobis stat, ut farentur multi ex Thomistis. De quo agunt copiosè Suarez supra ex num. 11. usque ad 15. Falolus 1. p. q. 14. art. 13. dub. 17. num. 298. & duobus seqq. Aldretus Disp. 28. Sect. 1. num. 7. Sect. 2. num. 13. Disp. 29. Sect. 10. num. 11. & tribus seqq. Sherlogus p. 2. Sect. 4. num. 18. & 19. p. 3. Sect. 9. num. 44. Ruizius de Scientia Dei, Disp. 67. num. 18. & tribus seqq.

778 Ioannes Driedo de Captivitate, & redemptionis generis humani Tract. 4. Cap. 2. partes. & Tract. 5. Cap. 4. pro nobis stat; & in loco adducto à Vive non aliud probat, quam quod prædestinatio non sit propter vlla liberi arbitrii opera futura, in prædestinato prævisa: quæ veritas est apud nos firma, & rata adversus Pelagianos, & Semipelagianos, quatenus ex parte prædestinatorum non detur aliqua causa respectu totius prædestinationis. De Driedone legantur Suarez supra ex n. 16. usque ad 21. Falolus ex num. 204. usque ad 207. Ruizius Sect. 7. ex num. 13 usque ad 17. Aldretus Disp. 28. Sect. 1. num. 7. Sect. 2. num. 13. Disp. 29. Sect. 10. num. 14.

779 Ioannes Lensæus, & Ioannes Hessels non sunt à me lecti eis in Operibus.

780 Iacobus, quem ex Sylvio allegat Vives, prætermisso cognomento, est absdubio Iacobus Latomus Sacræ Theologiæ apud Louanenses Professor. Qui in Cap. 3. Responsionis ad Lutherum fol. 58. & 59. hæc habet [Duobus modis ex gratuita Dei volu-

tate adiuuatur homo, vno modo in quantum anima hominis diuisitè movetur ad aliquid cognoscendum, volendum, vel agendum, & hoc modo ipse gratuitus effectus in homine non est qualitas, sed motus quidam animæ, actus enim mouentis in motu est motus, ut dicitur 3. Physicorum. Alio modo adiuuatur homo ex voluntate Dei gratuita, secundum quod aliquod habituale donum diuinitus animæ infunditur, & hoc ideo, quia non est conueniens, ut Deus minus prouideat his, quos diligit, ad supernaturale bonum habendum, quam creaturis, quas diligit, ad habendum bonum naturale. Creaturis autem naturalibus sic prouidet, ut non solum moueat eas ad actus naturales, sed etiam largitur eis formas, & virtutes quasdam, quæ sunt principia actuum, ut secundum se ipsas inclinentur ad huiusmodi motus, & sic motus, quibus à Deo mouentur, fiunt creaturis connaturales, & faciles secundum illud Sapientie 8. Et disponit omnia suaviter. Multo igitur magis illis, quos mouet ad consequendum bonum supernaturale æternum, infundit aliquas formas, seu qualitates supernaturales, secundum quas suaviter, & promptè ab ipso moueantur ad bonum æternum consequendum. Et sic donum gratiæ qualitas quedam est. Vnde ad Rom. 8. dicitur, quos prædestinavit conformes imaginis filij sui; quos autem & prædestinavit, illos & vocavit; & quos vocavit, illos & iustificavit; & quos iustificavit, illos & magnificavit. Cum dicit, prædestinavit, exprimit æternam Dei dilectionem, ex qua sequitur donum gratiæ, quæ est motus. Est enim propriè Dei vocatio, cum interiùs animam mouet ad aliquid cognoscendum, volendum, vel agendum. Quod verò sequitur, illos iustificavit, exprimitur qualitas, qua iusti fiunt, & denominantur, & promptè redduntur ad iustè operandum. Postremum verò cum additur, illos magnificavit, seu glorificavit, significatur perductio ad perfectam æterni boni participationem, quæ est vita æterna, & donum gratiæ consummatum.] Hæc ibi Latomus; nec alia reperio, quæ ad propositum possint esse. Hæc autem vndenam contranos? Anne negamus, Deum mouere voluntatem creatam

ad

ad actus liberos supernaturales, vel infundere in iustificatione donum gratiæ habitualis sanctificantis? Rursum in lib. adversus Erasmus tit. de Merito fol. 175. non lego nisi ista, quæ magis pro nobis faciunt, [Bona opera, quæ Deus in nobis, & per nos operatur; nos cum Deo operamur liberè, & voluntariè, tanquam actuum nostrorum domini, habentes in nostra potestate agere, vel non agere. Eligimus enim, quæ Deo placent, & quæ illi displicent, repudiamus; sicut de viro sancto dicit Ecclesiasticus, Beatus vir, qui potuit transgredi, &c. Alioqui si tantum in nobis, aut per nos Deus operatur, nobis spontè, & liberè non cooperantibus, penitus exclusa sunt meriti, & mercedis vocabula, sicuti non habeant locum in brutis animalibus.]

781 Et in 2. artic. aduersus Lutherum fol. 25. dixerat, [Quod Martinus dicit, vbi nunc liberum arbitrium? Et in sine infert, liberum arbitrium esse merè passiuum in omni actu suo, qui velle vocatur, reiiciens distinctionem inter esse totum à Deo, & totaliter, vtens similitudine à tractu terræ petita, qui est ipsi terræ merè passiuus, nec ad tractum suum quidquam terræ cooperatur. Quod distum si generaliter intelligat, sicut verba prima facie sonant, tam de velle bono, quam malo, blasphemia est in Deum. Nam si etiam in malis ipsum velle est totum, & totaliter à Deo, quid ergo imputabitur Neroni, Caligulæ, Nabuchodonosor, aut Sennacherib? Quod si intelligit de velle bono, id certè oportuerat exprimi. Sed neque hoc verum est, quod liberum arbitrium per gratiam Christi tanquam se habeat ad omne suum velle bonum merè passivè. Facit enim partialiter ipsum bonum velle, ut sit Dei principaliter, hominis secundario. Deus enim homini præcepta non daret, si in eis liberum arbitrium nihil faceret, & si liberum arbitrium sufficeret, gratia Dei necessaria non esset. Nam quod Martinus asserit, voluntatem per gratiam trahi, rapi, moueri, sic ut ipsam velle non partialiter sit à libero arbitrio, non credo vniuersaliter posse sustineri, vel hoc argumento, quod homines in Scriptura non tantum aratra dicuntur, quam agricolæ, vinitores, edificatores, operarij,

mercenarij, imò & Dei adiutores, & cooperatores. Et contra Deus dicitur adiutor noster, & cooperator. Quæ omnia significant, nos aliquid agere, & non solum pati, sine recipere.] Hæc ille, dignissima obseruati pro opinione nostra asserente, gratiam non esse totam rationem agendi actus liberos supernaturales; de qua opinione ait Ioannes Poncius in 3. Dist. 27. quæst. unica, num. 109. [non habere difficultatē, foreque, ut in ea omnes conuenirent, nisi studio defendendarum particularium sententiarum præpedirentur.]

782 Thomas Stapleton tam ante, quam post Molinæ Concordiam editam in lucem stat pro nobis in Antidotis Apostolicis circa Epistolam ad Romanos Cap. 2. v. 4. Cap. 9. v. 11. Cap. 11. v. 29. in Antidotis circa Cap. 11. Matthæi v. 22. & circa Cap. 25. v. 13. & circa Cap. 15. Ioannis v. 9. & circa Cap. 9. Act. Apost. v. 6. nec non in Promptuario Catholico feria 6. hebdomadæ 1. Quadragesimæ, feria 2. hebdomadæ 3. Liber autem 4. de Iustificatione terminatus fuit à Stapletono in Cap. 12. in quo, & in alijs antecedentibus tam clarè docuit nostram de auxilijs diuinæ gratiæ sententiam quæ Molinæ, & Suarez. Legantur hic supra num. 22. 23. & 24. expendens mentem Stapletoni in Cap. 8. & non in 18. ut Zumel tom. 1. Dissp. var. pag. 139. potuit, & ex Zumèle Vives.

783 Diegus Payva toto lib. 4. nihil dicit, quod doctrinæ Societatis non sit propitium, ut visum est ex num. 466. usque ad 469. & ostendunt Suarez supra num. 25. & 26. Aldretus Disp. 29. Sect. 10. num. 13. & duobus seqq.

784 Cunerus Petri tam clarus est contra gratiam ex se intrinsecè, adæquatèque efficacem, & contra prædeterminationem physicam ad materiale peccati, quam clarus est ipse Molina; confirmatque huius propositionem, quæ nonnullis fuit petra scandali. Nam in Cap. 10. de lib. arb. inquit, [Vnde verissima est propositio eruditissimi Magistri nostri Ioannis Driedonis de Turnhout, quod quemadmodum ex duobus iam equaliter iustis contingit alterum libero arbitrio à iustitia deficere, alterum eodem arbitrio, iunitedo auxilio Dei, perseuerare; sic ex duobus adhuc impijs, equaliter indignis, pariter diuinis iustitijs

ctibus.

alibus adiutis, contingit, alterum non reluctari, sed locum dare pulsanti Deo, alterum verò resistere, ita tamen ut is divina inspiratione vocatus in sua habuerit potestate non resistere. Similiter notanda est profunda quædam propositio Domini Ruardii Cancellarii Lovaniensis, quod ex similitudine tractis, & internè corde vocatis vnus credit, & cōuertitur, & alius manet incredulus, neq; cōuertitur, cōtingere potest ex sola arbitrii diuinitus præparati libertate; nec aliter contingere potest, si similitudine sunt affecti, & vocantur, secundum quod apti sunt ad sequendum. Quæ tamen sic moderanda est, vt particula *sola* aliam præuenientem gratiam excludat Et sicut idem vir doctissimus semper præsupponit, Dei cooperatio, quæ simul incipit, & desinit cum libero voluntatis opere, intelligatur. Sic Cunerus Episcopus Leouardienus, de quo legatur Suarez *suprà n. 44.*

785 Ioannes Beckius in *Enchiridio*, art. 31. de *Lib. arb.* ex pag. 268. vsque ad 280. nec vnum verbum habet nobis aduersum, sed potius plura nobis propitia, vt notavit Baeza *tomo 3. in Euang. Lib. 4. Cap. 16. §. 35. pag. 384. Lib. de Ecclij. de Prædest. vilus à me non est.* Sed de verbis siue ipsius, siue Henrici de Gorickem, ad quæ respexit Vives ex Zumele *suprà pag. 163.* fert iudicium P. Suarez *suprà n. 32. & 46.*

786 Cosimæ Philiarci Opera nondum à me sunt lecta. Sed in Suariorum *suprà num. 47.* extat declaratio verborum ipsius faventium nobis magis, quam Dominicanis, & in Francisco de Herrera *tomo 1. in 1. Sent. Diss. 24. q. unica, pag. 744.* video ipsum citatum pronostica sententia ex *Lib. de Prædest. Cap. 11 pag. 104.* legoque hæc ipsius verba, [Admittimus quidem in operibus moralibus, imò etiam in multis operibus gratiæ, quando homo est in gratia, posse se ad agendum aliquid determinare, & rationem determinationis à voluntate sumi; vt in primæ gratiæ receptione non posse se ad illam determinare.]

787 Gaspar Ram licet existimet, conditionaliter futura cognosci à Deo in decreto physicè prædeterminandi, in eo tamen accedit ad nostram sententiam, quoniam cōcedit, ea fail-

se præcognoscenda; etsi de illis Deus noua constitueret decretum. Ita obsecrat Ruizius *Disp. 67. sect. 9. num. 15.*

788 Antonius Cordubensis *v. Sed nota pag. 470.* inquit, [Voluntas nostra nõ solù modificat prædictam voluntatem diuinam vniuersalẽ quoad modum, vt liberè cum ea concurrat; sed etiam determinat quoad speciem actuum, & quoad ipsos actus singulares voluntatis; ita vt non prius ordine nature voluntas diuina, etsi ab æterno velit, aut se determinet ad concurrendum actualiter in tali tempore cum nostra voluntate in tertio signo ad hunc, vel illum actum particularem producendum; non, inquam, prius, sed postquam nostra voluntas prævisa, aut præcognita est, quod se tali tempore determinabit ad volendum, vel nolendum, vel ad producendum hunc, vel illum actum, tunc. & non ante diuina voluntas se determinat ab æterno ad volendum in tertio signo concurrere pro tali tempore cum nostra voluntate ad eodem actus particulares, quoties, & quando nostra voluntas voluerit, & à tali concursu cessare, quoties, & quando ipsa prævisa est, quod liberè cessabit. Et ratio huius est, quia nisi sic Deus facere ab æterno decreuisset, vtique nõ benè saluaretur libertas nostræ voluntatis simul cū concursu diuino.] Ita Cordubensis, manifestissimè statuens, voluntatem diuinã efficacem nostrorum actuum liberorum dependentem à scientia prævia conditionata de eis. Et antea *contra responsionem 5.* impugnat eisdem argumentis, quibus nos, voluntatem, quæ non dependeat; & nec acrius, nec clarius aduersus Dominicũ Bañez dicere potuisset, si cõtra ipsũ directè, vt Molina fecit, scribere voluisset. Videantur Suarez *suprà n. 28. & 29. Fasolus num. 319. Aldretus Diss. 28. sect. 2. num. 9. sect. 4. num. 20. Diss. 29. sect. 11. num. 23. Ruizius Diss. 67. sect. 7. num. 11. & 12.*

789 Ioannes Poncius pro nobis magis, quàm pro Thomistis stat in *Cursu Philosophico Diss. 26. in ordine, & 4. Ethicæ, quest. 10. num. 77.* vbi cum docuisset, [sciri à Deo, quod voluntas creata in circumstantiis illis, in quibus peccat, esset determinatura se ad peccandum, si esset causa totalis actus, & non

non dependeret essentialiter à concursu Dei,] cumque videret, posse dici, [fore, vt inde sequeretur, quod Deus haberet Scientiam Mediã, quam Scotiste communiter negant,] respondet, [si illa Scientia sit Mediã, concedendo, Scientiam Mediã dari, quicquid dicant quicumque Scotistæ; de quo suo loco agendum.] Sic ibi, & recentissimè in *2. Sent. Scoti Diss. 37. quest. 1. num. 13. quest. 2. num. 37.* admittens cum Theophilo Raynaudo in *Theologia naturali Diss. 8. quest. & art. 3. num. 349. in Disciplina morali Diss. 4. quest. 3. art. 5. num. 354. Cap. 5. de 8. Lætrone num. 8. Cap. 11. de luda proditore n. 13. p. 2. Contra novam libertatis explicationem Cap. 3. num. 33. Cap. 4. num. 28. & 29. in Heteroclitis sect. 1. puncto 3. ex num. 27. cum Didaco Alarcone 1. p. Tract. 2. Diss. 4. Cap. 3. num. 14. & tribus seqq. cum BeKenno *Disp. 19. de Deo vno, & trino Cap. 7. Scientiã eventuum conditionatè futurorum sub hypothese impossibili; quæ scientia multò difficilior est, quàm quæ assumit hypothese possibile, plerique enim Recentiores nostri illam negant; nominatimque Granadus 1. p. Tract. 5. de Scientia Dei Diss. 3. sect. 4. Ruizius Diss. 78. de Scientia Dei sect. 2. Diss. 29. de Voluntate Dei sect. 2. Ribadeneyra Diss. 23. de Scientia Dei Cap. 4. Quirós 1. p. Tract. 4. Diss. 51. sect. 4. num. 23. & in Indice ad quest. 14. art. 13. num. 128. Arriaga tom. 1. in 1. p. Diss. 21. sect. 7. num. 44. Esparza in questionibus de Deo vno, & trino q. 16. art. 2. ad 7. Antonius Perez Diss. 6. de Scientia Dei Cap. 9. n. 110. & 111. & ex extraneis Ludouicus à Dola *Disp. de modo conjunctionis Concursuum Dei, & creaturæ p. 2. Cap. 10. ipseque Vives Diss. 12. Diss. 4. num. 38.* Et saltem scientia conditionata de oblecto contingenti sub conditione impossibili non magis facilis est, quàm quæ in illud feratur sub conditione possibili. Vade Marrialis *Lib. 12. Epig. 94.* æqualem in huiusmodi notitijs humanis difficultatem agnouit, cum ad Priscum scripsit, *Sept. rogare soles, qualis sim, Priscè, futurus; Si fiam locuples, si que repente potens? Quemquã posse putas mores narrare futuros? Dic mihi, si has tu leo, qualis eris?***

790. Militat etiam pro nobis Poncius in *Disp. 9. Physicæ quest. 6. & 1. Sent. Diss. 41. q. unica ex num. 22. in*

3. Diss. 12. quest. unica, num. 55. diffuse refutans prædeterminationem physicam, & in *num. 76. eius quest. 6.* assignat quoddam obiectum; quod sit siue Scientiã Mediã, siue Absolutã. Licet autem in *quest. 7.* defendat, concursũ Dei cum voluntate creata; & cum causis alijs secundis esse actionem concomitantem; & distinctam ab earum actione; hinc certè aduersus Scientiam Mediã nihil cõcluditur, præsertim cum Poncius identificei Dei actionem, cum eiusdemmet volitione immanente, & libera; vltra quàm posse probabiliter non agnosci aliam actionem mediam tam Dei, quàm causæ secundæ prædictam pro priori nature ad effectum effectum, siue necessarium, siue liberum, contendit in *2. Sent. Diss. 1. quest. 2. ex num. 81. vsque ad 96.* Quæ non magis lesiuis, quàm Thomistis sunt aduersa; vel non magis propitia his; quàm illis. Rursus licet in *quest. 8. Diss. illius 9.* defendat, concursũ diuinum esse physicè determinatum ad effectum, qui producit vel necessarib; vel liberè, docent idem ipsum. Nostri de concursu Dei in actu secundo. Et siue loquatur ille de tali concursu, siue de alio, qui sit in actu primo, adstuit expressè, non esse suppositionem antecedentem; alias officeret libertati actionis orræ à voluntate creata; sed esse suppositionem concomitantem; indistinctamque à volitione diuina immanente; ac libera.

791 Alfonso Briceñus, Theodoros Smilingus, & Angelus Montepilotus non omnino ad hæserunt Dominicanis, vt noscet, qui legerit Sherlogum *p. 3. sect. 10. num. 46.* et scripta à nobis in *num. 135.* et scribenda post modum.

792. Franciscus Felix iuravit in verba Iohannis Thomasi. Loquutus sum satis de illo in *Euent. 1. 2. & 3.*

793. Francisci Titelmanii Opus Apologeticum pro Concilio Tridentino commentitium est, nam eoni Titelmanus obdormierit in Domino anno 1537. die 12. Sept. (quo die fit de eo memoria ab Arturo Monasteriensis Martyrologio Franciscano) non potuit scribere Apologiam pro Concilio Tridentino, cuius prima Sessio celebrata est anno 1547. die 13. Decemb. Potuit Vives Franciscum Titelmanum pro Iudoc

Iudoco Ravesteyn Tiletano, qui faveret nobis, ut ad notabo *inferius*.

794. Ioannes Baptista Lezana defendit eum Nostris contra Dominicanos, Deum non prædefinire actus prævos, quantum ad physicam ipsorum entitatem. Sed obliquus est, aut de industria omisit declarare, in quo medio Deus ipsos cognoscat, ut futuros sive conditionatè, sive absolutè; quandoquidè ademptus sit recursus ad decretum divinum prædefinitivum. Pro quodam actus bonos, & contra Scientiã Mediã decrevit in *Disp. 3. quest. 5.* *num. 765.* Ioannem à Cruce non vidi, sed Andreanum à Cruce, qui & Labo, & què fateor reipere expressè Scientiã Mediã, præsertim in *dub. ultimi ad art. 13. quest. 14.*

796. Petrus Cornejus 1. p. q. 14. art. 13. *Disp. 3. dub. num. 77. pag. 169.* pronuntiat, esse satis probabile, Deum nihil decrevisse de futuris contingentibus conditionatis, *toto què re dubio ingenium*, & stylum admouet confirmandæ probabilitati de non certâ, atque infallibili noticia diuinâ illorum futurorum; quanquam *dub. 3.* adscribat maiorem probabilitatem opinionem contrariæ, & *dub. 4.* doceat, eam noticiam diuinam, certam, & infallibilem, inniti decreto diuino subiectiue absoluto, & obiectiue conditionato.

797. Antonius de Matre Dei est quidem Thomistarum affecla, & in Hispana Congregatione religiosissima PP. Carmelitarum Excalceatorum initium fecit tantæ adhesionis ad Scholam Thomistarum. Nam ante ipsum Didacus à Iesu in *Logica edita anno 1608.* veritus non est dicere *Disp. 7. q. 2. pag. 94.* errasse Caeteranum in quibusdam minutis Dialecticis, ferèque semper amplectitur opiniones Thomistis non gratas, etsi præstituat sibi, ut & nos, ducem S. Thomam. Vnde in *q. 5.* defendit, naturam Angelicam Gabrielis non posse denominari speciem prædicabilem; *Disp. 13. q. 2.* substantiam corpoream, abstrahendo à quantitate, consistere partibus substantialiter distinctis, in quas sit diuisibilis; *Disp. 18. q. 4.* scientiam, fidemque, aut opinionem de eodem obiecto posse simul coadunari in eodem intellectu creato. Præterea plura alia ex Didaco à Iesu hodiernorum Thomistarum palato non ardentia,

798. Philippus, quem cum cognomine à SS. Trinitate laudatum reperi in nonnullis Modernis, lectus à me hucusque non est.

799. Franciscus Bonæspei *parte 1. Physicorum Tract. 2. Disp. 7. dub. 4. resol. 1. num. 59.* affirmat, Deum non præmovere, aut prædeterminare causas secundas ad agendum per præviam qualitatem ipsis impressam. Et *num. 65.* asserit, qualitatem præviam impressam causis liberis, ex se determinatam ad individuum effectum, esse evidenter contra S. Thomam. Et *num. 70.* ostendit, repugnare omnino, quod causa indifferens ad utrumque moveatur, conformiter ad suam naturam, per motionem ex se determinatam ad vnum, non minus ac repugnat, quod causa determinata ad vnum, moveatur, conformiter ad suam naturam, per motionem indifferentem ad utrumque; Quævis verò in *num. 89.* dicat, se tunc non agere, an prædeterminatio ista pugnet cum libertate, quia hoc spectat ad concordiam libertatis cum auxilijs: tamè dum tradit, repugnare omnino, quod per qualitatem determinatam ad vnum, seu ab intrinseco connexam cum vno, possit causa indifferens moveri cõformiter ad suam naturam, satis aperit suam mentem, quod scilicet talis prædeterminatio pugnat cum indifferentia, & libertate.

800. Non nego, ipsum *resol. 2. num. 72.* contendere, Deum non solum concurrere concursu simultaneo cum causis secundis, sed & prævio aliquo physicè efficaci, quia arbitratur, ipsam actionem causæ secundæ non solum specificativè, & realiter sumptam, debere esse à Deo; sed etiam quatenus est à causa secunda: quod nõ stat, quia concursu aliquo prævio efficaci Deus faciat, ut causa secunda agat. Neque item nego, ipsum *resol. 3. num. 84.* vellet, concursum prævium physicè efficacem esse aggregatum ex omni concursu Dei ad totum id, quod se tenet ex parte causæ causantis, provt hæc præcisè à sua actione distinguitur: quod perinde sanè est, ac illum concursum prævium esse idem cum productione eorum, quæ impellant causam secundam ad operandum. Ipseque exprimit, aggregatum illud esse virtualiter ipsam qualitatem præviam.

801. Quæ

801. Quæ tam arcanis sensibus proposita videntur mihi, ut vix intelligere valeam, & à contradictione liberare (in causa erit vel Authoris brevitatis, vel tenuitatis mei captus.) Nam *num. 85.* censet, impossibile esse, dari aggregatum illud, & non sequi actum singularem. Aitque *num. 86.* concurrendum istum prævium determinare voluntatem ad operandum. Quod non stat, quia illud aggregatum sit ab intrinseco connexum cum actione nostræ voluntatis. Quare siquidem illud aggregatum se teneat ex parte actus primi, iam Bonæspei admittit actum primum ad operandum liberè, qui essentialiter sit connexus cum actu secundo. Id quod multò magis adversatur indifferentiæ voluntatis ad utrumque, quam qualitas prædeterminans, quæ iuxta moderniores Thomistas non se tenet ex parte actus primi, ut *inferius* delibabo. Aliunde autem Bonæspei in *Appendice post Metaphysicam n. 4. pag. 116.* inquit, concursum prævium esse diuinitus separabilem à simultaneo; nunquamque declarat, per quid determinetur concursus prævius, si diuinitus potest disiungi ab actu. Longum esset, si susceperem discussionem omnium, quæ is Author utrobique habet; nec consona Dominicanæ Scholæ, nec nostræ, nec inter se facile à me concilianda.

802. Dirigit eam Appendicem contra scripta à P. Suarez *p. 2. de Gratia lib. 3. ex Cap. 30.* cõsumitque tredecim paginas. Iudicent alij, non tam suspecti, ac ego, de studio erga P. Suarez, num utiliter? Abstinerèque potuisset calamum, ne toties inculcaret, hallucinatum esse tantum Doctorem. Cuius omiſsa defensione, ut pote qua non indigeat, dico, Bonæspei esse Authorem incipientem, proindeque debuisse nõ citari absolute à Vive pro sua sententia in *lib. 2. Physicorum.*

803. Scio, Bonæspei edidisse iam Curlum Theologicum sex tomis distinctum, audioque, ipsum in *1. Tract. 1. Disp. 11. dub. unico, resol. 1. 2. & 3.* defendere, falsas esse ante diuinum decretum propositiones omnes conditionatas de futuris contingentibus. Cui hæc scribo, non potui ad manus habere, tomum 1. ut neque 2. ceteros autem habui, & legi avidissimè, & non le vicu

fructu, etsi in 6. me ter, aut quater impugnet, semelque dicat, Arriagam, & me non satis attendisse. Sed si quid in disputando dixit fortasse feruentius, quam ego vellem audire, non sum tam delicatus, ut vel talitro leuiter tactus excandescam; quin potius Bonæspei adapto excusationem; quam S. Augustinus in *Epist. 147.* Evodio disputanti cum Proculiano, *Collatorem, et disputatorem, non assentatorem, et adulatorum se esse cupiebat.* Quod è re præsentis est, si ante huius Operis finem, 1. & 2. tomus Doctorissimi Bonæspei ad me deferatur, plenè enarrabo eius sententiam circa diuinam scientiam futurorum contingentium conditionatorum, & in *Delin. Theolog. Scientiæ Mediæ* occurram argumentis, si quæ noua excogitarit contra huiusmodi Scientiam.

804. Hieronymus Perez citatus iam antea fuit à Zumele *suprà pag. 169.* & de illo dixit Suarez *suprà num. 46.* [Hunc Authorem videre non potuit, neque ego scio, an scripta eius typis mandata sint? Quæ tamen ipse (nempe Zumele) refert, valde generalia sunt, ut quod Deo attribuit efficaciam gratiæ, quia non solum attribuit rem, sed etiam modum fieri; & quod prædefiniat actus liberos; & similia; de quibus nunc nõ est controversia.] Ita Suarez. Ego in Bibliotheca insignis Collegij Salmantini B. Mariæ de Mercede inveni Cõmentaria Sapientissimi Hieronymi Perez in 1. p. S. Thomæ, & in 1. *Sententiarum* impressa anno 1548. & dicata Clarissimo Duci Gandiensi Francisco Borgia, qui tunc secretè è Societate erat, annoque 1549. eundem Hieronymum præfecit tradendæ Theologiæ in Vniuersitate Gadiensi à se erecta; nuncque inter Beatos colitur. Legi magna cum voluptate non parvam partem eorum Cõmentariorum, sapientem ingenium; doctrinamque non vulgarem, & dexteritatem exquisitam in percullendis temibus S. Thomæ, quem passim interpretatur secus, ac Caletanus, Thomistæque illius sæculi, ac presentis, vixque est pagina, in qua non belligeret cum eis, & in qua non intelligat S. Doctorem; ut nos solenus. Inter illa legi *quest. 19. circa 2. art. & quest. 22. circa 1. 2. & 3. art. vbi* citatur à Zumele *tom. 1. Variarum pag. 169.* & vix nota vmbra verborum,

aut

ant sententiarum ei attributarum à Zumele, falsusque idem ipsum est R. P. Magister F. Iosephus Gózalet (Theologie Moralís in Academia Salmantina meritisimus Antecessor, dignusque successor tot illustrium hominũ, quot eidem Academiae peperit Collegium illud) fuit namque prærens, cum per litteras designata loca, circumadiacentiaque alia Commentariorum illorum.

805 Franciscus Zumel non consentit in omnibus cum Dominicanis. Nam 1. p. q. 22. art. 4. in Appendice pag. 612. secundæ editionis factæ apud Salmanticam anno 1590. ait, [Quantis Deus immediate concurrat ad entitatem, & substantiam actus mali, & peccati, & sit verissimum, tamen dicere esse prærequisitum auxilium efficax Dei, prædeterminans, & præmouens efficaciter voluntatem hominis ad actum peccati, & mali moralis etiam pro materiali, neque est verum, neque sanè doctrinæ consonum, imò verò est falsum.] Sic Zumel, cuius censura de prædeterminatione physica ad materiale peccati ut non consonanti sanæ doctrinæ non aridet mihi.

806 Sed & quam variè Zumel opinatus sit scribens iam vnum, iam aliud de futura futurorum contingentium conditionatorũ scientia fundata in decreto diuino absolute existente, monstrant hæc, quæ collegit Fasolus 1. p. q. 14. art. 13. dub. 16. num. 276 [De hoc decreto maxime loquitur Zumel hic Disp. 8. Conclus. 3. tum initio dicens, Deus nihil decreuit de futuratione istorum contingentium conditionatorum; tum post in solutione argumentorum post 6. Conclus. vbi sæpe dicit, sciri futura à Deo per ordinem ad decretum suum futurum, & non existens; tum post principium Conclus. 3. vbi cum retulisset, dici à nonnullis, quòd licet Deus non prædeterminauerit futura contingentia conditionata, ut sunt, vel ut forent aliquando, nihilominus prædeterminauit, ut essent, si tales supponerentur circumstantiæ, & causæ, statim sic subdit, Ridicula sanè responsio, quæ Deum imperfectum reddi:: Et tomo 2. Variarum Disp. ad 1. p. pag. 112. col. 1. iuxta editionem Salmanticensem anno 1608. paulò post medium expressè admittit, & ex S.

Thoma probare conatur scientiam futurorum conditionalium, qua Deus antecedenter ad omnem determinationem liberam suæ voluntatis cognouit, quid homo facturus esset, si crearetur cum talibus circumstantiis. Et pag. 127. Col. 2. post medium ait, Voluntas diuina nihil prædeterminauit de facto circa futurationem horum futurorum conditionatorum. Et pag. 175. ait, Quòd respectu conditionalium, quæ nunquam erunt, prædefinitio potest præsupponi, non in exercitio, tanquam actus re ipsa existens in Deo, sed solum obiectiue. Verùm statim addit secundam responsionem, quàm dicit meliorem, de decreto actualiter existente, & conditionato tantum ex parte obiecti. Et deinde in pag. 185. ad 8. non tam ex sua, quàm ex aliorum sententia, ut patet ex eo, quòd dicit in fine illius solutionis, idem defendit. Et antea in eodem tomo 2. pag. 146. §. Obid, de hoc eodem decreto loqui videtur, cum ex propria sententia probat, illud neque esse impossibile, neque etiam superfluum. Et pag. 153. Conclus. 5. esse etiam valde rationabile. Vbi loquitur de decreto conditionato per conditionem inclusam solummodo in obiecto.] Hactenus Fasolus.

807 Qui num. 286. agit iterum de Zumel, notatque, ob eius varietatem citari à se in num. 276. pro conclusione negante, ad scientiam futurorum contingentium conditionatorum prærequiri decretum realiter existens; & in num. 283. pro conclusione affirmante, prærequiri. Quam varietatem Zumel fatentur Nauarrete tomo 2. Controv. 25. pag. 529. Controv. 26. pag. 547. Ioannes Thomasius 1. p. q. 14. Disp. 20. art. 1. §. Caterum, pag. 609. §. Quod attinet, pag. 610. Euoluuntur etiam P. Didacus de Baeza tom. 3. in Euang. lib. 14. Cap. 16. §. 35. pag. 349. P. Aldrete Disp. 27. Sect. 1. num. 6. & tribus seqq. Disp. 28. Sect. 11. num. 11. usque ad 15. P. Ruiz Disp. 61. Sect. 2. num. 9. Disp. 67. Sect. 9. num. 16. Vnde Syluester de Saauedra in Sacra Deipara Disp. 6. Vestigationis 1. sect. 4. num. 396. debuit non adeò irasci, ut scripserit, Valentinum de Herice effutiuisse, dum de simili alia eiusdem Doctoris varietate monuit Lectorem. Cum itaque Magister Zumel modò in hanc, modò in illam partem

se

se verrat, incertum putari debet eius suffragium siue pro Dominicanis, siue pro nobis: & de testibus dicitur l. In testimonijs 2. ff. de Testibus, non esse audiendos, cui aduersus fidem testimonij suæ vacillant.

808 Ambrosius Machin tomo 1. in 1. p. Disp. 34. Sect. 1. in principio fol. 296. nostram sententiam appellat communem Recentiorum: sect. 2. tuerur ut probabile, non existere absolute in Deo decretum, quòd sit medium, in quo Deus cognoscat futura contingenti conditionata: ibidem §. Ad 2. fol. 305. & Disp. 35. sect. 2. §. Et quia fol. 311. indicat nescio què modum efficaciam in decretis diuinis, & in auxilijs gratiæ, distinctum ab agnitis à Dominicanis, & à Nostris, quem omnibus plausibilem fore sperabat, ut pote novum, & media via deviantem à difficultatũ vorticibus vtriusque celebris, & vulgaris opinionis, pro quarum defensione tota Theologorum Schola in contrarias acies hinc, inde diuisa est; sed ipse non audet typis committere, quia interdicitum erat per Apostolicam sedem: Disp. eadem 35. sect. 1. §. In hac re, fol. 308. asseuerat, placuisse sibi aliquando, & à se Hispani traditam, defensamque opinionem, quæ adstruit requiri Scientiam Mediam ad conciliandam libertatem voluntatis creatæ cū efficacia in create: Disp. 45. sect. 5. fol. 408. ruerur contra Banez, & Alvarez allegatos fol. 407. non posse prædefiniri absolute à Deo materiale peccati. De Machino legis Aldretum Disp. 28. sect. 11. num. 17.

809 Petrus Cabrera tomo 3. in 3. p. q. 62. art. 1. Disp. 12. §. 7. n. 208. 209. §. 13. n. 290. [admittit decretum prædefiniens conditionatum, non tanquam re ipsa existens in Deo, sed solum obiectiue. Et multò clariùs antea in num. 169. ait, Veritas conditionalium non pendet à determinatione diuinæ voluntatis in re posita, sed tantum in

esse obiectivo sub conditione concepta:: Et quòd magis mirandum est, cū tomo 1. q. 1. art. 3. Disp. 1. §. 22. in num. 349. dixisset, respondere aliquos aduersarios suos, quòd licet Deus nondum decreverit, ut futura conditionata sint, vel forent aliquando, prædeterminauit tamen, ut essent, positis talibus conditionibus, & circumstantiis, & statim subiecisset, Sed hæc responsio frivola est, & in Deo imperfectionem constituit, non multò post hanc ipsam responsionem quasi iisdem verbis ex propria sententia probabiliter amplectitur. Nam num. 383. Effectus, inquit, pendentes à causâ omnino libera, & qui nunquam futuri sunt, cognoscit Deus in prædeterminatione suæ voluntatis, quatenus illos prædeterminauit, non ut sint, sed ut essent, si tales causæ, & conditiones apponerentur. Quòd fusiùs deinde asseruit, & probauit tomo 3. q. 62. art. 1. Disp. 13. §. 5.] Ita Fasolus supra in num. 276. Qui etiam est videndus dub. 13. num. 211. vbi cum Ledesma, & Suarío in tomo 1. de Gratia, Prolog. 2. Cap. 1. num. 3. breuiùs notarat varietatem Cabrera; de qua & Ruizius Disp. 61. num. 8. & 13. Disp. 67. sect. 9. num. 15. Aldretus Disp. 27. sect. 1. num. 5. Disp. 28. sect. 11. ex n. 1. usque ad 10. notque non nihil præfatus sumus in num. 26. & 27.

810 Petrus Lorca appensus in statera inventus est inclinare in doctrinam Societatis, ut ex professo declaravi in Euent. 35.

811 Guilielmus Cantarellus allegatus sepè à Fasolo 1. p. q. 14. art. 13. contra principia Scholæ Societatis, later me, num. prorsus consentiat cum Dominicanis? Et hæc de Doctoribus extraneis à Religione Prædicatorum, recensis à Vive contra Scientiam Mediam.



Z EVEN.

EVENTILATIO XXXVII.

CENSURA DE VIGINTI QUATUOR

Authoribus succenturiatis.

812.



DDI possunt Author anonymus, & incogniti vulgò status, in lib. de Ordine, deque priori, & posteriori, feci de eo mentionem in num. 36. Sed respuit non tantum Scientiam Mediam, verum & conditionatam de futuris contingentibus, refutaturque fusè, & validè non modò ab Annato, & Martino ibi memoratis, sed etià à Raynaudo in *Heteroclitis Sect. 1. punct. 3. ex num. 27.* ab Aldreto *Disp. 17. Sect. 1. num. 12. totaque ea Disp.*

813 Paulus Benius Eugubinus, Ecclesiasticus sæcularis, de quo dixi in num. 37. Sed nec castra Dominicana, nec Iesuitica sequitur.

814 Guilielmus Gibieuf, & Guilielmus Camerarius ex Ecclesiastico statu sæculari. Quorum consortiū recusatam iri à Dominicanis PP: dubitare non possum, cum ad verito ad ea, quæ de utriusque doctrinis, alienissimis ab ipsorum Schola, referunt, atq; refutant Raynaudus *contra nouam libertatis explicationem*, & Eugenius Philadelphus in *Exercit. Scholastica tripartita contra nouam rationem tuendi phisicas præmotiones, &c.*

815 Ex Sacro Ordine Minorum Guilielmus de Rubione, Aluarus Pelagius (qui fuit assumptus ad Episcopatum Syluensem) Nicolaus de Nisse, Petrus Trigofus, Franciscus de Herrera conuocantur pro Dominicanis à Zumele *tom. 1. Dispp. var. pag. 153 167. & 171.* Sed circa primum, & tertium animadvertantur quæ scribit Suarez *tom. 2. de Gratia lib. 5. Cap. 50. num. 11. & 12.* Circa quartum autem, & quintum quæ monet Sherlogus *p. 3. Sect. 10. num. 48.* Tertiatumque Ruizius *Disp. 67. Sect. 5. num. 12.* consentire cum Nostris quintum in *Manuali Theologico lib. 1. Cap. 2. §. 3. Tan-*

dem secūdi verba in lib. 2. de Planctu Ecclesie *Cap. 8. §. Vnde notandum fol. 35.* quæ summarie recitantur à Zumele, nobis nullatenus sunt aduersa, vt constabit legenti.

816 Guilielmus Herinc, Theologice Lector in Academia Louanienfi, *p. 1. Summe Theologica Disp. 6. quest. 5.* iudicat probabilis, non dari in Deo Scientiam Mediam. Sed tamen non diffitetur, opinionem de ea Scientia esse satis probabilem, & rationi conformem, eo modo, quo à suis Authoribus defenditur, & inhærendo doctrinæ Scoticæ. Ita in num. 59.

817 Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. F. Ioannes Merinerus, dudum Episcopus Vallis-Oletanus, & olim Generalis Minister Ordinis, Prouincialis Castellæ, Lectorque Theologiæ in Academia Compiutensi, *p. 2. Logica parua Cap. 7. num. 4.* cursim dicit, non dari in Deo Scientiam Mediam inter naturalem, & liberam, seu inter scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis. Sed *ibidem* notat, se in *Materia de Gratia, & alijs in locis* libenter subscripsisse sententiæ Theologorum, qui iustinent, dari auxiliium efficax in actu primo, & insuper illud constituunt, non in motione phisica, sed in morali, in sancta scilicet cogitatione congrua. Et *lib. 2. Phisicorum Disp. 4. quest. 8. Sect. 2. ex num. 33*

docet, concursum Dei, & causæ secundæ in eundem effectum, siue necessariū, siue liberum, esse simul naturā, Deique concursum esse solummodò prioris dignitate, ac perfectione: *Sect. 3. ex n. 48.* defendit, non esse requisitum aliquem præuium influxum, per quem Deus phisicè applicet, & determinet causas secundas (siue liberæ, siue necessariæ sint) ad actualem operationem, sed sufficere concursum simultaneum, quo simul cum præfatis causis influat in earum effectus. Quam esse sententiam Scoti in *2. Dist. 37. quest. unica §. Ad*

Ad solutionem istorū, & in 4. Dist. 1. quest. 1. propè finem, Vvaldentis lib. 1. Doctrinalis fidei à Cap. 23. usque ad 28. Roffensis art. 36. contra Lutherum, Driedonis de Captiu. & redempt. Tract. 4. Cap. 2. Tract. 5. Cap. 4. Caietani 1. p. quest. 14. art. 13. & quest. 19. art. 8: esseque communem inter expositores S. Thomæ, si excipiantur rigidi quidam Thomistæ, vt Bañez, Cabezodus, Alvarez, &c. inquit in num. 48. Et in num. 55. impugnat illum præuium influxum, vt pote qui consequenter sit admittendus ad actus prauos, & vitiosos voluntatis creatæ. [Quæ sequela etsi ab aduersarijs deuoretur, non enim possunt illam effugere, sed rem crudam sanè deuorant.] Quæ sunt verba Sapientissimi Merineri. Habebat proximè ante mortem perfectos quatuor Theologiæ tomos, eruditione, & doctrina plenos, in quibus etsi Scientiam Mediam non tueretur, sed decreta efficaciam antecedentiæ volebat tamè, eorum obiecta esse actus liberos creatæ voluntatis ob congruitatem diuinorum auxiliorum, quæ ex se sint indifferentia, ita vt vnū, idemque auxiliium Petro sit congruum, & Paulo incongruum, seu vno, eodemque Petrus conuertatur, non autem Paulus: quod à Thomistarum placitis valde dissidet. Sic mihi retulit fidedignus Theologus, qui eos tomos legerat M. SS. laetæque me, numi typis sint iam tradidit.

818 Eligius Bassæus Capucinus Prouinciæ Gallo-Belgicæ, in *Floribus totius Theologiæ practicæ Verb. Actus humanus 1. à num. 5. usque ad 10. inclusiuè* videtur admittere phisicam prædeterminationem, & diuina decreta prædeterminantia, in quibus Deus præcognoscat futura contingentia, quamquam propositis tribus sententijs, nempe Dominicana, Iesuitica, & media alia, quam dicit esse ad mentem S. Augustini circa efficaciam gratiæ diuinæ, relinquit rem indubitam: & in priori parte more Summistæ Moralis redigit in compendium doctrinam Francisci Syluij, qui potius ibi loquitur, quam ipse Bassæus.

819 Ex Sacro Ordine B. Mariæ de Mercede Ioannes Prudentius, & Syluester de Saavedra in *Operibus de Incarnatione, & Sacra Despaya* obiter pro scientia conditionati liberi, fundata in

decreto, auxiliares se Dominicanorum declararunt. Sed Saavedra in *Vestig. 2. Disp. 9. S. 4. n. 354.* refugit admittere prædeterminationem ad materiale pecc.

820 Ex Sacro Ordine Benedictinò Andreas de la Moneda *Lib. 8. Phisicorum Disp. unica de mundi initio quest. 2. §. 3. n. 16. & 17.* brevissimè innuit, se stare pro phisica prædeterminatione: de qua ait, non destruere, nec necessitare potentia liberam, sed adstruere illā, & perficere, determinareque liberè ad agendum iuxta modum proprium, qui est, vt, adhuc posita prædeterminatione, possit potentia libera, quantum est ex se, omittere actum, etsi non possit cum prædeterminatione coniungere omissionem actus prædeterminati, neque in eius sit potestate, quod ea ponatur. Non plura ille, & hæc faciliora sunt dici in transitu, quàm muniri etiam sedentariè.

821 Ex Sacro Ordine Clericorum Regularium Minorum Thomas Hurtadus in *Resolutionū Moralium p. posteriori, Tract. ultimo resol. 7. ex pag. 527.* videtur esse eiusdem sententis cum Thomistis (vt & in *Præcursor Theologo Disp. 3. de intensione charitatis per actus remissos, Controv. 1. mēb. 2. §. 1. infine*) sed non exprimit clarè, nec tractat in prioribus locis nisi an post Urbani VIII. Pontificis Max. Bullam fas sit agere de Auxilijs diuinæ gratiæ in libris prælo datis?

822 Ex Sacro Ordine Carmellico Dominicus à S. Theresia in *1. 2.* qui sequutus est nuper exemplum Antonij de Matre Dei, & de quo in *Euent. 9. estq; vterq; Carmelita Diligeatius.*

823 Felicianus à S. Magdalena (vt nuntiatum mihi est) aduenit à Francisco Bonaspei cōtra Scientiam Mediam, sed à me non est visus, vt nec Irenæus, à S. Iacobo, de quo in *Phisicis Cap. 2. de Causis rerum naturalium sect. 5. §. 6.* moneor, admittere genus quoddam præmotionum inclinatum, si multanti in §. 5. inficari eas, quæ sunt cū connexione infallibili; & in *Metaph. Cap. 1. §. 3.* agnoscere in futuris cōtingentibus veritatē determinatā, quæ à Deo cognoscatur. Felicianus, & Irenæus dicuntur esse ex Reformatis Calceatis.

824 Michael Angrianus, qui antea incognitus, et Lucretius Tiraboscus in *Psal. 72. v. 11.* Ambrosius

de Spiera (quem alij Carmelitam, alij Servitam fuisse volunt) de *Consideratione Idearum conclus. 3.* Thomas Valdenus *Lib. 1. Doctrinalis fidei Cap. 30.* Ioannes Bachonus in *2. Dist. 35. & 39.* alijsque in locis adnumerati sunt adversus sententiam Societatis ab erudito quodam Carmelita Regularis Observantia in MS. ad me misso per R. P. Magistrum Fr. Raymondum Lumbier eiusdem Ordinis, Primum Theologum Casaraugustanum, de cuius laudibus non nihil delibabo infra Et adnumerandi quidem causa fuit, quod traderent, Deum in se ipso, & non extra se, cognoscere futura. Audiatur Angrianus dicens, [Notandum est, quod Deum cognoscere ista inferiora, & alia a se, potest intelligi dupliciter. Primo, quod illa cognoscat per aliquod medium a se distinctum. Secundo, quod illa cognoscat per aliquod medium non a se distinctum, sed per se ipsum. Quando enim cognoscens cognoscit aliud a se per aliud, & non per se ipsum, tunc verum est, quod perfectionem habet aliunde, & est transmutabile. Hoc autem est omnino impossibile circa Deum. Quando autem cognoscit per se ipsum, tunc cognoscens est actus respectu cognitionis, & tunc non recipit perfectionem a cognoscibili, sed magis e contrario. Et isto modo ponemus, Deum cognoscere alia a se non per aliud, sed per se ipsum.] Hæc Angrianus, quibus similia ceteri dicuntur habere, quanquam ego in Valdeno non repererim.

825 Et de Ioanne Bachono addit perdoctus ille Carmelita testimonia alia contra Societatis placita. Nam in *1. Dist. 17. quest. unica, art. 5. in principio* inquit Bachonius, [Stante natura voluntatis, quæ modo est, & simul supposito quod voluntas sit activa respectu exercitij sui actus, ut ponit communis opinio, necessario oportet, quod in voluntate precedat aliquid creatum, scilicet quædam passio de genere passionis, vel de tertia specie qualitatis:: Quod patet, quia secundum communem opinionem licet voluntas se habeat active respectu exercitij sui actus, tamen passive se habet respectu determinationis ad actum suum. Sed si illud, quod hic determinaret voluntatem respectu actus meritorij, esset

ipse Spiritus sanctus, ergo stante natura voluntatis, quam modo habet, repugneret voluntati exire in exercitium actus meritorij, nisi prius pateretur quandam motionem Spiritus sancti; & ita illa motio, passive recepta in illa, præcederet actum meritorij exercitium, & elicatum. Quod est propositum. Sic Bachonus, qui videtur adstruxisse prædeterminationem physicam ad actus bonos, & meritorios, maxime in illis verbis *licet voluntas, &c.*

826 Idem Bachonus refertur in *1. Dist. 40. quest. unica art. 4. §. Per hoc* inquit, [Circa inevitabile ex natura rei, seu ex voluntate efficaci Dei non est contulendum.] Unde videtur admittere in Deo voluntatem tam efficacem, quæ si a nobis cognosceretur, non relinquere locum consultationi, nisi sit faciendum, necne, id, quod Deus efficaciter voluit, ut fieret.

827 Ioannes etiam Maria Verratus *Tract. de fide & operibus contra Lutheranos pugna 3. de predest. notabili 3.* refertur, quatenus ibi de futuris contingentibus conditionatis nihil tradat, cum tamen agat de omnibus obiectis creatis, ad quæ se extendit Dei scientia. Quare videtur non agnovisse in Deo scientiam de illis futuris, saltem ante divinæ voluntatis decretum efficacem de eis. Rursum refertur, quatenus in *Apologia contra quosdam Lutheranos factores* ponit hanc 5. Conclusionem [Qui asserit, nullum hominem posse resistere internæ vocationi, hæreticus censendus est.] Quam cum probasset rationibus, subiungit, [Et si dicat hæreticus, Paulus non potuisset, etiam si voluisset, resistere vocationi divinæ, cum vocatus fuit à Domino & non est maior ratio de vno, quam de alio. Igitur nullus vocationi resistere potest. Respondendum est, quod duplex est vocationis divina, una externa, quæ fit per Concionatores, per Scripturarum divinarum comminationes, & admonitiones, per adversitates, & prosperitates, & huiusmodi. Sed de ista non loquimur in præsentia. Alia est interna, quæ duplex est, una, quæ fit per voluntatis immutationem, quæ magis voluntatis immutatio, ac voluntas Dei efficacem, quam simplex vocationem appellari solet. Constat autem, quod tali internæ vocationi, quæ fit per voluntatis

tatis

tatis immutationem, seu voluntati Dei efficaci nullus resistere potest. Quidquid enim Deus efficaciter vult, nullo resistente fit. Talis autem fuit Pauli vocationis: Altera est interna vocationis simplex, & universalis, qua Deus inspirando vocat omnes homines ad poenitentiam, de qua est nostra Conclusio. Tali autem internæ vocationi quilibet ex sui liberi arbitrij facultate resistere potest.] Quod confirmat Verratus multis testimonijs Scripturæ sacræ. Ea vocationis interna priori loco declarata ab ipso efficacem est in præ-natura, & intrinsecè, convenienter ad Scholam Thomisticam; quæ verò declaratur posteriori loco est auxilium, & gratia sufficiens.

828 Sed ut ab hoc testimonio Verrati incipiam, oportuisset, non omitti, sed attentè considerari verba eiusdem Verrati de vocatione Pauli, quæ sunt huiusmodi, [Cui non potuisset, vel cum maxima difficultate (ut salvetur liberi arbitrij facultas) resistere potuisset. Quamobrem dictum fuit ei, Durum, non autem impossibile, est tibi contra stimulum calcitrare. Sed de hac speciali vocatione non loquimur, quæ, ut dictum est, non proprie dicitur vocationis, sed immutatio.] Ita ille, quem Suarez ob similia alia verba eiusdem Apologiæ adducit pro Societatis opinione *tom. 2. de Gratia Lib. 5. Cap. 51. num. 44.* Possumusque nos allegare Doctorem contrariæ, qui secus, ac Verratus, scribit, [Durum est, imò impossibile contra stimulum divinæ gratiæ efficientis physicæ, recalcitrare.] Cur autem Verratus dicat, Paulum non potuisse resistere vocationi tam extraordinariæ, vel si potuit resistere (ut sic eius conversio esset libera) non potuisse nisi maxima cum difficultate, noscet qui advertat, non defuisse aliquos, qui censuerint, Paulum fuisse conversum absque libertate à necessitate; atque Eustachius à S. Paulo 2. p. *Ethicæ Tract. 2. Disp. 1. quest. 3. in fine* [valde probabile esse, quosdam prevenientem gratiam adeo efficaciter à Deo impulsos fuisse, ut ne tantillum quidem conversionem suam retardare potuerint; quod in conversione D. Pauli, B. Magdalene, & alijs evenit, quanvis id raro contingat.] Et de se narrat Michael de Palatio in 4.

Disp. 17. Disp. 4. §. Argumenta pag. 234. olim existimasse (quod tamen iam retractat) Paulum fuisse iustificatum citra formalem detestationem suorum peccatorum, consequenterque citra ullam dispositionem liberam suæ voluntatis, ut subiungit Raynaudus in *Cap. 5. de S. Latrone n. 1.* Qui Scriptor consulendus est de hoc puncto in toto eo *Cap. & Thomas Mastutius in Paulo Apostolo Lib. 2. Cap. 7.* Claudiusque Dauquius in *Pauli Apostoli sanctitudine Lib. 2. Cap. 5.* Ego solummodo addiderim Authorem Commentariorum in Mattheum sub nomine S. Anselmi *Cap. 6. v. 10.* dicentem, *In Paulo videtur cogens voluntas Dei, sed non est, quia licet sit percussus, tamen voluntas erat libera, ut resisteret, si vellet.*

829 Illud aliud de silentio Verrati argumentum est ab autoritate negativa, proindeque parum efficacem; & dum non repudiatur expresse notitia Dei de futuris contingentibus conditionatis, possunt hæc sub nomine futurorum intelligi, & aut ea est omnino neganda contra Thomistarum gustum, aut eius in decreto antecedenti efficaci superstructio, iuxta mentem Verrati, est prorsus voluntaria.

830 Bachonus in *1. Dist. 40. quest. unica, art. 4. §. Per hoc*, non allegaretur contra Scholam nostram, si expentum fuisset argumentum, ad quod respondet, & quod huiusmodi fuerat, [Quantumcumque sit contingens, nihilominus infallibiliter, & inevitabiliter evenit. Ergo non est contulendum. Consequentia patet, quia circa inevitabile non est consulendum.] Quod argumentum non valere dicit, [quia triplex est inevitabile, quoddam ex natura rei, ut Solem oriri, quoddam, quod dependet ex efficaci voluntate Dei, ut animam intellectivam creari in corpore, corpore ad hoc ultimè disposito: quoddam inevitabile concomitative, seu conditionaliter, scilicet in se vitabile, ut sunt omnia, quæ subsunt generali influxui Dei, & voluntati permissivæ eius, & subsunt simul in causis liberis futuris, et quibuscumque contingentibus, ut me sedere cras, vel non sedere, & sciendo invenire thesaurum, & non invenire; hæc enim, & huiusmodi in se sunt evitabilia, & contulabilia, & solū

sunt inevitabilia concomitanter, & conditionaliter, dicuntur enim inevitabilia propter conditionem præscientiæ Dei, quæ est de his concomitanter, illaque est immutabilis. Per hoc ad formam argumenti, quando dicitur, circa inevitabile non est consiliandum, dico, quod circa, &c.] Ex quibus patet verba exarata in *num. 826* pertinere ad 1. & 2. genus inevitabilium, non verò ad 3. cum tamen ad illud deberent pertinere, ut contra Scholam nostram virgerent; & de quo 3. genere inquit Bachonus, [Circum tamen inevitabile totum concomitantivè, & conditionaliter, & extrinsecè, in se verò evitabile, est consulendū.] Reliqua legantur in ipso Bachono, à quo alienissima sunt, & debuit esse exclusio consultationis circa actus nostros contingentes, & liberos.

831 Idem Bachonus in 1. *Dist. 17. quæst. unica. art. 3. in principio* Nostris non est ad vertus, nam motio illa causata ab Spiritu sancto talis est, [ut in nostra potestate sit, agere secundum illam, vel non agere, & isto modo Spiritus sanctus est in nostra potestate.] Quæ sunt eiusdem Bachoni verba in *art. 6. ad 5.* Vnde in eis alijs loquitur de determinatione per motionem illam in genere causæ passivæ, quæ determinatio nihil aliud sit, quam voluntatem nostram esse dispositam convenienter ad recipiendam actum meritorem supernaturalem, si ipsa, gratig adiura viribus, activè se determinet ad eum actum. Et eodem modo intelligenda sunt alia verba, quæ *inferius* leguntur in *§. Dico, quod non prævenit.*

832 Hunc autem esse sensum Bachoni confirmo ex *Dist. 40. in 1. quæst. unica. art. 2.* ubi ait, [Vtèrius est sciendum, quod licet omnis eventus futuri contingentis voluntas Dei sit causa; tamen non omnium est causa eadem. Quædam enim vult velle beneplacito, & efficaci, sicut productionem mundi, ubi non est concurrens efficiens aliud. Alia autem non vult velle efficaci, sed solum permissivè; & respectu sic productorum voluntas divina est causa activa per generalem tribuens agenti particulari facultatem agendi sic, vel sic; non tamen determinat agens ad aliquam, nec efficienter vult hanc, vel illam; & isto modo voluntas divina

est causa actuum nostrorum, quantumcumque deformium. Futura autem à Deo producta primo modo, scilicet voluntate efficaci, non sunt in potestate nostra, quantumcumque contingenter producantur ab illa, & de talibus negotiari, & consiliari esset valde ridiculosum. Futura autem producta secundo modo, scilicet voluntate permissiva, sunt in potestate nostra quantum ad determinationem, præsupposita influentia tamen in generali, & in essendo, & in causando, & de talibus est consiliandum, & quantum ad aquentum eorum, & quantum ad modum; & isto modo Deus est causa actionum humanarum: Imaginatione, quod Deo permittente, me agere indifferenter hanc partem contradictionis, vel illam, non determinante me magis ad hanc, quam ad illam, ego eligo alteram partem, & eo ipso illa pars in esse ponitur, vel ponitur eius positio. Ergo in esse, & modo ponendi, secundum quam ponitur, est, & fuit nota apud Deum ab æterno.] Sic Bachonus, qui ob hæc, & multa alia, quæ omitto ex *art. illo 2. & in 4. Dist. 1. quæst. 4. art. 2. & 3.* non immerito vltus est Aldreto *tom. 1. in 1. p. Diss. 28. Sect. 1. num. 5.* præluxisse sententiæ Societatis.

833 Quod verò Bachonus, & Thomas Valdensis, Ambrosius de Spera, Lucretius Tiraboscus, Michaelique Angrianus dicant, Deum cognoscere in se, & perse ipsam futura nobis libera, ne tantillum quidem opponitur doctrinæ Societatis. Nam & Nostris constanter existimant, creaturas non esse divinæ scientiæ obiectum formale; id est, primarium, principaliterque cognitum, vltimam rationem obiectivam, & motivam, propter quam sit divina scientia, in qua sistat, per quam, aut à qua habeat suam perfectionem, aut formalitatem. Vnde etiam tradunt consequenter, divinæ scientiæ, affirmantis futuritionem nostri actus liberi, formale obiectum esse divinam essentiam ob connexionem, quam ut à divino intellectu cognita, & comprehensa habet cum scientia de futuritione illa sub conditione quod noster actus liber futurus sit: habetque talem connexionem ut obiectum præcogitum, & præcomprehensum, & ut determinans ad scientiam futuritionis illius sub

con-

conditione præfata. Quod abundè sufficit, ut gaudeat ratione obiecti formalis.

834 Et si autem interrogationi, *cur Deus cognoscat futurum?* rectè respondeatur, *quia futurum est;* at hæc causalis non est per rationem obiectivam formalem, sed per materialem; cui sepe applicatur causalis *quia,* & propter, ut docemur à S. Thoma in 1. *Dist. 1. quæst. 2. art. 1. ad 3.* Quare causalis per rationem obiectivam formalem sumitur ex essentia divinæ; & vltiori interrogationi, *cur, quod futurum est, debeat cognosci à Deo?* aptè respondeatur, *quia Deus perfecte, comprehensivè, & cognoscit suam sententiam, & hæc illuminat, determinatque ad cognitionem eius, quod futurum est.*

835 Rursus et si *scientia divina de creato obiecto libero futuro dicatur esse, & existere, quia illud erit, & quia non significat causam, sed conditionem præviam,* quæ quia est ponenda, ideo nunc, & ab æterno existit necessariè scientia divina de tali obiecto: quod quidem est propter eam scientiam, & non è contra scientiam propter illud. Vnde interrogationi, *cur Deus affirmat peccatum futurum Antichristi?* satis sit responsione hæc, *quia videt illud in æternâ sua scientia;* & vltiori interrogationi, *cur in ea videt illud?* satis sit hæc alia responsione, *quia scientia illa existit à se, & non ab obiecto illo creato, licet requirat ipsum, ut conditionem.* Cum quibus responsionibus optimè consistit concors illa loquutio Patrum (ut testatur Valdensis *supra Cap. 29.*) *actus nostri liberi non sunt futuri, quia cognoscuntur à Deo; sed potius ideo ab hoc cognoscuntur, quia futuri in se sunt.* Nam talis loquutionis sensus est, scientiam, qua Deus affirmat, nos operaturos liberam actum, non esse causam illius, neque antecedere naturâ illum, sed potius actum nostrum quasi naturâ antecedere eam scientiam; non ut causam eius, sed ut conditionem præviam; ita ut arbitrium nostrum potens ponere talem conditionem, sit potens facere, quod necesse sit, Deum a se determinari ad scientiam, & potens non ponere talem conditionem, sit potens impedire scientiam.

836 Vtèrius et si futura libera cognoscantur à Deo in se ipsis, & ita à Nostris vno ore asseratur, non

ideo excluditur omne medium, sed solummodo illud, quod sit determinans præviam, absoluteque ad affirmationem futurorum, cum necesse sit hæc in se ipsis determinata pro suo tempore supponi, ut Deus determinetur ad ipsa affirmanda. Porro exclusio medijs determinantis præviam, absoluteque non obest, quominus divinæ essentia competat munus obiecti formalis respectu cognitionis futurorum, siquidem ad obiecti formalis conceptum non requiritur, quod sit tali modo medium ad aliud affirmandum, eo præcise quod ipsum cognoscatur, sed sufficit, quod prius cognitum determinet ad aliud affirmandum, si illud aliud supponatur positum, vel ponendum. Et cum hoc modo determinet divina essentia ad affirmandum Antichristi peccatum futurum v. g. erit ipsa obiectum formale, ac motivum, eritque peccatum illud obiectum materiale, terminativumque purè, terminans directè cognitionem divinam, determinansque vltimum negativè ad eam, id est, non præsupponens aliud absolute determinans ad cognitionem sui, sed potius perse complectens tanquam conditio absolute potestatem determinativam, per quam vis infinita divini intellectus, & infinita virtus obiectiva instar speciei, quæ divinæ essentia inest respectu omnium obiectorum, determinat Deum ad cognoscendam peccatum futurum Antichristi. Vbi notandum est, nomine cognitionis futurorum in se ipsis, quam in Deo agnoscimus, non significari cognitionem rei per speciem propriam, qua obiectum concurrat ad cognitionem, & specificet illam; sed tantum significari cognitionem, quæ absque medio præviam, absoluteque determinante attingat obiecta futura. Legatur Razius *Diss. 11. de Scientia Dei sect. 3. Diss. 29. & 75. sect. 1.*

837 Ex quibus omnibus aliquid manet, Michaeli Angrianum, aliosque antiquos Carmelitas non esse contrarios placitis Scholæ Societatis, eum docent, cognosci à Deo in se, & perse ipsam futura contingentia creata. Ut essent contrarij, opus certè esset, dici ab eis, præfata futura cognosci à Deo in decreto antecedenter efficaci erga illa; quod foret absoluteque subiectivè, & obiectivè erga ab-

absoluta, & absolutum subiectivè, conditionatumque obiectivè erga conditionata. Id verò minimè dicitur ab

eis Doctoribus. Videantur scripta à nobis in num. 625. & 626.

EVENTILATIO XXXVIII.

DETRVDVNTVR QVIDAM, QVI AB

aliquo possent incautè adduci contra Scientiam Mediam, & alijs, qui pro ea.

838.



VILIELMVS Tuissius Calvinista, cuius diras contra Scientiam Mediam, & contra Iesuitas

transcripsit *Annatus Disp. & Cap. 1.* simulque potenter oppressit. Sed Catholicissimis PP. Dominicanis vel ipsum Tuissij nomen erit odiosum, quantum magis accessus, quem vane simulat ad eorum lanas, & tutas partes. Potestque dicere Societas Iesu petita iniurijs Tuissij, quod S. Synesius in *Epist. 94.* dum se à Iuliano nequissimo probris, & calumnijs male habitum audiret, *Quid enim non ad gloriam nobis, atque existimationem confert? quicumque laudare nos nititur, cū in venire quod dicat, aliud non potest, hoc primum, & unum maximum profert, Iulianum de illo detrahere. Hoc autem uno verbo que non bonorum copia contineatur? siquidem nequitia generi omni adversari, nihil aliud est, quam esse generi omni virtutis assequem. Per sacrum tuum caput & liberorū salutem iuro, nihile esse, in quo melius de melulianus, quam iniurijs, & probris lacecendo mereatur. Nam et apud Deum, & apud homines præclarū mihi erit, & amplissimum.*

839 Guilielmus Amesius Calvinista, qui multis convitijs appetit Iesuitas, vocans ipsorum idolam arbitrium liberum humanum, & figmentum Scientiam Mediam, pugnantque acriter pro gratia Dei irresistibili ex intrinseca sua natura, & abvtes doctrina Didaci Alvarez quem passim allegat, vt videre est apud Raynaudum

parte 2. contra explicationem novam libertatis *Cap. 1. num. 3. Cap. 3. num. 31. Cap. 7. num. 3.*

840 Samuel Marcus Calvinista in *Prefatione ad Catechismum gratie* non minoribus onerat convitijs adstructores Scientiæ Mediæ, inficiatoresque gratiæ ineluctabilis: descripsi nonnulla in *Event. 18.*

841 Paulus Ferrus Calvinista Nos appellat ter hæreticos, vt refert Raynaudus in *Disciplina Morali Dist. 2. quest. 3. art. 2. num. 260.*

842 Pseudotynodus Dordracena Calvinistarum apud Batavos habita anno 1618. & 1619. *art. 1. 2. & 8.* emittit in eosdem fulgur anathematis ex pelvi, vt irridet Raynaudus loco proxime signato, & *art. 5. num. 330.* Sed qui Amesium, Marcus, Ferrum, & Conciliabulum Dordracenum poneret in syllabo eodem cum Catholicis Scientiam Mediam non approbantibus, magnam ipsi Catholicis iniuriam inferret, & velut tenraret associare tenebras luci. Nec magis credendi sunt memorari Calvinistæ, dum dogmata sua affingunt PP. Dominicanis, qui sunt Ecclesiæ Catholicæ manus cum primis instructa, & valida, quam dam Nostri adscribunt Semipelagianismum.

843 Calvinistarum execrabilis Antesignanus nullo etiam modo numerandus est in eadē classe, tamen apud Stapletonum videatur denegasse Deo certam, & infallibilem notitiam futurorum contingentium conditionerum, vt iam notavi in *num. 38.* simulque ob id præcisè non incurrisse

risse hæresim. Dixit et alia Calvinus nostris placitis extreme adversa. Sed finis ab eo intentus fuit longè distantissimus à Catholicorum mente (de quorum sententiæ auctoritate nunc agimus) vt obtinebat Didacus Alvarez laudatus à nobis in *num. 359.*

844 Sic Ariani, & Semipelagianii agnoverunt Scientiam Mediam, vt de Arianis colligitur ex S. Alexandro Antistite Alexandrino in *Epist. 2. ad Alexandrum Constantinopolitanum,* & ex S. Athanasio Antistite etiā Alexandrino *orat. 1. & 2. contra eosdem Arianos:* & de Semipelagianis constat ex testimonio S. Augustini, discipulorumque ipsius expendendis in *Delin. Theolog.* Sic etiam nunc agnoscunt Arminiani in Hollandia memorari ab Amano in *Disp. & Cap. 1. num. 4.* & Ioannes Henricus Alstedius Lutheranus Melanctonianus *tom. 2. Encyclopediæ Lib. 12. parte 1. Pneumaticæ Cap. 4. pag. 65.* sed respicientes ad scopum diversissimum ab illo, quem Doctores Societatis.

845 Et quidem, vt scite respondebat Martinus de Albiz *1. p. Tract. 1. Disp. 7. sect. 1. num. 17.* concitantibus hinc odium in scientiam conditionatam, [Plures hæretici admiserunt baptismum, & tamen non ideo a nobis est negandum, quia non in omnibus errant hæretici.] Et Antonius de Matre Dei *Tract. 3. Disp. 9. dub. 5. §. 4. num. 81.* non minus perire occurrebat calumniatibus decreta antecedenti, & efficacia erga nostros actus liberis, eo quod à Calvino essent tradita, [Visitatum est apud hæreticos, veritatem aliquam suis hæresibus immiscere, & ex vno Antecedenti vero inferre ob suam malitiam suos errores. Vnde Ariani, & ceteri hæretici antiqui negantes tres divinas personas, errorem hunc ex vnitatis divine nature deduxerunt, vt eleganter notavit Tertullianus contra Praxeam, vbi sic ait, Variè Diabolus amulatus est veritatem. Affestavit, illam defendendo, concutere. Vnicum dominum vindicat Omnipotentem mundi conditorē, vt de vnicò hæresim faciat.] Sic ex Tertulliano Antonius de Matre

Dei, & paria ex S. Augustino *super Psalimum 54.* affert Alvarez *Disp. 121. de Auxilijs num. 9.* Egoque noto ex eodem S. Augustino *Lib. & Cap. 1. contra Cresconium,* Non propterea à patria non est miles armandus, quia contra patriam nonnulli arma sumpserunt; aut idcirco non debent boni, doctique Medici ferramentis medicinalibus ad salutem, quia his ad perniciem indocti, pessimi que ab utuntur. Quare quod alij hæretici abvntur opinione Dominicanorum, & alij ea, quæ est Iesuitarum, non sufficit, vt siue vna, siue altera reprobetur. Et labor Theologicus vnius Scholæ Orthodoxæ contra aliam, ex vatiniiano odio in hæreses susceptus, ad id revocatur, vt vna contendat videri sequi ex altera abvntum heterodoxum. Hac in causa

longevam fecit discordia litem. Assimilemque iugis Iovis, quæ Gordius olim Nexuit, atq; Iovis Phrygijs suspēdit ad aras: Qui perpexus nodus dum non diloluitur à Sedis Apostolicæ Oraculo; cavendum est, ne vni, aut alteri Scholæ attribuaturs affirmantem præfatus abvntus.

846 Demum absit, vt Cornelius Iansenius, Antistes Iprensis, eodem in albo collocetur, tamen Scientiam Mediam, & alia principia doctrinæ nostræ totis viribus persequutus sit. Sed de illo iam satis in *Event. 9. & 18.* vt et de Vincentio Leni eius assecla, in *Event. 4.* Videndusque est libellus inscriptus *Iansenius suspectus,* in cuius §. 3. ostenditur, quantum sit interiectum intervallum inter Dominicanos, & Iansenistas. Legatur etiam Caramuel in *Theologia Fundamentali ex editione Lugduvensi anni 1657. pag. 22. & 29.* Mentini Iansenij in hoc loco ob ipsius posthumas propositiones damnatas, non autem ob personam, cuius conditionem esse longè diversam ab hæreticis damnatæ memoriæ antea traductis, persuadet mihi eius obitus in comunione, & obedientia Ecclesiæ Romanæ; vnde credidissimè, non adhaerurum pertinaciter propositionibus illis, si supervixisset illarum damnationi.

(*)

EVEN.

EVENTILATIO XXXIX.

TRIVM SACRARVM RELIGIONVM, ET

Academia Lovaniensis, quorundamque Iudicum Romanorum suffragia contra Scientiam Mediam ponderantur.

847.



OANNES Thomasius r. p. q. 14. Disp. 20. art. 6. §. Hocetiam pag. 690. ait, ad Dominicanos

accedere cōmuniter Venerabiles Ordines B. Mariæ de Mercede, S. Hieronymi, & Clericorum Regularium Minorum quod etiam Vives Disp. & Dist. 3. ex num. 21. & Disp. 19. Dist. & §. 2. num. 14. iure merito magni æstimat, sunt enim Ordines, in quibus vnâ cum sanctitatis radijs emicant sapientiæ lumina.

848 Sed de primo iam anno 1628. scripserat P. Didacus de Baeza tomo 3. in Evangelia Lib. 14. Cap. 16. §. 35. pag. 349. [Extra Dominicanam familiam, qui eorum doctrinæ subscripserint, rari inveniuntur. Adhuc solos inveni Reverendissimum Magistrum Zumel, item Reverendissimum Magistrum Ambrosium Machin Episcopum, & Magistrum Cabreram (qui est Hieronymianus) & si velimus, Ordinem B. Mariæ de Mercede ut filiam amantissimam Parenti optimo Dominico adscribere, ut quæ sub D. Raymundi Dominicanæ auspiciis nata fuerit, vnâ Author manebit adhuc notus, qui Societatis doctrinæ scriptis libris aduersetur, nempe Cabrera.] Sic Baeza, cuius assertionem de paucitate repugnantium sententiæ Societatis carpit Antonius de Matre Dei Tract. 3. Disp. 10. dub. 8. §. 2. num. 135. Sed si attendatur ad tempus, quo pronuntiata fuit à Baeza, & ad Authores tunc notos communiter in Hispania, qui de Scientia Media expressè tractassent in libris editis, reprehensione non est digna, ut colligetur ex decendis. Testabatur etiam Do-

ctor Ioannes Garcia Coronel, Primarius Theologiæ Vallis Oletanus, anno 1600. in Epistola, cuius fragmenta postea transcribam, defendendam fuisse in Capitulo Generali Fratrum B. Marii de Mercede nostram sententiam, nisi Magister Zumel impedivisset.

849. Et de Vniuersitate Escorialensis (quæ est aggregata celeberrimo Monasterio S. Hieronymi) necnon de Siguntina (cui adiacet Collegium eiusdem Ordinis Hieronymiani) aiebat idem Doctor Coronel, habuisse homines valde graves, qui à Cathedris dictaverint contra prædeterminationem physicam: quos fuisse Hieronymianos suspicari possum; tametsi sciam, legisse olim utrobique alios Magistros ultra Hieronymianos, & nunc etiam in Siguntina.

850. Ex Clericis Regularibus Minoribus habemus pro nobis Reverendissimum Ordinis Præpositum Generalem Raphaelem Averfam (ut suo loco referam) nullusque Scriptor determinatè allegatur contra nos.

851. Fateor, Dominicanam sententiam nunc temporis defendi ut plurimum à tribus memoratis Religionibus, Salmanticæ, Vallis Oletanæ, Compluti; sed non in tota Hispania, multoque minus in cæteris nationibus. Quod si nescio quæ ratio status non intercederet in Hispania, tunc Religionum aliquarum suffragia aptius medium forent ad maiorem probabilitatem extrinsecam adiudicandam vni ex duabus sententijs. Et ut in suspitione eius rationis status fallar, adsunt ex multis sacratissimis Coetibus frequentissima in præfatis Academijs, & in alijs suffragia, quibus doctrina Societatis mirum in modum decoratur, ut patescet postea.

852. Clarissimæ Vniuersitatis Lovaniensis

Lovaniensis censuram quandam non benignam Scientiæ Mediæ afferunt Didacus Alvarez, Antonius de Matre Dei, Ioannes Thomasius, Franciscus Araujus, & Hieronymus Vives relati num. 206. vbi iam admonui, quid de ea sentiendum sit. Nunc aduerto, fuisse eam directè prolatâ cōtra opinionem P. Leonardi Lessij, plurimorumque aliorum Theologorum, tam priorum, quam posteriorum, de prædeterminatione ad gloriam ut coronâ post prævisa merita absolute futura: quæ opinio quam sit immunis ab omni inofficiosa nota, neminem in Theologia versatum latet. Rursus aduerto, Didacum Sylvam 1. p. q. 14. art. 13. dub. 13. §. 4. num. 72. & 73. transcribere ex fide Ioannis Thomasi eandem censuram, quam dicit non approbari ab illo, cōstareque verbis valde rigidis, & minus decentibus, atque conformibus modestiæ Catholicæ; fuisseque in Congregatione 17. habita coram Clemente VIII. de materia Auxiliorum prolatam à Doctoribus Lovaniensibus: quod postremum nec lectum fuit à Didaco Sylva in Ioanne Thomasio, nec vlla ratione est verum. Tertio aduerto, Ioannem Thomasi Disp. 20. art. 6. §. Hocetiam pag. 691

recitare quædam colloquia inter Fr. Thomam de Lemos Dominicantem, & P. Ferdinandum Bastidam I. suam circa auctoritatem illius censure. At cum talia colloquia extracta sint ex Actis Fr. Thomæ de Lemos, vel Francisci Peñæ continentibus Congregationes habitas coram foelicis recordationis Clemente VIII. ac Paulo V. super questione de Auxilijs divinæ gratiæ, quæ Acta prohibita iam sunt allegari, non egemus alia refutatione eorum colloquiorum, nec planiorem aliam potuimus desiderare.

853. De altera censura gravissimorum Iudicum, & Centorum complurium, qui Romæ electi à Sanctissimo ad huius materiæ causam definiendam, omnes, duobus exceptis, censuerunt, Scientiam Mediam esse expungendam; ut ex Antonio de Matre Dei, & Ioanne Thomasio repetunt Vives Disp. & Dist. 3. num. 26. & Didacus Sylva supra dub. 12. §. 2. num. 15. dub. 13. §. 2. num. 16. videatur nostra Euent. 3. inde enim constabit, qualis fuerit, quamque æstimationem meretur.

(1)

EVENTILATIO XXXX.

RECITANTVR, ET EXPENDVNTVR DE-

cem, & octo Authores Dominicani, Magistro Dominico Bannez anteriores, qui contra Scientiam Mediam stare dicuntur.

854.



IVES Disp. 1. Dist. 3. §. 1. Disp. & Dist. 3. Disp. 19. Dist. & §. 2. longos facit, & reficit catalo-

gos Scriptorum Dominicanorum refrigerantium Scientiæ Mediæ. Et omisso S. Thoma, de quo ipse in Disp. 8. & nos in Euent. 13. & 17. necnon in Delin. Theolog. Scientiæ Mediæ, procedit ad alios.

855. Primus sit S. Vincentius

Ferrarius dicens in parte hyemali Sermonem 1. feriæ 2. Quadragesimæ, Quæcumque Deus ordinat ad aliquem finem, ordinat etiam medium, & modum veniendi ad illum finem: & post pauca addens cum S. Gregorio Magno, Obtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt, sed eaque sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, ut precibus obtineantur. Et feriæ 2. post Dominicam in Passione, Non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere, Matthal 7. & hoc intelligatis in sensu cōposito.

856. Secundus B. Albertus Mag-

Magnus in Summa Tract. 15. quest. 67. memb. 4. particula 2.

857 Tertius S. Antoninus parte 4. Summa Theologica Cap. 14. de causis gratiæ §. 2. & Cap. 5. de necessitate gratiæ §. 7.

858 Quartus Hervæus in 1. Dist. 39. quest. unica, & Dist. 46. quest. 2.

859 Quintus Deza in 1. Dist. 38.

860 Sextus Chryloltomus Iavellus tomo 3. quest. de Prædest. Cap. 5. §. Dico, ubi habet; Movens secundum supponit motionem primi.

861 Septimus Capreolus in 1. Dist. 45. quest. 1. art. 2. & in 2. Dist. 28. quest. 1. art. 3. ad 12.

862 Octavus Conradus 1. 2. quest. 109. art. 9. & quest. 112. art. 3. v. Nota secundò.

863 Nonus Ferrariensis in 3. contra Gentes Cap. 89. §. Ad confirmationem.

864 Decimus Calerianus 1. p. q. 2. art. 3. §. Ad hoc breviter, & q. 45. art. 5. §. Ad Durandum, & quest. 105. art. 4. & §. & q. 115. art. 6. §. Ad evidentiam.

865 Undecimus Soncinus 6. Metaphysicæ q. 14. ad 1.

866 Duodecimus Catharinus Opusculo de præscientia, & providentia Dei.

867 Decimus Flandria in Metaphysicæ q. 11. ad 5.

868 Decimus quartus Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta, adnotatione 248.

869 Decimus quintus Petrus Sotus in Institutione Sacerdotum Lectione 9. de Pœnitentia. Hunc Authorem non bene numerat Vives Disp. 19. Dist. & §. 2. num. 17. inter Authores extraneos à Religione Prædicatorum.

870 Decimus sextus Dominicus Sotus Lib. 1. de natura, & gratia Cap. 18.

871 Decimus septimus Melchior Canus Lib. 2. de Locis Theologicis Cap. 4. ad 7.

872 Decimus octavus Bartholomæus de Medina 1. 2. q. 10. art. 4.

873 Sed quoad S. Vincentium Ferrerium, si verba illa nobis sūt adversa, nulla non erunt contra nos in Scripturis sacris, Concilijs, PP. & in sermonibus hominū. Quid enim cele-

brus in ore, & in scriptis omnium, quid magis assertū, & decantatū, quàm Deū, si intendat efficaciter aliquem finem, debere eo ipso ordinare media, modūque, quo ille sit obtinendus; quàm nullum esse bonum gratiæ, & gloriæ, quod à Deo non sit prædestinatum; quàm arborem malā non posse in sēsu cōposito malitię suæ ferre bonos fructus, neque è contra bonam malos, in sensu cōposito suæ bonitatis? Anne vel tinnitus distinctionis de sensu cōposito, & diviso est contra nos, quia reprobamus (vt nostro iudicio obliquam) eius applicationem ad voluntatem creatam; quæ si prædeterminetur à Deo ad consensum salutarem, obijcimus defensoribus prædeterminationis, inde sequi, quod necessitetur, & quod non possit dissentiri: solentque respondere distinguendo, necessitetur, non potest dissentiri, in sensu cōposito, concedimus, in sensu diviso, negamus. Qua de responsione aiebat Doctor Ioannes de Roa Davila Lib. 2. de suprema Dei provid. & prædest. q. 3. sect. 2. num. 77. §. Sed & modus, pag. 327. [non satisfacere difficultati, sed videri, & esse refugium fugientium à vi difficultatis; quod certè & ipsum eius modi loquendi patroni fateri tolerēt,] nempe affectatores Dominici Bañez, quem pro eo modo nominatim allegarat num. 75. §. Quarto præterea pag. 325. Alia elogia eius responsionis colligit Sherlogus p. & sect. 2. num. 8.

874 Quoad B. Albertum Magnum, Summa eius Theologica divisa est in duas partes; & Tractatus 15. partis 1. continet quæstiones tantum 60. 61. ac 62. Tractatus etiam 15. partis 2. continet quæstiones 92. vsque ad 97. inclusivè, & quæstiones dividuntur in mēbra, aliquando subdividuntur in articulos, sed non in particulas. Quare allegatio non est fidelis ex errore saltē scriptiōnis, aut impressiōnis. Legi vtrūque Tractatū, & in eo, qui est partis 2. à q. 94. vsque ad 97. dicuntur de libero arbitrio multa, quæ pro nostra opinione possunt esse vsui, nihilq; quod pro contraria; in eo autem, qui est partis 1. quæst. 61. totus est pro nobis B. Albertus, nam in num. 2. docet, præscientiam visionis divinæ non esse causam rerū,

in 3. has non esse causas illius, sed conditiones, sine quibus non; & in 4. atque 8. declarat, sicut nos, præscientiam Dei non inferre, necessitatem rerum, rectèque componi cum arbitrio libero creato. Plura de B. Alberto pro nobis inveniuntur in Aldreto Disp. 28. sect. 8. num. 1. & duob. seqq. in Ruizio Disp. 67. sect. 4. num. 7. & tribus seqq.

875 S. Antoninus tit. 9. (cuius citatio est omissa) Cap. 4. (& non 14.) §. 2. transcribit S. Thomam 1. 2. q. 112. art. 3. sicut & Cap. 5. §. 7. transcribit eundem 1. etiam 2. q. 109. art. 1. Neutro autem loco S. Thomas adversatur Nostris, nam neque agit de puncto aliquo pertinente ad Scientiam Mediam, neque ex quo possit vel apparenter contra eam argui. Et potius fauet Nostris in locis ponderatis ab Aldreto supra sect. 9. num. 24. & 25.

876 Opus Heruei Natalis in quatuor Libros Sent. non fuit hactenus à me visum, ideoque de illius dictis iudicare non valeo. Consulatur Suarez tomo 2. de Gratia Cap. 50. num. 11. Falolus 1. p. q. 14. art. 13. dub. 9. num. 101. dub. 11. num. 135. dub. 12. num. 185. Aldreto Disp. 28. sect. 8. num. 15. & 16. expendens pro nostra doctrina Hervæum in quodlib. & q. 1. ad 7. dubium fol. 3.

877 Deza in Dist. 38. scribit plura non conformia Theologiæ posteriorum Thomistarum, vt quod voluntas Dei, & non scientia visionis sit causa creaturarum, [quod nonnulli malè intelligentes verba S. Thomæ; quibus dicit, quod futura contingentia, sicut & vniuersaliter omnes res, sunt ab æterno Deo præsentès, putant, quod mens S. Thomæ fuerit ponere res præsentès Deo ab æterno secundum aliquem modum præsentia litatis, quem in se ipsis extra Deum ab æterno habuissent; quod falsum esse, & contra intentionem S. Thomæ, apparet ex subsequentibus locis doctrinæ suæ, &c.] Sic Deza in quest. unica, art. 3. notabili 2. fol. 275. Tractat etiam de concordia rerum ad vtrumlibet contingentium cum infallibilitate diuinæ scientiæ, & nec leuissimam præbet ansam, vt citetur pro sententia contraria nostræ; sed potius sparsim dicit multa, admodum consona principijs Scholæ Societatis, perpenfa à Ruizio Disp. 67. sect. 7. n.

3. & ab Aldreto Disp. 28. sect. 9. num. 7. & octo seqq. sect. 13. num. 2. & quatuor seqq. vbi de pluribus alijs Deza locis iudicium fert.

878 Iauellus in Tract. de Prædest. ad q. 23. i. p. S. Th. C. 5. ait quidè, [Mouens secundū supponit motionē primi.] Ast cur, rogo, motio, quā supponat, debeat esse præmotio, & prædeterminationio physica, cui resisti non possit? Verūm de ea propositione sermo mihi iā fuit in Euent. 17. multisq; est illustrissimo Merinero Lib. 2. Physic. Disp. 4. sect. 3. ex n. 57. & Petro à S. Iosepho in Defens. S. Th. Disp. 2. sect. 1. ex pag. 241. vsq; ad 263. Præterea notèrur verba antecedentia Iavelli, et cōpè rietur fauere nobis, inquit enim cū S. Th. 1. 2. q. 109. art. 2. [Deus respectu boni actus elliciendi à lib. arb. potest infundere triplex auxiliū, vniuersale, sicut causā primā vniuersalior influit in causā secundā, qui influxus modificatur in causā secundā; secundū naturā causæ secundæ, aliter enim recipitur in causā naturali; quod cooperatur ei determinatè ad vnū, causis autē liberis cooperatur ad opposita, secundū quod determinat se, & hoc auxiliū vniuersale est necessariū in omni actu liberi arbitrij tam bono, quàm malo; Mouens enim, &c.]

879 Capreolus in priori loco ad 4. contra 3. conclus. ait, [Voluntas, quantum ad exercitium actus, scilicet vt velit, vel non velit, determinatur à se ipsa, & illud, quo se ad hoc determinat, est actus eius determinatus.] Et infra ad 1. contra 2. partem conclus. 3. [Licet Deus posset voluntatem creatam quamlibet necessitare ad eliciendum actum, aut ad cessandum ab actu; non tamen sic necessitat eam. Et cum probatur, quia si necessitaret eam, hoc non faceret, nisi volendo, &c. Dico; quod licet faceret hoc, volendo, tamen non vult nunc illud, quod velle tunc; talis enim necessitas potest provenire ex impressione alicuius formæ; quæ nunc non imprimitur, scilicet gratia cōsummata, vel ex aliqua motione Dei speciali, quæ nunc non mouetur.] In posteriori loco ad 12. & per errorem impressionis ad 22. inquit Capreolus ex SS. Augustino, Gregorio Magno, & Thoma, [Deus iuvat nos, immediate ipsum actum efficiendo, & non ipse solus efficit actum, sed etiam volun-

ras efficiat. Sed, ut iam retigi, non solum iuvat Deus ad bonum velle, partialiter efficiendo, qui est modus communis, quo concurret ad cuiuslibet agentis creati effectum quolibet, sed etiam quodam modo speciali, videlicet faciendo, ipsam voluntatem partialiter concurrere, ita quod ipsa voluntas partialiter concurret applicata, & quasi instrumentaliter mota à Deo ad sic partialiter concurrendum. In qua tamen motione ipsa non necessitatur, sed instrumentum liberum existens, in cuius potestate est, sequi motionem agentis, iuvatur ita, ut agat ea, quæ non sic adiuta nequaquam agere potuisset. Ad productionem vero actus mali solum primo modo concurret Deus, quia non facit, voluntatem agere actum malum, sicut facit, eam agere actum bonum. Et hoc est adiutorium illud Dei speciale, sine quo dicimus, nos nihil bene velle, aut facere.] Hactenus Capreolus in locis citatis à Viues; & nec Molina expressius scripsit, Deum non determinare hominem ad bene, vel male operandum. Videantur Suarez supra num. 7. Ruizius Disp. 67. sect. 7. num. 1. & 2. Falolus dub. 9. num. 101. Aldretus Disp. 28. sect. 9. num. 2. & duobus seqq. pervertigantes nostram sententiam ex multis Capreoli locis.

880 Conradus in priori loco nihil ad rem hanc dicit; in posteriori docet cum S. Thoma, [quod ex præparatione, ut est à Deo, homo consequitur quod Deus intendit; sed nisi intendat efficaciter monere, & conferre gratiam, tunc ipsam non consequitur.] Sed hæc suntne contra nos? Audiatur Viues contra se hæc eiusdem Conradi in quest. 79. art. 1. [Nota propter Scotum, quod non debet intelligi, quasi prima causa in aliquo instanti attingat effectum, & operationem causæ secundæ in seipsa, quasi habeat unam motionem præquam actioni creatæ voluntatis peccantis, & illa motio præquam prius producat pro aliquo instanti, quam voluntas. Ille enim sensus falsus est, non enim cum aliquis vult, oportet, antequam velit, præcedere motionem Dei, loquendo de naturali volitione, vel mala: Sensus autem verus est, quod secunda causa non producit, nisi in virtute primæ, quæ

secundam coniungit suo effectui, & intimius attingit effectum, quam secunda: sed cooperando intrinsecè, secundum modum nature cause secundæ: Quare in proposito intelligas iuxta Doctoris sancti mentem, Deum primo concurrere ad actum peccati, quia videlicet voluntas non agit nisi in virtute Dei, quæ tamen solum habet motionem cooperativam, & prius attingit cooperando, quia intimius attingit; & non imagineris modo Scotico, quasi sit aliqua duratio nature, in cuius primo instanti Deus attingat actum peccati, & in secundo creatura; sed simul duratione, tamen Deus prius perfectione.] In quibus verbis Conradus rejicit motionem præquam, in ordine præsertim ad actum peccati. Alia Conradi testimonia adducunt Aldretus Disp. 28. sect. 9. num. 26. & 27. Falolus supra dub. 17. num. 371.

881 Ferrariensis in loco citato inquit, Deum determinare (quodam in sensu) voluntatem creatam liberam ad suum effectum; sed continuo addit, [ita determinare, ut tamen absolute deficere ea possit in producendo.] Id autem stare non potest, si Deus imprimat voluntati physicam prædeterminationem. Præterea Ferrariensis ad 1. contra Gentes Cap. 65. ait, [Si instetur, quia licet causa mortis sit causa, secundum se impedibilis, si tamen vult Deus, illum effectum evenire per illam causam, ipsa de facto non impeditur propter efficaciam divinæ voluntatis. Dicitur, quod utique non impeditur; sed tamen quia vult Deus, ut fallibiliter, & impedibiliter ab illa proveniat effectus, secundum se possit impediri, & ideo qui ad hoc conatur, non conatur ad impossibile, sed ad possibile, licet intentum non consequatur.] Hæc ille, quibus contra Viues nihil efficacius, & explicatius dici potest. Et ad 3. contra Gentes Cap. 66. scribit, [Circa istam propositionem, secunda agentia determinat actionem primi agentis, advertendum, quod hoc non est sic intelligendum, quasi secunda agentia aliquid erga divinam actionem, ut in se est, operentur, cum sua actio sit sua substantia; sed intelligitur, ut ex superioribus constat, secundum quod ipsa, mediatis causis secundis, ad effectum aliquem terminatur. Sic enim vit-

vitns divina, & actio, secundum quod in secunda causa recipitur, accipit limitationem, & determinationem ex conditione cause secundæ, tanquam ex susceptivi conditione.] Sic ibi, affirmans manifestè, actum Dei ad extra determinari à causa secundæ: Quomodo igitur eadem actio Dei determinare potest causam secundam? Et Cap. 159. habet sequentia verba, [Ad huius evidentiam considerandum est, quod cum duplex sit auxilium, quod ad beatitudinis consequutionem indigemus, scilicet habitualis gratia, & divina motio tam intrinsecè, quam extrinsecè facta, qua ad bonum dirigimur, & ad gratiæ præparationem excitamur: primum auxilium Deus non omnibus dat, absolute loquendo, postquam peccaverunt, &c. Secundum autem auxilium omnibus impendit, & nulli, quantum ad hoc, est absens Deus, cum nullus sit, qui ab eo non moveatur ad bonum, & ad gratiæ præparationem iuxta illud Apocalypsis 3. Ego sto ad ostium, & pulso, &c. Sed quia divina providentia unumquodque secundum naturam suam conditionem gubernat, & movet; homo autem est liberi arbitrii, potestque, divinam motionem sequi, & non sequi, inde est, quod aliqui, divinam hanc motionem sequentes, se ad gratiam præparant, aliqui vero, ipsam non sequentes, non se præparant ad gratiam, sed magis illi impedimentum præstant, peccando, &c.] Quæ verba sunt medulla nostre sententiæ. Legatur Suarez supra, num. 8. Falolus dub. 9. num. 100. Aldretus Disp. 28. sect. 9. num. 31. & tribus seqq. Petrus à S. Iosepho Disp. 1. sect. 10. num. 2. sect. 12. num. 1. qui in Disp. 2. sect. 3. & nos in Evant. 17. explicuimus quoddam S. Thomæ testimonium, ad quod respexit Ferrariensis Lib. 3. Cap. 70. §. Circa illam propositionem, cuius §. de causa aliqui allegant Ferrariensem pro physica prædeterminatione.

882 In Caietani tribus locis nec unum verbum inuenio, ex quo Viues potuerit arripere contra nos ansam. Inspiciatur Caietanus pro nobis 1. p. q. 14. art. 13. circa solutionem ad 1. q. 19. a. 8. v. Ad primam autem rationem Scoti. Estque dignum notatione, fuisse in editione Antuerpiensi apud

Keerberghem anno 1612. omissa verba illa, cum aliquis vult aliquid, quæ maxime refragantur prædeterminationi physice ad actus liberos. Videatur etiam 1. 2. quest. 9. art. 6. circa solutionem ad 3. Omitto alia sæpe frequenter occurrentia in ipso, quorum aliqua colligit Aldretus Disp. 28. sect. 9. num. 28. & duobus seqq. & Ruizius Disp. 67. sect. 7. num. 4.

883 Soncinas explicat multis modis contingentiam futurorum, non obstante Dei præscientia; sed nullus ex eis est nobis contrarius. Eri enim proponat hunc, [Deus ab æterno potuit scire, sortem non esse cursurum, quia potuit se determinare ad nunquam producendum hoc, vel ad faciendum, quod nunquam curreret; sed posito, quod se determinaverit, & cognoverit, sortem cursurum, non potest mutari in oppositum:] attamen Soncinas non restringit sermonem ad libera futura absoluta; & de non liberis nos non negamus cognitionem divinam, quæ habeatur in decreto divino, omnino absoluto, neque item de liberis, si decretum præsupponat Scientiam Mediam. Nobis autem fauet Soncinas lib. 9. quest. 14. nam huic questioni, [Cum voluntas aliquando non velit, ut est in dormientibus, & aliquando aliquid actu velit, quid determinat eam ad actu volendum?] responder, [quantum ad hoc dicitur, quod ab eo determinatur, à quo reducitur de potentia ad actum. Dicitur autem fuisse supra, quod ipsa simul cum noticia obiecti causat in se actum suum, & sic ipsa hoc modo se ipsam determinat.] Et infra, [Voluntas se ipsam determinat ad actum habendum, vel non habendum, quia ipsa effectivè actum suum producit. [Et lib. 12. quest. 19. in fine, [Ad tertium dicitur, quod potentia libera ab aliquo determinatur; sed non oportet, huius determinans esse aliud ab ipsa potentia, cum multi dicant, voluntatem nostram determinare se ipsam, ut supra lib. 9. fuit declaratum.] Sic Soncinas, discors à Thomæ modernis, qui disertè tradunt, voluntatem creatam non determinare se ipsam. Videatur etiam in Epitome Capreoli in 1. Dist. 38. quest. 2. & Dist. 39. quest. 2. & de ipso Aldretus Disp. 28. sect. 2. num. 6. Suarez

rez *supra* num. 8.

884 Catharinus adscribitur nobis à multis, de quibus in num. 458. ubi eius mentem inquisivimus, & de eo videatur Ruizius *Disp.* 61. *sect.* 2. num. 15.

885 Quotus sit liber Dominici Fiadræ in Metaphysicâ siletur à Vive. *Sect.* 6. *quest.* 11. *ad 5.* in ordine priorum extant quedam S. Thomæ verba ex 1. p. *quest.* 19. *art.* 8. in Corp. que sunt maxime consona opinioni Societatis.

886 Sixtus Senensis in lib. 6. (cuius citatio est omissa) *adnot.* 248. refert ex Catharino, Præceptore suo, aliquos fuisse prædestinatos ad gloriam immutabili quodam, & infallibili diuinæ providentiæ decreto, stante semper libera voluntatis arbitrio in eis. Sed non declarat, quænam præscientia antecedit, necne, illud decretum. Et in fine ait, se ab anno trigesimo suæ grætis discessisse à dogmate Catharini, quod antea strictim exposuerat.

887 In Petro Soto nihil speciale siue pro vna, siue pro altera parte reperit Suarez, ut iam monuit *supra* Cap. 51. num. 46. contra Zumelentom. 1. *Disp.* var. pag. 169.

888 Dominicus Sotus expensus à nobis, & pro nobis est ex num. 417. usque ad 434. & à Suarez *supra* ex num. 1. usque ad 6. nec non à Ruizio *Disp.* 67. *sect.* 7. num. 5. & duobus seqq.

889 Melchior Canus mihi struat arma validissima contra prædeterminationem, siue extrinsecam, siue intrinsecam, ad materiale peccati; nec in loco citato noto quidpiam aliud, quod ad rem faciat. Videatur de eo Aldretus *Disp.* 28. *sect.* 9. num. 44. noteturque, Araujum 1. p. *quest.* 19. *art.* 10. *dub.* 2. num. 45. §. Tertia sententia negante, Deum prædefinire omnino positivè, aut sic prædeterminare physicè ad materiale peccati; pro qua sententia recenset etiam Capreolum in 2. *Dist.* 37. *quest.* 1. *art.* 3. *ad 2.* Ferrarientem 3. contra Gentes Cap. 71. Caietanum in lib. 2. *Regum* Cap. vlr. & *lenticulo* 6. *quest.* 2.

890 Bartholomeus de Medina aggreditur explicare, quomodo cohercat, quod nostra voluntas libe-

re moveatur tamquam Dei motio efficax sit, cui voluntas nostra resistere non valeat? Proponit argumenta contra coherentiam, refutat evasiones quorundam doctorum virorum, quos non nominat, & Almaini in *Moralibus* Cap. 1. & 2. Vterius dicit ex S. Thoma 1. 2. *quest.* 10. *art.* 4. & 1. p. *quest.* 83. *art.* 1. *ad 3.* [posito Dei concursu, non esse possibile, quod homo non moveatur, stante diuino concursu; ceterum absolute, & simpliciter posse non moveri: quod perinde est, atque si diceret, non esse possibile, hanc copulativam esse veram, Deus concurret mecum, & movet meam voluntatem, & mea voluntas non moveatur. Ceterum hæc copulativa est vera, Deus concurret mecum ad volendum, vel loquendum, & ego possum non velle, vel non loqui. Cuius causa est, nam Deus concurret cum causis secundis sic, ut non destruat earum naturas, cum causis liberis libere, cum causis necessarijs necessario se accommodat, & attemperat.] Et *inferius*, [Stante Dei concursu, & motione, non possum non moveri; sed non necessario moveor, quia Deus libere me movet: hæc enim est necessitas conditionalis, non absoluta, non consequentis, sed consequentis.] Tandemque responderet argumentis initio propositis, præstatque id mera repetitione doctrinæ præmissæ.

891 Quæ quidem & est S. Thomæ, & verissima, loquendo vel de motione diuina, quæ sit concursus simultaneous diuinus cum nostra voluntate, identitificatusque cum huius actione, vel quæ sit quidpiam antecedens, sed subitans præscientiæ diuinæ de infallibili sequela actionis voluntatis nostræ, si Deus veller conferre talem motionem in his, vel illis circumstantijs. Et in secundo isto sensu intelligendus est S. Thomas in *quæst.* 2. 2. q. 124. *art.* 11. in Corp. *Possimus considerare charitatem ex parte Spiritus sancti mouentis animam ad diligendum Deum. Et hæc ex parte charitas impeccabilitatem habet ex virtute Spiritus sancti, qui infallibiliter operatur quodcumque voluerit. Unde impossibile est, hæc duo esse simul vera, quod Spiritus sanctus velit aliquid mouere ad actum charitatis; & quod ipse charitatem amittat peccando.* Nam do-

num

nam perseverantia computatur inter beneficia Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur, ut Augustinus dicit in lib. de Prædest. 88. Sic ibi Angelicus Doctor. Istum in sensum potest trahi Medina; sed non in eum priorem, ut constabit legenti quæ habet contra Almainum, & quæ insoluta relinquet Medina, nisi recurratur ad sensum posteriorem.

892 Si autem in neutrum velis trahere, patiar facile, ut cum Ruizio de *Voluntate Dei* *Disp.* 27. *sect.* 3. in fine dicas, Medina anno 1577. prævisse condiscipulum suum, & successorum immediatum in Cathedra primaria Salamanticensi Dominicum Bañez, tamen relinquo vestigia valde confusa, & dubia. Ioannes de Roa Davila lib. 2. de *suprema Dei prou-*

dentia, & *prædest. quest.* 3. *sect.* 2. num. 75. pag. 325. & seqq. vno pede utrumque metitur, & refutat, allegans Medina 1. 2. ex *quest.* 79. cum deberet in *quest.* 10. *art.* 4. Ioannes etiam Merinerus lib. 2. *Phys. Disp.* 4. *quest.* 8. *sect.* 3. num. 40. refert pro physica prædeterminatione eundem Medina *quest.* 109. *art.* 2. ubi ego nullum eius prædeterminationis subodoror vestigium.

893 Nec filebo, videri Aldreto *Disp.* 28. *sect.* 9. num. 42. & 43. Medina *quest.* 79. *art.* 2. §. Hic modus exclusisse prædeterminationem ad materiale peccati; & Araujo *supra* videri, exclusisse saltem prædeterminationem omnino positivam. De his ferè omnibus Authoribus Dominicanis agam rursus in *Euent.* 43.

classe 4.

EVENTILATIO XXXI.

RECENSENTVR QVADRAGINTA DVO

Authores Dominicani, qui cum Magistro Dominico Bañez pugnarunt libris editis contra Scientiam Mediam.

Notatur discordia nonnullorum inter se.

894.



VMERVS. ingens nobilitatissimorum Scriptorum & Prædicatoria Sacra Religio ne militat cõ-

tra Scientiã Mediam post Dominicum Bañez, qui fuit præcipuus Dux anno 1584. editis in 1. S. Thomæ p. Commentarijs selectissimis, & qui in MSS. dictatis Abulæ apud celebrem Cõuentum, & Vniuersitatem sui Ordinis, & Vallis-Oleti apud insigne sui Ordinis Collegium Gregorianum tradiderat sententiã de decretis diuinis antecederet efficacibus, & de prædeterminatione physica erga actus liberos creatos, quam ad annum 1569. ceptam esse audiri, authoribus quibusdam Hispanis Doctoribus, asseverat Molina in *Appendice* ad 1. editionem *Concordiæ* fol. 14. Et anno 1577. loquitur de ea

Lelius Ballionius, ut quæ iam tunc, & antea videretur sibi, & alijs fuisse S. Thomæ, prout retuli in n. 308. Certumque mihi est, eam anno 1590. frequentem iam fuisse inter nonnullos Magistros Dominicanos Provinciæ Hispaniæ, & præsertim in Venerabili multis de titulis Monasterio Salamanticensi S. Stephani. Cui sententiæ quia Nostri se opponebant in MSS. atque in disputationibus publicis, & præcipue quia Molina anno 1588. vulgata Concordia, totus incubuit, ut ipsam impugnet, factum est, ut quasi ex condicto Dominicanum Patres Hispani se armarent ad eius defensionem, & ad invasionem contra Scientiam Mediam, cuius præsidio Molina fuisse se tutum, & tutum sperabat.

895 Ductum itaque, & auspiciã Dominici Bañez sunt sequuti Davila, Nuñez Cabezudas, Luna, Navarrete, Alvarez, Iosephus de Sancta

Aa 3

Ma 3

Maria, Gonzalez de Albelda, Gregorius-Martinez, Petrus de Ledesma, Serra, Verdu, Aranjus, Ioannes de S. Thoma, Martinez de Prado, Hieronymus Vives, Alfonsus Michael, Hispani omnes; Et ex alijs nationibus Ripa, Rispolis, Zanardus, Nazarius, Coquerfus, Cipillus, Alexander Seville, Ioannes Nicolai, Ioannes Baptista Goned. Refertur ab Antonio de Matre Dei Tract. 3. Disp. 10. dub. 8. §. 1. num. 129. & à Ioanne Thoma Disp. 20. art. 6. §. Præter hos, pag. 691. inter Authores non Dominicanos Blasius Verdu; sed certò fuit Dominicanus. A me autem allegatur Aranjus non modò in *Metaphysicis*, sed & in 1. p. 7. 14. art. 13. & q. 23. art. 6.

696 Vitra memoratos adijcit Vives Disp. 19. Diss. §. 2. num. 11. Didacum Ortiz, Colnam de Lerma, Hyacinthū Petronium, Didacum Masium, Alfonsum à Villalpando, Magistrum Mancam & ego addo Magistrum Parram in *Philosophicis*. Rursus Vives addit in *Theologicis* Sanctam Marialem, Ioannem Biescam, Thomam Vilarem, Dominicum Gravinam, Alfonsum Baptistam; & in *Scripturam Sacram* Hieronymum Baptistam de la Nuza, Thomam Maluendam, Ioannem Ferdinandū, Ludovicū Ystellam.

897 Sed ex quibus postremus stat pro nobis in *Scholijis ad Cap. 4. Exodi v. 27.* inquit, [Iustitiæ Dei indurationem adscribi docet S. Thomas, non quidem positivè aliquid immitendo, sed per negationem auxilij, quo solo emollitur cor; sicut per absentiam Solis tenebræ sequuntur, cuius presentia aer illuminatur. Dicitur tamen aliquo modo à Deo esse, quatenus scilicet poena est præcedentium peccatorum, quibus meruit homo peculiaris auxilij subtractionem, alterius scilicet à sufficientibus, quæ in hac vita nemini denegantur.] Hæc verba sunt ipsamet nostræ sententia, dum ad materiale peccati denegamus prædeterminationem physicā, quæ si daretur, Deus positivè immitteret aliquid voluntati humanæ ad illud; & talem immisionem excludit Ystella tum ibi, tum in *Cap. 7. v. 3. & Cap. 11. v. ultimo* (quæ sunt loca designata à Vives) explicatque apprimè nostrū sensum. Non curavi deprehendere, num alio-

rūm Interpretum Scripturæ sacræ allegatio redargui pariter possit? Quoad ceteros verò siue Philosophiæ, siue Theologiæ Scriptores interponam post modum exceptiones nonnullas.

898 Advocat etiam Vives supra num. 9. pro sua opinione Thomistas univèrsim, qui semper admitterunt certam Dei cognitionem de futuris conditionatis in decreto absoluto ex parte actus; & quod maius est, P. Suarez, postquam probavit pluribus, esse inter Dominicanos dissentium in admittendis, aut negandis decretis conditionatis, tandem rei veritate convictus subdit *tomo 1. de Gratia Prolog. 2. Cap. 1. num. 5.* [Quamvis hi Authores (Thomistæ) in modo negandi, vel admittendi scientiam conditionatam futurorum contingentium inter se dissentiant; in vno puncto maximè conveniunt, nimirum non posse Deum scire determinatè, ad quæ partem inclinanda sit, liberè voluntas creatæ applicata ad agendum cū omnibus prærequisitis, nisi secundum rationem præcedat in voluntate Dei decretum determinandi illam vel absolute, vel ex hypothesi iuxta scientiæ qualitatem.] [Ecce (inquit Vives) consensum omnium Thomistarum in eo, quod Deus nequit scire determinatè actum liberum creatum nisi in suo decreto vel absoluto, vel conditionato, iuxta notitiæ, & scientiæ qualitatem, nempe si scit absolute, in decreto absoluto, si scit conditionatè, in decreto conditionato:: Et vno verbo omnes Thomistæ, admittentes decreta absolute prædeterminantia, admittunt etiam decreta conditionata prædeterminantia, ut benè vidit P. Suarez.] Sic Vives in num. 9. & 10.

899 Sed ubi id benè, vel male viderit P. Suarez, ego non video, nam in *transcriptis ipsius verbis* nihil tale apparet; potestque stare, ut admittatur decretum omnino absolutum de futuro contingenti absoluto, quo in decreto istud cognoscatur à Deo, quin admittatur decretum, absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti, tanquam medium, in quo Deus sciat futurum contingens conditionatum, quia nimirum tale decretum obnoxium sit difficultatibus specialibus, vel quia sufficiat decretum con-

ditionatum ex parte non modò obiecti, sed etiam actus, vel quia Deus non debeat scire certitudine, & infallibilitate obiectiva futurum contingentium conditionatum, uti debet scire absolute. Præterea, fatente Alvarez *Lib. 1. Respons. Cap. 5. num. 26.* [Scholasticæ antiqui nihil omnino de scientia sub conditione disputarunt, aut meminere: unde non mirum, quod nullam fecerint mentionem divini decreti conditionati, in quo infallibilitas futurorum innuitur: fatere etiam Thomasio supra, omittende sunt allegationes antiquorum Doctorum pro sententia Dominicanorum, [quæ non ita ex professo controversiam hæc de scientia Media disputarunt:] è numero autem Scholasticorum, & Doctorum antiquorum non excludet Vives veteres Thomistas, cum citra invidiam fuerint tam præcipua pars Scholæ Theologicæ.

900 Arque hinc patet responsio ad illud aliud de Suarico consulto veritatis vi. Et ut omittam, non fuisse Suarico sermonem de omnibus Thomistis, sed de paucis allegatis ab ipso *ex num. 2.* eisque modernis, ipse non inquit, Thomistas convenire in eo, quod Deus sciat determinatè obiectum propositum in *verbis transcriptis*, sed illos, qui concedebant, scire illud, convenire in recurru ad decretum divinum tanquam ad medium sciendi.

901 Porro nec omnes Thomistæ admiserunt nosci à Deo certitudine, & infallibilitate omnimoda obiectum illud in statu futuri contingentis conditionati, nec qui admiserunt sciri, concordés fuerunt in modo decreti. Et quidem Magister Luna sub annum 1597. aiebat, [Ad perfectionem scientiæ divinæ non pertinet scire, quid esset Deus factururus, si hæc vel illa operareretur, vel si hæc, aut illa non produceretur:: Sed perfectio divinæ scientiæ consistit in comprehensione suæ essentiæ, & omnium rerum possibilium, qualiter sunt in illo, & qualiter erunt, aut possunt esse. Et valde dedignor sententiam illorū,

qui ponunt quandam Scientiam Mediam in Deo, quæ potissimum versatur circa omnia futura conditionata contingentia.] Ita Magister Luna in *observationibus ad 3. p. Magistri Medicinæ de Incarnatione, quæst. 1. art. 14. pag. 92.* Sed de Magistri Lunæ sensu legantur quæ scripti in num. 75. & 76. Ex quibus constat de aliorum Thomistarum mente, quatenus non debeant nosci à Deo omnia futura contingentia conditionata.

902 Constat etiam *ex num. 3. & seqq.* quosdam Thomistas existimasse, talem futuram cognosci à Deo conceptualiter, ex parte alterius obiecti. Et in num. 80. visum est, non tribui Deo à quibusdam nisi notitiam virtuales, eminentialesque talium futurorum. Et in num. 117. allegati sunt quidam, qui notitiam formalem fundat in decreto subiectivè conditionato. Et in num. 78. quidam, qui decretum subiectivè absolutum non extendunt ad futura contingentia conditionata, transiura ad statum absolutorum. Et in num. 179. sunt quidam citati, qui negant eiusmodi decretum circa præfata futura, quæ materiali entitati habeant annexam malitiam formalem. Et in num. 162. & seqq. alij negantes prædeterminationem physicam, solūmodoque concedentes moralem ad actus bonos liberos voluntatis creatæ. Quæ loca si videantur, & notentur Thomistæ in eis designati, comperit erit Lectoribus, Thomistas, initio huius *Event.* laudatos non prorsus inter se consentire, nec à nobis prorsus dissentire.

903 Tandem non defuerunt Thomistæ, partim à nobis in num. 180. & 181. partim à Sherlogo p. 2. Sect. 15. num. 75. indicati, qui cum Nostris omnino confecerint, quoad negandum saltem omne prædeterminationis genus; & de Thoma Campanella legatur Annatus

Disp. & Cap. 4. §. 2.

num. 104.

(¶)

EVEN:

EVENTILATIO XXXII.

FIT GRATA COMMEMORATIO DVO-

rum Dominicanorum, qui in Lecturis contradixe-
runt Scientia Media.

904.



NON CONTENTUS Vives recensione Scriptorum, memorat *Disp. 19. Diss. 2. n. 11.* Insignes duos Dominicanos, Primariosque Theologiæ Salmanticensis in Lecturis. Vnus est R. P. Fr. Petrus de Herrera, successor Domini Bañez in Cathedra contra omnigenæ sapientiæ potentè rivalè Ioan. Alfonso Curielem, qui demum eam obtinuit, translato Herrera ad aliam primariam, institutam, & dotatam, additamque Ordini Prædicatorio à Rege Philippo III. in eadem Academia anno 1607. quam Cathedram eum regeret Herrera, creatus est Illustrissimus Antistes Canariensis, postque fuit Tudenensis, tandemque Tyrasonensis. Alter est R. P. Fr. Petrus de Godoy, Concionator Regius, Vicecancellarius Academiae, nuperque electus Illustrissimus Episcopus Oxomensis. Vtrique quidem magni Theologi, duoque fulmina belli Scholastici, fama prioris viget hodie recentissima, nullaque temporis series abolebit eam Salmanticiæ; posteriorem diutine intuiti fuimus præsentem, suspexitque eximias ingenij, doctrinæque dotes, & mirati fuimus incomparabilem subtilitatem, ac dexteritatem differendi, legimusque cupidè elaboratissimas Tractationes Theologicas, quas dictavit discipulis, & quæ si typis mandentur, signabitur abs dubio Author in albo illo clarissimorum Scriptorum, Dezæ, Victoris, Cani, Soti, Medinae, Bañez, Vincentij, Lunæ, Ledesinæ, Arauj, qui primariam, aliasque inferiores Cathedras Salmantinas summa omnium laude, & non sine ingenti propagatione finium Theologiæ sacræ sunt moderati; cum iam in MSS, et viua

voce antecessorum æquarit famam; ne quid amplius dicā, antiquæ amicitia raptus studio.

905 Sed Magister Herrera defensabat, prædeterminationem, voluntati creatæ intrinsicam, esse principium necessarium ad agendum, non tamen esse antecedentem prorsus ad arbitrij consentum, sed ad hunc ingenere dispositionis moralis subsequenter, quia arbitrio detur, non solum ut operetur, sed etiam quia operatur. Atque ita iuxta Herreram physica prædeterminatio pendebat ab arbitrio, ut re ipsa existeret, quanvis non penderet, ut iam existens efficax foret. Quod opinamentum refertur sine nomine Authoris, & ut contrarium SS. Augustino, ac Thomæ refellitur à Gonzalez de Albelda 1. p. *Disp. 58. sect. 2. num. 17.* & ab Herice 1. p. *Tract. 1. Disp. 6. Cap. 2. num. 25.* displicuitque communiter Thomistis.

906 Magister etiam Godoy nudius tertius tuebatur, physicam prædeterminationem non se habere ex parte actus primi, & per modum dantis posse ad operationem, sed per modum applicationis potentia in actu primo completæ ad operandum. Vnde, deficiente prædeterminatione, si subsequatur omisio amoris, alias præcepti, imputatur voluntati ad culpam, cum nihil desit illi ex requisitis per modum actus ad amandum primi, in quo consistit potentia expedita, & vndeque ad amorem completa. Vnde etiam prædeterminatio tollit voluntatis creatæ indifferentiam privativam, non verò potestatis, cum prædeterminet non solum ad substantiam actus amoris, sed etiam ad modum libertatis, atque adeo per modum liberi arbitrij; ita quidem ut actus sequatur infallibiliter, & necessariò, necessitate consequentiæ, non autem consequentiæ. Vnde denique voluntas libera non solum

solum quoad exercitium amoris, sed etiam quoad specificationem, non incurrit ullam libertatis iacturam, nisi prædeterminetur, tam potest enim prodire in odium, quam omittere amorem; non potentia completè practica, & consequenti, coniungendo scilicet odium, vel negationem amoris cum suppositione existentia amoris, & prædeterminationis, sed potentia speculativa, & antecedenti, respiciendo scilicet odium, vel omisionem amoris secundum sua prædicata essentialia, id est, secundum quod possunt elici à potentia, & cum illa coniungi, præscindendo ab accidentibus potentia, qualia sunt actualis coniunctio cum prædeterminatione, & coniunctio cum amore, ad quæ voluntas fuerat prædeterminata.

907 Docuit olim hunc modum propugnandi prædeterminationem physicam in voluntate creatæ Magister Hieronymus à Tiedra Dominicanus (qui fuit Concionator Regius, & Episcopus Charcentis) ut narrat his verbis Doctor Ioannes Garcia Coronel in Epitola, de qua loquitur postea, [Paucis elapsis diebus Magister Tiedra, qui meo iudicio est omnium eorum, quos Dominici hic (nempe Vallis-Oletii) retinent, doctissimus, mihi insi-

nuavit, quanvis sentiret, affirmandum esse, à Deo physicè prædeterminari voluntatem ad operandum; sed antecedenter ad hanc præmotionem, ponendam esse quandam indifferentiam, negativam, ut salvetur humani arbitrij libertas.] Ita testabatur Primarius ille Vallis-Oletanus anno 1600. nuncque videmus redivivum modum eundem, quem quadantenus indicavit Ioannes de S. Thomæ *Disp. 20. art. 5. §. Ad aliam replicam, & §. & hinc, pag. 678.* At Bañez, Alvarez, alijque Thomistæ diversis semitis incellerunt, aut saltem diuersis terminis sunt vsi, non agnoscentes indifferentia signum, quod sit prius naturæ, quam prædeterminatio, adhibentesque hæc ut constituentem actum primum voluntatis completæ, & expeditæ ad operandum, explicantesque sensum compositum, & divisum significatione omnino distincta. Cæterum ut missa faciã hæc, quæ ad prædeterminationem physicam pertinent,

908 Fateor, Magistrum Godoy contrarium esse Scientiæ Mediæ, convenireque cum Magistro Ioanne de S. Thomæ in punctis præcipuis de ea controversis.

EVENTILATIO XXXIII.

PRÆMISSIS QUATVOR PVNCTIS PRINCIPALIBUS SENTENTIÆ SOCIETATIS DE SCIENTIA MEDIA, PRÆNOTATOQUE ORDINE PROCEDENDI, TRIBUUNTUR IN MULTAS CLASSES THEOLOGICÆ SCRIPTORES, QUI PRÆLUXERUNT NOSTRIS.

palibus sententiæ Societatis de Scientia Media, prænotatoque ordine procedendi, tribuuntur in multas classes Theologiæ Scriptores, qui præluxerunt Nostris.

909.



IANNE S Thomæ, *Disp. 20. a. 6. §. Præter hos, pag. 691.* scribit; [Quam pauci sint tam ex antiquis, quam ex recentioribus extra Authores Societatis, qui in speciali, & expressè doceant, ante omne decretum Deum cognoscere fu-

tura contingentia conditionata, esto illa sciri à Deo non negent, bene advertunt, & ostendunt Theologi Carmelitani, & in ipsis Authoribus facile esse videre: ut proinde advertat prudens Lector, non facile esse credendum, cum citantur hi Authores, ipsos sentire Deum non solum scire hæc futura (quod multi docent, & nos non negamus) sed etiam ante omne decretum ea scire, in quo est punctus contro-

verge

versis.] Ita Thomafius.

910 Contra quem vt ostendam, non paucos, sed multos extra Societatem Authores nobis ad stipulari, supponendum est, Societatis sententiam ad quatuor principalia puncta reduci. Primum, competere Deo certam, & infallibilem omnium futurorum contingentium conditionatorum cognitionem, non fundatam in decreto de ipsis, quod absolute existat in Deo. Secundum, non dari in Deo predefinitiones creatorum actu liberorum, independentes ab illa cognitione. Tertium, non imprimi à Deo in voluntate creata physicam eorum actu predestinationem, connexam in evitabiliter cum eorundem existentiâ. Quartum, non posse predefiniri à divina voluntate, nec posse ab Omnipotentia per quidpiam impressum voluntati creatae, predefiniri physicè materiales actiones peccati, obitatur namque specialiter formalis malitia, quam important actiones illæ; ideoque neque in predefinitione, neque in predestinatione physica posse à Deo illas cognosci, siue vt conditionate, siue vt absolute futuras. Quorum quatuor punctorum pre-supposita notitia,

911 P. Ferdinandus Bastida in vltima coram Paulo V. Oratione, & in Syllabo subiuncto retulit plures Authores, qui ante editam à Ludovico Molina Concordiam cõspirarunt in aliquo ex punctis memoratis, exaravitque singulorum verba. Quo posteriori labore ego supersedebo, tum ne istud meum Opus nimis excresecat, tum quia nonnullos (etsi paucos) non habeo ad manus, vt cū exemplaribus committam MSS. (sed ex quorum fide indiguisse loca. erit forsan emolumento Lectoribus, qui omnibus fruuntur exemplaribus) tum quia verba ipsa complurium Authorum à Bastida designatorum extant iam transcripta ab alijs ex Scrip-toribus nostris, ad quos legendos invitabo studiosos antiquitatis. Ex illis verò Authoribus, quorum testimonia in medium addaxit Bastida, sunt multi, qui ad numerum vsque trigessimum recitantur à Sherlogo p. 2. sect. 4. eliciente ex aduersariorum nostrorum confessione iuffragia, quæ nobis exhibuerunt. Porro vltra Authores recentiores à Bastida, &

Sherlogo addam multos alios, quos aut Suarez, Ruizius, Fasolus, & Aldretus invenerunt, atque expendunt, aut ego reperi, & accuratè inspexi.

912 Digeram eos omnes in numerum magna cum distinctione, ne quispiam mihi dicat quod ex Navarro in Preludio, & num. 2. ad Tract. de Reditibus Eccles. ait Alvarez Lib. vltimo Respons. Cap. 2. num. 10. [non esse magnam vim faciendam in predictis allegationibus, quia allegationes nimis vitandæ sunt, siquidem humana ex glossis multorum Authorum adglomeratio fastidit Lectorem, eruditioribus nauseam parit, precipue si vltra modum excresecat; & tandem nocet nisi aliquando allegare infirma ad comprobandum id, quod probaueris iuxta expressa.] Hoc modo se expedit Alvarez à catalogo Authorum, quos pro Scientia Media allegauerat P. Valentinus de Herice; cum tamen ipse nullam contra eam Scientiam omittat, qui vel à longè videatur contra eam stare. Sed nihil causæ est, cur nostra in allegationibus debeat esse inæqualis conditio. Quas sic ordinabimus, vt tædium non moueant Lectoribus, & vt molestæ non sint confusa coaceruatione. Proponemus etiã illas valde fideliter, & exactè, visis, & lectis plerisque Authoribus, vnde desumptæ sunt, & indicatis Doctoribus modernis, qui pluriù ex eis describunt, & discutunt verba, exprimentia, vel adubrancia virtualiter, atque implicite nostram sententiam, ne dicatur, nos debilibus vti testimonijs, & ad pompam solum, atque ostentationem vanam à me afferri.

913 Quanvis verò Alvarez Lib. & Cap. 1. Respons. conatus sit adimere nobis nonnullos ex citandis, ad scribereque sibi, restitit eruditissimè Fasolus. Et quia Alvarez dixerat, [Habemus ergo, nullum ex Doctoribus Scholasticis, qui ante quadraginta annos scripserunt, docuisse, vel insinuasse Scientiam Mediam; sed potius eiusmodi Scientiam, cum eorum dictis stare non posse,] reponit Fasolus. p. 9. 14. art. 13. dub. 17. num. 314. [Hæc professio scribendi confidentia me impulit, vt summa diligentia, summoque labore omnes penè Theologos non semel eolvere, eosque

que fidelissimè, atque distinctissimè referre curarem, ne fortasse aliqui huiusmodi dictis, quibus ipsorum libri abundant, commoti, sententiam nostram, rationibus firmissimam, auctoritate aliorum Theologorum planè destitutam existimet.] Sic Fasolus. Quem qui legerit, mirabitur; Hieronymum Viuem Disp. & Dist. 2. num. 10. contentum fuisse dicere; Fasolum fuisse probare, multos Theologos antiquos fauere sententiæ Societatis; sed Alvarez probasse, non stare nisi pro sententiâ contrariâ. Certè cum Fasolus scripserit post Alvarez Lib. & Cap. 1. Respons. vbi citatur à Viue, & cum ei responderit, examinans sedulo, & intente singulos Authores ab Alvarez collectos, debuisset Viues, si legit Fasolum, non canere victoriam, nisi prius infirmitatis eius responsionibus: debuissetque Disp. 1. Dist. 3. §. 1. n. 31. & 34. Disp. & Dist. 3. num. 29. non se remittere conglobatim ad allegationes factas ab Alvarez; sed adhibere novam curam excludendis exceptionibus, oppositis à Fasolo aduersus allegationes illas. Quam etiam curam, oportet; impendant, qui in posterum velint; allegationibus nostris fidè esse derogatam.

914 Ad quas vt iam deveniam, semel exoratos pro hac, & sequentibus Euertilationibus cupio Lectores; vt excusationem accipiant, si contigerit, deficere aliquando ab ordine antiquitatis in recentendis Authoribus; aut etiam statibus, è quibus fuerint.

PRIMA CLASSIS SCRIPTORVM quinquaquinta duum ex Statu Ecclesiastico seculari.

915 Videndi itaque sunt Petrus Lombardus, Episcopus Parisiensis, Magisterque Sent. in 1. Dist. 43. in 2. Dist. 23. & 25. De quo copiosè Ruizius Disp. 49. de Scientia Dei, sect. 5. num. 2. & 3. Disp. 67. sect. 1. num. 1. & quinque seqq. Aldretus tom. 1. in 1. p. Disp. 28. sect. 2. num. 14. & tribus seqq.

916 Guilielmus, Episcopus primùm Antistiodorensis, deinde Parisiensis, & secundus huius nominis; Lib. 2. Summa Theologicæ Tract. 2. Cap. 3. admittens æqualitatem gratiæ in duobus hominibus, quorum vnus non

peccet, secus alter, [quod contingit (inquit) propter libertatem arbitrii, quæ sola cum defectu est causa peccati, non necessaria.] De hoc Doctore agit Ruizius Disp. 49. sect. 3. num. 16.

917 Guilielmus Arvernus; Episcopus Parisiensis, tertius huius nominis; in 1. p. de Vniuerso p. 3. Cap. 15. & tribus seqq. alibique apud Ruizium Disp. 49. sect. 3. num. 17.

918 Henricus de Gandavo Quodlib. 4. q. 19. Quodlib. 8. q. 3. Quodlib. 9. q. 5. Citatur; & expenditur in his, & in multis alijs locis à Suarez tom. 2. de Gratia Lib. 3. Cap. 30. num. 6. à Ruizio Disp. 33. sect. 8. num. 26. & 27. Disp. 49. sect. 3. num. 19. & quinque seqq. Disp. 50. sect. 4. num. 11. Disp. 67. sect. 3. num. 4. & quinque seqq.

919 Richardus Radulphus; Archiepiscopus Armachanus, Lib. 16. de questionibus Armenorum Cap. 7. fol. 131. De quo Ruizius Disp. 33. sect. 8. num. 25. Disp. 49. sect. 3. num. 39. & tribus seqq.

920 Petrus ab Aliaco; Archiepiscopus Cameracensis, & Cardinalis; in 1. quest. 11. art. & punct. 2. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 8. num. 23.

921 Ioannes Gerson, Doctor, & Cancellarius Parisiensis, p. 2. in Serm. de Spiritu sancto col. 781.

922 Alfonso Tostatus, Doctor, & Socius Collegij S. Bartholomæi, Canonicus Magister Scholæ, & Cancellarius Salmanticensis; Episcopusque Abulensis, in Cap. 11. Iosue quest. 76. in Cap. 11. Matthei quest. 46. 52. & 53. in Cap. 19. quest. 175. De quo in his locis, & in alijs Suarez Cap. 48. num. 18. & duobus seqq. Ruizius Disp. 33. sect. 9. num. 3. & tribus seqq. Disp. 49. sect. 3. num. 38. Disp. 50. sect. 7. num. 33. Aldretus Disp. 28. sect. 1. num. 4. Illustrissimusque Episcopus Calagurititanus Echalaç, Socius antea eisdem Collegij, Tract. 2. Phys. Disp. 16. Cap. 3. num. 25.

923 Gabriel Biel in 2. Dist. 1. quest. & art. 2. conclus. 4. art. 3. dub. 5. Dist. 37. quest. vnica, art. 3. De quo Suarez Cap. 50. num. 12. Fasolus dub. 17. num. 309. & 369. Ruizius Disp. 33. sect. 8. num. 29. Disp. 49. sect. 8. num. 4. & tribus seqq. Disp. 50. sect. 4. num. 21. sect. 7. num. 27. Disp. 67. sect. 6. num. 16. Aldretus Disp.

Disp. 28. sect. 1. num. 9. & nos in num. 442.

924 Marilius ab Ingen in 1. quest. 40. art. 2. §. Quinto suppono, & quest. 45. toto art. 2. & precipue §. 3. quod in his. De quo Suarez Cap. 50. num. 5. Fasolus dub. 17. num. 306. & seqq. necnon num. 370. Ruizius Disp. 33. Sect. 8. num. 18. & duobus seqq. Disp. 49. sect. 8. num. 12. & duobus seqq. Disp. 67. sect. 6. num. 11. Disp. 50. sect. 1. num. 38. sect. 4. num. 20. & 23. & duobus seqq. sect. 7. num. 30.

925 Iacobus Almainus Tract. & Cap. 1. Moralium fol. 1. & 2. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 8. num. 20. & duobus seqq. Disp. 50. sect. 1. n. 40. sect. 4. num. 28.

926 Ioannes Maior in 1. Dist. 38. quest. 2. ad arg. 8. & 10. Dist. 39. quest. unica, Dist. 40. quest. 1. in fine. De quo ibi, & alibi Ruizius Disp. 33. sect. 8. num. 17. Disp. 49. sect. 8. num. 15. & tribus seqq. Disp. 50. sect. 1. num. 37. sect. 4. num. 19. Disp. 67. sect. 6. num. 12. & tribus seqq. Aldretus Disp. 28. sect. 1. num. 12.

927 Petrus Tartaretus in 1. Dist. 8. quest. 5. sub medium, paulo ante §. Contra istam conclusionem. De quo Ruizius Disp. 46. de Voluntate Dei sect. 4. num. 17.

928 Adrianus, qui creatus Pontifex Summus, fuit VI. huius nominis, in 4. de Sacram. poenit. quest. 1. in respons. ad 2. confirmationem argum. 2. principalis, & Quodl. 3. ac 7. De quo Suarez Cap. 50. num. 10. Ruizius de Scientia Dei Disp. 49. sect. 9. numer. 1. & 2. Disp. 67. sect. 6. n. 17. Aldretus Disp. 28. sect. 1. num. 13. & 14.

929 Ioannes Eckius, de quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 33. & nos in num. 785.

930 Ioannes Fischerus, Episcopus Roffensis, & Cardinalis, quique pro S. R. E. gloriose sanguinem fudit, in Confutatione assertionis Lutheranae art. 36. de lib. arb. fol. 297. ex editione Antuerpiensi anno 1537. De quo Suarez Cap. 51. num. 36. Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 13. & tribus seqq. Disp. 67. sect. 8. num. 3. & Illustrissimus Merinerus Episcopus Vallis-Oleranus Lib. 2. Phys. Disp. 4. quest. 8. sect. 3. num. 48.

931 Ioannes Cochlæus in

duobus libris de lib. arb. aduersus Melachonem allegatus, & expensis à Ruizio Disp. 49. sect. 9. num. 31. & 32.

932 Iacobus Latomus, de quo nos in num. 780. & 781.

933 Ioannes Driedo. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 19. & duobus seqq. Disp. 67. sect. 7. num. 13. & quatuor seqq. Merinerus supra, & nos cum alijs in num. 778.

934 Ruardus Tapperus. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 17. & 18. Disp. 67. sect. 7. n. 18. & tribus seqq. Disp. 50. sect. 4. num. 30. & 31. nosque cum alijs in num. 777.

935 Iacobus Sadoletus Cardinalis in Epist. ad Rom. Cap. 8. & 9. ubi videtur, quod bonis operibus sub conditione prævisis tribuat nimum ad obtinendam gratiam ex divina providentia. Citatur à Suarez Cap. 51. num. 45.

936 Gaspar Contarenus Cardinalis in Tract. de Prædest. pag. 616 & in Confutatione art. 4. Lutherani pag. 569. De quo Suarez Cap. 51. n. 33. & Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 29. & 30.

937 Albertus Pighius Lib. 6. 7. & 8. de lib. arb. & alibi sepe. Agunt de eo Suarez Cap. 51. num. 30. & 31. Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 22. primus extenit, & secundus ex fide gratium Authorum.

938 Bartholomæus Cameraarius Lib. 1. de Gratia, & lib. arb. Cap. 132. pag. 111. & in Dialogo inscripto Protestas, & in Dialog. Catholico, & in alio de Prædest. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 49. & 50. Disp. 67. sect. 8. num. 6. & duobus seqq. Aldretus Disp. 28. sect. 2. num. 11.

939 Ioannes Antonius Viperanus Lib. 1. de Provid. diuina, Cap. 106. pag. 71.

940 Ludovicus Orianus Brixianus in libello de lib. arb. contra Lutherum pag. 37. ubi etiam ait, [Ad opus meritorium nō potest quispiam peruenire solo generali Dei influxu adstare; quin potius necessarius est influxus specialis, scilicet gratia Dei, quæ vocatur causa necessaria partialis, & principalis, vt perficiatur opus meritorium.] Sic ille. Non ergo gratia est tota ratio agendi actus supernaturales meritorios; sed tantum partialis ratio,

ratio, licet principalis. Videantur n. 337. & 781.

941 Lelius Zecchus, Canonicus, & Penitentiarius Brixienis, in Tract. de Deo vno Cap. 21. propos. 11. pag. 308. allegaturque à Didaco de Baeza tom. 3. in Euangelia Lib. 4. Cap. 16. §. 35. pag. 334.

942 Ioannes Arboreus tom. 1. Theosophie Lib. 4. Cap. 11. Is Author conceditur nobis ab Alvarez Lib. & Cap. 1. Respons. num. 56. & ab Antonio de Matre Dei Tract. 3. Disp. 10. dub. 8. §. 2. num. 131. & 133. eoque ipso tribuitur nobis S. Augustinus, cuius sunt verba ab Alvarez reputata tanquam Ioannis Arborei, vt post Fasolum dub. 17. num. 313. Annatum in Augustino à Baianis vindicato Lib. 8. Cap. 4. pag. 880. & Aldretum Disp. 28. sect. 12. num. 6. & seqq. notabo in Delin. Theolog.

943 Cosmas Philarcus. De quo in num. 786.

944 Ricardus Smythæus Opusc. de Lib. arb. aduersus Ioannem Calvinum fol. 26.

945 Author Antipologiae aduersus Ministrorum Metensium Apologiam conscriptæ fol. 50.

946 Franciscus Belcarius, Episcopus Metensis. De quo in num. 452.

947 Thomas Stapletonus. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 24. & duobus seqq. nosque cum alijs in n. 782.

948 Franciscus Sonnius, Episcopus Boscoducensis, & post Antuerpiensis, Lib. 2. Demonstrationū Religionis. Christianæ tract. 3. Cap. 19. & 20. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 27. & 28. Disp. 67. sect. 8. numero 5.

949 Hieronymus ab Angestō in Moralib. Cap. 1. textu 2. & in glossa conclus. 2. & alibi. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 5. num. 37. Disp. 50. sect. 4. num. 26. & nos in num. 442.

950 Cunerus Petri, Episcopus Leovvardiensis. De quo in num. 442. & in 784.

951 Ioannes Antonius Pantula, Episcopus Litterentis. De quo in num. 507.

952 Ioannes de Bononia. De quo Suarez Cap. 51. num. 27. & nos

in num. 412. duobusque seqq.

953 Ludocus Ravestein Tiletanus, Doctor Theologus Lovanien-sis, in Apologia Concilij Tridentini aduersus Martinum Kemnitium, ubi de lib. arb. ex fol. 174. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 61.

954 Ludocus Clichtovæus in Improbatione quorundam articulorum Lutheri Cap. 1. de lib. arb. & in Compendio veritatum ad fidem pertinentium ex Concilio Senonensi Cap. 23. De quo Suarez Cap. 51. num. 34.

955 Marcus Antonius Natta Astensis Lib. 9. de Deo fol. 96. Lib. 12. fol. 129. & 131. De quo Ruizius Disp. 33. sect. 9. num. 2.

956 Cornelius Iansenius, Episcopus Gandavenis. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 93. & nos cum alijs in num. 775.

957 Ioannes Nopelius in Confessione Ambrosiana Lib. & Cap. 2. de lib. arb. De quo Ruizius Disp. 49. Sect. 9. num. 36.

958 Hieronymus Oforius, Episcopus Algarbiensis, tomo 2. Lib. 9. de Iustitia col. 407. & 410. De quo Suarez Cap. 51. num. 45. Ruizius Disp. 50. sect. 4. num. 26.

959 Ferdinandus Vellozilus, Episcopus Lucensis. De quo in num. 453. & 454.

960 Diegus Payua. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 23. & nos cum alijs in num. 783.

961 Franciscus de Carthagena, Discurs. 4. de Prædest. Refertur à Suarez Cap. 51. num. 38. à Ruizio Disp. 49. sect. 9. num. 63. & duobus seqq. à Fasolo dub. 17. num. 371. Videtur adnotata à me in num. 37. & in 442. Prælegit Carthagena Theologiam in Academia Salmanticensi, & antea ibidem ipsam audivit ex P. Henrico Henriquez nostræ Societatis, vt is gloriatur Lib. ultimo Summæ Moralis Cap. 3. §. 4. in glossa lit. Q.

962 Alexius Gomez. De quo Baeza supra & nos in num. 418. ubi advertimus, transcripsisse multas lineas Dominici Soti, tametsi faceat eius nomen. Vnde Alexius intelligendus est non fecus, ac Sotus.

963 Franciscus Turrianus in Libello de Electione diuina, qui fuit typis traditus anno 1551. antequam Au-

thor, admiffus effer ad Societatem no-
stram. Fecerunt de eo mentionem
Henriquez *supra* Cap. 4. §. 1. in glossa.
lit. E. Ruizius *Disp.* 49. Sect. 9. num.
87. Al. retus *Disp.* 29. Sect. 10. num. 30.
& *septem* seqq.

964 Ioannes de Medina *Codi-
ce de Penit. Tract.* 1. quest. 11. §. De
inde homini, & §. Dicendum igitur fol.
36. De quo Ruizius *Disp.* 49. Sect. 9.
num. 52. Videatur num. 743.

965 Michael de Palatio. De
quo Ruizius *Disp.* 49. Sect. 9. num. 66.
& 67. nolque in num. 742.

966 Vniuersitas Colonien-
sis in *Explicatione, et refutatione erroru
Ioannis Monhemij*, quam quia elabo-
raruunt iussu illius praelustri Vniuer-
sitaris Patris Societatis nostrae, posset
quis dicere non pertinere ad locum
hanc. De ea videatur num. 208. & n.
466. usque ad 469. De Enchiridio Co-
lonienū antiquiori legatur Ruizius
Disp. 33. Sect. 8. num. 23. Habet hoc
Opus nonnulla merito iam obliterata.

967 Omitto Martinū Martiniū Ca-
raperensem, quem in *lib.* 8. seu potius
5. *Hypotyposion* Cap. 6. accenset Rui-
zius *Disp.* 67. Sect. 9. num. 8. nam
Martinus solū adducit causas, ob quas
Deus in Scripturis ita attemperet ser-
monem suum, vt aut sub dubio, de
re nimirum, quae illum nequaquam lae-
ret, sed nec laedere potest, loquatur, aut
rem interroget, quae illum minime
fugit. Omitto etiam Martiniū Ma-
gillri in *Tract. de Fortitudine*, quest. 3.
de *Persuerantia* fol. 75. vbi allegatur a
Ruizio *Disp.* 39. de *Voluntate Dei* Sect. 5.
num. 19. nam quae ibi dicit, commu-
nia sunt vtrique Scholae.

SECUNDA CLASSIS SCRIPTORVM
quinque ex Sacro Ordine Benedictino, vt
diuiso in varias Congregationes.

968. PATERITIS nunc S.
Gregorio Magno, V. Be-
da, S. Anselmo, aliisque
VV. PP. Benedictinis, fauent ex Mo-
nachis nigris Hispanis Alfonso Ruizius
Viruelius, Episcopus Canariensis,
Philippica 15. De quo Ruizius *Disp.*
49. de *Scientia Dei* Sect. 9. n. 59. & 60.

969 Ex Congregatione Ca-
maldulensium Vitalis Zuccolus in *Cō-
mentario ad Henrici Gandavensis* quest.

19. *Quodlib.* 4. vt tradit Alfonso Bri-
cenus in 1. Scoti tom. 2. *controv.* 11.
Dist. 3. art. 1. num. 21. pag. 363.

970 Ex Congregatione Ci-
sterciensium Vuillelmus, seu Guillel-
mus, Abbas S. Theodorici, qui fuit an-
tea ex Cōgregatione Cluniacensium,
in *Lib. Orationum, seu Meditationum* circa
initium pag. 308. part. 2. tomi 12. Bi-
bliotheca VV. PP. editionis Coloniae Agrip-
pinae.

971 Gillebertus in *Altercatione
Synagoga, & Ecclesiae* Cap. 3. fol. 16.
Cap. 4. fol. 26. Cap. 12 fol. 68. Huic
Authori (qui scripsit post S. Bernar-
dum in Cantica) videntur ex Ray-
naudo *Lib.* 4. de *Christo* Sect. 2. Cap. 1.
num. 120. assignare aliqui Opus il-
lud de *Altercatione*. Quanquam Henri-
cus Gandavensis, & Ioannes Pirieus
apud Aubertum Mirerum in *Bibliotheca
Eccles.* pag. 163. tribuant Gilleber-
to, Praeposito Vvestmonasteriensi, ac
demum Abbati, anteaque discipulo
S. Anselmi Archiepiscopi Cantuarien-
sis. Nec desunt fundamenta, vt ad-
scribatur antiquiori alij Authori. Qui-
cumque sit, multa, quae leguntur in
S. Bernardo *Tract. de Gratia, & lib. arb.
ad finē*, extant totidē verbis in *Cap. illo* 4.
Altercationis. Et quidem S. Bernardus
tum in *eo Tract.* tum saepe alias laudente-
ta praebuit testimonia, quae nobis vtili-
& maxime erunt in *Delir. Theolog.*

972 Dionysius in 2. *Dist.* 27.
quest. *vnica*, art. 3. p. 1. *Conclus.* 4. &
5. fol. 81. & alibi apud Ruizium *Disp.*
33. Sect. 6. num. 8. & 9. *Disp.* 49. Sect.
5. num. 33. & tribus seqq. *Disp.* 50.
Sect. 4. num. 15. & 16. Sect. 7. n. 18.
& 19. Loquiturque tā clarē pro nobis
Dionysius in *locis descriptis* a Ruizio,
vt vix inueniatur antiquus alius Theo-
logus, qui clariū loquatur.

TERTIA CLASSIS SCRIPTORVM
duarum ex Sacro Ordine Carthusiano.

973. G VIGO, vel Guido, Prior
V. Carthūsiae primariae,
in *Institutione* Cap. 9. apud
Iudocum Coccium tom. 2. *Thesauri Ca-
tholici*, *Lib.* 1. art. 5. pag. 69. Imitatus
est Guigo Priorem i. S. Brunonem in
Cap. 9. Epist. ad Rom. vbi perspicuē stat
pro nostra sententia; nisi quod Ruizi-
us *Disp.* 15. de *Provid. Dei* Sect. 1. num. 5.
videa-

videatur desistere in id, vt opera cō-
ditionaliter futura, & vt talia praeci-
ta, meritoria sint, aut demeritoria
apud Deum. Sed ab hoc lapsu potuit
declarare liberum S. Brunonem non
secus, ac alios PP. similiter loquentes,
de quibus ipse *Disp.* 27. & 28.

974 Dionysius Riekelin
Apocalypf. 3. v. 20. & in 1. *Dist.* 39.
quest. 2. *Dist.* 41. quest. 1. & in 2. *Dist.*
23. in principio & alibi apud Ruizium
Di p. 33. de *Scientia Dei* Sect. 6. n. 5. Sect. 8.
n. 13. *Disp.* 49. Sect. 5. num. 31. & 32.
Disp. 67. Sect. 6. num. 1. & tribus seqq.
Aldretus *Disp.* 28. Sect. 1. num. 11. In
contrarium quaedam obijcit Zumel
tom. 1. *Disp.* var. pag. 171. Sed ea
valent ad probandum gratiam diuinā
efficacem vt cumque (quae nobis est
in confesso) non tamen gratiam suapte
natura, & intrinsicē adēquarē efficacē.

QUARTA CLASSIS SCRIPTORVM
trigintatium ex Sacro Ordine
Prædicatorum.

975. VINCENCIUS, Episco-
pus Bellovacensis, tom.
1. *Lib.* 29. *Speculi natū-
ralis* Cap. 62. 65. 82. & 83. De quo Rui-
zius *Disp.* 49. Sect. 6. n. 1. *Disp.* 67. Sect. 4.
n. 13. Aldretus *Disp.* 28. Sect. 8. num. 4.

976 B. Albertus Magnus,
Episcopus Ratisponensis. De quo Rui-
zius *Disp.* 33. Sect. 6. num. 2. Sect. 8.
num. 2. *Disp.* 49. Sect. 3. num. 4. 7. 8. &
9. *Disp.* 50. Sect. 7. num. 4. *Disp.* 67.
Sect. 4. num. 7. & tribus seqq. & nos cū
alijs in num. 874. Post B. Albertum
ordine temporis sequebatur S. Tho-
mas Aquinas, vt qui eius fuerit disci-
pulus. Sed de huius S. Doctoris autho-
ritate pro sententia nostra implemus
multas paginas in *Delir. Theolog.* ad quā
reteruamus expensionem Patrum Ec-
clesiae, & inter eos praecipuē SS. Au-
gustini, & Thomae.

977 Petrus Tarantasiensis
(qui assumptus ad Sedem Apostolicam
appellatus fuit Innocencius V.) apud
Carthusianū in 1. *Dist.* 40. quest. 3. §.
Concordat Petrus dicendo. Ponderatur
ab Aldreto *Disp.* 28. Sect. & num. 8.

978 Vdalricus Argentineri-
sis *Lib.* 2. *Summa* apud Carthusianum
supra quest. 1. §. *Concordat Vdalricus*, &
quest. 3. §. *At vero Vdalricus*. Expendi-

tur a Ruizio *Disp.* 49. Sect. 5. num. 3. 0
ab Aldreto *Disp.* 28. Sect. 8. num. 5. &
duob. seqq.

979 Ioannes de Neapoli in
Questionibus varijs quest. 22. puncto 4.
ad 12. vbi allegatur a Falolo *dub.* 17. n.
3 15. Nec momenti sunt quinq; obstacu-
la opposita a Dominico Gravina in *mar-
ginibus ad Ioannem de Neapoli*. Primum
in quest. 7. punct. 3. notabili 1. & 2. de
necessitatibus immutabilitatis, atque
suppositionibus non tollentibus liber-
tatē voluntatis siue increatae, siue etiā
create. Secundum in quest. 14. punct.
5. ad 1. de libertate radicaliter exi-
stente in intellectu, & formaliter in
voluntate. Tertium in quest. 13. pu-
cto 3. §. *Tertio modo*, quatenus con-
cludit, [Deus ergo est causa actionis
omnis agentis creati, sicut applicans,
seu mouens omne agens ad effectum
suum. Patet ergo, quod Deus est cau-
sa omnis actionis create, seu agit in
omni agēte creato, quātum ad actio-
nis modum, seu medium, quia scilicet
applicat, seu movet causas omnes
ad suos effectus.] Quartum *ibidem*
ad 3. vbi respondet, [totam rationē
peccati, in ratione qua actio, esse a
Deo, & totam a libero arbitrio, & in
ratione qua actio, & effectus, esse bo-
nam, & non malam, id est, quātum ad
totum, quod est in ea entitativum: in
ratione autem qua peccatum, magis
habere rationem defectus, quā effe-
ctus, & per consequens, vt communi-
ter dicitur, & vt patet per Augustinum
12. de *Ciuitate Dei* Cap. 7. & 8. non ha-
bere causam efficientem, sed deficien-
tem, carentiam scilicet regulae ratio-
nis.] Quintum in quest. 16. punct. 3. ad
8. vbi inquit, [Non potest esse, quod
Deus praordinauerit, se facturum ali-
quid per aliquas causas medias, &
& quod id non fiat.] Momenti, in-
quam, non sunt, non primum, quia
suppositionis necessitas, de qua loqui-
tur Ioannes de Neapoli, admittitur a
nobis, nec potest ab vilo negari, vt si
quis velit esse hominem, non potest
non velle animam, & corpus, si velit
summum bonum, seu vltimum finem
aestimatum, non potest non velle, ef-
fe, & viuere, & huiusmodi. Non se-
cundum, quia quod libertas radicali-
ter, & causaliter praehabatur ab in-
tellectu, nos vltro fatemur. Non ter-

tium, vt constat ex n. 505. Non quartum, quia nos concedimus, Deum esse causam physicè efficientem materialis entitatis peccati commissionis, & negamus de formali peccati idem ipsum, quod negat Ioannes de Neapoli. Non quatum, quia assertio illa est etiam nobis constantissima, est enim infallibilis, & frustrabilis voluntas diuina præordians fieri aliquid per causas medias.

980 Durandus de S. Portiano, Episcopus Meldensis, & postea Aniciensis, in 1. Dist. 38. quest. 3. ex n. 19. vsque ad 24. Dist. 40. quest. 1. num. 7. Dist. 47. quest. 1. num. 6. & 9. alijsque in locis apud Ruizium Disp. 33. Sect. 8. n. 28. Disp. 49. sect. 5. n. 25. & 26. Disp. 50. sect. 4. n. 14. sect. 7. n. 13. Disp. 67. sect. 5. n. 12. & 13. Aldretum Disp. 28. sect. 8. num. 9.

981 Herueus Natalis, Magister Generalis. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 6. n. 7. Disp. 52. sect. 9. n. 13. & nos in n. 876.

982 Petrus Paludanus, Patriarcha Hierosolymitanus, in 3. Dist. 38. art. 1. 2. & 3. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 6. num. 7. Disp. 50. sect. 1. n. 30.

983 Robertus Holkot in 2. quest. 1. art. 4. & inferius ad 5. principale. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 6. n. 37. & 38. Disp. 50. sect. 4. num. 27. Aldretus Disp. 28. sect. 9. num. 35.

984 Ioannes Capreolus. De quo Ruizius Disp. 33. sect. 6. num. 10. & duobus seqq. sect. 7. num. 8. & quinque seqq. Disp. 49. sect. 6. num. 9. vsque ad 20. Disp. 50. sect. 1. num. 23. & duobus seqq. sect. 4. num. 4. & 5. sect. 7. num. 20. Disp. 67. sect. 7. n. 1. & duobus seqq. & nos cum alijs in n. 879.

985 S. Antoninus, Archiepiscopus Florentinus. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 6. num. 2. & 3. nosque cum alijs in n. 875.

986 Didacus Deza, Archiepiscopus Hispanus. De quo Ruizius Disp. 33. sect. 7. num. 14. Disp. 49. sect. 6. num. 9. vsque ad 20. Disp. 50. sect. 1. n. 26. sect. 4. n. 6. Disp. 67. sect. 7. n. 3. & nos cum alijs in n. 877.

987 Raynerius Pisanus in Pantheologia verbo Peccatum Cap. 4. 5. 7. & 49. v. Prescientia Cap. 7. 8. 10. 15. & 16. v. Reprobatio Cap. 5. De quo Ruizius

Disp. 33. sect. 7. num. 23. Disp. 49. sect. 6. n. 6. Disp. 50. sect. 7. n. 14. & 15. Aldretus Disp. 28. sect. 8. num. 17. & sex seqq.

988 Bartholomæus Sybilla in Speculo peregrinarum questionum Decade, & Cap. 1. quest. 7.

989 Thomas de Vio Caietanus, Magister Generalis, & postea Cardinalis. De quo Ruizius Disp. 33. sect. 7. ex num. 15. vsque ad 19. Disp. 49. sect. 6. num. 25. vsque ad 32. Disp. 50. sect. 1. num. 28. sect. 4. num. 8. & 9. sect. 7. n. 24. Disp. 67. sect. 7. n. 4. & nos cum alijs in num. 882.

990 Franciscus Syluester Ferrariensis, Magister Generalis. De quo Ruizius Disp. 33. sect. 7. num. 20. & duobus seqq. Disp. 49. sect. 6. num. 33. vsque ad 36. Disp. 50. sect. 1. num. 29. sect. 4. num. 10. sect. 7. num. 25. & 26. & nos cum alijs in num. 881.

991 Conradus Koellinus. De quo Ruizius Disp. 33. sect. 7. n. 25. Disp. 49. sect. 6. num. 21. vsque ad 24. Disp. 50. sect. 1. num. 7. sect. 7. num. 21. & duobus seqq. nosque cum alijs in num. 880.

992 Chryostomus Iavellus. De quo in num. 878.

993 Franciscus à Victoria in Relect. de peruenientib. ad usum rationis post num. 4. propos. 3. & num. 5. propos. 4. & in Relect. de homicidio ex §. Et primo quidem pag. 108. vsque ad 124. Expenditur diligenter à Ruizio Disp. 49. sect. 9. num. 3. & 4. ab Aldreto Disp. 28. sect. 9. num. 45. & 46. Neque obest, Victoriam in MSS. 1. p. quest. 83. de lib. arb. art. 1. censuisse, Dei cōcursum, & motionem esse de præuijs, & quod, stante concursu Dei prævio, possit homo nō agere, & liberè agat, vt refert Zumel tom. 1. Dissp. var. pag. 172. Hæc enim nec per somnium distorteri possunt contra sententiam nostram, si intelligentur, vt debent, de cōcursu, & motione Dei in actu primo.

994 Dominicus Sotus. De quo Ruizius Disp. 33. sect. 7. num. 26. & duobus seqq. Disp. 49. sect. 9. num. 6. & tribus seqq. Disp. 50. sect. 5. num. 17. Disp. 67. sect. 7. num. 7. & duobus seqq. & nos cum alijs in num. 417. vsque ad 434. & in 888.

995 Petrus Sotus. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 5. & nos

nos cum alijs in num. 887.

996 Ambrosius Catharinus, Episcopus Minorienis, post Archiepiscopus Compsanus. De quo in num. 458. & 884.

997 Ioannes Vincentius. De quo in Euent. 7.

998 Paulus Soncinas. De quo in num. 883.

999 Franciscus Rómegus, Magister Generalis. De quo in n. 435. & 437. & 439.

1000. Matthæus Orius, Inquisitor Parisiensis. De quo in n. 436. & 438.

1001. Thomas Iacomellus, Inquisitor, & Episcopus Tolonenis. De quo in n. 448.

1002 Ioannes Bunderius. De quo in n. 446.

1003 Vincentius Giachanus. De quo in n. 450.

1004 Thomas Elifius quest. 4. de lib. arb. art. 8. fol. 32. & lib. 1. de donis Spiritus sancti, vbi de charitate pag. 478.

1005 Ioannes Maria Capella Lib. de Concordia libertatis humane cum Dei præscientia p. 1. Cap. 26. p. 2. Cap. 5. & duobus seqq. Citatur à Suarez Cap. 51 n. 45.

1006 Melchior Canus. De quo in n. 889.

1007 Ioannes Viguierius in Institutionibus Cap. & §. 3. v. 1. 2. & 4. & 8. Cap. 20. §. 8. v. 2. Allegatur, & ponderatur à Ruizio Disp. 19. sect. 9. n. 10. & duobus seqq. Disp. 67. sect. 7. n. 8. & à Petro de S. Iosepho in Defensione S. Thomæ Disp. 1. sect. 12. ex pag. 234. vsque ad 238.

QVINTA CLASSIS SCRIPTORVM triginta duorum ex Sacro Ordine Minorum.

1008 ALEXANDER Alensis 1. p. quest. 28. art. & memb. 1. quest. 40. memb. 4. ad

arg. 3. & sepe alias, vt videre est in Suario Cap. 50. n. 2. Ruizio Disp. 33. sect. 6. n. 3. sect. 8. n. 2. Disp. 49. sect. 5. n. 5. & 6. & 10. & 11. Disp. 67. sect. 4. n. 11. & 12. Fasolus dub. 17. n. 367. Aldreto Disp. 28. sect. 4. n. 1. & 2. & apud me in n. 441. Num autem bonis operibus sub conditione præuisis arroget, nec ne, dispositionem aliquam in ordine ad adsequitionem gloriæ? dignosce-

tur collato loco 1. p. quest. 28. memb. & art. 3. cum loco 3. p. quest. 69. memb. 5. art. 2.

1009 S. Bonaventura, primum Eboracensis, post Albanensis Episcopus Cardinalis, in 1. Dist. 40. art. 2. quest. 1. in 2. Dist. 37. art. & quest. 1. in 4. Dist. 16. art. 4. quest. 1. et pluries alibi. De quo Suarez Cap. 50. n. 3. Ruizius Disp. 33. sect. & num. 6. sect. 8. num. 4. vsque ad 9. Disp. 49. sect. 5. num. 12. & 13. Disp. 67. sect. 4. n. 1. & quinque seqq. Fasolus dub. 17. n. 367. Aldretus Disp. 28. sect. 2. n. 4. sect. 4. n. 3. & 4.

1010 Richardus de Mediavilla in 1. Dist. 38. quest. 5. Dist. 41. quest. 2. de secundo principali §. Alij dicunt, & in alijs locis. De quo Ruizius Disp. 33. sect. 6. n. 4. & 5. sect. 8. n. 11. & 12. Disp. 49. sect. 5. n. 27. Disp. 67. sect. 3. n. 1. & duobus seqq. Aldretus Disp. 28. sect. 4. num. 5.

1011 Ioannes Duns Scotus in 1. Dist. 39. quest. unica §. Viso de contingencia in 2. Dist. 25. quest. unica §. Dico ergo ad quest. Dist. 37. quest. unica §. Ad solutionem istorum, in 4. Dist. & quest. 1. art. vlt. ad vlt. Dist. 49. quest. 6. §. Dico ergo, & in alijs locis. De quo plenissimè Suarez Cap. 50. n. 4. Ruizius Disp. 45. sect. 4. n. 22. Disp. 49. sect. 7. n. 1. vsque ad 15. Disp. 50. sect. 4. n. 12. Disp. 67. sect. 5. n. 10. & 11. Fasolus dub. 10. n. 129. & seqq. dub. 17. n. 315. Aldretus Disp. 28. tota sect. 3. Disp. 29. sect. 1. n. 21. & 22. Sherlogus p. 2. sect. 4. n. 20. Nec solum Nostri, sed etiam nobiles ad modum Scoti ite existimant, tubilem suum Scholiarum nobis fauere. Nā Philippus Faber, Prælector Theologiæ in Vniuersitate Patavina, in 1. Dist. 39. Disp. 54. Cap. 4. & 5. ita sibi persuasum habet. Cum enim Scotus docuisset in ea Dist. 39. essentiam diuinam esse ratione cognoscendi omnia, quæ sunt futura absolute, supposito diuinæ voluntatis decreto, à quo determinatam accipiunt futuritionem, explicat ipsum Faber, quatenus decretum illud non sit absolute, & efficax circa actus nostros liberos, determinatos ad esse futurorum, quia alioqui contrarium esset eorum libertati; sed quatenus sit conditionatum circa eos, etsi absolute, & efficax circa auxilium, & reliqua constituentia voluntatem nostram in actu primo indifferenti. Cum autem dicitur

tur ab Scoto ratio cognoscendi futurorum actus nostros liberos, non ideo sic dicitur, quia ipsum solū sit ratio cognitionis diuine de eis; sed quia si ipsum nō adesset, nostri actus liberi non essent futuri absolute, & proinde ut tales non cognoscerentur à Deo. Quare ratione decreti illius, ut simul cum Scientia Media, cognoscuntur nostri actus liberi ut futuri absolute. Quia hoc ipso quod Deus ante omne liberū suum decretum cognoscat, non modò quid possit facere voluntas nostra, si ponatur in tali, vel tali tempore, sub tali, vel tali occasione, & circumstantia (quæ cognitio est scientia simplicis intelligentiæ) sed etiam quid re ipsa esset factura (quæ cognitio est Scientia Media) & pro posteriori signo naturæ accedat decretum diuini ponendi voluntatem nostram in tali, vel tali tempore, sub tali, vel tali occasione, & circumstantia (quod decretum est purificativum conditionis; sub qua Scientia Media representabat suum obiectum) hoc ipso nostri actus liberi redduntur futuri absolute, & ut tales cognoscantur à Deo per scientiam visionis. Vnde tandem Deus per decretum illud ita vult concurrere cum voluntate nostra ad actus liberos, ut ei relinquat determinationem ad ipsos, & consequenter potestatem frustratiuam eiusdem decreti. Sic Sapiientissimus Faber interpretatur Scotum.

1012 Et post Fabrum ait Hugo Cabellus, Primas Iberniæ, & Metropolitana Armachanus, ad præcitatum §. *Viso de contingentia*, [Hic tangitur punctum arduum de concordia liberi arbitrii cum determinatione æterna Dei de actu hominis futuro in tempore. Et puto secundum Scotum, non determinasse Deum talem futuritionem absolute sine omni prævisione cooperationis liberæ nostræ.] Citat Scotum in 1. *Dist. 17. quest. 3. §. Ad solutionem num. 23. & in 2. Dist. 37. quest. 2. §. Ad solutionem num. 14.* Concluditq; [Hæc admittere videntur scientiam conditionatam, de qua Scotus sub his terminis (sicut nec alij antiqui) non fecit mentionem. Quam recens Scotista Philippus Faber expressè admittit: quod secundum Scotum, & pro libertate probabile mihi videtur.] Ita Cabellus.

1013 Cuius Scholium ad *Dist. 37. præallegatā 2. sent.* non subtrahitur, nam ex eo clarè conspicitur, quàm conformis sit Scotus, & eius asseclis nostra sententia. [Explicat Scotus (quod est Cabelli Scholium) quomodo defectus cōtingit quādoque ex vna causa, nō ex altera, licet effectus sit cōmunis. Sic defectus peccati est a voluntate creata, quia diuina, quantum est ex se, causaret rectum; si, hac concurrente, vellent; & ideo non causet, quia hæc non causet. Ex quo patet clarè, Deum non prædefinire absolute actū peccati, nullā cooperatione nostra præuisa, alioquin certè non esset paratus, quantum est ex se, actum bonum causare, si antequam videret, quid ego essem factururus, decreuit; talem actum a se, & a me fieri debere. Sic sentire videntur Scotista; Lychetus, Bassolis hic, Tartaretus *Quodlib. 18. Angles quest. 7. art. 1. pri. & diff. Maior infra Dist. 43. quest. ult. dicens*, Deum esse tantum causam vniuersalem peccati, Vega 2. in *Trid. 15.* Faber in 1. *Dist. 39. Disp. 54. Cap. 5.* Qui ponit expressè scientiam conditionatam, ne admittat decretum prædeterminans nostros actus ante omnem præuisionem nostræ cooperationis. Herrera hic *Dist. 38. quest. 3. nat. 5.* comparans concursum Dei ad peccatum concursus Solis cum planta, quæ hæc determinat, non è contra, & *quest. 4. ad 4. ubi explicat*, quomodo Deus est tantum causa vniuersalis respectu peccati. Vide ipsum *ibidem quest. 6. not. 6.* Adde secundum Scotum, non stare libertatem, causa superiore præueniente secundam, & agente ad vnum oppositum. Ita habet 4. *Dist. 49. quest. 6. §. Dico ergo.* Quod si admittatur scientia conditionalis, quam videtur Scotus *varijs locis* insinuare, saluari possunt decreta æterna Dei de omnibus actibus nostris, illata libertate. Vide quod notavi 1. *Dist. 39.* Quod verò causa secunda determinet causam primam adhuc, vel illum effectum, docet Scotus *expressè 2. Phys. quest. 8. §. Quantum ad 4.* Hactenus Cabellus. Et præterea videndus est ad *Tract. 1. Scoti de 1. principio Cap. 4. in Supplemento ad questiones Scoti de Anima Disp. 3. sect. 14. num. 9. & ad Quodlib. 14. Scoti Conciliatione, 5.* Notareque oportet

ret, Cabelli Scholia, in quibus Scotus nobis adiudicat, retineri in novissimis, & locupletissimis Cōmentarijs Ioannis Poncij ad eundem Scotum.

1014 Petrus Aureoli, Archiepiscopus Aquarū Sextiarū, & (ut fertur) Cardinalis, in 1. *Dist. 38. q. art. & proposit. 1. §. 2. ulterius forte.* De quo Falolus *dub. 9. num. 138. dub. 17. num. 368.* Aldretus *Disp. 28. sect. 4. num. 6. & quatuor seqq.*

1015 Franciscus Mayronis in 1. *Dist. 38. & 39. quest. 3. ad 1. & ad 4. Dist. 40. & 41. quest. 2. art. 1. & quest. 3. interrogatione 1. & 2.* De quo Ruizius *Disp. 45. sect. 4. num. 27. Disp. 49. sect. 7. num. 17.* Aldretus *Disp. 28. sect. 4. num. 11. & duobus seqq.* Falolus *dub. 17. num. 367.*

1016 Guilielmus Ockamus in 1. *Dist. 38. quest. unica, & in 4. quest. ultima 14. ad 2. dubij 3. lit. S.* De quo Suarez *Cap. 50. num. 12.* Ruizius *Disp. 33. sect. 9. num. 2. Disp. 49. sect. 8. n. 3. Disp. 50. sect. 4. num. 13.* Falolus *dub. 9. num. 129. dub. 17. num. 308. & seqq.* Aldretus *Disp. 28. sect. 1. num. 9. sect. 4. n. 14. & quatuor seqq.* nolque in n. 442.

1017 Nicolaus de Lira, & Mathias Thoryngus in 1. *Regum Cap. 23.* De quo Ruizius *Disp. 63. sect. 2. num. 1. & tribus seqq.* & Alfonso Briceñus in 1. *Scoti Controv. 11. Dist. & art. 3. n. 30. & duobus seqq.*

1018 Aluarus Pelagius, Episcopus Syluentis, *Lib. 2. de plāctu Ecclesie Cap. 8. §. Sed quidam sic obijciunt fol. 35.* Videatur *num. 813.*

1019 Adamus Godhamus in 3. *Dist. 14. quest. 3. in 3. dubio fol. 120. & in multis alijs locis adductis à Ruizio Disp. 33. sect. 8. num. 16. Disp. 49. sect. 8. num. 10. & 11. Disp. 50. sect. 1. n. 36. sect. 4. n. 17. & 18.*

1020 Andreas de Novocastro, vel de Castronovo in 1. *Dist. 22. quest. 2. ad 2. quest. etiam 7. Dist. 38. quest. 1. ad 4. & ad 6. Allegatur à Ruardo Tappero in art. 7. de lib. arb. pag. 309.* Suario *Cap. 50. num. 12.* Ruizio *Disp. 49. sect. 8. num. 19.* Falolo *dub. 17. num. 369.* Didaco de Bæza *suprà pag. 384. & à nobis in num. 442.*

1021 Guilielmus Vorrillong in 2. *Dist. 37. art. 2. conclus. 1. in fine partis 1. fol. 153.*

1022 Nicolaus de Orbellis in 2. *Dist. 37. circa medium, & alibi apud Ruizium Disp. 33. sect. 8. num. 21. Disp. 49. sect. 7. num. 19. & Aldretū Disp. 28. sect. 3. num. 22.*

1023 Guilielmus de Rubione in 2. *Dist. 25. quest. 2. art. 1. post medium, & alibi.* De quo Ruizius, *Disp. 45. sect. 4. num. 28. Disp. 49. sect. 7. num. 18. Disp. 50. sect. 4. num. 29. sect. 7. num. 31. & nos cum alijs in n. 815.*

1024 Ioannes Bassolis, Franciscus Lycherus, & Iosephus Angles, apud Hugonem Cabellum *suprà num. 1013.* Ruizium *Disp. 33. sect. 8. n. 21. Disp. 45. sect. 4. n. 23. & tribus seqq.* & apud Falolum *dub. 17. num. 367.*

1025 Antonius Trombetta, Archiepiscopus Athenarum, & Episcopus Vrbinas, in *quest. de diuina præscientia futurorum contingentium, art. 1. ad 1. principale, art. 4. in 6. suppositionem, & subtit. His præmissis, respondetur ad obiecta.* Et quantum existimet, Deum cognoscere futura contingentia absoluta in determinatione suæ voluntatis; sed quæ sit simul natura cum determinatione nostræ. Atque in *postremo loco*, [Licet voluntas diuina sit prior in esse voluntate creata; non tamen prius natura causet. Vnde nec Deus determinat voluntatem ad volendum, nec voluntas Deum; sed ambo concurrunt simul, Deus per generalem influxum, & voluntas ut causa particularis. Et cum dicitur, quod voluntas creata est mouens mota, & vniuersaliter quælibet causa secunda. Respondetur, quod pro tanto causa secunda est mouens mota, quia est dependenter agens, & alteri subordinata; non tamen quia recipiat aliquam motionem à causa superiore, aut aliquam formam, per quam agat. Et dato quod reciperet aliquid à causa superiore, ex hoc non sequeretur, quod causa vniuersalis prius natura ageret ad effectum, nisi disponendo causam particularem. Potest etiam dici, quod secunda causa est mouens mota, quia in omni actione physica agens physicum sit agendo patitur, ex quo agit cū aliqua resistantia.] Sic Trombetta, qui est etiam legendus in *quest. super articulos impositos Gabrieli Sacerdoti, ad finem.*

1026 Nicolaus Bonetus *lib.*

Lib. & Cap. 4. Theologiæ naturalis, Lib. etiam 7. Cap. 3. et si in secundo hoc loco tenet aliqua, non magis Nostris, quàm Dominicanis aduersa. Rursus et si Lib. & Cap. 3. neget Deo certam, & infallibilem cognitionem de futuris contingentibus absolutis, nisi [supposito quòd ad partem aliam determinet se] videlicet per suam voluntatem; hæc determinatio potest esse concomitans determinationem nostræ, vt dicebat Trombetta. In quo quidem nec Dominicanis, nec Nostris consonabunt.

1027 Ioannes Antonius Delphinus, Minister Generalis. De quo Ruizius *Disp. 49. sect. 9. num. 48. Disp. 50. sect. 7. num. 35. & 36. Disp. 67. sect. 8. num. 9. & nos in num. 440.*

1028 Christophorus à Capitefontium, Minister Generalis, & designatus Archiepiscopus Casertensis, Coadiutorque Eminentissimi Cardinalis de Pelvi in Archiepiscopatu Senonensi declaratus, in *Opere de lib. arb. & meritis bonorum operum. De quo Ruizius Dip. 49. sect. 9. num. 62.*

1029 Ludovicus Carbajal *Lib. 1. Theologicarum sententiarum Cap. 44. fol. 161. Cap. 57. fol. 219. Cap. 58. & tribus seqq. & in explicationibus quorundam argumentorum in respons. ad obiectionem 12. fol. 382. Quo in Theologo displicent mihi, debentque displicere Dominicanis illa eius verba Cap. 60. fol. 247. [Videtur Christus potius per hyperbolem illa de Tyrijs, & Sidonijs dixisse Lucae 10. quàm quòd ad litteram sit illa comparatio accipienda.] Ludovico consonat Hilariion Genuensis *Matthæi 11. relatus à Ruizio Disp. 61. sect. 2. n. 4. Vbi Francisco Titelmanno Elucidatione in Cap. 11. Matthæi attribuit, quòd Christus loquutus sit tanquam de re tantum verisimili. Et ita quidem lego in Titelmanno pag. 167. Sed tamen in 166. dixerat, Christum fuisse loquutum tanquam de re nullatenus dubia.**

1030 Franciscus Horantius. De quo Ruizius *Disp. 49. sect. 9. n. 73. Disp. 67. sect. 8. num. 4. & nos in num. 451.*

1031 Nicolaus Grandis in *Cap. 9. ad Rom. De quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. n. 71.*

1032 Nicolaus de Nijffe in

Resolutione Theologorum Tract. 1. p. 3. portione 2. tit. de diuina voluntatis extensione, qui eodem modo intelligendus est, ac Dominicus Sotus, & Alexius Gomezius supra, quibus similia habet verba. Videatur n. 815.

1033 Michael de Medina *Lib. 3. de rebus in Deum fide Cap. 1. fol. 88. vbi ait, [Incredulitatis Hebræorum causam S. Euangelista Ioannes denuntiat Cap. 12. v. 38. vsque ad 42. ipsam illorum cordis duritiam, & excœcationem; quam (absit) vt rempositiuam intelligas, non enim Deus malorum est causa, sed quòd ob eorum peccata, mollificando, corda efficaciter ad credendum non mouerit, nec interiores oculos animæ illustrando aperuerit:] Itaque videre erat in hominum frequentissima turba, in Hebræo populo, & in Gentibus, Christum, & Apostolicos viros, eodem spiritus feruore, eadem vitæ sanctimonia, eodem animi affectu Euangelium seminantes, paucissimam messem colligere, & ex tot diuini verbi granis profusis paucissima in adultas segetes, aut spicas excrefcere. Quare hoc? Nimirum quòd quem vult indurat, & quem vult miseretur, id est, quem vult per gratiam, interiorius mouendo, ad fidei confessionem adducit, & quem vult, auxilio gratiæ suæ desituendo, permittit in infidelitate sordescere. Quod quanquam quidam in diuina iudicia, quæ sunt inscrutabilia, reducant; ego tamen malim in merita, vel demerita, qualia ante fidei aduentum, aut postea per vsum fidei suscipiendam haberi possunt, referre, quòd eam opinionem, quæ à prædestinatione opera nostra excludit, ex animo oderim. Neque enim possum æquo animo ferre, Deum maiori affectu ad quemvis hominum trahi, quàm ad alium, quannus & doctissimos viros patronos habeat, & Scholasticis disputationibus quotidie defendatur. Verum nihil est, quòd, præsertim si præiudicium, aut affectus adsit, defendi nequeat.] Et inferior, [Sunt igitur peccata, quæ corda, vt Sancti Spiritus motioni resistent, obdurant, non quòd illis immediatè obdurentur, sed quòd gratiæ auxilio, quo ad credendum erigimur, reddamur indigni. Vnde & propriæ naturæ fragilitatè*

litati permitti, ad ea, quæ diuino verbo proponuntur, adspirare non possumus. Atque hac ratione sunt accipiendi loci plurimi, quibus in Sancta Scriptura Deus indurasse, aut excœcasse dicitur quosdam, non quòd per positiuam quandam qualitatis impressio-nem eorum corda Spiritui sancto, aut Prophetiæ prænuntiationi rebellia reddiderit; aut quòd absolute, & sine causa, qua solet ad credendum corda iurare, gratiam abstulerit, (absit enim vt rumque, quoniam neque Deus causa potest esse peccati, neque inter mortales, quos omnes creauit; priusquam ipsi inter se bonis, aut malis operibus discernantur, discrimen constituit) sed quòd nimirum grauissimis peccatis adeò diuinam irritarint clementiam, vt neque eosdem communibus auxilijs fouere decreuerit.] Huc vsque Michael de Medina, Theologus Hispanus præclarissimus, & in Concilio Tridentino notissimus, refutans tam expressè iam ab anno 1564. prædeterminationem ad materiale peccati, quàm expressè postea Molina, & alij Societatis Magistri. Agit de eo Ruizius *Disp. 49. sect. 9. n. 51.*

1034 Andreas Vega. De quo Ruizius *Disp. 49. sect. 9. num. 39. & octo seqq. & nos cum alijs in n. 460. 461.*

1035 Antonius de Corduba. De quo Ruizius *Disp. 49. sect. 9. num. 53. & duobus seqq. Disp. 67. sect. 7. num. 11. & 12. & nos cum alijs in num. 442. & 788.*

1036 Alfonso de Castro. De quo Ruizius *Disp. 49. sect. 9. num. 37. & 38. & nos cum alijs in n. 445.*

1037 Franciscus Ovandus in *1. Dist. 38. propos. 3. pag. 119. & 120.*

1038 Ioannes de Rada *1. p. Cõtrou. in 30. art. 3. in explanatione opinionis Scoti §. Tandem pag. 447.*

SIXTA CLASSIS SCRIPTORVM
terdecim ex Sacro Ordine Augustiniano:

1039 **S.** Doctorem Augustinum esse præcipuum patronum nostræ sententiæ, probabimus toto conatu in *Delin. Theolog. vbi & de discipulis S. Prospero, Hilario, ac S. Fulgentio, alijsque PP. qui*

eius doctrinam religiosissimè sunt imitati. Sed nunc non silebimus duos, qui merito inter PP. computari possunt, & Canonici Regulares fuerunt iuxta S. Augustini Institutum.

1040 Vnus est Hugo de S. Victore in *Adnotationibus ad Cap. 9. Epist. ad Rom. v. 7. tom. 1. fol. 185. De quo Ruizius Disp. 33. sect. 4. num. 28. & 29. Disp. 43. sect. 5. num. 13. & quatuor seqq. Disp. 66. sect. 6. num. 28. & quatuor seqq.*

1041 Alter est Richardus de S. Victore *Lib. de statu interioris hominis Tract. 1. Cap. 13. pag. 43. De quo Ruizius Disp. 43. sect. 5. num. 18.*

1042 Transeo ad non adeò antiquos, & ex eiusdem S. Augustini Eremitico Instituto. Et in primis memorandus est Ægidius Columna, Archiepiscopus Bituricensis, adscriptusque in num. Cardinalium; sed non renuntiat; in *1. Dist. 40. quest. 2. & quolib. 4. quest. 21. alijsque in locis adnotatis à Suarez Cap. 50. n. 9. Fasolus dub. 9. num. 101. dub. 17. num. 312. Ruizius Disp. 49. sect. 6. num. 4. & 5. Disp. 67. sect. 4. num. 14. & 15. Aldreto Disp. 28. sect. 5. num. 2. & quatuor seqq.*

1043 Thomas de Argentina, Prior Generalis; in *1. Dist. 40. quest. 1. art. 3. & alibi. De quo Fasolus dub. 17. num. 311. Ruizius Disp. 33. sect. 6. num. 7. sect. 5. num. 29. Disp. 67. sect. 6. num. 5. Aldretus Disp. 28. sect. 2. num. 7. sect. 5. num. 13. & septem seqq.*

1044 Gregorius de Arimino, Prior Generalis, in *1. Dist. 38. quest. & art. 2. §. Præterea concessio; & Dist. 35. quest. unica sub finem, & in 2. Dist. 28. quest. 1. art. 3. ad 12. & Dist. 34. quest. 1. art. 3. ad 8. De quo Suarez Cap. 50. num. 12. Ruizius Disp. 33. sect. 6. num. 17. sect. 8. num. 15. Disp. 49. sect. 8. num. 8. & 9. Disp. 50. sect. 1. num. 35. sect. 4. num. 22. sect. 7. num. 28. Disp. 67. sect. & num. 6. & quatuor seqq. Fasolus dub. 9. num. 129. dub. 11. num. 138. & 165. dub. 17. num. 310. & seqq. nec non num. 369.*

1045 Gerardus Senensis in *1. Dist. 38. quest. 1. art. 1. & 2. præcipue in §. Ista autem opinio pag. 575.*

1046 Alfonso Vargas à Toledo, Episcopus primùm Vxamensis, post Pacensis, tandemque Archiepiscopus Hispalensis, in *1. Dist. & quest. 6. toro*

toto art. 1. Dist. 38. & 39. *quæst. unica art. 2. & seqq.*

1047 Petrus Aurelius Sanu-
rus. De quo in num. 444.

1048 Franciscus à Christo.
De quo in num. 740.

1049 Didacus Stunica Lib. 2
de vera religione in omnes sui temporis hæ-
reticos Cap. 3. & duobus seqq. De quo
Ruizius Disp. 49. sect. 9. num. 56. &
duobus seqq. Disp. 50. sect. 4. n. 32.

1050 Petrus de Aragon in 2.
2. *quæst.* 24. art. 3. & *quæst.* 30. art. 4.
De quo Ruizius Disp. 49. sect. 9. num.
74. & quatuor seqq.

1051 Alfonso de Mendo-
za in 1. editione. De quo in num. 739.

1052 Et ex Canonicis Re-
gularibus Congregationis Lateranen-
sis Raphael Venoltus, qui & Novoco-
mensis. De quo in n. 449.

SEPTIMA CLASSIS SCRIPTORVM
sex ex sacro Ordine Carmelitano.

1053 IOANNES Bachonius.
De quo Ruizius Disp. 33.
sect. 9. num. 1. Disp. 49. sect.
8. num. 1. & 2. & nos cum alijs ex num.
830.

1054 Michael à Bononia in
1. Dist. 29. *quæst. unica*, Dist. 36. *quæst.*
unica, conclus. 3. Dist. 40. *quæst. unica*. De
quo Ruizius Disp. 33. sect. 8. num. 30.
Citat is eruditissim^{us} Theologus Disp.
49. sect. 5. num. 28. Ioannem à Bono-
nia in 2. Dist. 25. *quæst. unica*, conclus. 3.
& seqq. Dist. 27. *quæst. unica* pro omni-
moda indifferentia nostræ voluntatis
in suis actibus liberis, exelusa quacum-
que antecedente determinatione.
Foran Calcographi, aut Amanuensis
errore nominatus est Ioannes, qui de-
beret dici Michael.

1055 Thomas Vvaldensis,
Prior Prouincialis in Anglia, Lib. &
art. 1. *Doctrinalis fidei antiquæ* Cap. 24.
25. & 28. imò ex Cap. 16. vsque ad 30.
De quo Suarez Cap. 48. num. 21. Rui-
zius Disp. 33. sect. 6. num. 14. Disp. 49.
sect. 5. num. 18. Disp. 50. sect. 7. num. 32.
Disp. 67. sect. 8. num. 1. Fasolus dub.
17. ex num. 301. vsque ad 305. Aldretus
Disp. 28. sect. 1. num. 5. & Illustrissimus
Merinerus supra.

1056 Ioannes Maria Ver-
ratus. De quo ex num. 827.

1057 Adrianus Hecquetius
in Enarrationibus Evangelicis feria 2.
hebdomada 1. *Quadragesima* ponderans
verba Pauli ad Ephes. 1. 4.

1058 Thomas Beauxamis
tom. 3. *Harmonia Evangelica* Cap. 20. su-
per Ioannis 8. v. 24. De S. Cyrillo Ale-
xandrino, alijsque antiquis PP. Car-
melitanis locus agendi erit in *Delin.*
Theolog.

OCTAVA CLASSIS SCRIPTORVM
duorum ex sacro Ordine Seruorum
B. Mariæ.

1059. FELICIANVS Ca-
pitionius. De quo in n.
447.

1060 Lelius Ballionius. De
quo in num. 443. & in 509.

NONA CLASSIS SCRIPTORVM
duorum ex sacro Ordine
Hieronymiano.

1061 IULIVS Sirenus Lib. 2
de Reprob. Cap. 18. Lib. 8. de
Fato Cap. 21. Memoratur à
Suarez Cap. 51. num. 45.

1062 Hieronymus Guada-
lupensis in Cap. 4. *Osee* v. 13. ex fol. 187.
vsque ad 189. De S. Hieronymo mul-
tus erit sermo in *Delin. Theolog.*

DECIMA CLASSIS EX VV. THE-
ologis Academiæ Parisiensis, &
ex Concilia Senonensi.

1063 ANTIQVISSIMA, & Il-
lustrissima Academia Pa-
risiensis incoepit sub Gui-
lielmo Episcopo (de quo in num. 916)
ad annum 1240. notare tanquam er-
roneas propositiones aliquas moder-
norum Theologorum illius temporis.
Quidquid autem sit de eius damna-
tionis, & subsequentiū vigore ultra
Sequanam, & in presentiarum, habe-
mus ex sensu grauissimæ Academiæ
multa pro nostris placitis testimo-
nia.

1064 Et in primis assertio,
[Quod vna sola veritas fuit ab æter-
no, quæ est Deus, & quod nulla veri-
tas fuit ab æterno, quæ non sit illa ve-
ritas,] ægrè stabit, si futura contin-
gentia habeant ab æterno aliam respec-
tu

tū diuini intellectus præsentia, quam
obiectiuam. Legitur præfata asser-
tio quarto loco inter alias pronuntia-
tas, & stabilitas sub memorato Gui-
lielmo contra errorem quartum.

1065 Deinde inter errores,
damnatos sub Stephano Episcopo
etiam Parisiensis, vigesimus septimus
est, [Quod Deus non potest imme-
diatè cognoscere contingentia, nisi
per aliam causam particularem, &
proximam.] Vnde nos iuxta mentem
Academiæ illius possumus non ineptè
inferre, Deum cognoscere futura cō-
tingentia immediatè in se ipsis, modo
declarato in fine Euent. 37. quin opus
sit prædetminatione physica, tan-
quam causa particulari, & proxima, ia
qua ab ipso cognoscantur.

1066 Viterius inter errores de
voluntate, siue lib. arb. quartus est,
[quod voluntate existente in tali dis-
positione, in qua nata est moueri, &
mouente sic disposito, quod natum sit
mouere, impossibile est, voluntatem
non velle,] & duodecimus, [quod
nullum agens est ad vtrumlibet, imò
determinatur,] & primus inter erro-
res de necessitate eventus rerū, [quod
nihil euenit contingenter, conside-
rando omnes causas.] De quibus tri-
bus articulis videantur expensa à Rui-
zio Disp. 49. sect. 3. num. 14. Disp. 50.
sect. 4. num. 1. & duobus seqq. ab Aldreto
Disp. 28. sect. 8. num. 14. Quantum au-
tem recesserint veteres Theologi à
medio, constat in num. 492. & 493.
constabitque magis legenti Ribade-
neyram Disp. 15. de Actibus humanis Cap.
1. ex num. 1. vsque ad 4.

1067 Præterea inter articu-
los cuiusdā Ludovici vnus est, [Quod
non stat. intellectum perfectum cog-
noscere vera contingentia, & illorum
ad extra non esse productiuam volun-
tatem.] In cuius art. (ex Academiæ
iussu) revocatione ait Ludovicus, [et
se male dictum, & falsum, quia ad hoc
sequitur, quod Deus non cognosceret
peccata, aut voluntatem diuinam ho-
rum esse productiuam, quorum vtrū-
que est falsum, & secundum alias cō-
demnatum.] Hæc autem revocatio
oppidè quam sit nobis fauorabilis,
me tacente, quisque intelliget, qui vel
mediocrem notitiam compararit sen-
tentia nostre.

1068 Idemque existimo de
renocatione, quam Guido Augusti-
nianus fecit propositionis istius tex-
tæ, [Deus quandoque præuenit ita
voluntatem puri viatoris, quod nun-
quam potest in non actum meritoriu.
Probauit sic, aliter sequeretur, quod
homo posset mutare diuinum propo-
situm, &c.] Possem afferre alios
articulos, præsertim Ioannis de Mer-
curia Cisterciensis, & in punctis con-
cernentibus quæstionem de decreto
diuino antecedente, & efficaci circa
materiale peccati. Sed sufficiunt ad-
ducti. Quorum de erroribus censuras
nolumus vllum præiudicium parere
probabilitati Dominicanorū dogma-
tum, quippe in animo nobis solum
fuerit ostendere, Nestros institisse
vestigijs Academiæ tam primariæ,
tamque conspicuæ.

1069 Quamuis verò inter erro-
res damnatos sub Stephano quadra-
gesimus quintus sit, [Falsum est, om-
nia esse præordinata à prima causa,
quia tunc euenirent de necessitate,]
& inter errores Ioannis de Mercuria
trigesimus octavus, & nonus sint,
[Propter opera alicuius futura bona
Deus prædestinavit aliquem ab æter-
no, Aliquis prædestinatus est ab æter-
no propter bonū vsum liberi arbitrij,
quæ Deus præciviz eum habiturum,]
his ex erroribus non potest solide con-
tra nos argui: Non ex quadragesimo
quinto, quia ibi per præordinationem
à prima causa nihil aliud intelligitur,
quam prouidentia: omnia autem certā
peccata formalissime sumpta sub ra-
tione mali culpabilis, & offensæ
Dei cadunt sub diuinam prouiden-
tiam, sunt ei subiecta, & ab ea ordi-
nantur, nec possunt eius ordinem ef-
fugere; imò & omnia (non excludē-
do peccata illo modo sumpta) possunt
sine reprehensione dici in Theologicis
disputationibus pronisa à Deo. Con-
sultatur Ruizius Disp. 2. de Præid. Dei
sect. 1. & 2. qui tamen monet, fore
prudentius, si caveatur ab isto modo
dicendi.

1070 Atque in eo sensu (ut
obitur notem id) intelligendus est
Guido Carmelita, cum in Summa de
Hæresibus Cap. 1. inquit, [Etsi mala
futuræ culpæ, relata ad hominum ar-
bitrium, contingenter eueniant, ipsa
tamen

tamen relata ad infallibilem, & certam Dei præscientiam, & voluntatis eius præordinationem, dicuntur necessario euenire.] De quo sensu memorem feci perdoctum illum Carmelitam, cuius memini in num. 824. adscripsit enim Guidonem numero Authorum veterum religiosissimi, & sapientissimi sui Ordinis refragantiū doctrinæ Societatis. Quæ certè cum S. Augustino agnoscit, Deum esse ordinatorem malorum voluntatum, et si neget, earum esse creatorem; agnoscit, Deum ordinare non modo bonas voluntates, sed etiam malas, et si neget, velle has. Vide, si libet. Ruizium *Disp. 50. de voluntate Dei ex sect. 5. vsque ad 10.* Ego redeo ad articulos.

1071 Et addo, si in quadagesimo illo quinto per præordinationem subaudienda esset prædefinitio, & decretum efficax diuinum, possem adhuc dicere, dari talem præordinationem omnium, exceptis peccatis, & præeunte Scientia Media liberorum actuum creatorum, expertium malitiæ moralis.

1072 Quoad errorem trigessimum octauum, & sequentem dico, eorum Authores loquutos fuisse de præuisione scientiæ, siue conditionatæ, siue absolutæ bonorum operum, siue conditionatæ, siue absolutæ futurorum, ex solis viribus naturalibus liberi arbitrii creati: quæ præuisiones chimericæ sunt, & prædestinatio exinde deriuata, atque asserta Ingratissima est Nostris. Quod verò prædestinatio sit post præuila merita, vt conditionatè futura, principaliter ex viribus gratiæ diuinæ, & minus principaliter ex viribus naturalibus liberi arbitrii creati, aut quod sit etiam post ea præuila, vt absolutè futura ex vrisque præfatis viribus (quorum primū affirmat Schola Societatis, & secundum libere in alterutram partem disceptatur, parsque affirmatiua aridet multis domesticis, & extraneis) nequiquam continetur in errore trigesimo octauo, & sequenti, neque percellitur damnatione prolata ab Academia Parisiensis. Cuius censuras protuli, prout extant in calce librorum *Magistri Sent. & in tomo 14. Bibliothecæ VV. PP. ex editione Colonie Agrippine anno 1618.*

1073 In eadē classe cum VV. Theo-

logis Parisiensibus colloco Concilium Senonense anno 1528. celebratum Parisiis totum, vel pro maiori parte. [Vnde clara coniectura sumitur (vltiā Cardinalem Antonium à Prato, Senonensem Archiepiscopum, Galliarum, & Germaniæ Primatem nuncuparum, Albigensemque Episcopum, ac Franciæ Cancellarium, & vltiā plures Episcopos eis ex nationibus) adfuisse ibi omnes graues Theologos Parisiensis Academiæ, seu Collegij Sorbonici, & ad singula decreta fidei conficienda consilio, & doctrina cooperatos fuisse,] vt ait Suarez *tom. 1. de Gratia, Prolog. 6. Cap. 5. num. 7.* Hoc Concilium in Decreto 15. fidei delib. arb. alta fecit fundamenta, quibus sententia nostra niteretur.

1074 Sed respondet Ioannes de S. Thoma *tom. 2. in 1. p. Disp. 5. art. 6. num. 8. pag. 201.* [huius Concilij authoritatē nutare apud nonnullos, eo quod fuit Prouinciale, non indictū, nec confirmatum authoritatē Sedis Apostolicæ. Vnde eius authoritas non multum roboris habet. Certè in Disputationibus habitis coram Summo Pontifice Paulo V. in Congregatione 41. ipso presencialiter adstante cum decem Cardinalibus, & Centoribus deputatis, cum huius Concilij authoritas pro sententia PP. Societatis prolata esset, omnino elisa est, & liquide negata, quia non fuit per Sedem Apostolicam confirmatum, nullo in contrarium reclamante, aut quicquam obijciante, neque ex parte suæ Sanctitatis, aut Cardinalium, neque ex parte ipsorum Patrum Societatis, qui obijciabant, nisi tantum dicendo, quod licet non esset approbatum, erat tamen grauisimum, & non continebat in hac parte aliud, quam Concilium Tridentinum. Et nihil aliud responsum fuit ad illam authoritatē Concilij, sed pertransita quasi non vrgens.] Hactenus Thomasius; cuius relatione de Actis in Congregatione illa prætermisi in prima huius Operis editione, & ideo nunc non aliter ab ea me expediam, quam appellando Decretum Innocentij X. Pontificis Maximi, derogans fidem huiusmodi Actis, prohibet, que allegari.

1075 Ad cetera autem dico, et si Concilium Senonense non sit ab Eccle-

Ecclesia Romana confirmatum, magna tamen authoritate pollere, vt ostendunt Suarez *suprà*, & Stephanus Châps *Lib. 2. contra Hæresim Iansenianam Cap. 2. num. 1. & seqq.* noratque cum primo Franciscus Bonæpei *tom. 2. Cursus Theologici Tract. & Disp. 2. n. 52.* contra Thomasius. Quare ex Concilij Senonensis patrocinio validum præsidium, & ingens decus accrescit sententiæ nostræ. Quid? Quod doctrina Concilij Senonensis in eo Decreto 15. videtur eadem esse cum paulò post tradita à Concilio Tridentino *ses. 6. Cap. 5. & Can. 4.* & quod quasi per manus est accepta ex multis PP. Ecclesiæ, vt ex S. Augustino *Lib. de Spiritu & lit. Cap. 34. Lib. de Natura, & gratia Cap. 64. Lib. 2. contra duas Epistolâs Pelagianorum Cap. 5. & seqq.* & apud ipsam ex Authore *Lib. de Spiritu & anima. Cap. 48.* (qui Author putatur fuisse Hugo Victorinus) ex Authore etiam *Libri de Prædest. & gratia Cap. 9.* (quem librum alij tribuunt S. Augustino, alij S. Fulgentio, alij, & non bene, Authoris esse suspecti dicunt) ex S. Prospero *Lib. 2. de Vocatione Gentium Cap. 26. aliâs. 9. & Cap. 28. Lib. contra Collatorem Cap. 3. & 6. Lib. 1. de Vita contemplatiua Cap. 3.* (quod tamen Opus sunt qui adscribant Iuliano Pomerio) ex Gennadio *de Ecclesiæ dogmatibus Cap. 21.* (quod de Cap. & seqq. vsque ad 52. videndus est Baronius anno 490. num. 46.) ex Valeriano Cemelienâ *Homilia 11. S. Isidoro Hispalensi Lib. de Doctrina, & fide, propos. 20. Rabano Lib. 4. de Vniuerso Cap. 10. S. Anselmo Cap. 5. & 24. Concordiæ, S. Bernardo Lib. de Interiori domo Cap. 68. S. Laurentio Iustiniano Serm. de S. Luca, S. Basilio Homilia, Quod Deus non sit author malorum, sub finem, S. Chrysostomo Homilia 4. de Laudibus S. Pauli, S. Machario Homilia 15. & 27. Quos imitatus est nostro sæculo B. Franciscus Salesius in *Praxi amoris diuini Lib. 2. Cap. 12. §. 3.* Ideoque eos nominatim allegaui, omisis pluribus alijs, quia verbalegi possunt collecta, & perpena à Raynaudo in *Censura in officiosæ censure ad Lib. de Prædest. & gratia num. 20.**

1076 Ob hæc, & alia meliori consilio Thomasius conatur interpretari Concilium Senonense, quatenus

sua sententiæ non sit aduersum. Sed an conuenienter interpretetur? non est huius loci examinare; nobisque abunde est, quod Nostris inhæserint vestigijs Concilij Senonensis, vt valde probabiliter ducentibus ad viam, quam tenuerunt.

RECAPITVLATIO AVTHORVM,
de quibus in hac Euent.

1077 **E**N decem classes, in quibus continentur centum quadraginta quinque Scriptores, partim Scholastici, partim Controuersitiæ, ex tam varijs Statibus, Religionibus, & Scholis, Theologicæ primitiui Academiæ Parisiensis, Patresque Concilij Senonensis, præbentesque non obscura indicia principalium illorum punctorum, ad quæ in num. 910. summamini redegi sententiam Societatis. Et quoad punctum quartum negandi prædeterminationem, siue extrinsecam, siue intrinsecam, ad materiale peccati, possem addere plura eorundem Scriptorum loca ex eruditissimo Ruizio *Disp. 39. de Voluntate Dei à pag. 419. vsque ad 435.* sed omisi ea, quia adnotata sufficiunt. Restat itaque, vt qui velit nos dimouere à persuasionem de nostra opinionem, deriuata ex tot Maiorum doctrina, assumat prouinciam discutiendi loca omnia citata à Suarez, Ruizio, Falso, Aldreto, & à nobis, sicut ipsi, & nos discussimus illa, quæ Vives, & alij Moderni Thomistæ pro suis adduxerunt placitis. Et quauis in aliquibus, imò & in multis prædicatis Authoribus nonnulla inueniantur, imò & plura, quæ non omnino consonent cum toto corpore (vt ita loquar) sententiæ nostræ; dummodo in puncto, pro quo citantur, conueniant, satis id est, vt ab eis Nestrospectiuissè doctrinæ exempla affirmemus, nec enim sumus tam cæci æstimatores, & prædicatores antiquitatis sententiæ nostræ, vt putemus, ac dicamus, ipsam ex integro traditam fuisse ab omnibus prælaudatis Authoribus.

EVENTILATIO XXXIV.

REFERUNTUR SCRIPTORES EXTERNI,

qui post divulgatam Molinæ Concordiam adhaferunt
sententiæ Societatis.

1078



OLLIGEMUS eos non
maiori dili-
gētia, quam
in superioribus
Exeritio-
bus iustitia-
tores exter-
nos sententiæ Dominicae totum, pro
qua nullum prætermittimus adductum
à Hieronymo Vive, Ioanne Thoma-
sio, & Antonio de Maire Dei, sed par-
tius iugē, & liberaliter addidimus
aliquos ab eis non designatos, & alios
tantum iudicantes, aut supponentes
ipsam: quoniam si huiusmodi Au-
thores reducendi essent in numerum,
possemus ex illis, qui nostram insinua-
ant, aut subintelligi volunt consequen-
ter ad principia, quibus utuntur,
conficere multo numerosiores clas-
ses. Ad quas iam aggredimur, & qui-
dem sine dissensionis circa recen-
dorū mentem meto, qualis potest nos
manere circa antea recensitorum, ut
qui scripserint, nondum exorta con-
trouersia inter utramque Scholam, &
proinde non adeo clare iuum animam
patefecerint.

PRIMA CLASSIS SCRIPTORVM
triginta septem ex Statu Ecclesiastico secu-
lari. Agitur diffusus de B. Francisco
Salesio, & incidenter de
S. Theresia à Iesu.

1079 **P**RIMO loco referendus
est B. Franciscus de Sales,
Episcopus, & Princeps
Geneuensis, virtutitate, & sapien-
tia clarissimus, & quem nuper SS. D.
N. Alexander Papa VII. sedens modo
feliciter (o sedeat diuissime!) ad
clauum Ecclesiæ, addidit Beatorum
numero, plaudente toto Christiano
Orbe. Exarauit non pauca verbatan-
ti Patroni sententiæ nostræ num. 409.

& duobus seqq. ex aureo Opere Praxis
amoris diuini.

1080 Nunc ex eodem Opere
Lib. 3. Cap. 5. noto, B. Salesium clarif-
simè censere prædestinationem fieri
post præuisa merita. Pro qua senten-
tiæ allegatur meritò à Ludouico
Abelley in Medulla Theologicæ Tract. 2.
de Deo Cap. 5. de Prædest. sect. 3. & à
Francisco Carriere in Digesto fidei Ca-
tholicæ quest. 28. de Deo §. In oppositam.
Præuisio autem meritum non mo-
dò fuit eorum, ut in statu absoluto,
sed etiam ut conditionato, iuxta eun-
dem B. Salesium ibi §. 3. vbi inquit,
Inter hos igitur fauores, voluit Deus, ut
primus esset vocatio ita artemperata nostræ
libertati, ut possemus acceptare, vel recu-
sare iuxta nostram electionem, & libitum;
& illis, de quibus præuidit, fore acceptaturo-
ros, voluit subministrare sacros poenitentia
motus, illisque, qui in eis perdurarent, dis-
posuit conferre sanctæ charitatis donum,
illisque, qui tali dono fruerentur, auxilium
necessarium ad perseverandum, tandemque
illis, qui diuinis his assistentijs bene per-
suerant, & decernit concedere finalem perseue-
rantiam, & gloriosam felicitatem æterni
sui amoris. Hæc ibi.

1081 Extat etiam nunc eius-
dem B. Salesij Epistola scripta manu
sua ad P. Leonardum Lelsium, cuius
doctrinam de prædestinatione post
conditionatè, & absolute præuisa me-
rita commendat, & suffragio suo ite-
rùm confirmat. Epistola huiusmodi
est,

[ADMODYM R. P. IN CHRISTO
P. Leonardo Lésio Societatis IESV
Theologo Clarissimo.

ADmodum R. in Christo Pater.
Attulit mihi Paternitatis vestre
litteras dilectissimas nobis Ma-
gister Gabriel, quæ ut præhonorificæ;
ita

ita & iucundissimæ mihi fuerunt.
Amabam iam pridem, imò etiam ve-
nerebat te, nomenque tutum, mi Pa-
ter, nò solum quia soleo, quiddid de
vestra illa Societate procedit, magni
facere, sed etiam quia sigillatim de
vestra Reuerentia multa audiui præ-
claraprimùm, deinde vidi, inspexi, &
suspexi. Vidi namque ante aliquot
annos Opus illud vtilissimum de Iusti-
tia, & Iure, in quo & breuiter simul, &
luculenter difficultatē illius partis
Theologicæ præceteris Authoribus,
quos videsim, egregiè solvis. Vidi
postea Consilium, quod à magni Con-
siliij Angli pro tot mortalibus datum
est de vera Religione eligenda. Ac de-
mum obiter vidi in Bibliotheca Col-
legij Lugdunensis Tractatum de Præ-
destinatione. Et quanuis non nisi spar-
sim, ut fit, oculos in eum iniicere con-
tigerit, cognoui tamen, Paternitatem
vestram, sententiam illam, antiquitate,
suauitate, ac Scripturarum natua
authoritate nobilissimam de præde-
stinatione ad gloriam post præuisa
merita, amplecti, ac tueri: quod sanè
mihi gratissimum fuit, qui nimirum
eam semper, ut Dei misericordiæ, ac
gratiæ magis consentaneam, verio-
rem, ac amabiliorem existimaui; quod
etiam tantisper in Libello de amore
Dei indicaui. Cum igitur ita erga
Paternitatis vestre merita, quam
dudum laudauerant apud me Opera
eius, affectus essem, mirificè profectò
gauius sum, me tibi vicissim ut cum-
que etiam charum esse; quod ut sem-
per contingat, & dictum Magistrum
Gabrielem commendatissimum ha-
bebo, & si quid vnquam porero, quod
tibi placere cognoscam, id exequar
quam impendissimè. Valeat interim
Reuerenda Paternitas tua, & te Deus
vsque in senectam, & senium nunquā
derelinquat, sed canos tuos benedi-
ctionibus Cœli ornet, & impleat. An-
nesi Gebennensium XXVI. Augusti
1618.

ADMODYM REVERENDÆ PA-
ternitatis Vestre humilis, & addictissimus
frater, ac servus in Christo Franciscus
Episcopus Gebennensis.

HVIVS Epistolæ authenticum
transumptum misit ad me R. P.

Hubertus Vilthemius Rector Colle-
gij nostri Duacensis, vir magnæ inter
Nostros æstimationis ob egregias vir-
tutum, prudentiæ, & litterarum do-
tes.

1082 Prætereà in Lib. 2. Cap.
10. declarat B. Salesius locum Mat-
thæi 11. v. 21. non secus, ac Nostri,
traditque, posse contingere, vnum
conuerti, & alium non conuerti eodē
omnino auxilio quoad entitatem.
Vnde Ludovicus Abelley supra Tract.
6. de Gratia diuina Cap. 3. de gratia
efficaci refutans gratiæ efficaciam, con-
sistentem in prædeterminatione phy-
sica, defendensque eam, quæ consistat
in quadam congruitate, iuxta sen-
sum Nostrorum, allegansque Ruardū
Tapperum, Robertum Bellarminum,
addit in V. Respondetur secundo, [Qui-
bus meritò adiungere possumus B. me-
moriæ Franciscum Salesium Lib. 2.
diuini amoris Cap. 10. vbi explicans
iudicium, quod vocat comparationis,
de quo in varijs Euangelij locis men-
tio fit, illud in eo faciendum esse dicit,
quod aliqui, æqualibus, imò minori-
bus gratiæ auxilijs excitati, inspiratio-
nem sequuti fuerint, & ad poeniten-
tiam conuersi.]

1083 Vterius in Cap. 11. §.
3. non obscure docet B. Salesius, opus
non esse præuisa determinatione, ut
voluntas creata libera transeat ab actu
primo ad secundum. Inquit enim,
Cui cause tribuemus, quod non adeo profe-
cerimus in Dei amore, ac S. Augustinus, S.
Franciscus, S. Catharina Senensis, S. Frā-
cisca? Theotime, hoc inde prouenit, quod
Deus nos hoc munere non donauit. Sed qui-
n? Quia suis inspirationibus non respondi-
mus, ut debeamus. At cur non respondi-
mus? Certè quia cum essemus liberi, volui-
mus, sic ab utriusque libertate. Sed cur ea
ab usi sumus? Theotime, hinc non est pro-
cedendum, nam, ut dixit S. Augustinus,
depravatio nostræ voluntatis non proue-
nit ex aliqua causa, imò potius ex de-
fectu cause ad perpetrandum peccatum; ne-
que est laborandum in præbenda ratione hu-
ius defectus, iam namque non foret pecca-
tum, nisi esset absque ratione.

1084 Ibidem in §. 4. ex-
pendens dictum illud S. Francisci re-
latū à S. Bonavētura in eius Legenda Cap.
6. §. 2. Latroni sitanta contulisset Altis-
simus, gratior te foret, Francisce, subiu-
gis

git B. Salesius, *Optimè scio, si de se loquitur ex humilitate, sed habuit pro certa, atque infallibili veritate, quod unius gratia equalis, impense à Deo cum equali misericordia, potest unus peccator meliorem, & utiliore usuram facere, quàm alius.* Observo obiter circa illud dictum S. Francisci, probari ex illo, & ex simili alio S. Francisci Xaverij, Apostoli Indiarum, *Lib. 3. Epist. 5. conditionatam scientiam diuinam à Ruizio Diss. 65. de Scientia Dei sect. 12. num. 13. & 14.*

1085 Ibidem §. 4. recitat B. Salesius quaedam verba S. Theresiæ, Virginis omnimodis Angelicæ, in quibus attribuit defectui humano, & impedimento apposto ex parte nostra, quod Deus non eleuet personas aliquas ad altiore quendam orationis gradum. Si autem ad id requireretur prædeterminatio physica, in eleuatio attribueda potius esset defectui talis prædeterminationis, cuius existentie voluntas humana non potest obieci, neque effectui eius iam existentis. Et aliunde non esse attribuendam defectui gratiæ diuinæ, docet expressè S. Theresia, supponens, eas personas habere à Deo gratiam, qua ad illum orationis gradum peruenirent, nisi per ipsas staret. Verba formalia S. Theresiæ sunt in *Cap. 15. suæ Vitæ; Placitum sit Deo, ut mihi gratiam conferat ad reddendos alios de hoc puncto bene instructos, sunt enim plures, & plures anime, quæ ad istum statum perueniunt, & pauca, quæ inde progrediuntur, nescioque, cuius culpa. Certè non deficit Deus, nam cum ipse præstiterit accessum ad hunc statum, non credo, cessaret ab ulterioribus alijs beneficijs, nisi ob culpam nostram.* Sic Hispana Virago, & Doctrinæ, coelestis sapientia exundans, cuius testimoniū etsi non sit clarum pro nostra sententia, tamen eam quodammodo innuit, & ideo non fuit à nobis subtrahendum, quibus eius vel tenuè vestigium à S. Theresia impressum non potest non esse in summa veneratione, & pretio.

1086 Missa facio plura alia B. Salesij, præcipue ex *Lib. 2. Cap. 12. cuius in exordio, seu §. 1. insinuat satis eam doctrinam, cuius memini in num. 828. circa conuersiones repentinæ, & extraordinarias, vt Magdalena, Latronis, Pauli, & de qua ob*

authoritatem tanti Doctoris suspendo nunc iudiciū. In cæteris verò partibus eius Capituli, explicat eodem modo, ac Nostri, quo pacto diuini impulsus ad ordinarias conuersiones non adiungunt nobis perfectam libertatem à necessitate, seu electionis, & indifferentiæ in vtrumque extremum.

1087 Porro suffragium expressum B. Salesij pro nostra opinione eximium ipsi ornamentum conciliat, fuit enim Antistes sanctissimus, iuxtaque sapientissimus; aitque de se in *Prologo ad Lectorem §. 19. Delibavi multa Theologiæ puncta, sed sine spiritu contentioso, proferens sincerè, non quod multis ab hinc annis didici in Scholis, sed quod attentio ad obsequium animarum, & exercitium viginti quatuor annorum in sancta prædicatione me docuerunt, convenientius esse Euangelij, et Ecclesiæ gloriæ.* Antequam egeret vtilissimum, & admirabilem hunc libellum, rogatus fuit à Paulo V. Pontifice Maximo, vt in controuersia de Auxilijs, tunc Romæ agitata, rescriberet suum sensum; sic enim refertur in *eius Vita*, videturque respondisse iuxta doctrinam eo in libello posita propositam. Et iam gratulantes nobis de tā præcellenti fauore Scholæ nostræ, progrediamur ad recensendos alios.

1088 Petrus Binsfeldius, Suffraganeus Treuerensis, *Lib. receptarum in Theologia sententiarum, & conclusionum per totam fere sectionem 3. à pag. 383. vsque ad 676.*

1089 Ferdinandus Martinez Mascarenhas, Algarbiorum Antistes, & Lusitanæ Inquisitor Generalis, in *Tract. de Auxilijs.*

1090 Franciscus Diorallenius, Episcopus S. Angeli, & Biscacciarum, Legatus à Latere in Regno Poloniæ sub Paulo V. in *Opusculis Theologicis de Concursu Dei ad actus liberos voluntatis creatæ.*

1091 Ludouicus Tena, Primarius Complutensis, & Episcopus Dertusensis, in *Cap. 4. Epist. ad Hebræos Diss. 6. in fine, & in Cap. 12. in littera. explicatione num. 59. §. Ex quo contra.* Verba prioris loci sunt, [Auxilium Christi in hoc sensu semper est congruum, quia sufficiens, & necessarium ad bene operandum, & consequendam vitam æternam. Aliquando

verò

verò est specialiter congruum, quia ita competens, & comparatum temporis, & occasione, quod scit Deus nos bene illo vturos. Et hoc vocatur ab Augustino cogitatio congrua.] Quibus in verbis efficacia auxiliij diuini specialiter congrui declaratur ex doctrina Societatis per scientiam diuinam conditionatam nostri consensus liberi. Vnde credendum non est Didaco Aluarez *Lib. ult. Respons. Cap. 1. num. 10. aduocanti, [Tenam nihil dicere, ex quo sufficienter colligatur, ipsam amplecti Scientiam Mediam:] neque Antonio de Matre Dei Tract. 3. Diss. 10. dub. 8. §. 2. num. 134. dicenti, [Tenam nulla ratione, loco in argumento citato, tueri Scientiam Mediam, vt intuenti illum constabit.] Vnus è locis citatis à Nostri est is, quem transcripsimus, & in eo clarè traditur Scientia Media. Antonius de Matre Dei etsi inuitet ad intruendum locum in argumento citatum, oblitus fuit, (nedicam, omisit de industria) citare locum, cum proposuit argumentum in num. 131. ad quod respondet in num. 134.*

1092 Ioannes Ioanniz Echiaz, Episcopus Calagurritanus, & Calciatensis, olimque Logicæ Magnæ Antecessor apud Salmanticentem Academiam, *Tract. 6. Logicæ Diss. 32. Cap. 3. Tract. 2. Physicorum Diss. 16. Cap. 1. & seqq.*

1093 Ioannes Malderus, Professor Regius Loyaniensis, postque Antistes Antuerpiensis, *1. 2. quæst. 111. art. 3. Tract. de Gratia, dub. 10. mēb. 3. & 4.*

1094 Isaacus Habertus, Doctor Sorbonicus, Episcopus, & Comes VVabrensis, edidit anno 1646. tres libros inscriptos *Theologia Græcorum Patrum vindicata circa vniuersam materiam gratiæ, cum perpetua collatione Scripturæ, Conciliorum, doctrinæ S. Augustini, S. Thomæ, & Scholæ Sorbonicæ.* In quorum librorum 2. de gratiæ efficacia, speciebus, & effectibus, *Cap. 16. de gratia efficaci ex PP. Græcorum, S. Augustini, & S. Thomæ doctrina §. 2. reiecta gratiæ efficacia per præmotionem physicam, docet cum Gamachæo, in quo sita sit præfata efficacia, his verbis, [Efficax gratia completa consistit in congruitate, opportunitate, & attempera-*

tionem diuinæ vocationis cum libero arbitrio, cum ingenio, & sensibus nostris accommodata, ex qua vocatione semel posita sequatur certus, & infallibilis hominis consensus, nec possit non sequi, spectatis omnibus circumstantijs.] Et *Cap. 17. §. 4. sub finem hæc habet, [Doctores omnes Orthodoxi necessitatem ab efficacia gratiæ procul abesse contendunt, adeò vt qui prædeterminationem, siue extrinsecam, siue intrinsecam, siue moralem, siue physicam asserunt, nihil quidquã sibi atrocius obijci, magisque ægrè patiantur, quàm induci necessitatem:] E diametro verò pars eorum altera, quæ longè numerosior, Sorbonica præsertim cathedra, & palæstra, non alia grauiori de causa prædeterminationi physicæ bellum indicit, quàm metu admittendæ, per ipsius veluti posticum, necessitatis: quod in primis profiteretur Philippus Gamachæus 1. 2. ad q. 111. Cap. 6. his verbis, Prior causa, cur non placeat, est, quod arbitrij libertatem labefactare videatur. Respondent, hanc necessitatem esse solum hypotheticam, supposito Dei decreto. Sed confutatur solutio; nam etsi hypothetica, & conditionata necessitas non officiat libertati, quando suppositio est in agentis potentate, & concomitans, vel subsequens: attamen vbi suppositio est omnino antecedens, nec in potentate agentis, tunc omnino destruit, ac perimit libertatem. Atqui in presentia questione ita res habet, &c.] Deinde addit, [Eodem planè modo opinionem illam impugnant ob necessitatis illationem præstantissimus Duvallius de Gratia, quæst. 6. & amplissimè Nicolaus Ysaubertus, Professor Regius, Tract. de Gratia quæst. 3. art. 5.] Sic Illustrissimus Habertus.*

1095 Philippus Gamachæus, Doctor Sorbonicus, & Professor Regius in Schola Parisiensi, tum in præcitate loco 1. 2. vbi in responsione ad 4. obiectionem pag. 387. adstruit Scientiam Mediam, tum 1. p. quæst. 19. Cap. 7. conclus. 3. probatione 2. pag. 149. vbi eandem Scientiam sapientissimè probat, et vindicarat ab obiectionibus.

1096 Andreas Duvallius, filii Doctoratu, & Professione conspicuus, quæst. illa 6. Tractatus de Gratia

art. 3. §. Ad ultimum pag. 425. admit-
tit Scientiam Mediam, & quest. 7. art.
3. §. Unde pag. 433. utrobique impug-
nans validissimè prædeterminatio-
nem physicam; anteaque in *Tract. de*
Humanis actionibus quest. 3. art. 7. §.
Præter has, pag. 61. §. Quod autem, pag.
63. totoque eo art. comprobatur Scien-
tiam Mediam, & refutat prædeter-
minationem physicam. Videatur etiam
in Notis ad lib. Ecclesie Lugdunensis ad-
uersus Ioannem Scotum Erigenam ad pag.
1035. col. 2. in Bibliotheca VV. PP. tomo
9. parte 1. ex editione Coloniae Agrippinae
anno 1628.

1097 Nicolaus Ysamber-
tus, iisdem ornamentis clarus, in præ-
citato *Tract. de Gratia*, quem ego non
legi, & 1. p. *Disp. 8. ad quest. 14. art. 1.*
2. & 3. ex pag. 208. usque ad 210. & in
1. art. §. Sit hæc propositio allegat Abu-
lensem quest. 13. ad Cap. 23. Lib. 1. Re-
gum, Dominicumque de Soto Lib. 3.
Summularum Cap. 8. lect. 3.

1098 Franciscus Hallier,
Doctor, & Socius Sorbonicus, Profes-
sorque Philosophiæ in Parisiensi Uni-
uersitate, parte 1. *Analysis Logica à n.*
65. usque ad 68.

1099 Carolus Franciscus
D. Abra de Raconis, Doctor Parisien-
sis, Episcopusque Vauensis, in *Philo-*
sophia Tract. de principijs q. 2. propos. 1.

1100 Ludouicus Abelley,
Parisinus in Sacra Theologia Doctor,
& Ecclesie Parochialis S. Iudoci in Vr-
be Parisiensi Pastor, in *Medulla Theo-*
logie parte 1. tract. 2. de Deo Cap. 3. de
Scientia Dei sect. 4. v. Dicendum, habet
hæc, [Dicendum est igitur, Deum
certo, & infallibiliter cognoscere om-
nia futura contingentia conditiona-
ta, seu, quod idem est, Deum ab æter-
no præuidere, quid Angeli, vel homi-
nes liberè facturi essent, si in tali, vel
tali rerum ordine, cum his, aut illis
circumstantijs collocarentur.] Et V.
Quod autem docet, istam Scientiam nõ
fundari in vilo Dei decreto absoluto
ex parte actus, his verbis, [Quod au-
tem spectat ad id, quod aliqui Theo-
logi dicunt, nihil esse futurum siue ab-
solutè, siue sub conditione, nisi de-
pendenter à decreto aliquo ipsius Dei,
quo efficaciter vult prædeterminare
creaturam quamcumque, etiam liber-
am, ad agendum, & per quod proin-

de cognoscit futura sub conditione;
atque ita hæc cognitionem non
spectare ad scientiam illam conditio-
natam, seu mediam, sed ad scientiam
liberam, magnam id recipere videtur
difficultatem. Si enim hoc verum ef-
set, sequeretur, Deum fore causam
peccati, quia v. g. in illa prædictione
suprà ex lib. 1. Regum relata sensus
illius esset, Deum efficaciter decre-
uisse, aut decreturum fuisse, vt Saul
contra ius, fatque ad necem Dauidem
quereret, &c. [Et infra, [Præterea ex-
probratio Christi relata contra Iudæos
per comparisonem Tyriorum, &c.
videretur parum rationi consentanea,
potuissent siquidem Iudæi responde-
re, non mirum esse, quod Tyri in oc-
casione ibi declarata essent cõuertendi,
quia vi decreti alicuius diuini au-
xilia quedam efficacia, & ineluctabi-
lia erant acceperunt, quibus ipsi carere
debebant, & sine quibus pœnitentiam
agere non poterant.] Sic ibi. Et in
Tract. 6. de gratia diuina Cap. 3. de gratia
efficaci reijcit gratiæ efficaciam consi-
stentem in prædeterminatione physi-
ca, tueturque gratiæ efficaciam sitam
in quadam cõgruitate, ad sensum Do-
ctorum Societatis. Ita enim habet,
[Secunda sententia docet, gratiam
efficacem nihil aliud esse, quam illu-
strationem, ac inspirationem, seu pes-
suasionem internam, diuinitus immis-
sam, quæ talis est, vt per eam infalli-
liter inducatur creata voluntas ad hoc,
vt velit, et operetur bonum. Hæc sen-
tentia, quam vt veriore amplecti-
mur, probatur ex S. August. &c.] Vi-
deantur alia eiusdem Abelley in num.
1080. Quæ, & superius adducta de-
sumpta sunt ex 5. editione Operis fa-
cta Parisijs anno 1658. diuisaque in
duos tomos in 12.

1101 Ludouicus Bail, Sacræ
Theologiæ Doctor, & Subpœnitenti-
arius B. Virginis Parisijs, in *Theo-*
logia affectiua Gallicè edita ibidem anno
1654. parte 1. Meditatione 16. de Scien-
tia Dei puncto 2. diuidit scientiam Dei
in simplicis intelligentiæ, mediam, seu
conditionatam, & visionis, adedque
admittit Scientiam Mediam, expli-
catque eam ex Matthæi Cap. 11. Si in
Tyro, & Sidone, &c. Rursus Medita-
tione 30. puncto 1. docet, prædestina-
tionem ad gloriam factam esse post
præ-

præuisa merita, iuxta S. Thomam 1.
p. q. 23. art. 5. in *Corp. quem ait, à*
quibusdam ex suis discipulis fuisse nõ
benè intellectum. Idem 1. 2. Tract.
4. de Gratia, Medit. 9. puncto 2. tenet,
gratiam excitantem reddi efficacem
per accidens, seu per hoc, quod homo
ei consentiat, & à Deo præuideatur
consensum habiturum: ac proinde non
distingui à sufficienti per sua intrinse-
ca præcisè, sed per bonum illius vsum
homini liberum. Inquitque in margine,
extare pro hac veritate testimonia
Scripturæ, & Patrum apud Lessium
in Defensione Apolog. Cap. 6. & 8.

1102 Antonius Caignot,
Sacræ Theologiæ Doctor, Pastor, &
Vicarius, tom. 1. *anni Pastoralis Gallicè*
secundo eli Parisijs anno 1662. Con-
cione ad diem Dominicam Sexagesimæ re-
futat gratiæ efficaciam, renocatam ad
prædeterminationem physicam, quia
existimat, esse noxiã libertati nostræ;
traditque, consistere in ea congruita-
te, & attemperacione cum ingenio
hominis, cui gratia datur, vt licet
de se non habeat necessariam connex-
ionem cum consensu, his tamen, aut
illis data obtineat ipsi infallibiliter.

1103 Antonius Moraines,
Professor Theologiæ apud Parisios,
in *Anti-Iansenio Disp. 27. sect. 5. & Disp.*
36. sect. 1.

1104 Ioannes Vaigghers, Doctor,
& Professor Regius Louaniensis, 1. p.
q. 14. art. 13. & 1. 2. q. 111. art. 3. *Tract.*
de Gratia, dub. 10.

1105 Morifanus Ibernus
quest. 11. *Physicorum, quem non habui*
ad manus, sed allegatur à Lallemandes
Disp. 4. de corpore physico parte, & clypeo
4. in Decisione.

1106 Ionnes Gonfalius Mar-
tinius, Doctor Complutensis, Lib. 2.
Physicorum Cap. 3. quest. & diff. 4. ex
pag. 202.

1107 Odoardus Vuestonus,
Doctor, & Professor Theologiæ in Col-
legio Duacensi Anglorum, Lib. 3. *de*
triplici hominis officio Cap. 9. 10. & 29.
In quorum medio Cap. §. Ex duabus,
pag. 139. ait [Quamobrem inique,
nec sanè opinati iuat, meo iudicio, de
libertate nostrâ, qui præter has men-
tium excitaciones ad hoc, vt volun-
tas te hac inflectat, requiri dicunt im-
pressionem physicam in ipsa voluntate,

quæ illata sit à Deo tantum efficien-
ter, & antecedenter requisita ad volun-
tatis definitum, designatumque con-
sentium.] Quæ Odoardi censura mihi
non aridet, vt neque quod postea
prædeterminatio physica vocetur cõ-
mentum, dicaturque, libertati arbi-
trij tam clarè aduersari, quam perspi-
cium est, Solem lucere.

1108 Claudius Dauinquus San-
tomarius, Canonicus Tornacensis,
Lib. 2. *de Sanctitudine S. Pauli, Cap. 6.*
vbi scribit, [Prædeterminationes istas
nouellas satis, superque extirpauit,
atque exterminauit Leonardus Les-
sius, Theologiæ Belgæ Alpha in lib. de
gratia efficaci, Molina in Concor-
dia.]

1109 Geruasius Bilonius Ce-
nomanensis, Magisterque Theologiæ
apud Parisios, in *Tract. de Auxilio gra-*
tiae Disp. 3. quest. 2. art. 5. & Disp. 5.
quest. 4. art. 6. cuius aliqua verba de-
si in n. 109.

1110 Alexander Pesantius
Romanensis, Philosophiæ, Theologiæ,
& vtriusque Iuris Doctor, Comes, &
& Eques, 1. p. q. 14. art. 13. *Disp. 5.*
quest. 23. art. 5. Disp. 7. quest. 111.
art. 5. Disp. 4.

1111 Franciscus Murcia de
la Lanza, Philosophus, & Theologus
Complutensis, Lib. 2. *Physicorum Disp.*
4. de causa efficiente, quest. 3.

1112 Hieronymus Colum-
bus, Presbyter, & Theologus Sæcula-
ris, Lib. 2. *de Angelica, & humana Hie-*
rarchia, Disp. 1. Cap. 7. licet Disp. 2.
Cap. 15. videatur velle medius stare
inter Dominicanos; & Ietuitas.

1113 Sfortia Pallauicinus,
Marchio, postea Professor Societatis,
nuncque Eminentissimus Cardinalis,
in *Aseris tum Philosophicis, tum Theolo-*
gicis editis ante aditam Societatem.

1114 Melchior Fuster, Præ-
positus S. Metropolitanæ Ecclesie Va-
lentine, Doctor Theologiæ, & Ma-
gister Liberalium Artium in Acade-
mia Valentina, *Disp. 4. de Voluntate*
Dei, Cap. 1. parte 5. num. 583. & seqq.

1115 Oregius, Cardinalis
Eminentissimus, & antea Theologus
Summi Pontificis Urbani VIII. *Tract.*
1. de Deo Cap. 14. quest. 3. Non est à me
lectus; sed allegatur à Petro de S. Io-
sepho in sua concordia Disp. 2. sect. 7.

num. 5. pag. 227.

1116 Thomas Pius à Ponte 1. p. q. 14. art. 13. dub. 3. & 4. quest. 23. art. 3. dub. 8. & seqq. usque ad 12. Sed cum fuerit à Societate, licet id dissimularit, & suū de Iturea cognomen, pro manifestat Aegæbe in Bibliotheca Scriptorum Societatis, videbitur potius referendus inter domesticos.

1117 Gundisalvus Sanchez de Lucero, Canonicus Granatensis, Discursu 7. de Conceptione B. Mariæ Virginis, Cap. 5. ubi ait, [Video, multos non admittere Scientiam Mediam, sed sanè absque ratione; & negare eam Scientiam, est nimia contentio; affirmareque non fundari in Scriptura Sacra, doctrinaque Patrum, error est intolerabilis.] Sic ille; sed non ego.

1118 Thomas Stapletonus, Prælector Regius primū Duaci, deinde Louanij, citatus iam in n. 947. quia scripsit aliqua Opera propitia nostræ sententiæ, antequam Molina faceret publici iuris suam Concordiam.

1119 Eugenius Philadelphus Romanus in Exercitatione Scholastica tripartita contra nouam rationem tuendi phisicas promotiones liberorum agentium, eorumque libertatem exponendi.

1120 Ioannes Alfonso Curriel, Primarius Salmanticensis, de quo fusè in Event. 31.

1121 Ludouicus Diaz Franco Olyssipponensis, in Doctrina Philosophica, Tract. 1. de rebus naturalibus in communi quest. 8. Cap. 2. & 3. & 4.

1122 Ludouicus Mōtesinos, Primarius Complutensis, tomo 2. in 1. 2. quest. 79. art. 2. Disp. 10. quest. 3. §. Ad confirmationem Durandi pag. 269. rursus quest. 111. art. 3. Disp. 31. quest. 2. num. 44. pag. 795.

1123 Nicolaus Viti Gozzij, filius patritius Ragusinus, in Breui dilucidatione controuersia de Auxilijs gratiæ, quæ in presentiarum disputatur inter Dominicanos, & ex Societ. Iesu PP. Scripsit anno 1607. & dicauit Cardinali Bellarmino. Non vidi nisi M. S. hoc Opus in Bibliotheca Collegij nostri Salmanticensis. De alio eius Opere in 7. Psalmos penitentiales meminit Possuinus in Apparatu, & Authorem vocat Nicolaum Vite Italum à Gozio Oppido.

SECUNDA CLASSIS SCRIPTORVM
sex è Sacro Ordine Benedictino, &
Congregationibus Cisterciensium.

1124 ANTONIVS Perez, Magister Salmanticensis, Generalis Congregationis Benedictinæ Hispanæ, Archiepiscopus Tarraconensis, in Authentica fide Ioannis controuersis Catholicis agitata, pariterque discussa, Cap. 36. ex eiusdem Ioannis 6. v. 43. num. 27. 29. & 34. De quo iam in n. 105.

1125 Eustachius à S. Paulo, Congregationis B. Mariæ Fulienfis Familiæ Cisterciensis, 2. p. Summe Philosophiæ, 2. p. Ethicæ, Tract. 2. Disp. 1. quest. 3. Tract. que 1. de Deo vno quest. 5.

1126 Petrus à S. Iosepho, Congregationis eiusdem Fulienfis, in Tractatibus de Gratia, de suauit concordia humanae libertatis, de Defens. S. Thomæ, in Idea Theologiæ Speculatiuæ Lib. 1. Cap. 13. Lib. 4. Cap. 7. & in Lib. Gallice scripto, & inscripto, La Theologie du temps.

1127 Petrus de Lorca, Congregationis Cisterciensis Hispanæ, Primarius Complutensis, pro Societatis sententia iam vindicatus in Event. 35.

1128 Angelus Manrique, eiusdem Congregationis, Primarius Salmanticensis, & Antistes Pacis Augustæ, laudatus iam in num. 3. & 108.

1129 Chrysostronus Caberus, eiusdem Congregationis, Primarius Complutensis, Tract. 2. de Phisica aucta cultatione Disp. 4. num. 9.

TERTIA CLASSIS SCRIPTORVM
sexdecim è Sacro Ordine Minorum.

1130 FRANCISCVS de Arriba, Professor Theologiæ in Hispanica Conceptionis Prouincia, & in ea Prouincialis posteaque à Confessionibus Christianissimæ Galliarum Regine Annæ Austriacæ, electusque (vt audiui, aut legi) Episcopus Ciuitatis, in Opere conciliatorio gratiæ, & liberi arbitrij Lib. 1. Cap. 9. ad stipulatur Scientiæ Mediæ, etsi velit, non esse vocandam Scientiam, sed Sapiētiam; etsi item in alijs punctis nostræ
cum

cum Dominicanis controuersia contendat, utrosque vera dicere, & non repugnantia inter sese. Quod est mirabile assumtum, & ab Authore propositum coram Clemente VIII. Pontifice summo, deque eius mandato coram Cardinalibus Bernerio, ac Bellarmino, quodque vt prælo traderet, vitā sibi à Deo miraculosè cōseruatam, refert magno cum animi candore, & credulitate. Ego non legi nisi solutum primum sui Operis conciliatorij, ubi facit aliqua fundamenta notabilis suæ cogitationis. Sed tanti viri pace, mihi videtur non pervasisse interiora controuersia.

1131 Philippus Faber, Professor Theologiæ in Vniuersitate Patavina, citatus iam in n. 1011.

1132 Hugo Cabellus, in Ibernorum Collegio Romano Professor Theologiæ, & postea Metropolitana Armachanus, & Primas Iberniæ. De quo in num. 1012. & 1013.

1133 Ioannes Poncius, ibidem Theologiæ Professor. De quo in num. 789. & 790.

1134 Ioannes Muñoz, Complutensis Professor Theologiæ, in Disceptionibus, & argumentis Complutensium circa varias Theologiæ sacra doctrinas in 7. 8. & 9. arg. de Scientia Dei, in quorum 7. pag. 57. tuadet Scientiam Mediam ex Scoto in 1. Dist. 39. §. Argumenta ad 1. & in 9. pag. 65. respōdetque ad obiectiones ex eius autoritate in 1. Dist. 38. lit. B. & Dist. 41. §. Sed contra.

1135 Thomas Frances de Vrrutigoyti, Iubilatus Lector, Generalis Exsecretarius Ordinis, Pater, & Custos Prouinciæ Aragonicæ, in Certamine Scholastico pro Conceptione Dēiparæ sect. 45. subsect. 3. num. 1389. ex sententia tum Scoti, Philippi Fabri, & Hugonis Cabelli, tum propria.

1136 Franciscus Carriere, Doctor Theologus, Pœnitentiarius Apostolicus, & Concionator Regis Christianissimi, in Digesto fidei Catholice tom. 1. in art. de Deo, quest. 18. pag. 59 & 60. ubi de decreto diuino circa futura contingentia absoluta ait, [fore, vt nec simul esse posset cum determinatione nostra, nec cum ea concordare, nisi præcederet scientia Dei, non quidem eius, quod absolutum est, hoc

enim præsupponit prædefinitionem Dei; sed eius, quod sub conditione cognoscitur, cuius præscientia antecedit omnem determinationem. Cognoscit enim Deus, quid sub hac conditione futurum esset, si Petrus v. g. tali vocatione excitaretur. Cum ergo Deus has combinationes vocationum cum arbitrio cuiuscumque præsciat, & quid cum qualibet earum facturum esset arbitrium, in primo signo decernit absolutè vocare tali vocatione aliquem, cui responsum esse sub tali vocatione novit. In secundo verò decernit cum determinatione voluntatis, quam sub conditione nōerat, absolutè cooperari, ac proinde nostram determinationem suo decreto nō antecedit, sed concomitatur, & talis concomitantia non tollit libertatem nostram.] Sic ibi. Et in quest. 20. pag. 60. docet, scientiā visionis nō esse causam rerum, [quia non potest dirigere voluntatem Dei ad opus, quia vt eam dirigeret, deberet esse ratione prior, quàm liberum decretum illius; atqui non tantum non est prior, sed est ratione posterior.] In quest. autem seq. pag. 61. & 62. probat ex professo Scientiam Mediam eodem omnino modo, ac Nostri, repetitque in art. de Inbarnatione quest. 9. pag. 287. se admittere eam; & ab Scoto fuisse admissam.

1137 Rursus in tom. 2. art. de peccato quest. 11. pag. 840. & 841. declarat non secus, ac Nostri, Deum non esse causam peccati, etsi ad eius materiale concurrat phisicè, quia diuinus concursus est generalis, atque indifferens ex se, determinaturque ad illud à voluntate creata, ita vt diuina auerfetur illud, & non modò formale. Et in art. de lib. arb. pag. 868. docet [etsi Deus omnia sciat, nec falli possit, non tamen sequi, nos necessariò operari, quia talis scientia nō se habet antecedenter ad opera nostra, sed consequenter velut ad obiectum, supponitque liberam voluntatis nostræ determinationem ad illa faciendā, id est, non sumus ea facturi, quia Deus præuidit nos ea facturos, sed contra præuidit Deus, nos ea facturos, quia facturis sumus.] Vt terius in art. de Gratia, quest. 10. pag. 882. constituit [cum S. Augustino Lib. & quest. 1. ad Simplicianum efficaciam gratiæ in congrua applicatione gra-

gratiae, seu in contemperatione vocationis diuinæ cum lib. arb. qua posita, iuxta præscientiam diuinam sequitur infallibiliter effectus.] Et præscientia, de qua loquitur, est conditionata, vt constat ex pag. 884. §. Respondeo, Deum, §. Respondeo negando, & §. Instabit. Et hac quidem in quæst. refutat semel, & iterum efficaciam gratiæ, quæ consistat in vi intrinseca prædeterminandi voluntatem.

1138 Non silebo hic, Carrierem pag. 883. narrare quædam verba, quæ ipse dicit esse Clementis VIII. in Congregatione de Auxilijs anno 1602. die 20. Martij. Huiusmodi relationes proscriptæ sunt ab Innocentio X. Papa anno 1654. die 23. Aprilis. Sed forsan Carrierem latuit Pontificia hæc prohibitio, etsi anno 1656. die 27. Sept. scripserit Epistolam Dedicatoriã sui Operis, quod anno 1657. typis Lugdunensibus prodijt in lucem publicam. Ego verò, cui nota est ea prohibitio, relinquo inditussa verba illa, siue sint aduersa, siue propitia causæ nostræ.

1139 Nec item silebo, videri posse alicui parum versato in Scholis, Carrierem contrarium esse nostræ sententiæ. Nam pag. 882. §. Nodus est, inquit, [Molinistæ dicunt, auxilium esse tantum efficax ab effectu, & negant, esse ex se efficax, sed tantum accedente consensu libertatis, à quo omnino pendet, vt sufficiens ex se fiat efficax. Sed sic explicata sententia multas habet difficultates, nec satis à Pelagianismo defleuit, nec consonat modo loquendi Scripturæ.] Et pag. 884. §. Clemens VIII. ait, [Hæc Molinistam aperte destruunt.] Et §. Respondeo scribit, [Multum differt opinio S. Augustini, quam amplector, ab illa Iesuitana, quæ totalem efficaciam gratiæ vult pendere à voluntate humana.] Ceterum hæc à Carriere dicta sunt, quia ipse non satis distinxit inter præcipua puncta controversiæ, & leuia alia; in quorum posterioribus non conveniunt omnes Doctores Societatis inter sese, sed scinduntur in contraria studia, tamen vobum potius, quam rerum dissensione, & eorum vnum est illud, quod attribuit Molinistis. Si Carriere habuisset præ oculis Ioannem Martinez de Ripal-

da tom. 2. de Ente superni. Lib. 5. Disp. 113. Sect. 5. num. 27. & duobus seqq. loquutus aliter fuisset, aut dixisset, se in modo explicandi constitutiua gratiæ efficacis recedere à Molina, & Lessio, sed accedere ad Suarezium, Vazquium, &c. Recolantur quæ circa id ego notavi in num. 760. Et contra Molinismi nouam nomenclaturam parco ioco, quod mihi occurrebat, nam amicum Ladere nec ioco quidem licet, vt Publicus Syrus in Sententijs monebat. Multoque minus licet, intrmittere nos in penetralia quæstionis de gratia efficaci. Si id fas esset, possemus facile ostendere, molimina Carrieris (breuiora quidem illa, quamquæ sufficerent vel ad minorem molem diruendam) non modò non demolita fuisse Molinismum, sed nec attigisse quasi vel digito: possemus etiam ostendere, Molinismum, à Semipelagianismo distare toto Cælo. Procedo ad alios Franciscanos. Sunt autem

1140 Meurisse, Doctor Parisiensis, tom. 2. Metaphysicæ Cap. 3. p. 5. quæst. 3.

1141 Hieronymus Tamarit à Tamarit in Floribus Theologicis Tract. de Scientia Dei quæst. 2. Quos duos allego ex fide Sherlogi p. 3. sect. 10. num. 48.

1142 Dermittus Thadæus ex Prouincia Ibernix Professor Theologiæ. De quo in num. 640.

1143 Gaspar de la Fuente, Complutensis Professor Theologiæ, Lib. 2. Phys. quæst. 5. diff. 3. art. 1. & 2.

1144 Franciscus del Castillo, ibidem Theologiæ Professor, tom. 1. in 3. sent. Disp. 14. quæst. 1. p. 2. num. 33.

1145 Franciscus de Herrera, Salmanticensis Professor Theologiæ. De quo Ruizius Disp. 49. de Scientia Dei sect. 9. num. 68. Disp. 67. sect. 9. num. 12. & nos in num. 815. Videnda quæ sunt quæ in num. 817. scripsimus de Ioanne Merinero.

1146 Et nunc notamus, etsi multi Franciscani, seu Scotistæ non admittant Scientiam Mediam, tamen non ideo accedere ad sententiã Thomistarum. Nam decretum diuinum, determinans actus nostros liberos ad esse futurorum absolute, non ponitur ab ipsis prius natura, quam determi-

na-

natio nostræ voluntatis, sed ponitur simul natura, ac ea determinatio. At à Thomistis ponitur prius natura. Et præterea Scotistæ solent dicere, tale decretum concomitans esse in nostræ voluntatis potestate. Id quod à Thomistis omnino negatur. Vtrique ergo tantum conveniunt in agnoscendo decreto diuino esse conexo essentialiter cum existentia nostrarum actuum liberorum, & proinde esse absolute, & efficaci. Leguntur Theodorus Smiling. tom. 1. de Deo vno Tract. 3. Disp. 2. quæst. 4. num. 129. Angelus à Montepiloso in Summa Sacræ Theologiæ tom. 2. partis 1. Disp. 39. art. 8. & 9. & 10. præsentim in n. 11. art. 8. & in num. 6. ac 7. art. 9.

1147 Rursum notamus, Alfonso Briceñum tom. 2. in Scoti 1. Sct. Controu. 11. Disp. 2. art. 5. singulariter inter Scotistas opinari, requisita esse duo diuina decreta, vt actus nostri liberi sint futuri absolute, atque vt tales cognoscantur à Deo: vtamque quidem antecedens ordine naturæ, & causalitatis actionem liberam nostræ voluntatis; sed primum constituens actum primum, & offerens concursum ad vnum, & ad alterum extremum; secundum autem reducens actum primum ad actum secundum, quia, applicatione diuinæ potentie ad vtrumlibet per modum actus primi supposita, causæ primæ munus est, iuxta exigentiam causæ liberæ, valeantis ad vtrumlibet in actu primo, voluntatem nostram in actu secundo ad alteram partem contrahere, & prædecernere actum infallibiliter futurum per volitionem gerentem munus actionis, vt ipse ait in num. 35. pag. 216. Quare opinione ipsius secundum hoc decretum est indistinctum ab actione diuinæ Omnipotentie, ideoque non præiudicat libertati actionis procedentis à nostra voluntate, quia habet se per modum actus alius concursus determinantis extrinsecè, & non per modum actus primi alligantis voluntatem nostram ad vnum extremum. Quæ sententia recedit valde à Thomistica; magisque, quam à nostra, nam neque quoad primum, neque quoad secundum decretum conuenit cum Thomistica, & cum nostra conuenit quoad primum.

1148 Notamus tertio, præfatos Scotistas recurrere pro scientia Dei conditionata ad decreta, quæ ex ipsorum sentibus declarauimus, quatenus ea sint subiectiue absoluta, & obiectiue conditionata. Ita videre est in Briceño Disp. 3. art. 2. in Smilingo quæst. 5. sub num. 160. in Montepiloso Disp. 31. art. 2. Sed vt præmonstratum est, decreta subiectiue absoluta, & obiectiue conditionata ab eis adstructa concordant solo nomine cum introductis à Thomistis; ipsique Scotistæ adeo inter se dissident, vt dicat de Smilingo Briceñus Disp. 3. art. 1. num. 35. pag. 373. non constare sibi circa medium scientiæ conditionatæ, nihilque firmare, & stabilire circa medium scientiæ visionis, dum à Dominicanorum, & Iesuitarum, imò & ab Scotistarum Scholis recedit.

1149 Notamus quarto, eosdem Scotistas maxime auersari prædeterminationem physicam, non modò ad actus prauos, sed etiam ad bonos liberos. Lustretur oculis Briceñus Disp. & art. 2. num. 11. & seqq. art. 6. num. 108. & seqq. Et licet extensè in art. 6. defendat prædeterminationem extrinsecam, in Dei decreto consistentem, quæ vertitur circa materiale prauorum actuum; aut intrinsecam, seu physicam toto conatu repellit. Hæc adnotare libuit, ne quis miretor, si videat, modernos aliquos Scotistas allegari iam pro nostra, iam pro Dominicana sententia.

1150 Restant duo, qui Scientiam Mediam indubitatè tuentur. Vnus est Ludouicus Caspensis, in Prouincia Aragoniæ Theologiæ Professor, & ibidem Definitor Generalis Capuccinorum, Tract. de Scientia Dei Disp. 6. per 6. Sectiones.

1151 Alter est Ludouicus à Dola, Professor Theologiæ apud Burgundos, & ibidem Prouincialis eorundem Capuccinorum, Disp. quadripartita de modo coniunctionis concursus Dei, & creature p. 1. Cap. 3. & seqq. p. 3. Cap. 2. & seqq. etsi parte 4. tuatur contra Dominicanos, & Nostros, Deum non concurrere immediate, & proximè cum voluntate creata ad actus liberos ordinis naturalis, & præsertim ad prauos. Reuisantur dicta in Euent. 23.

QVAR-

QUARTA CLASSIS SCRIPTORVM
decem è Sacro Ordine Augustiniano.

1152 **D** IDACVS de Tapia, Complutensis Professor Theologiæ. De quo in num. 40.

1153 Alfonso de Mendoza, Salmanticensis Professor Vespertinæ Cathedræ Theologiæ. De quo in n. 739.

1154 Basilius Poncius Legionensis, Primarius Professor Theologiæ in Academia Salmanticensi. De quo in *Event.* 32.

1155 Martinus de Albiz, Primarius Theologiæ Professor in Academia Complutensi, 1. p. *Tract.* 1. de *Scientia Dei*, *Disp.* 7. per 6. sectiones.

1156 Emmanuel de la Cerda, in Academia Conimbricensi Moderator Cathedræ Duradi, in *QQ. Quodlib.* quæst. 1. *Scholastica*, art. 7. num. 2. pag. 27. Et licet in num. 6. pag. 26. dicat, causam secundam indifferenter indigere aliquo, a quo determinetur, loquitur de determinatione quoad Individuum.

1157 Agidius de Præsentatione, Vesperarius Theologiæ Professor in eadem Academia, tom. 1. de *Beatitud.* Lib. 1. quæst. 13. art. 2. §. 8. num. 30. pag. 200. quavis nec ex professo, nec omnino clarè. Et in *Lib.* 4. de *B. Virginis Cœceptione*, immuni à peccato originali, quæst. 3. art. 2. §. 9. num. 45. & duobus seqq. videtur inficiari prædeterminationem physicam, etsi admitat de creta diuina antecederent efficaciam, determinantia nostrum liberum arbitrium suauiter, & contentaneè ad eius naturam.

1158 Cælestinus Brunus, in *Disp.* *Quodlib.* *Disp.* 13. de *Scientia Dei* §. 8. Citatur à Ribadeneyra in *Tract.* de *Scientia Dei* *Disp.* 20. *Cap.* 1. num. 5.

1159 Ioannes Puteanus, Primarius Theologiæ Professor Regius in Academia Tolosana, 1. p. q. 14. art. 13. dub. 3. Videatur etiam in 1. 2. quæst. 111. art. 1. 2. & 3. dub. 4. conclus. *ultima*, quæ huiusmodi est, [Gratia præueniens efficax, quæ de comuni lege datur ijs omnibus, qui de facto convertuntur, & respiciunt à

peccatis, non determinat physicè libertatem, sed tantum moraliter.]

1160 Ruvier Theologus Parisiensis in libello, cui titulus, *Calumniosus bestiarum religio.*

1161 Gabriel Pennotus, Theologiæ Magister, & Abbas S. Mariæ Pacis de Vrbe, Congregationis Lateranensis ex Ordine Canonico Regularium, in *Propugnaculo humanæ libertatis* lib. 3. *Cap.* 28. & seqq.

QUINTA CLASSIS SCRIPTORVM
septem ex Sacro Ordine Carmelitano.

1162 **C** HRISTOPHORVS Sylvestraus, Theologiæ Doctor in Gymnasio Patauino, *Lect.* 97. *super* 1. *sent.* in *Respon.* ad 1. pag. 205. *Lect.* 100. per totam, *Lect.* 102. per totam, sed præcipue in *Respon.* ad 3. pag. 234. quibus in locis multa dicit, quæ contra prædeterminationem ad materiale peccati possunt vsui esse. Hoc Opus, procurante suo Authore, impressum fuit anno 1591. quavis scriptum fuerit anno 1587. vt constat ex subscriptione Sylvestraui ad finem.

1163 Daniel à S. Iosepho Professor Theologiæ, Prior Conuentus Quintinensis, & in Prouincia Turoniarum Definitor, atque Prouincialis, tom. 1. in *Summam Theologicam S. Thomæ* *Disp.* 24. ubi per 8. *Capita* adstruit ex Scriptura, Patribus, & speciatim ex S. Thoma, necnon ex rationibus Scientiam Mediam, tandemque in vtriusque partis momenta inter se confert, & estimat, præfertque nostram, & addit, [De hominum salute (quæ tota diuinæ gratiæ adiumentis, liberoque arbitrio nititur) male mereri eos, qui conditionalem à Deo scientiam reijciunt; peius, qui eam agnoscere coacti, absoluto, præfinitivè, & decreto subiectam volunt; pessimè, qui apud Theologorum rerum indoctos, aut certè non satis peritos maledictis suis in invidiam trahunt. De quibus ego sic cæseo, eos ista in controuersia vel partis vtriusque momenta non planè assequi, vel opinioni suæ potiùs, quàm veritati seruire. Cõtra verò plurimum Rempublicam debere Christianam ijs, qui conditionalem scientiam, absoluto Dei decre-

topriorem, Sacris ex litteris, PP. que, & D. Thomæ monumentis, in quibus delitelcebat, in lucem Theologiæ vocauerint; quoque modo liberam creaturæ voluntatem cum Dei scientia, & auxilijs conciliet, atque ita de Vvicleffi, Lutheri, & Caluini erroribus triumphet; magno Christiani Orbis bono ostenderint.] Sicille, descriptus à BeKenno in *Disp.* *Theologicis* de *Deo vno*, ac *trino* *Disp.* 19. *Cap.* 4. num. 17. commendatque nostram sententiam verbis significantioribus, quam quæ nos proferre auderemus.

1164 Irenæus à S. Iacobo, non lectus à me, sed ab inspecta fidei amico, qui me per litteras monuit de ijs, quæ retuli in num. 823. & quæ videntur fauorabilia nostræ Scholæ, aut saltem magis, quam Thomisticæ.

1165 Mattheus de Orland, Collegij Romani Regens, in *Cursu Theologico* tom. 1. de *Christo Redemptore* *Tract.* 1. *Disp.* 3. quæst. 1. num. 9.

1166 Ioannes de Sylveira, Theologiæ Primarius Lector Iubilatus, & Magister Regens in Prouincia Lusitanæ, tom. 3. in *Euang.* lib. 3. *Cap.* 14. *expos.* 4. num. 29.

1167 Iulianus Castellvi, Professor Theologiæ, tom. 1. *Cursus Philosophici* *Tract.* 4. lib. 2. *Disp.* *vnicæ*, dub. 2.

1168 Iosephus Blanc, Professor Theologiæ, in *Cursu Philosophico* lib. de *Interpret.* *Disp.* 1. sect. 7. Floruerunt hi duo Scriptores insignes in Vniuersitate Valentina.

EX EODEM SACRO ORDINE Carmelitano multi alij voce, & MSS. fauore summo prosequuntur sententiam Societatis.

1169 Quæ in Vniuersitate præcipuos Magistros Sacri Ordinis Carmelitarum Calceatorum suffragari Scientiæ Mediæ, pro vulgari, scribens ibi, P. Borrull *Disp.* & sect. 5. de *hac Scientia*, n. 372 inter quos præcelluit Petrus Olginat de Medicis, bis Prouincialis, electusque Episcopus Oriolanus, necnon Anastasius Vives de Rocamora, qui modò Segobricensis Episcopatus sacris insulis decoratur.

1170 Eiusdem Prouinciæ Aragonicæ terminis continetur Vniuersitas Cæsaragustana, in qua decantatur celeberrimi Magistri Carmelicæ, qui eandem Scientiam illustra-

runt, Michael Ripoll, Primarius, & Decanus, bisque Prouincialis, Martinus Ximenez de Embun, Secundarius, & semel Prouincialis, Franciscus Lucea, Cathedraticus Metaphysicæ, Valerius Ximenez de Embun, Laureatus Doctor, Prouincialis, sæpèque Visirator, designatus Episcopus Elguerenfis in Sardinia, Scriptorque illustis, (de quo in *Paradiso Carmeli* dignissimum, cumulatissimumque elogium mentini fuisse à me lectum) Raymundus Lumbier, in præsentiarum Primarius, Qualificator Sancti Officij, Examinator Synodalis, Exprovincialis, Prædicatorque nominatissimus. Quo Condiscipulo in Cursu Philosphico apud Pampilonente nostrum Collegium maximè glorior, & cuius iam tunc acutissimum ingenium demirabar, vnique amabili eximias animi dotes tenera illa in ætate erumpentes, nunquam reddentes maturos, suauissimoque fructus. Ultra memoratos Magistros referri possunt piusquam triginta alij Doctoratus Cæsaragustani Gradu eximij, & inter eos Laurentius Angelus Espia, Aisitens pro Prouincijs Hispaniæ apud Ordinis R. Generalem Priorem; vir omnigenæ litteraturæ, habentque parata ad prælum quatuor elucubratissima Volumina Theologiæ Moralis, qui omnes Scientiam Mediam publicè præiegerunt; solusque Dionyus Iuberus, Cathedraticus Theologiæ Moralis, & Titularis Episcopus Bazæ, excipit potest, qui ex Magistris Carmelitans Religiouissimi Conuentus Cæsaragustani tua subscriptione non nobilitarit Scientiam Mediam.

1171 In nostra autem Alma Academia Salmanticensi Laureatus Magister Hieronymus Iteus, Regens Artium, chirographum suam eidem Scientiæ addidit. Et vt taceam alios Carmelitas ex alijs Academijs,

1172 Romæ initio Controuerfiæ R. Generalis Prior, P. Fr. Henricus Sylvius Henrici, necnò R. P. Fr. Ioannes Antonius Bobius, Theologi egregij, iudicatosissimi fuerant nostræ sententiæ, vt notauit in num. 95. & 96. atque Franciscus Bonæpei, recens Carmelita Scriptor, tom. 1. *Cursus Theologici* *Tract.* 1. *Disp.* 11. num. 8. [Scientiam Mediam esse ad Scripturæ

loquutiones explicandū necessariam, è Nostri arbitrati sunt PP. Henricus Sylvius, Ordinis nostri tunc Vicarius Generalis, postea Generalis, & Ioannes Antonius Bobius, Collegij nostri Romani Regens, ambo præstantissimi Theologi, dum anno 1598. & seqq. suo, & suorum nomine, tam in publicis, quam in privatis Congregationibus, adversus P. Molinam Romæ habitis, censuræ cōtra eundem attentatæ se se constantissimè opposuerunt, in favorem futurorum contingētium conditionatorum infallibilis Dei scientiæ, & gratiæ rigorosè prædeterminantis avertionem.] Sic Bonaspes, Theologus quidem acutissimi ingenij; quod dictum à me sit citra assentatorum officium, sed non absque grati animi compensatione ob laudatam ibi supra merita priorem editionem huius Operis, & ob fidem in Preambulo adhibitam cuidam meæ narrationi, quam testimonio publico iam omnino firmavi in *Event. 8.*

1173 Illud verò in verbis Bonaspei sine expensione non abeat, quod scilicet R. Generalis Prior Ordinis Carmelitani non solum suo, sed etiam suorum nomine suscepit Scientiæ Mediæ protectionem: qua nihil ad solidam gloriam, & ad tutam defensionē optabilius euenire potuit Scholæ nostræ; quippe Carmelitana Religio clarebat tunc temporis (vt & nūc, & à sui antiqua origine) viris sapientissimis, eruditissimisque in omni disciplinarum genere, atque vt ferax fuit hominum, ac mulierum sanctitate præcellentium, sic etiam doctrina, & litteris. Quare lætandum nobis est, memorique mente gratia persolueda pro præstito à tanta Religione auxilio in exordijs Controversiæ. Et quanquam succedētibus annis ea tam felix fors nobis non obtigerit, vt posteriores omnes Magistri, & Scriptores prima illa fœdera retinuerint, adhuc tamē plures sunt pro nobis, quam cōtra nos, deficienteque vno, aut altero, multi alij ferunt opem, vt visum est in ista classe: atque adeò de huius fecundissimæ arboris, dicatæ B. Mariæ Virgini de Monte Carmelo, possumus dicere, ramo,

— vno avulso, non deficit alter
Autem, & simili frondescit virga metallo.

APPENDIX DE FRANCISCO
Bonaspei Carmelitano, qui est
neutralis.

1174 **P**AVLO post scripta, quæ extant in num. 303. habul ad manus primum, & secundum tomum Cursus Theologici, nuper editi à Francisco Bonaspei; & ideo in hoc loco, tanquam opportuniore, liberabo fidem meam, quam in eo alio oppigneravi.

1175 Igitur Franciscus Bonaspei, Regens Theologiæ in Academia Lovaniensī, & Prouincialis in Belgio, nec Thomistarum, nec Societatis placitis se alligat, sed sua sponte incedit. Prædeterminationes physicas sepe rejicit, præsertim tom. & Tract. 1. Disp. 14. num. 5. tom. & Tract. 2. Disp. 3. num. 132. Tract. 3. Disp. 13. num. 15. dicens, esse contrarias libertati voluntatis creatæ. Et quoad prædefinitiones inquit tom. & Tract. 1. Disp. 16. num. 21. [Opera mala, siue quoad materiale tantum, siue quoad vtutrumque, simul neque Deus prædefinit, neque prædefinire potest. Quoad formale est de fide ex Trident. sess. 6. Can. 6. contra Calvinistas, & Arausicano 2. Can. 15. 23. & 25.:: Quoad materiale verò, quicquid oppositum pleriq; Thomistæ, sumitur ex allata prædefinitionis definitione; alioqui enim Deus amore complacentiæ, & vt causa particularis, peccatum materiale, siue materiale odij, blasphemie, &c. cui videt malitiam esse infallibiliter annexam, causaret; quod eius summæ bonitati, ac perfectioni, ne idem vellet, ac nollet, repugnat. Nec id moraliter aliud ferè est, quàm ipsius formale peccati prædefinire, nam qui prædefinit vnam necessariò coniuictorum, censetur moraliter alterum prædefinire; sicuti qui vult materiale peccati, cui videt malitiam esse infallibiliter annexam, moraliter censetur ipsam malitiam velle, &c.] Sic ibi. Sed cum in num. 41. admittat, physicam præmotionem, latè sumptam, requiri ad saluandam munus causæ primæ, vt primæ, respectu actionis causæ secundæ, vt secundæ, & quæ est libera, exercat actionem suam in materiale peccati, tenetur extendere, & extendit Disp.

13.

1176 **num. 37. ac 112.** tam præmotionem ad materiale peccati, nolque cōtra ipsam eisdem vtentur argumentis, quibus ipse cōtra prædefinitionem, & contra prædeterminationem Thomisticam ad idem materiale.

1176 Ibidem ex num. 30. defendit creatorum actuum liberorum præcedentium ex gratiæ efficaci prædefinitiones, independentes à Scientiæ strictè Mediæ, seu qualem Nostri ponunt; sed & quæ ad obtinendū infallibiliter eos actus non indigeant prædeterminatione physica, seu qualem Thomistæ adhibent. Vnde ab vttraque Schola recedit; recurritque ad cumulum auxiliorum, ex se sufficientiū, quæ Deus tot, toties, & tam diu multiplicare decreuerit, donec voluntas creata præbeat consentium, & bene operetur. Huiusmodi recursum examinavit ingeniose P. Antonius Bernaldas de Quirostom. 2. in 1. p. Tract. & tota Disp. 6. post alios Recentiores nostros in *MS.* quem cū legerit Bonaspes, & sepe alleget, ad laudem, potuit et in isto loco; inuitareque ad illius lectionem, sine quâ disticilla erunt intellectu quæ breuiat Bonaspes. Agam ego de hoc puncto in *Delin. Theolog.* vbi potius ex præfatio cunilo (obseruato à S. Thoma *quæst. 6. de verit. art. 3. in Corp.*) probabo Scientiæ Mediæ necessitatem ad prædefinitiones effectiues. Interim ultra Quiros consulatur Aldretus Disp. 27. tota Sect. 7.

1177 Prætercā in Disp. 9. ex num. 83. arbitratur Bonaspes, diuinam scientiam visionis esse causam proximam nostrorum actuum liberorum, vt adiunctam diuino decreto, & vt determinatam ab eo; cui, & scientiæ attribuit Disp. 13. ex num. 132. æqualem immediatam causalitatem. Hæc in assertione imitatur Thomistas modernos; sed sic eam probat, vt selungatur maximè ab illis. Quod autem pacto ipse prospiciat libertati voluntatis creatæ, & authoritati Patrum assentientium, diuinam scientiam præsupponere nostros actus liberè futuris, & speciatim prauos, ego certè nouitacis intelligo, præcipue cum considerationem applico eis verbis S. Athanasij, seu potius Authoris quæ-

tionum ad Antiochiū Principem præferentis nomen S. Athanasij. *Quomodo igitur Deus non est causa proditionis Iudæ, & negationis Petri, cum quidem hæc præsciuerit, & illos nihilominus elegerit? Verum eadem ratio locum habet in Diabolo, & primi hominis creatione. Quibus respondemus, si autem oportebat, Christum ab aliquo Discipulo tradi, vt Scriptura impleteretur, vtique causa fuit adimpletionis Scripturæ, non autem proditionis Iudæ. Huius enim Iudas causa fuit, quam Deus præuidens futuram, per Scripturam prædixit, non enim præuisio, præscientiæ ve est causa futuritionis rerum, sed contra futuritio rerum earum præuisio causa existit. Non enim futuritio sequitur præuisio-nem, sed præuisio futuritionem. Quare qui præuidet, nullo modo causa est proditionis, sed proditio causa fuit præcognitionis Christi. Atque eadem ratio militat pro Diabolo, ac Protoplasto, quæ pro negatione Petri. Ita Author ille in q. 58. ad Orthodoxos ex versione Corderij pag. 591. *Catenæ in Lucam.* Concordes alios PP. cumulat, & expendit Raynaudus Cap. 10. de Iuda ex num. 4. vsque ad 7. Estque dignum notatione, PP. eodem modo loqui de diuina scientia futuræ proditionis Iudæ, ac de creata diuinitus communicata animæ Christi, & Prophetis, nec non de ea, quam nos humanitatis habemus, cum videmus, aliquem actu peccare: has autem scientias esse suorum obiectorum causas, remotissimum fuit à PP. mente.*

1178 Si dicatur ex Bonaspe Disp. 10. num. 72. præscientiam creatam Christi esse causam, vt cōiunctam præscientiæ diuinæ de proditione, vt præsentem ab æterno secundum durationem suam infinitam, communem, & impropriam sibi. Contra, quia nec Patres de hæc cōiunctione curarunt, nec ipsa sufficeret, vt præscientia creata eleuaretur ad efficiendū munus, quod tam alienum est ab illa, & tam superfluum respectu effectus proditionis, quodque cum sit tam perplexum in diuina præscientia, augetur difficultas, ampliando illud ad præscientiam creatam, & confugiendo ad proditionis præiudicam præsentiam ab æterno, de qua statim loquar. Et nunc omitto, Xpi, & Prophetarū præscientiam sæpe iam non extitisse, cum inciperent esse prauæ actiones ab

Dd 2

ipus

ipsis preiſſe: quomodo ergo eas cauſaret phyſicè effectiue? Omitto etiã, PP. comparare increatam præſcientiam viſionis, quã nos intuemur actiones aliorum, exercitas coram nobis, quã ob noſtram viſionẽ imponamus neceſſitatem ad eas. Ita S. Athanaſius in *Serm. de Paſſione, & cruce Domini*, & alij apud Ruizium *Diſp. 33. de Scientia Dei ſect. 4.* Anne dicetur, viſionem noſtram ſimul cum diuina præſcientia efficiere ealmodi actiones? Nonne potiùs tunc valebit illud S. Auguſtini 4. *de Genef. ad lit. Cap. 32. Cognitio (preſertim intuitiua) fieri non poteſt, niſi cognoscenda præcedant?* Solutionem, quã impugnaui, non audeo attribuerẽ Bonæſpei, ſed cum ipſe in *Diſp. 9. num. 111.* remittat ſe ad *Diſp. 10. num. 72.* vt ſoluat id, quod dixi dignum eſſe notatione, & in *num. illo 72.* inſallibilitatẽ creatæ præſcientiæ Chriſti de proditiõne Iuæ conciliet modo dicto cum libertate proditiõnis, moveri quiſ poterit, vt eodem modo putet, poſſe eludi ponderationẽ illam circa mentem Patrum.

1179. Iam fœderatio ſcientiæ diuinæ de noſtris actibus abſolutè futuris cum ipſorum libertate deſumitur exinde à Bonæſpe, quod ſcientia diuina, quatenus contingenter libera, conſtituitur ex ipſis actibus noſtris per modum termini purè intrinſecus adhærentis, vt exiſtentibus quidem in tempore ſecundum ſuam durationem finitam, particularem, ac propriam, & vt ab æterno exiſtentibus ſecundum inſinitam, communẽ, atque impropiam ſibi, & exinde maxime, quod eadem ſcientia ſit ipſorum aliquando contingenter realiter exiſtentium cauſa. Sic in *Diſp. 9. num. 110. & 111. Diſp. 10. dub. 1. & 3. Diſp. 13. dub. 5.* Cæterum nobis videtur, quod ſi diuina viſionis ſcientia eſſet cauſa noſtrorum actuum, id augeter potiùs, quã minueret difficultatem fœderationis illius; nec percipimus, quo pacto ſcientia, vt contingenter libera, poſſit eſſe effectiua cauſa noſtrorum liberorum actuum ſimulque conſtitui formaliter eſſẽmet actibus liberis, ſiquidẽ cauſa ſub ea ratione, qua eſt effectiua, debeat diſtingui realiter à tuo effectu.

1180. Quid? Quod ipſe Bonæſpes *Diſp. 9. num. 81.* declarans, ſcientiam diuinam viſionis non eſſe natura poſtèriorem decreto diuino, ſed ſola eſſendi conſequentia, inquit, [Scientia viſionis, & decretum Dei ita ſunt cauſa rerum, vt tamen ſcientia viſionis indifferenter ſe habeat ad earum oppoſita, vt ſint, vel non ſint, & non nominet principium actionis, niſi adiungatur ei inclinatio ad effectum, quæ eſt per voluntatem.] Tunc ſic: ſi ſcientia viſionis eſt eo modo indifferens, ergo non conſtituitur per res. Vtteriùs: ſi ſcientia viſionis, ſeu potiùs intellectus diuinus non determinatur à rebus, ſed à decreto, ergo non per res, ſed per decretum conſtituetur intellectus diuinus, vt ſciens liberè contingenter res potiùs, quã earum oppoſita. Insuper: qui fieri poteſt, vt intellectus diuinus determinetur ab efficaci Dei decreto, vt ſciat liberè contingenter proditiõnem Iudæ potiùs, quã non proditiõnem, cum ipſe Bonæſpes, vt retuli in *num. 1175.* non agnoſcat tale decretum vel erga materiale proditiõnis? Ad hæc: ſi decretum diuinum determinat Dei intellectum ad ſciendam potiùs Magdalenæ conuerſionem, quã non conuerſionem, non ſecus, ac noſtra voluntas determinat gratiam, vt ex indifferenti ad ſufficientem, & efficacem, tranſeat in efficacem (quo exemplo vtitur Bonæſpes in *num. illo 81.*) & aliunde in diuinæ voluntatis determinatione nihil poteſtatis habet Magdalenæ voluntas, ergo actum eſt de huius libertate.

1181. Hoc argumentum ſic aliter efformo: cum intellectus diuinus ſit ex ſe indifferens ad videndam Magdalenæ conuerſionem liberè futuram, vel ad videndam eius non conuerſionem liberè futuram, assignanda eſt ratio determinans ad priorem viſionem potiùs, quã ad poſtèriorem. Si ſit ipſa conuerſio liberè futura viribus gratiæ, & facultate electiua voluntatis Magdalenæ. Hęc eſt noſtra ſententia, & cum ea noi ſtat, quod ſcientia viſionis de conuerſione Magdalenæ ſit cauſa eam efficiens. Si vero ratio determinans ſit vel intellectus diuinus (quod eſt omnino ſiſtitiũ, nam vt præciſe talis non eſt potentia libera)

libera) vel ſit voluntas diuina ſuapte ſponte decernens potiùs conuerſionem, quã non conuerſionem, eoque ipſo dererminans intellectum diuinum, vt videat potiùs vnã, quã alteram. Etne hæc Bonæſpei opinio? Si ſit, rectè poterit tribuere ſcientiæ viſionis, vt adiuncte diuino decreto, munus cauſæ efficientis erga conuerſionem: ſed quo pacto ſarram, tectamque ſeruabit libertatem conuerſionis, deſideramus audire.

1182. Dicit ipſe multa in locis præcitatis, quanquam tandem veritus prohibitiones Pontificias tractationis de gratia, & lib. arb. addat *Diſp. 10. num. 86.* [Quid autem determinatio hæc ſit, videbis commodiùs in *noſtra Phyſica p. 1. Lib. 2. Tract. 2. dub. 4. reſol. 3.* Modus verò, quo ſub illa ſaluatur humana libertas, nobis facilis videtur, & quidem talis, quem omnes Nominales, Scotiſtæ, & PP. Societatis probabilem agnoſcere debeant; ſed hic, & nunc eius explicationi ſuperſedendum ob decretum, quo eam Paulus V. Urbanus VIII. & Innocentius X. typis vulgari vetuerunt.] Sic ille. Sed ego quoad punctum de concordia diuinæ ſcientiæ cum noſtra libertate non video Theologos modernos vlla religione teneri; ſed quoad aliud de concordia diuinæ gratiæ: quo de puncto ſermo nunc non vertatur. Modus verò ille, à cuius vltioriẽ explicatione abſtinet Bonæſpes, vt ſit probabilis (nam à cenſuris de improbabilitate, multò que magis ab alijs rigidioribus ſoleo me continere) certè gratus non erit Noſtris, ſi conſonet cum principijs traditis à Bonæſpe in *Philoſophia, & in locis adnotatis Cursus Theologici.*

1183. Quoad conſtitutionem illam diuinæ ſcientiæ viſionis, vt contingenter libera, non eſt occaſio, vt nunc altercemur; neq; item quoad contingenter abſolutè futurorum ad Dei æternitatem coexiſtentiam realem phyſicam ſecundum durationem, quæ ſit inſinita, communis, & impropra ipſis modo latè declarato in *Diſp. 10. dub. 1.* Et qui, ſi introſpiciatur, non magis diſplicebit Noſtris, quã Thomiſtis modernis, etſi prima ſpecie videatur eſſe ad horum palatum. Et vtrique (ni fallor) implaci-

dè excipient quod inquit *num. 18.* ſcilicet calamum hunc, quo ſcribo, habere ad Dei immenſitatem totaliter, & adæquatè coexiſtentiam realem phyſicam, ſeu habere eſſe vbique ſecundum vbi inſinitum, commune, & ſibi improprium. Nam Thomiſtæ ſunt ſoliciti de exhibendo diſcrimine, ne de abſurditate notam incurrant.

1184. In *Diſp. 11.* tractat copioſè Bonæſpes de Scientia Media, cuius diſputationem ait *num. 1.* [factam fuiſſe ſolemniffimam Libro P. Molinae de Concordia lib. arb. &c. circa annum 1594. in quo eam Scientia ſupra modũ extollit.] Sed quicquid ſit, an ſuprà, vel inſrà, vel iuxta conuenientem modũ extollatur ea Scientia à Molina, Liber Concordiæ divulgatus eſt anno 1588. Rurſus *num. 6.* ait, [non magis Deo ſcientiam conditionatam, ſiue conditionatorum ſine errore denegari poſſe, quã ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, ſeu poſſibilem, & viſionis, ſeu realiter aliquando exiſtentium, ſequẽ non ſatis mirari poſſe, quod è Dominicanis PP. Petrus Ledeiſma dicat, ſententiam hanc non eſſe probabilem, & oppoſitam eſſe certiffimam.] Cenſuræ prioris partis ego non ſubſcribo.

1185. Et attento doctrina ipſius Bonæſpei *Diſp. 9. num. 6.* de Deo ſe cognofcente in actu humano, qui ſit opinativus circa Dei exiſtentiam, iudicarem, ſatius fore, ſi omiſiſſet cenſuram illam. Nam cum contra præfatam doctrinam obijceretur, ſequi inde, fore, vt Deus in opinione humana creata ſe obſcurè, & probabiliter tantũ cognofceret, atque ideo imperfectè, reſponderet, [ſequitur fore, vt Deus ſe obſcurè, & imperfectè cognofcat, obſcuritate, & imperfectione ſe tenente ex parte Ipſius Dei, & cognitionis, quã diuinæ, nego Maiorem, quia equidem Dei cognitio, vt cognitio præciſe, manet perfectiffima: obſcuritate, & imperfectione medijs ſibi extrinſeca, concedo Maiorem. Sed hinc nihil imperfectionis in cognitionem, vt Dei cognitionem, reſundi poteſt; totumque in ipſum medium reſundi debet.] Quæ reſponſio ſi iudicio Bonæſpei non tantũ non eſt erronea, ſed plauſibilis.

lis, & approbanda, cur similis Thomistarum plurium initio Controuersie adferantur, diuinam de futuris contingentibus conditionis cognitionem esse certam, & infallibilem subiectiuè, coniecturalem verò, & probabilem obiectiuè, explodenda erit tanquam erronea? Nec latere potuerunt Bonasphem, multè lectionis Theologum, conamina Carmelitarum Corneji, & Antonij de Matre Dei pro eius probabilitate vindicando. Videantur scripta à nobis in num. 568. atque in consensibus, noventurque obiter verba hæc Guidonis Carmelitæ, Theologi antiqui grauissimi, qui in Lib. inscripto Quatuor unum, seu in Concordia Euangelistarum quatuor fol. 327. tom. 1. tractans locum Matthæi 11. v. 21. & seqq. inquit cum S. Remigio, [Quod Dominus noster, cui omnia nuda, & aperta sunt, verbum dubitationis, scilicet Fortè, posuit, non propter se, qui nouit omnia, etiam antequam fiant, nec quod ipse dubitauerit, sed ideo certè, vt per hoc demonstraret, quod liberum arbitriū concessit hominibus: ac si diceret, Fortè in hunc diem mansissent, si credere vel lent.] Quibus in verbis adstruitur omnimoda certitudo diuinæ cognitionis de Tyrionum, & Sidoniorum conditionata conuersione, et si hæc ex parte voluntatis ipsorum foret prorsus contingenter. Nihilominus abstinendum est à censuris.

1186 Enimverò si alicubi Bonaspes non premit aliena vestigia, maxime in questione de modo, & medio cognitionis diuinæ terminatæ omnimodis certè & infallibiliter ad futura cōtingentia conditionata. Namque contra Thomistas centet in num. 76. Deū non cognoscere ea in decretis suis conditionatis, antecedenter ad omne decreterū absolutum, hoc modo, Si decernā hoc, decernā illud, aut sola cōditione posita ex parte obiecti, hoc modo, Decerno hoc futurum, si hoc fiat. Contra Nostros autem putat ibidem, non cognoscere ea in se ipsis; & num. 35. ac 74. omnem propositionem de eis, sumptam ante omne omnino decretum absolutum, esse falsam.

1187 Porro dum ex num. 11. vsque ad 41. rejicit Scientiam Mediā strictam, & dum ex num. 42. vsque ad

73. amplexatur Scientiam Mediā latam, neutrius Scholæ partes agit. Nomine prioris Scientiæ significat cognitionem infallibilem præfatorū futurorum, antevertentem omne liberum Dei decretum. Nomine posterioris significat scientiam visionis de vno obiecto, vt coniunctam cum scientia simplicis intelligentiæ de altero; sētique, Deum in operatione libera agentis A. cognoscere infallibiliter, agens B. operaturum similiter, si haberet dispositionem antecedentē, similem prorsus illi, cum qua agens A. operatur. Quare existimat, Deū propterea infallibiliter cognouisse Tyrios conuertendos, si Christus fecisset apud illos miracula, & virtutes, quæ fecit apud Corozaitas, quia cum videret dispositionem animi, & corporis, indolis, & complexionis, quam de facto habuerunt Tyrj, & cum etiā videret, aliquos homines, habentes dispositionem omnino similem, fuisse conuersos, adiunctis miraculis, & virtutibus; hinc infallibiliter deduxit, & cognouit Deus, Tyrios conuersos iri, si dispositioni, quam de facto habuerunt, adiuncta fuissent miracula, & virtutes: quam cognitionem prorsus infallibilem in Deo dari repetit Bonaspes in num. 43. esse tam certum, vt absque manifesto errore negari non possit.

1188 Hæc est breuis declaratio sententiæ Doctoris istius, idque est, quod de re singulare continetur ex num. 11. vsque ad 73. nam cætera, in quibus metaphysicatur de conuersione Tyrionum, an sit obiectum merè possibile, an sit quid medium inter merè possibile, & absolutè existens? et ad quæ reuocat Scientiæ Mediæ strictæ impugnationem, con tendens, eā conuersionem esse obiectum merè possibile, & in hunc scopum dirigens pleraque argumenta solita adduci ex autoritatibus, & rationibus contra prædictam Scientiam, non tam ad rem inter Bonasphem, & Authores Societatis pertinent, quam ad modum loquendi. Et per me vocaret, quoquo modo veller, obiectum illud, dummodò non dissetiret in diuina de illo cognitione infallibili ante omne liberum decretum diuinum. Sed et si in hoc pūcto (quod est

est præcipuum questionis) dissentiat, vix de eo verbum habet.

1189 Sententiæ illius traditæ à Bonaspe de modo, & medio cognitionis diuinæ infallibilis circa conuersionem Tyrionum periculum facimus hac interrogatione, vt illius momenta libremus: Vel dispositio ista, quam de facto habuerunt Tyrj, si coniungeretur cum visione miraculorum, & virtutum, haberet inevitabilem connexionem cum conuersione, vel non? Si secundum. Ergo ex eo quod aliqui cum simili dispositione, visis miraculis, sint de facto conuersi, non potest deprehendi infallibiliter, quod Tyrj conuerterentur, si viderent miracula. Si primum. Ergo quæ conuersionis libertas, quia si visio miraculorum in consortio talis dispositionis subiecti haberet inevitabilem connexionem cum conuersione, ergo talis operatio, supposito eo actu primo, non posset impediri à voluntate Tyrionum, & consequenter poneretur necessariò, seu absque libertate à necessitate. Quippe contradictionem implicet, quod operatio sit libera à necessitate, vbi potentia proxima est connexa cum illa: si enim est connexa cum vno extremo, non est indifferens ad oppositum. Unde Dominicani peritiores, præsertim Salamanticensis, non ponunt iam prædeterminationem physicam ex parte actus primi, neque vt constituentem potentiam proximam, ne nociua sit libertati.

1190 Bonaspes in num. 47. cōcedit primam interrogationis partem, & negat sequelam, remittendo se ad n. 86. Disp. 9. vbi dixerat, contingentia futura libera cognosci à Deo in ipsorum creatura causa proxima, sumpta quatenus præcisè condistinctur contra ipsa contingentia: Quia ad hoc sufficit, si causa illa sit talis, ad quam infallibiliter sequatur effectus, tam ex determinatione necessaria causæ necessariæ, quam ex determinatione libera ipsi causæ liberæ: atque causam proximam creatam, quatenus præcisè, &c. includeret determinationem, necessariam causæ necessariæ, & liberam ipsi causæ liberæ, hic supponimus: Quid autem determinatio hæc sit, videbis commo-

dius in nostra Physica: Modus verò, quo sub illa saluetur humana libertas, nobis facilis videtur, &c.] Sic ille. Sed ego, visa eius Physica, & Curia Theologico, intelligere non possum, quod si potentia proxima ad conuersionem sit infallibiliter connexa cum eademmet conuersione, determinatio ad eandemmet sit libera voluntati creatæ, persistatque salua humana libertas. Hoc ænigma si aperiat Bonaspes, erit nobis velut alter magnus Apollo.

1191 Tandem si visio miraculorum, coniuncta tali dispositioni, connexa esset infallibiliter cum conuersione Tyrionum, vt quid Deus iuxta hunc Authorem, vt cognosceret infallibiliter conditionatam eorum conuersionem, deberet explorare ipsam in conuersione aliorum, qui viderint miracula, & habuerint similem dispositionem? Et aliàs talis cognitio, quæ sita per explorationem in alijs hominibus, videtur dedecere infinitam perspicaciam diuini intellectus. Rursum vt quid Deus iuxta hunc Authorem in loco citato ad num. 1176. vt prædefiniret (sicuti potuit) efficaciter absolutam conuersionem Tyrionum, deberet vt iudicia illa cumuli auxiliorum? Quo in loco inquit hic Author num. 34. [Quia autem voluntas cuiuslibet gratiæ, & motiuo distributiue sumptis debet posse resistere, vt in sensu composito libera sit; & damnatur ab Innocentio X. occasione libri Cornelij Iansenij, propositio sequens, Interiori gratiæ in statu nature lapsæ nunquam resistitur: ne prædefinitio Dei efficax sit fallibilis, Deus decernere debet gratias, & motiua multiplicare, donec, se determinante voluntate, sequatur effectus.] Quæ verba adijciunt novam obcuritatem ænigmati superiori, vt & multa alia, quæ in tom. 2. habet circa eandem explicationem damnatæ illius propositionis.

1192 Et hætenus de velitatione cum tam celebri Theologo. [Oprata hæc est discordia, qua fouetur scientia, & veritas elucescit, vè ferè olim VII. dixit Synodus, Fuit apud nos quoddam prælium sine ferro, dum sermones iaciunt, & faciuntur, sed triumphatè habemus trophæum vetera-

ritatem, quæ non vincitur.] Sic ipse in suo excelsissimo Preambulo loquens de suis discordijs ab alijs Theologis: sic & ego de meis ab ipso. Sed cui triumphale veritatis trophæum assignandum sit, Deus scit. Et qui alienè fati à meo animo interpretentur in contentionis typhum has discusiones de tam insignium Doctorum recentium sensibus, sciant ex V. Roffensi in *Proœmio Lib. 4. aduersus Oecolampadium fol. 84.* esse de antiquo more Theologorum, [ut nemini parceret, neque Magistro quidem Petro, qui sententias collegit, quas & excutiunt exactissimè.] Sciantq; quod in pari causa dixit Ioannes Picus, Comes Mirandulæ, vir ingenio, & doctrina (pro ætate) maximus, [Hoc crimen, si crimen est, commune est mihi cum magnis viris, imò cum probatissimis, non solum nostræ, sed ferè omnium ætatum Philosophis, quibus fuit certissimum, nihil ad consequendam, quam querebant, veritatis cognitionem, sibi esse potius, quam ut essent in disputandi exercitatione frequentissimi.] Ita in *Apologia*. Dixeratque paulò antè, (quod vtinam omnes, qui cum alijs voce, vel scripto disputant, dicere verè possint!) [Contentionis, & iurgiorum abhorrens, animi pacem, & quam mihi mea præstiterunt studia, placidissimæ vitæ tranquillitatem amavi semper, nec odium ullum magis scribendi munus, quam quod in disceptatione, & amarulenta quoquomodo altercatione sit constitutum: quippe qui non minus referre, quam inferre iniuriam, vel contumeliam, nec boni viri dixerim esse unquam, nec Philosophi.] Hæc Ioannes Picus. Sed iam oportet, ut ad Scriptorum classes, vnde digressi sumus, reuocetur calamus.

SEXTA CLASSIS SCRIPTORVM
duorum ex Sacro Ordine Sanctissimæ Trinitatis.

1193 **M**ARCUS Antonius Alos, & Orraca, Magister Theologiæ Valentianus, p. 1. *Selectarum Dissp. in 2. Cap. 5. §. 7. num. 221. & 222.* clarissimè in *Lectura de Scientia Dei*, ut testatur Borrull, Valentianus scribens, *Dissp. &*

sect. 5. num. 374.

1194 Balthasar Pæz, Conimbricensis in Theologia Doctor, & Concionator Regius, in *Canticum Moyses textu 29. annot. 5. fol. 361.* Allegatur ex indicio ob eam, quæ dicit de concursu voluntatis creatæ, gratia adiutæ, in actus supernaturales.

SEPTIMA CLASSIS SCRIPTORVM
quatuor ex Sacro Ordine Minorum.

1195 **I**OANNES Durcellus, Theologiæ Professor è Prouincia Lugdunensi, in *Dialecticothea lib. 2. Cap. 8. ex pag. 491.*

1196 Claudius Rangolius, in Cōuentu Parisiensi Professor Theologiæ, in *lib. 1. Regum Cap. 13. v. 14. §. Quomodo intelligendum sit, §. His ita explicatis col. 1563. §. Ex his sequitur col. 1565.*

1197 Marinus Merfennus, ibidem Theologiæ Professor, in *Cap. & v. 1. Genesis art. 5. obiect. 10. in fine col. 353. & seqq. obiect. 17. col. 407.*

1198 Ruteus I. p. *quest. 14. Dissp. 7. vbi citatur à Francisco Bonæspei supra Dissp. 11. num. 37. nam ego ipsum non legi, sed tantum audiui, esse ex Sacro hoc Ordine. De Ioanne Lallemandet recolantur scripta in Event. 23.*

OCTAVA CLASSIS SCRIPTORVM
duorum ex Sacro Ordine Clericorum Regularium Theatinorum.

1199 **P.** D. Franciscus Maria del Monaco, Patauij Professor Theologiæ, *Lib. 2. Phys. Dissp. 4. sect. 7. §. Sed neque hæc sententia.*

1200 P. D. Thomas del Bene, Romæ Professor Theologiæ, *tom. 1. Summæ Theologica Dissp. 4. quest. 12. & 13.*

NONA CLASSIS SCRIPTORVM
duorum ex Sacris Ordinibus cum Clericorum Regularium Minorum, tum Somaſchorum.

1201 **E**X primo Raphael Avela, Professor Theologiæ, &

& Præpositus Generalis, in *Philosophia quest. 16. sect. 2. & 1. p. quest. 14. sect. 17. 26. & 27. necnon 1. 2. quest. 10. de libertate voluntatis sect. 2. ac 3.* Quia tamen recusat attingere controversiam de diuina scientia circa futura contingentia conditionata, ut ait I. p. in *fine quest. 14.* ideo non tam ex assertione expressa, quam ex indicijs vehementibus, imò & claris colligimus eius mentem nobis propitiam.

1202 Ex secundo P. D. Stephanus Spinula, Professor publicus Philosophiæ Moralis apud Genuesem Vniuersitatem Grimaldam, *Dissp. 7. Phys. sect. 3. & 4. Dissp. 5. Animastica sect. 2.*

COLLATIO MEMORATORVM IN
hac Event. Scriptorum fauentium sententiæ Societatis cum numero refragantium.

1203 **H**ACTENVS de recensione nouem classium, in quibus numerantur octoginta sex Scriptores externi ex Illustrissimo Statu Ecclesiastico seculari, & extor Sacris Ordinibus, qui post donatam huic Concordiam Molinæ cōfiterentur opinioni Societatis, & quorum si numerus conferatur cum externis, citatis ab Antonio de Mare Dei, à Ioanne de S. Thoma, & à Hieronymo Viue, atque à me aditis, subscriptentibus sententiæ PP. Dominicorum, possumus verè, & palam affirmare, plures nobiscum esse, quam cum illis; nec videmus umbras montium quasi capita hominum. Absit

tamen, ut dicam cum Prudentio *Lib. 1. contra Symmachum,*

infirmæ minoris vox cedat numeri, paruaq; in parte sileſcat. Scio enim cum S. Chryſostomo, sæpe multitudine armari, qui veritate nudati sunt; & sæpe communi multorum opinioni præferendâ esse à prudenti æstimatore eam, quæ vel vnus tantum sit, si tamen munita vrgente autoritate, & ratione, ut cum alijs aduertit Ioannes de Neuizanis in *Sylua nuptiali Lib. 5. num. 66. & 67.*

1204 Quare collationem hanc numeri externorum Scriptorum pro vna, & altera parte dirigo solummodo ad Theologos modicæ lectionis, quorum aliquos ego non semel audiui pronuntiantes etiam publicè, sententiâ de Scientia Media clausam esse intra terminos Societatis; & in Ioanne Lallemandeto (qui alloqui est Theologus eruditus) lego non sine admiratione, imò & stupore, [fuisse hætenus modicæ autoritatis in Schola Theologica Scientiam Mediam.] Ita in *1. tomo posthumo (edito sub anno 1656.) de Deo vno Dissp. 8. partitione 3. in Decisione num. 55. pag. 250.* Certè si tot Doctores externi, quot recensui, non conciliant magnam autoritatem Scientiæ Mediæ, vix in Theologia erit vlla opinio, in altera tram partem, salua fide Catholica, defensabilis, quæ parvæ autoritatis non sit, vix enim reperies aliam, in quam collatis signis tot Doctores, tanque præcellentes conspirauerint.

EVENTILATIO XXXV.

ILLVSTRISSIMARVM QVAMPLVRIVM

Academiarum suffragia pro sententiâ Societatis. Vbi simul de Sacris Religionibus.

1205



Consilio inter referendos Scriptores, & Magistros, subscriptentes Scientiæ Me-

diæ, notauimus Academias, vbi Doctoratum exercuerunt, aut etiamnum exercent, ut inde notceretur plauis, acceptioque eius in Academijs Catholicis totius Orbis.

PARISIENSIS ACADEMIÆ.

1206 Præterea in num. 110. dixi-

diximus, nonnulla de Parisiensi post exortam Controuersiâ, ex n. que 1063. multa ante exortam. Et videndus est Sherlogus p. 2. sect. 6. num. 26. & duobus seqq. Traditque P. Ludouicus Cellotus Lib. 8. de Hierarchia, & Hierarchis Cap. 18. §. 2. pag. 732. & 734. Sorbonam consultâ à Clemente VIII. respondisse; non repugnare fidei Catholice opinionem nostram, imò & suffragatam ei fuisse; idque constare ex Sorbonæ tabularijs. Quod non alitereretur vir Religiosus, plus, doctus, & Parisinus, scribensque aduersus impugatores Gallos doctrinarum Societatis, & cuius Opus recognitum fuit à Doctoribus Parisiis, nisi assertio- nis suæ fidem publicam facere posset.

1207 Sorbonæ etiam die 10. Julij anno 1646. propugnata sunt celeberrimæ Theses Theologicæ à Serenissimo Armando Borbonio, Principe de Conry, Præside Illustrissimo Ioanne Paulo de Gondy, Archiepiscopo Corinthiaco Coadiutore Parisiensi, in quarum tertia opinio Societatis expressa ad vinum continebatur. Et licet non explicaretur *ibi* formalis ratio gratiæ efficacis, quatenus consistat in voluntatis creatæ ad consentum motione, prout diuinæ conditionaliū scientiæ subest; sed in ipsa gratiæ entitate, prout de facto consentum infert tanquam connotatum, efficacitate adæquatè sumpta posterius; is tamen modus explicandi ad intestinum, & civile bellum literarium inter fautores Scientiæ Mediæ pertinet, vt iam præmonui in num. 760. & in n. 1139.

VALENTINÆ IN HISPANIA.
Vbi de D. D. Ludouico Crespi.

1208 DE Valentina scribit P. Borrull Disp. & sect. 5. num. 370. [Hoc mihi, & omnibus certum, & indubitatum est, vix vllam esse Theologiæ Professorum, præter Dominicanos, qui Scientiam Mediam multis non stabi- hat. Ex Dominicis Præpositis, qui potissimum hanc Academiæ lamina, Reuerendissimus D. D. Ludouicus Crespi, pietate, & sapientia nulli secundus, & nunc non humana indu- stria, sed impellentibus meritis vel iuvius ad insulas Oriëntis Episco-

patus assumptus. *Lectura de Auxilijs diuinæ gratiæ, & Prædest. & Scientia Dei;* Iosephus Verge, Primarius etiam, vir ingenio celebris, & doctrina clarus, *ipsum Lecturis:* Melchior Fuster, ingenio laudabilis, *Tract. excuso de Volunta- te Dei* num. 583. Bonauentura Guarad (non Querau, vt ex errore Typothe- tæ) vir infinitæ penè eruditionis, in vtraque Theologia veratissimus. Chryostomus Royo, & Castelvi, nu- per assumptus, sed spectabilis ingenio, *Lectura de Scientia Dei.* Ita P. Borrull scribens in eadem Valentina Acade- mia anno 1656.

1209 Et quoad Illustrissimum, Reuerendissimumq; D. D. Ludouic- um Crespi, qui postea fuit Episcopus Placentinus, Excellentissimusq; Ora- tor extraordinarius Romani missus pro causa Conceptionis Deiparæ Vir- ginis, est etiam testis Magister Vives *Disp. 15. Dist. 4. num. 21.* Tantus au- tem nostræ sententiæ patronus ha- bendus est instar magni alicuius, & an- tiqui Patris Ecclesiæ, multis namque, quos Antiquitas celebrat, par fuit sa- pientia, vt ostendunt libri ab eo editi, nec fuit minor pietate. Vnde meruit, vt SS. D. N. Alexander Papa VII. (qui nunc tenet gubernaculum Ecclesiæ, teneatque ad longos annos!) dixerit, eius egregiam doctrinam, & religio- nis accenta studia fuisse sibi benè cog- nita, valdeque probata, & vt vocauerit eum virum pietatis, religionis, do- ctrinæque veris laudibus longè præ- stantiorem, aded vt eximia suæ vir- tutis, & in agendis rebus prudentiæ si- bi profectò magnam existimationem planè reliquerit. Sic Pontificium O- raculum in recentibus Breuibus ad Regem Nostrum Philippum IV. (quem Deus propitius sospitet!) sed pro dolor! Obijt Excellentissimus D. D. Ludouicus Crespi anno 1663. die 19. Aprilis apud Nobes, Oppidum Madrito distans vñdecim leucis. Nisi potius gaudere debeamus in sancto eius obitu, imitantes Angelicos Spiritus, qui tubarum lætissimò concentu feruntur illum prosequari. Atque ita in Exequijs peractis apud nostrum Imperiale Collegiū Madritense (vbi Venerandi Antistitis corpus deposi- tum iacet) retulit P. Franciscus Es- quex, Regius Ecclesiasticus prætari

no-

nomnis, præsentem meliorem parte Cu- riæ Regiæ, non præbens tamen (vt nec ego) maiorem fidem, quam quæ liceat per auctoritatem Maiorum.

INCIDENTER DE D. D. GASPARE Nemio.

1210 C ELEGERRIMO huic Præfato associò ex Aca- demia Duacensi Illu- strissimum, & Reuerendissimum D. Archiepiscopum Cameracensem D. Gasparè Nemium, Doctorem The- ologiæ, & Regium inibi Professorem, doctrina, & virtutibus ornatissi- mum, toroque Belgio decantatissi- mum, qui in suis Prælectionibus M. S. S. reiecit prædeterminationes physicas, & docuit, dari Scientiam Mediam, explicauitque gratiæ efficaciam iuxta communem sensum Doctorū Socie- tatis, opponens se Francisco Syluio, Collegæ suo; prædeterminationum illarum studiosissimo. Ita ad me scrip- sit Duaco doctus, & acutus Theolo- giæ Prælector R. P. Iacobus Platelius nostræ Societatis, qui breuem, sed af- fabrè materiata Synopsim vniuersæ Theologiæ typis vulgavit anno 1661.

CONIMBRICENSIS:

1211 In Vniuersitate Conim- bricentiã ab incunte Controuersia prævaluit Scientia Media. Pro qua stabant anno 1663. Doctores D. Ber- nardus à Sancta Maria, Vicecancellarius, & D. Antonius à Sanctis, Cano- nici Regulares S. Augustini Congre- gationis S. Crucis; sicut & reliqui Religionis Canonice: Doctores D. Lu- douicus de Souza, Rector Collegij Regalis, Professorque Theologiæ; & alij Academici Magistri Sæculares: R. P. Doctores Fr. Gaspar à Nuiibus, in Collegio Benedictinò Professor Theologiæ; ceterique Doctores, ac Magistri ex eodem Sacro Ordine; R. P. Doctores F. Nicolaus Cotta, Cathedra Durandi Antecessor Augustina- nus; nullusque vnquam fuit Philoso- phia, aut Theologiæ Magister, siue publicus, siue domesticus, in Eremita- rum S. Augustini Collegio, qui dis- senterit. Et in summa RR. PP. Bene- dictini, & Cistercienses, Familia S.

Francisci vniuersa, Eremitæ, & Cano- nici Regulares Augustiniani, Carme- litæ Regularis Observantiæ, Trinita- rij, Congregatio S. Ioannis Euangeli- stæ, Religiosi Militarum Ordinum Christi, & S. Iacobi, Pontificium S. Petri, & Regale S. Pauli Collegia cõ- corditer amplectuntur Conimbricæ nostram de Scientia Media sententiã, vt ex valde fideli relatione, quam ha- bui, est mihi compertum. Atq; idem sit dictum de Eborensi Academia, que in solidum est comissa curæ Societatis nostræ.

CÆSARAVGVSTANÆ IN Hispania.

1212 I N Academia Cæsara- gustana, vltra relatos in proxima Euent. Carmeli- tas Regularis Observantiæ, militat nunc pro Scientia Media Sapientissi- mº Professor Vesperarius R. P. F. Lau- rentius Segobiensis; anteaque mili- tarant RR. PP. Ffr. Martinus Fran- ces; Interpreter Bibliorum sacrorum, Hieronymus Marra, eiusdem Cathedra Prælector, Concionator Regius, & Prouincialis Aragoniæ, Bartholo- mæus Fozcalda Vesperarius Professor, & in præsentiarum Antistes iacitanus: omnes è Sacro Ordine Augusti- niano.

COLONIENSIS, HERBIPOLEN- sis, Moguntinæ, Complutensis.

1213 D E Academia Colo- niensi attingi non nihil in num. 208. De Herbi- polensi, & Moguntina in num. 298. & 299. De Complutensi in num. 241 & 257. vsque ad 270. Scribebatq; Do- ctor Ioannes Garcia Coronel in Episto- la, de qua mox, [In Academia Com- plutensi generaliter recedunt à præ- determinatione physica, & certò non- ul. centuram tulisse in fauorem oppo- sitæ sententiæ, & libri Molinæ.] Sic Primarius ille Vallis Oletanus anno 1660. Sed & posterioribus ad hunc usque egregios uacra est Scientia Me- dia propugnatores Complutenses, ac- que vt præteream multos, quorum memoria non aded recens occurrit, nacta est nuper Doctorem D. Mi- chae-

chaelem de la Barrada, è Theologorum, ut vocant, Collegio, Primarium Cathedra Scoti, Canonicum iam electum Ecclesiae Conchenfis: obitque nunc Doctorem D. Ioannem Zafilla de Azagra, Cathedra S. Thomae Primarium, Canonicum S. Iulii, Concionatorem Regium, olimque Academiae Rectorem: Doctorem D. Iosephum Ruizium de Miranda, Praelectorem Vesperarium, Canonicum S. Iulii, quondamque è Collegio Majori S. Ildefonsi: R. P. Magistrum Fr. Franciscum de Campomanes, Cisterciensem, Moderatorem Cathedrae Durandi. Quibus veteranis Magistris aggrego candidatum D. Ioannem Marquez de Hontiberos, S. Ildefonsi Collegam, de cuius ingenio, cum me Praeide, suscepisset tuendam publicè in nostro Salmanticensi Collegio totam, quam typis vulgaueram, Tractationem de V. Sacramento Eucharistiae, augurati sunt omnes plenam in adulta aetate sapientiam.

VALLIS OLETANA, GRANATENSIS, BEATTENSIS.

1214 **M**VLTVARVM simul Academicarum sensus pro Societatis sententia innotescit satis ex quadam Epistola Doctoris Ioannis Garciae Coronelis; Professoris Primarij Theologiae in Vallis-Oletana. Integram illam exhibet Sherlogus p. 1. sect. 11. num. 46. & apud me extat authenticum transcriptum ex autographo scripto anno 1600. die 17. Octobris ad R. P. Fr. Ioannem Baptistam Plumbinum, Procuratorem Generalem Augustiniani Ordinis Eremitici in Vrbe. Transcribam tantum quaedam fragmenta. Inquit itaque, [In hac Pintiana (seu Vallis-Oletana) Vniuersitate neminem melioris nominis, praeter Dominicanos cognosco, qui arbitretur, praedeterminationes necessarias esse; & omnes penè eas auersantur. In Collegio Augustinianorum vidi, Professores non benè de ijs sentire, uti & in Coenobio S. Francisci, & inter hos nuper electum Episcopum Pampilonensem, virum doctissimum (D. D. Fr. Matthaeum de Burgos) item &

Sanctissimae Trinitatis Religiosos, & Collegas Maioris Collegij S. Crucis; quin cernere liceat in omnibus his Communitatibus, qui contrarium vel legeret, vel defenderet:: Extra hanc Vniuersitatem in alijs Hispaniae Academicis coniecto similia accidere:: Vidi Theses ex Granatensi Academia, in quibus defendebatur contraria praedeterminationi opinio. Et pro comperto habeo, idem factum in Beatiissimi Vniuersitate, pro qua valde procliuem animaduerti quendam eius Professorem, valde grauem, nempe R. P. Fr. Didacum de Abila ex Ordine Sanctissimae Trinitatis. In Sacris Religionibus, ferè omnibus, excepta Dominicana, inoffensè decurrit. Et in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, quae conspexi multa celebrari in hac Vrbe, propugnabatur, nempe in Generalibus Capitulis Benedictinorum, & Minoritarum.] Haec praclarus ille vir. Capitula verò, quae indicat, iam sunt à nobis memorata in num. 106. & 134. Nec silentè sunt Assertiones defensatae anno 1623. in Capitulo Prouinciae Cantabrigiae Franciscanorum apud Lucronium à Fr. Michaeli Gutierrez, Professore Theologiae, quae ex num. 9. usque ad 27. Societatis doctrinam mirè promouent, & quae tanquam notabiles custodiuntur in Bibliotheca huius Collegij nostri.

SALMANTICENSIS.

1215 **N**ON nemini videbimur oblitum Academiae Salmanticensis, etsi in ore, & oculis, atque in corde habeamus, sitque primaria ceterarum Hispaniae, totoque Orbe celebratissima, eiusque proinde suffragium maximae estimationis pro alterutra sententia. Sed dedita operadistulimus in finem usque agere de illa, ut quod maiori veneratione, & affectu prosequimur, eo magis videamur in ipsis magnam quoad partem suffragio, quam in clauis, & summa totius ex Academicis authoritatis, collocare approbationem sententiae nostrae.

1216 Iam igitur audiatur quod de Salmanticensi Academia scribebat prelaudatus Garcia Coronel, [Liquet mihi, exceptis Dominicanis,

nis, reliquos excellentiores Professores negare huiusmodi praedeterminationes; quales Magister Curiel, vir doctissimus, Magister Antolinez, & omnes Magistri Conuentus Augustinianorum, qui modo vivunt. Etiam Magister Dominus Manuel Sarmiento, Magister Arroyo, & ut arbitror, omnes Benedictini Magistri. Quin & Magister Zamel, qui Dominicanis adhaeret, acerbè in ius Operibus loquitur de praedestinatione ad peccatum.]

1217 Rursus anno 1628. P. Didacus de Baeza tom. 3. in Euangelia Lib. 14. Cap. 16. §. 35. pag. 348. & 349. aiebat, [His maximis, & notissimis Theologis non grauiabor addere sapientissimos alios, qui Salmantice inter Magistros his temporibus primas tulerunt; quorum scripta, licet non dum typis mandata, aeterno tamen sunt digna insculpi marmori. Inter hos est Illustrissimus D. Augustinus Antolinez, Archiepiscopus Compostellanus, & in Theologia Salmantinae Scholae Primarius, R. & Sapientissimus Magister Franciscus Coraejo, Vespertina in Cathedra (seu potius Matutina, & Primaria, aut in vtraque) rude donatus; Cantatissimus Magister Ioannes Marquez, in Vespertina Cathedra illustris; Eruditissimus Magister Basilius de Leon, Primariae Theologorum Cathedrae Moderator; R. Magister Angelus Manrique, Cathedrae Philosophiae Moralis Regens, & alij quam plurimi, quos operosum esset recensere.] Ita P. Baeza. Omnesque, quos recenset, Augustiniani fuerunt, excepto vltimo, qui fuit Cisterciensis, & Primarius, & qui in loco adducto ad num. 108. testatur de tribus Primarijs Augustinianis praedecessoribus suis, ut & de Curiele, qui post erectam aliam Cathedram pro Dominicanis primus consequtus est eam, quae ad petitionem, & decertationem relicta fuit.

1218 Successerunt autem post memoratos Augustiniani alij in Cathedris Academicis, qui praedeterminationes physicas non sunt tutati; ut Praestantissimi Magistri, & Primarij Professores Bernardinus Rodriguez, post Episcopus Guadicensis, Petrus de Quiedo, cui ad meritos honores praeceluit aditum intempestiua mors. Sed

incertum mihi est, an simul cum praedeterminationibus moralibus, quarum vidi fuisse defensores, coadynarint Scientiam Mediam? seu potius incertus est mihi modus coadynationis. Tres alij Spectatissimi Magistri Augustiniani, primus Franciscus Dominguez, Cathedra Durandi Praelector, secundus Franciscus de Gamboa, Primarius, postque à Confessionibus Serenissimi. D. D. Ioannis Austriae, Episcopus Caucienfis, & nunc dignissimus Archiepiscopus Valentianus, tertius Ioannes de Aguilar, Vesperarius, nuper sublatum immatura morte, numerandi sunt inter indifferentes, prout de primo audiui, & de secundo, ac tertio ipse vidi. Quare vnum solum Salmanticensem Magistrum Augustinianum, Theologica insignem Cathedra, noui ipse, aut fama accepi, qui Dominicanam sententiam omnibus suis partibus sit amplexatus. Is autem est Ioannes de Montaluo, Interpres Scripturae sacrae, recenter assumptus ad Episcopatum Pacis in India Occidentali, Theologus cum primis fundatus, & Theologicae eruditionis ornamens instrudus.

1219 Vbi obseruandum est, ultra Primarios prelaudatos, & eum, qui nunc Cathedram regit, non alios extrinsece, quam R. P. Fr. Gasparem à Regibus è Sacro Ordine B. Mariae de Mercede, & Illustrissimum D. D. Gabrielem Vazquez de Saavedra, Collegam Conchensem, Canonicum Lectorem Salmanticensem, tandemque Antistitè Caerientem, vix in initium Episcopatus, & emortuum; quorum primus, prout se dabat occasio, iam vni, iam alteri opinioni, cum praesideret, se se accommodabat; quam autem in Lecturis tradiderit, me lateret, & secundus, cum primam Compluto Salmanticam accessit, adhaerebat nostrae, & postea later indifferentes volebat computari: vterque quidem apertissimus in supremo Magisterio Theologico.

1220 Sed ut iam finiam de Augustinianis Salmanticensibus (quos ante institutas Cathedras Primariam, & Vespertinam pro Dominicanis, contendisse cum his de praesentia, praesentibus vtrinque, & auditorum, suffragia eblandientibus) inquit An-

reas Scotus in Hispania Bibliotheca pag. 575. quo liquet, quantum Salmanticę semper claruerint litteris Theologicis) protuli in num. 95. & in 111. & 112. testimonia manifestissima studij ipsorum erga sententiam Societatis ardentissima Cōtrouersię tempestate.

1221 Atque tunc etiam Benedictini Magistri Salmanticenses opportunas nobis suppetias tulerunt, vt constat ex n. 105. Et postquam ætus se fregit, si defuissent alij Benedictini, qui nostrum tegerent, & honestarent latus, sufficeret abunde R. P. Fr. Placidus de Puga, Philosophię naturalis in Vniuersitate Vallis Olerana olim Professor, dudumque Abbas Salmantini Monasterij S. Vincentij, nuncque Definitor Generalis, iudexque Ordinis, Lector Theologię iubilatus, quę peritissimum, & excultissimum Theologum ad primas Cathedras Salmanticensis Academia ambit ex antiquo suo, & singulari more. [Fuit enim hoc proprium Salmanticensis Academiae, vt obseruabat noster Melchior de la Cerda Lib. 7. Topographię pag. 448. & seqq. longè à finibus suis positos, in alienis Academijs versantes, doctissimos, litteratissimosque homines ad res agendas litterarias, & ad Præceptorū obeunda numerata evo-care (Edictis scilicet:) neque solam Cathedra possessore vacua, sed stipendijs, dum vacuitas alicuius adesset, maximis oblatis, vberissimoque questu constituto. Quæ res omnibus iniicit cupiditatem Academiae tantę, & alicuius in ea Cathedrae adipiscendę maioris.] Sic Cerda. Et cum prælaudato Benedictino concors est domesticus alius Præceptor Theologiæ, nempe R. P. Fr. Philippus de Bahanaonde, vir planè doctus.

1222 Ex Cisterciensibus, omisso Illustrissimo Angelo Manrique, de quo supra, tacitisque vita functis, habemus nunc in Academia tot, & tales sententię nostrę patronos, vt non modo omnium simul, sed & singulorum seorsim calculus satis, superque esset ad absolutam illius cōmendationem. Primus sit R. P. Fr. Petrus de Quiedo, Decanus Facultatis Theologiæ, Definitor Generalis, & Abbas pluries secundus R. P. Fr. Franciscus de Roys,

Vesperarius Theologiæ Antecessor, Ecclesiastes Regius, Definitor Generalis, & Abbas bis: tertius R. P. Fr. Michael de Fuentes, Prælector Philosophię Moralis, Definitor Generalis, & Abbas: quartus R. P. Fr. Antonius de S. Petro, Cathedrae Durandi Moderator. Quibus, florentibus Salmanticę magna cum sapientię fama, & cum tam nobilibus Cathedris, adiungo R. P. Fr. Alonsum Heruas, Professore Theologiæ domesticum, & in Academia candidatū magnę spei.

1223 Vtremque ex Trinitarijs habemus R. P. Fr. Iosephū Romerum, Prouincialem nuper, Primariumque Theologię Professore, quo vnolo titulo nihil maius dici potest siue ad suę sapientię, siue ad nostrę doctrinę encomium. Eximius is Theologus in prælectione doctissima pro supremę Cathedre petitione palam pronuntiavit, se nunquam potuisse intelligere tritam distinctionem de sensu composito, & diuiso, applicatam præterminationi physicę, cum aduertus hanc obijcitur sequela temerarię libertatis arbitrij creati. Eodem ex Sacro Ordine habemus R. P. Fr. Didacum Canum, Cathedraticum Artium, & domesticum Theologiæ Prælectorem præclari nominis: R. P. F. Didacum de Salazar, Prælectorem itidem domesticum Theologiæ, & bis Ministrum, doctrinę laude præstantem.

1224 Vniuersumque Cistercienses, Trinitarij, Minimi (vt vni Ordinum Religiosorum triadi, à Hieronymo Vive obiecta, aliam, & doctissimam opponam) ordinariè in lectionibus, disputationibusque publicis vbiq; Hispaniarum nostrę patrocinantur sententię; vnusque solus adulescens è Sanctissimo Minimorum Cætu auditus est anno 1663. qui in Actu Maiori Theologico Vniuersitatis cōtrariam propugnauit. Adhucque nunc Salmaticę RR. PP. F. Fr. Didacus de Guevara, & Antonius de Herrera, Magistri primę notę, quorū secundus anno 1655. die 8. Maij defensus in alio Actu Maiori totam nostram doctrinam summā cum ingenij, & acuminis sui acclamatione, dicauitqueque humanissimè eas Assertiones Societati nostrę. Et sanè non tot

tot ex Religiosis Familijs pro Dominicana opinione recensentur, quin saltem pares pro nostra possint Salmaticę, Vallis Oleti, Compluri. Notumque mihi est, doceri priuatiuam nostram in Venerandis Collegijs Salmaticensi, & Complutensi Trinitariorū Excalceatorum, & in nonnullis alijs Reformatorum.

1225 Ne verò in hac Euent. quæ, nullo ordine seruato, conflata est tam ex Academijs, quàm ex Religionibus fauentibus viua voce sententię nostrę, desideretur maior aliqua notitia de eius approbatione in Collegijs Maioribus, quæ in Academijs Hispaniæ [sunt præsidia, propugnaculaque terrarum rarissima, firmissimæque, vnde Collega subsidio veniant, & hoc omni tempore rebus Christianæ Republicę, neque sæculi solū, sed Ecclesię dignitates, & honores eximios, illustresque gerentes,] vt post longam de eis laudationem concludit Cerda supra pag. 461. cui elogio similia alia congerit eruditè D. D. Franciscus Ruizius Vergarensis, meritisissimus Regius Senator, in Vita Fundatoris, & monumentis Virorum Excellentium Collegij S. Bartholomei, operæ pretium erit accentere plures Collegas: non quidem omnes, quos possem; omnique dignos estimatione, sed quatuor tantum, mihi charissimos, meosque olim in Gymnasio Vallis Oletano auditores, videlicet D. D. Ambrosium Xervas, & Ramon, Regentem Artium in Vallis Oletana Academia; & in Salmanticensi Collegam Ouertensem, nuncque in Ecclesia Ouertensi Canonicum Lectoralem: D. D. Iosephum Gardiam Cabañas, Collegam Ouertensem, Cathedrarum strenuum Candidatum in Academia Salmanticensi: D. D. Dominicum de Orqueta, & Zezeaga, Collegam S. Bartholomei, & in Cathedrarum eiusdem Academiae palam egregium pugilem: D. D. Didacum de la Cueva, & Aldana, Collegam S. Crucis in Academia Vallis Oletana, Artiumque Regentem vbiq; dem, & modò in Salmanticensi Ecclesia Canonicum Lectoralem, cui raro plausu delatus est nuper is Canonizatus post præclara ingenij, & subtilitatis data specimina in prælectionibus excheporaneis; alijque in experi-

mentis, nec sine multorum, & illustrium competitorum certamine, li quod vquam fuit apud Salmanticensem Ecclesiam pro obtinendis huiusmodi Præbendis. Ex quibus vt solet patere aditus ad præstantiores in Academia Cathedras, sic etiam non temere sperari possunt nouo Lectorali.

RECOLLECTIO ANTEDICTORVM
in hac Euent.

1226 Certè in eo iam est authoritatis statu Scientia Media vbiq; gentium, vt supervacaneum videri possit, descendisse nunc temporis ad referendos ipsius defensores in MSS. aut viua voce. Nec aliam nos habemus exultationem, nisi quod Antonius de Matre Dei, Ioannes Thomasius, & Hieronymus Viues locum hunc Theologicum pro authoritate suę contrarię sententię tam sedulo exornant, & quod Lallemandetus aduersus num. 1204. dixerit, fuisse hactenus modicę authoritatis in Schola Theologica Scientiam Mediam. Aduersus dicti redargutionem, & ad illius loci pro authoritate eiusdē Scientiæ complementum non potuimus non compellere tot insignia nomina ex Academijs, & Religionibus, inuenta quidem paruo labore, nam si maior adhibeatur, multo plura reperientur. Iam vero coacti compellente, debuius honorifice, & vrbane, ne inciviles, & rustici, aut etiam ingrati putaremur. Non desunt multi, qui cum Velleio Patreulo sentiant, penè stultam esse inherentium oculis ingeniorum enumerationem, nam presentium vt magna admiratio, ita censura difficilis. Sed nec desunt alij, qui cum Corneliō Tacito reponant, malignitatis humanę vitium esse, vt vetera semper in laude, presentia sint in fastidio: & vetera, antiquaque miremur, nostrorum temporum studia rideamus, & cōtempnamus. Vt cumque sic de hac iudiciorum diuersitate, nos curauimus seruare moderationem in laudibus superstitum, multoque magis in adulationem, ne videremur veteri adulationem, aut quia notum nobis sit illud Poeta,

Pascitur in vniuersis linor. —————
Quod si forte tantillum indulimus priuatae amicitie, pateat tetricus, &

superciliosus Lector.


1227 Superest, vt qualiscūque sit, siue rigidus, siue suavis, consideret, quot Theologi ex Academijs, & Religionibus fauent sententiæ nostræ nunc, & olim. Quia verò, vt notat Aeneas Syluius (postea in Pontificatu Maximo appellatus Pius II.) Epist. 387. Non bene se habet res, vbi suffragia numerantur, nisi ponderentur, expendat, quanti sint, seu quam eximij sapientia, Gradu litterario, & dignitate, quam ex diuersis nationibus, & vitæ institutis, quam locupletes, alieniq; a subornatione. Quia etiam iuxta Aristotelem Lib. 5. Cap. 1. Topicorum, Probabilia sunt, quæ videntur omnibus, vel pluribus, vel maxime notis, & illustribus, non poterit, si prudenti iudicio præditus sit, non reputare valde probabilem opinionem nostram, cum tot, & tantorum Theologorum, maxime notorum, & illustrium in nobilissimis Europæ Academijs, & in sacris Religiosorum Coetibus, florem viderit ei suffragari consilio, & maturè.

1228 Non negamus, multos etiam, eiusdem notis æstimabiles, suam præbere vocem Dominicanæ. Sed hinc tantum fit, vnam, & alteram esse valde probabiles, & vt tales esse censendas, quoad vsque Ecclesiæ Oraculum ius dicat pro alterutra. Sed advertere oportet, ex Dominicano, rû PP. externis affectis non illos adeo in Scholæ dogmatibus se se ipsis aditrixisse, atque deuotissimè, religioni habentes, ne vel in vno Theologiæ aplice ab ipsis discedant, vt potius inter domesticos, quam inter extraneos numerandi essent; & proinde licet numerum quidem facerent, sola eorum recensio auctoritatem opinionis parùm promoueret vltra eminentem gradum, quem ab Scholæ Proceribus compara-

uit, nisi novi affectatores afferrent rationes, & argumenta, quibus opinio magis roboraretur, & stabiliretur.

1229 Advertere etiam est, publicatradendæ Theologiæ Gymnasia, ad quæ confluant externi, cōferre magnoperè, vt qui adolefcētes ea frequentant, exinde in grandiori ætate, apraque ad docēdum, & scribendum, retineant placita ex Magistris haurita. At PP. Dominicanorum Gymnasia publica, magno cū Republicæ Christianæ bono, multis in Regnis longè excedunt numerum nostrorum. Pro- uincia, quam ipsi vocant Hispaniæ, triginta habet, & plura Mutæa aperta eis in partibus Castellæ veteris, Legionis, Gallæciæ, Asturiarum, Nauarræ, Cantabrię, in quibus Provincia nostra Castellana ob Sociorum paucitatem, & paupertatem Collegiorum habet quinque rātum pro Scholasticis Theologis, nempe Salmanticæ, Vallis-Oleri, Pampilonę, Segobię, & Compostellæ. Et in Academijs potiuntur Cathedris, quæ Auditoribus sufficiāt ad obtinendum Gradum Theologicū, vt videmus Salmanticæ, Vallis-Oleti, Oueti; florentque Abulæ, & Pampilonæ Academiæ Ordinis Prædicatorij propriæ (quod faultum, scelixque sit Sapiētissimæ Religionis.) Sed minima nostra in hac Prouincia Castellana (quæ in exemplum attuli) nulla huiusce generis adiumentā habet, vt trahat, inuitere externos ad suam doctrinā. Idemque ferè possumus dicere de alijs nostris Hispaniæ Prouincijs, & de pluribus Regnorum extraneorum. Quare non nisi ingentis cuiusdam probabilitatis illicio attribuendum est, quod

Schola Societatis tot, tantisque honoretur externis fautoribus.



EVEN-

EVENTILATIO XXXVI.

RECENSIONI SCRIPTORVM SOCIETATIS

IESV profua sententia premittuntur ea, quæ præcesserunt

editionem Concordia P. Molina:

1230



ISI Nos numerus sumus, fruges consumere nati, non nihil auctoritatis accedit nostro dog-

mati ex Authoribus domesticis; qui certè non sunt pauciores numero, quam qui ex Dominicanis pro suo.

S.P.N. IGNATII PRÆMONITIO circa gratiam Dei, & liberum arbitrium creatum. Quam vilem operam impenderint PP. Iacobus Laynez, & Alfonso Salmeron Decretis Concilij Tridentini de Iustificacione. Quidam de Scientia conditionata iudicavit S. Franciscus Xauerius?

ET vt rem alius repetamus, Sanctissimus Fundator, & Patriarcha Ignatius in admirabili Libello Exercitiorum spiritualium præscribens aliquot regulas, vt cum Orthodoxa Ecclesia verè sentiamus, tradit decimam hanc, Aduertendum quoque est, quæquam verissimum sit, nemini contingere salutem, nisi prædestinato; circumspectè tamen super hoc loquendum esse, ne fortè gratiam, seu prædestinationem Dei nimis extendentes, liberi arbitrij vires, & operum bonorum merita excludere velle videamur: vel è conuerso, ne plus æquo his tribuentes, illis inierim derogemus. Cui regulæ addidit decimam septimam in hac verba, Neque itidem prædicandæ, & inculcandæ gratia Dei vsque adeo insistendū fuerit, vt serpere inde possit auditorum animis lethalis error, negata liberi nostri arbitrij facultate. De gratia ergo ipsa dissensè quidem loqui fas est, Deo aspirantē; sed quatenus in gloriam eius vberiore redundat, id quæ iuxta modum conuenientem no-

stris præsertim temporibus tam periculosis; ne & liberi arbitrij vsus, & operum bonorum efficaciam tollatur. Sic S. Parens.

1231 Aghoscebat quippe, quam verè dictum sit à S. Augustino Lib. de Gratia Christi Cap. 47. Ista questio, vbi de arbitrio voluntatis, & Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, vt quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur: quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferrī. Hæc S. Augustinus; & similia Lib. 2. de peccatorum meritis Cap. 18. Lib. 2. contra litteras Petilianī Cap. 84. Lib. 4. contra duas epistolas Pelagianorum Cap. 3. Sciebat quæ S. Ignatius, antiquos Hæreticos, prætextu defendendi liberum arbitrium, negasse Dei gratiam; & e regione recentem Lutherum, Scædariosque eius, prætextu defendendi diuinam gratiam, negasse liberum arbitrium: ideo tumida cum pietate, & prudentia monuit suos filios, vt, medium tenentes, vitarent extrema illa. Crediderimque, interfuisse, non sine specialissima Dei prouidentia, damnationi vtrorumque Hæreticorum in Concilij Tridentini Sessione 6. celebrata anno 1547. Patres Iacobum Laynez, & Alfonso Salmeronem, duos ex primis Decemviris Societatis, magnoque filios tanti Patris, qui tuncangebantur munere Theologorum Pontificiorum; & eorum indultis maior ex parte, si non etiam ex omni, debetur confessio, dispositiove Decretorum, & Canonum de Gratia, & Iustificacione, vt speciatim de Laynez scribit Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis, pag. 205. Et Salmeron quidem, vt vilius est in n. 464. cum postea animum admouic libris scribendis, tenuit sententiam; quam subinde Socij donarunt meliori luce.

1232 **A**nno 1549. S. Francis-
cus Xaverius insinuat quodammodo
prescientiam Dei conditionatam,
ut cum P. Didaco Ruizio observa-
vi in num. 1084.

SALMANTICÆ, ET COLONIÆ
tuentur quidam e Societate gratiam
non predeterminantem
physicè.

1233 **S**ALMANTICÆ anno
1559. opinio de gratia
diuina efficaci, non præ-
determinante physicè, & de decretis
diuinis nostrorum actuum liberorum,
non antecederet efficacibus, in-
notuit in ore hominum e Societate, cū
publicè defentaret Conclusiones Di-
dacus Pæz, Scholaris tunc, post Theo-
logiæ Scholasticæ, & Controuersia-
rum contra Hæreticos Professor Pa-
risiis, & in Vrbe. In qua notissimus
fuit P. Ioanni Marianæ, qui Lib. 3. de
morte, & immortalitate Cap. 2. pag. 422.
& in Epistola nuncupatoria Scholiorum ad
petrus, & novum Testamentum vocat eum
[sui animi dimidium, cunctorumque
delicias ab eximio candore animi, &
corporis dignitate,] rursumque, [suo-
rum quondam in litteris primum So-
dallium, sibi præ cæteris charum, & de
quo dubitari posset, ingenio, an gratia
maior esset?]

1234 Præfatarum Thesum
narrationem acceptam refero P. Lu-
dovico de Valdiua in Historia MS.
Provincie huius nostræ Castellana tom. 1.
pag. 127. ipseque eam accepit ex mo-
numentis Collegij Salmanticensis.
Quaquam cum additur, Actū fuisse
Maiorē (vt vocant) & in Academia,
non facile conciliabitur cum alijs mo-
numentis eiusdem Collegij de non
habitis Actibus à Nostris in Acadēmia
ante annum 1571. (quo designatus
est Societati locus quintus post Do-
minicanos, Franciscanos, Augustinia-
nos, & Benedictinos, & quo Francis-
cus Suarez, primus e Nostris Scholari-
bus, postea suæ doctrinæ, & nominis
fama Orbem impleturus, auspiciatus
est foeliciter, defendens, Deiparæ Vir-
ginis gratiam, meritis comparatam,
cumulatorum esse, quam omnium
Angelorum, & meritorum hominum
simul) nisi sciatur, Actum Didaci

Pæz aut, fuisse extraordinarium, in-
dultumque speciali favore Academia,
aut fuisse ordinarium, sed concessum
illi, vt qui cum alijs e Societate Scho-
laribus frequentaret Aulas Acade-
micorum Magistrorum; non secus ac
nunc conceditur quotannis vni ex
Scholasticis secularibus eas frequen-
tanti. Vbi non silebo, eodem illo an-
no 1559. procurante P. M. Ferdinan-
do Alcarazio, cultore egregio Deipa-
ræ Virginis, constitutum esse inter
Socios Salmanticenses tueri pro viri-
bus purissimam eiusdem Virginis
Conceptionem, quoties se offerret
occulio; et vt se in vmbra exercerent
Scholares, iniunctas singulis fuisse
conçiones in triclinio, dum alij prau-
derent, tuncque accidit, P. Alfonso
Rodriguez, libris suis de Perfectione
postea satis celebrem, cum sæpe alias
non potuisset præparatam conçonem
finire sine ex pudore iuuenili, aue ex
memoriæ debilitate, emouisse inter
cæteros, eximiamque facilitatem, &
singularem conçonandi gratiam præ-
tulisse, quam in posterum retinuit. Ita
narrat in eius vita P. Valdiua tom. 2.
pag. 240. Vnde eodem anno in Sal-
mantino Collegio præcipue hæc So-
cietatis opiniones caput extulerunt,
putarimque, priorem tam bonis avi-
bus incepisse ob consortiam cum po-
steriori.

1235 Circa annum 1564.
Patres Colonenses in Explicatione, ac
refutatione erroris Ioannis Monhemij, edi-
ta nomine Colonienfis Vniuersitatis, aditu-
erunt gratiam non intrinsecè, neque
suapte natura efficacem, vt constat
ex eorum verbis transcriptis in num.
208. & ex toto Lib. 4. Diegi Pæz de An-
dradij Orthodoxarum Explicationum.

PP. MOLINA, ET FONSECA
incipiunt docere Scientiam Me-
diæ. Quisnam prius?

1236 **P.** DOCTOR Ludovicus
de Molina, Primarius
Theologiæ Professor in
Academia Eborenti, cepit ab anno
1562. (vt minus) in priuatis, & pu-
blicis disputationibus tradere gratiæ
ex se sola non efficacis concordiam
cum libero arbitrio beneficio scien-
tiæ futurorum contingentium condi-
tio-

tionatorum, vt deducitur ex Conchen-
si Commentariorum in 1. p. editione anno
1592. quæst. 14. art. 13. Disp. 18. memb.
2. §. Authores, col. 663. Ibi enim ait,
se a triginta annis antea eiusmodi cõ-
ciliationem docuisse. Et in Antuer-
piensi Concordiæ editione anno 1595. quæst.
23. art. 4. & 5. Disp. 1. memb. ultimo §.
Longior fuit, pag. 390. inquit, eam cõ-
ciliationem a nemine, quem vidisset,
fuisse eò vsque traditam, quod & af-
firmarat in Olyssiponensi Concordiæ edi-
tione anno 1588. pag. 492. Intelligen-
dumque est de traditione tam expressa,
& tenucleata.

1237 P. Petrus Fonseca an-
no 1566. in publicis lectionibus Theo-
logicis Conimbricensis nostri Colle-
gij eundem concordie modum pro-
pugnabat, vt inferunt ex Lib. 6. Meta-
physicæ Cap. 2. q. 4. Sect. 8. v. 1. pag.
119. vbi scribit, [Ante annos triginta,
quam hæc scriberemus (scribimus
autem anno Domini nonagesimo sex-
to supra millesimum, & quingente-
simum) cum materiam de Prouiden-
tia diuina, & Prædeterminatione in pu-
blicis lectionibus essemus Ingressi,
multæque, ac grades difficultates, quæ
in ea occurrunt, se nobis obijcerent,
nulla facilliori via, & ratione putaba-
mus explicari omnes posse, quam cõ-
stituenda ea distinctione, quam paulò
ante fecimus, duplicis status eorum
contingentium, quæ re vera futura
sunt, absoluti scilicet, & conditiona-
ti, &c.] Additque in pag. 120. [Hæc
cum eo tempore dictare cœpissimus,
& quod supererat, quibusdam ex au-
ditoribus nostris verborenas cõmu-
nicaremus, haud grauatè tulim⁹, quod
alijs deinde rebus occupati ea absol-
ueri non possemus, dum ratio hæc cõ-
ciliandæ voluntatis creatæ cum diu-
na præscientia, sola specie quibusdam
noua, paulatim emolliretur. Nec
nos cerse nostra fecellit opinio, eam
eam hodie ita benè quàm subactam à
multis videamus, vt pauca nobis ex
ijs, quæ in ea observauimus, necesse
sit adiungere.] Allegat autem in mar-
gine Molinam (qui octo annis antea
ediderat Concordiam) Suarium, Vaz-
quium, & Alfonso Mendozanum.
Iuxta præfatas itaque annorum sup-
putationes Molina anteverit Fonse-
cæ in tradenda Scientia Media. Vn-

de solet primus dici, qui non solū typis
eam mandauerit, sed etiam eruerit ex
Scripturis, Patribus, & Theologis
antiquis.

1238 Sed non desunt, qui
Fonsece primas deferant, vt Naza-
rius 1. p. q. 14. art. 13. Controv. 1.
pag. 418. Franciscus Amicus tomo, &
Tract. 1. de Deb, Disp. 12. sect. 11. n.
161. Patresque quidam Lusitani, do-
cti, & graues, Societatis nostræ. Nam
Molina Philosophiã audiuit Conim-
bricæ à P. Sebastianio de Moraes, qui
vno anno post P. Fonsecam auspica-
tus est ibi Magisterium Artium, vt di-
cunt liquere ex Chronicis Lusitanæ
Prouinciæ parte 2. Cap. 45. P. autem
Fonseca anno 1555. Aristotelem ibi
explicuit; vt narrat P. Alegambe in
Bibliotheca Scriptorum Societatis pag. 381.
& absoluta ea explicatione, exortus
est prælegere Theologiã anno 1560.
tuncque sub ipsius disciplina fuit Mo-
lina, vt qui iam peregerat Cursum
Artium, & nulla alia occupatione erat
impeditus; atque ita fert vulgaris, &
inconcussa traditio Prouinciæ Lusita-
næ. Tunc ergo ex P. Fonsecæ ore ac-
cepit notitiam Scientiæ Mediæ. Sed
vt fuerit eius discipulus, tamen non
video necessitatem illationis; nam
vsque ad annum 1566. non cogitauit
de Scientia Media P. Fonseca; at eo
anno P. Molina illius auditor iam non
erat.

1239 Addunt; P. Molinam
anno 1563. inchoasse in Academia
Conimbricensi prælectionem Cursus
Philosophici, cui impotuit finem an-
no 1567. vt compertum est ex authen-
tico catalogo Magistrorum Philoso-
phiæ alternato in Collegio Conim-
bricensi: iam verò ad annum 1566.
Scientia Media e Theologica Cath-
edra fuerat tradita à P. Fonseca; cuius
Magisterio, & non Philosophico P.
Molinæ congruebat tractatio de ea
Scientia. Sed neque hæc ratio con-
tincit, nam ex anno 1565. potuit P.
Molina vti Scientia Media ad vincen-
das difficultates Philosophicas de ve-
ritate futurorum contingentium, de
concursumque usque primæ eam causis te-
cendis liberis, & de similibus alijs
punctis; potuit etiam ea vti inter dis-
putandum de rebus Theologicis cum
Magistris concurrentibus in Collegio

Conimbricensi. Id vnum ex additione deductur, PP. Molinam, & Fonseca eodem tempore, & loco vfos fuisse Scientia Media; & ex dictis *superius* habetur, vno anno antea P. Molinam. Num ex hoc profecerit ille? Incertum est. At ex illo hanc non profecisse, probat non leuiter huius verba *supra* adducta n. 1236. ex §. Longior.

1240 Addunt vicerius, P. Fonseca dicere *supra*, hanc opinionem fuisse nouam aliquibus, & ab eis subactam, citareque in margine P. Molinam. Igitur si opinio hæc Fonseca vita est noua Molinæ, & ab eo subacta, ipsam prior Fonseca adinuenit. Imò ex Molina aperte colligitur, eum non fuisse primum inuentorem Scientiæ Mediæ. Nam in *Commentarijs ad 1. p. Lugduni excusis anno 1593. q. 14. art. 13. Disp. 18. membro 2. pag. 241. col. 1. lit. D. & E.* Ingenue fatetur, hanc Scientiam iam fuisse agitatam in disputationibus priuatis, & publicis à triginta annis, antequam his in *Commentarijs* ipsam imprimeret, quo tempore certe Philosophiam ille profitebatur, demptis namque triginta annis à nonaginta tribus, supersunt sexaginta tres, quo anno ille Philosophiam docere incepit, ut iam est adnotatū: quod optime consonat verbis Fonseca *superius* transcriptis. Cæterum neque hæc valde vrgent, non prius, quia Fonseca non dicit, opinionem hanc, à se inuentam, vifam fuisse nouam Molinæ, sed tantum dicit, fuisse ab illo quasi subactam, quando iam anno 1596. ipse Fonseca rursus de ea tractabat, potuit autem opinionis vt propriæ, & non vt alienæ fuisse facta à Molina subactio. Non potterius, nam ex editione illa Lugdunensi sumptibus Ioannis Baptistæ Baysson colligitur solummodo, quod anno 1563. incepit Molina tradere Scientiam Mediæ, quo anno etiã incepit Magisterium Artium; minime verò colligitur, quod edoctus à Fonseca tradiderit eam Scientiam, præsertim cum Fonseca non nisi anno 1566. subierit cogitatio de ea. Et notandum est, Molinam in *editione Conchenji ex Officina Christiani Barnabe anno 1592. col. 663.* dixisse illud ipsum de triginta annis antea. Vnde & iam anno 1562. antequam dicitaret

Philosophiam, videbitur deuenisse in mentem de Scientia Media; imò & anno 1561. nam ad illam editionem approbati sunt *Commentarij* in 1. p. à F. Gabriele Pincelo Augustiniano Madridi anno 1591. 11. Kal. Aprilis. Nisi verba illa addita sint post approbationem.

1241 Verum ex his arripet quis arma contra primatum Molinæ in tradenda Scientia Media, nam anno 1561. vel 62. Molina tanquam Scholaris repetebat Theologiam, aut agebat tertium annum probationis, vltimum in Societate: quo tempore incredibile est, occurrille ipsi tam singulare, & profundum inuentum, & non potius didicisse illud ex Fonseca, aut ex alio Magistro. Nihilominus saepe accidit, vt magnis ingenijs in adolescentia, & adhuc constitutis sub disciplina aliorum sese offerant cogitationum semina, quæ postea in virili ætate, & in Magisterio digna sint excoli. M. valde mouet testimoniū Molinæ supra allatū n. 1236. ex §. Longior, vt putem, ipsum proprio Marte, & auspicijs suis, Deo in primis fauente, comparasse notitiam Scientiæ Mediæ, desitescens in Oraculis sacris, & in Patrum, Theologorumque veterum monumentis; quicquid sit, an ipse, an Fonseca prius vltus ea fuerit ad cõcordiam liberi arbitrij creati cū gratiæ donis, & cum adibus voluntatis diuinæ? Et videtur, Fonseca anno 1566. non admodum profundè penetrasse eam Scientiam, cum potuerit superare difficultates occurrentes in materia de Prouidentia, & Prædestinatione, quin integrè discipulis exposuerit eam Scientiam, sine qua certè Theologia Societatis vix valet vnum gradum facere illa in materia.

PP. HIERONYMVS TORRENSIS, Franciscus Turrianus, Henricus Henriquez, Petrus Canisius, Michael Marcus, Alfonso Deza, Ioannes de Montemaior, Prudentius de Montemaior, Ioannes Maldonatus, & Leonardus Lessius concordauerunt in doctrina cum Molina.

1242 ANNO 1568. P. Hieronymus Torrens *Lib. 2. Con-*
fessionis

fessionis Augustiniana Cap. 3. de gratia, & *lib. arb.* profert plurima testimonia S. Augustini pro indifferentia libertatis humanæ, nõ obstat gratiæ, præcipientiæ, & prædest. Dei.

1243 Anno 1572. P. Franciscus Turrianus *Lib. 4. pro Epistolis Pontificum* Cap. 2. satis prolusit pro gratia non intrinsecè, neque suapte natura efficaci, exarantque pro ea Clementem Romanum, Methodium, atque Ennodium. Videantur dicta de Turriano in n. 963.

1244 Anno 1573. P. Henricus Henriquez excitauit questionem de præcipientia futurorum contingentium conditionatorum, vt constat ex ijs, quæ ipse tradit *Lib. vlt. Summa* Cap. 4. §. 1. lit. C. in glossa. Docebat eo anno Theologiam Cordubæ, vel Granatæ, trãstulus illuc anno 1569 e Salmantica, vbi per decennium prope eam prælegerat.

1245 Anno 1574. P. Petrus Canisius in *Appendice, ad Summam Doctrinæ Christianæ adiecta, de hominis lapsu, & iustificatione* Cap. 5. de naturæ, & legis imbecillitate probat plurimis PP. testimonijs indifferentiam voluntatis humanæ in sensu composito gratiæ, exclusa qualibet necessitate, & determinatione antecedente.

1246 Eodem anno P. Michael Marcus docuit Salmanticæ id, quod narraui in num. 480.

1247 Per id tempus P. Alfonso Deza trãsiit Compluti, non cognosci à Deo futura contingentia abioluta in medijs, quæ metaphysicè, & ab intrinsecò sic cum actu voluntatis creatæ connectantur, vt nequeat voluntas existentiam ipsorum vitare. Sic refert P. Ribadeneyra in *Tract. de Scientia Dei* Disp. 13. Cap. 2. num. 9. inquit, [Hanc assertionem defendit tota Societas, cui tãtã adnata est, vt P. Alfonso Deza, à quo primores nostri Magistri didicerunt, non solum sententiam amplectatur, sed etiam in MSS. de Scientia Dei quæst. 14. art. 13. fin. eodem argumento probet, quò P. Molina, & omnes Notiticum eor.]

1248 Per idem etiam tempus P. Ioannes de Montemaior prælegit Cordubæ (quò e Salmantica fuerat adductus) eadem ferè placi-

ta, quæ postea P. Molina primus typis commisit. Obijt ille Salmanticæ anno 1641. diei 3. Martij, cū ibidem die 21. Octobris anno 1565. agens 14. ætatis cooptatus fuisset in Societate, vir læpergrate, & reuerenter memorandus, vt cui post Deum, & magnificam liberalitatem pijsissimi Regis Philippi III. & religiosissimæ Reginæ Margaritæ Austriacæ (quibus ex intimo affectu æternã fœlicitatem apprecamur) tribui debeat erectio Collegij huius Regalis Salmanticensis. Assuebat colèdissimus senex, nobis audientibus, Molinã Eboræ, Valentiam in Germania, Suarez Romæ, Vazquez Cõpluti, Lessium in Flandria; se Cordubæ, alterutrum inscios, deuenisse in eandem mentem; & distasse discipulis eandem sententiã de diuinorum auxilliorum efficacia non adæquatè intrinsecà, & de Dei scientia conditionata. Idque, auditum etiam ex eius ore, reliquit scriptum P. Valdibia tom. 2. MS. *Historiæ præcitata* pag. 337.

1249 Anno 1581. P. Prudentius de Montemaior, prælaudatū Ioannis frater, Scholaris Societatis, negauit dedita opera in Actu Maiori Academiæ Salmanticensis prædeterminationes physicas ex conventionem iam comuni apud Nostros Proviaciæ huius Castellaniæ, simulque affirmavit diuinam scientiam futurorum contingentium conditionatorum. De quo Actu mentionem facit Sherlogus p. 3. sect. 7. num. 35. Turbarunt tunc tranquillitatem Aulæ quidam Magistri non tam argumentis, quàm rigidis contra doctrinam disputationi expostitæ censuris, à quibus P. Michael Marcus, dudum memoratus, eam publice ibi vindicauit pro illa, quam apud omnes præsentis pollebat auctoritate. Finito Actu, octo Academiici concesserunt scriptum, in quo attribuebant Propugnatori decem, & sex propositiones hæreticæ, aut erroneæ, illudque manibus suis signatum miserunt ad Tribunal Supremæ Hispaniæ Inquisitionis, de cuius mandato vnus e Inquisitoribus Vallis Oletanis, qui tunc visitabat Diocesium Salmanticensem, quæsiuit diligenter de assertis in Actu, & deprehendit, fuisse falsè impositas sexdecim illas propositiones, & à multis Academicis res-

putari valde probabilem sententiam in eo defensam. Ita tradit extense P. Ludouicus Valdivia tom. 1. pag. 127 & tom. 4. pag. 84. præcitæ Historiæ MSS. Prouincie nostræ Castellane.

1250 Anno 1583. è vita cædens P. Ioannes Maldonatus MSS. reliquit in Evangelia Commentarios; qui primùm sunt typis commisi anno 1596. et in eis ad Cap. 11. *Matthæi* v. 21. §. *Cur ergo Christus, ad Cap. 6. Ioannis ex num. 62. vsque ad 68. & ad Cap. 15. num. 12. ac 13.* expresserat non obscura vestigia sententiæ, quam postea alij è Societate clarè docuerunt, & illustrarunt.

1251 Anno 1586. Patres Leonardus Lessius (qui Romæ fuerat auditor Eximij Doctoris P. Francisci Suarez) & Hamelius prælegebant Louanij eandem doctrinam; vt narrat idem Lessius in *Apologetica Disp. de Gratia efficit. Epist. Dedicatoria, Prefatione que ad Lectorem*, sæpèque citatus Sherlogus p. 1. sect. 6. n. 26. p. 3. sect. 9. à num. 41. cum Imagine primi sæculi Societatis IESV; composita à Prouincia Flandrobelgica Lib. 6. Cap. 4. pag. 847. & duabus seqq. Qua ex Imagine verboreus referam excitaram tunc in Nostros tempestatem, felicemque exitum tantî conflictus, ne qui careat eis libris, ignarus sit historiæ dignissimæ, & iucundissimæ scitu à litteratis hominibus.

SOCIETATIS DOCTRINA IN SVT
exortu acriter vexatur Louanij,
sed non proteritur.

1252 { **E**T impugnata quidem doctrinæ validissimus turbo Louanij sustinendus fuit anno sesquimillesimo octogesimo septimo, cum Louanij Sacræ Theologiæ dogmata Lessius, Hamelinque traderent: magna vterque fama eruditionis apud Academicos, qui non pauci calamo excipiebant, quæ dictabantur, & ad disputationes magno numero confluebant, lætis Patribus, atque, vt sese dabant initia, felicem sperantibus prouentum; sed sola spes fuit, quam & ipsam ingens subito, & inexpectata procella sustulit, atque insuper vniuersam penè obruit, & extinxit famam Societatis. Causa ten-

pestatis fuit, primi nominis, & auctoritatis Doctor Theologus, qui variâ doctrinæ suæ capita, non sanam fidem redolentia, supremo Sedis Apostolicæ Imperio solemniter eiurare compulsus coram Francisco Toletò, homine Societatis, Apostolico in eam rem Legato; & paulo post S. R. E. Cardinale; quasi honoris sui vindicias acturus, quam ipse notam contraxerat, vitius est immerenti Lessio inurere voluisse; & conantem illum doctissimus quique Facultatis Theologiæ, tanquam communem iniuriam viturus, adiuvabat. Ergo quæ docuerat Lessius de prædestinatione, electioneque ad gloriam, de diuinorum auxiliorum vi, & efficacitate, de gubernantis Dei prouidentia sedulo cõquirèntes; vnam, & triginta assertiones, nec sanè intellectas, nec fideliter satis excerptas, inaudita parte, damnat, & graui percussas censura, Lessio nequidquam deprecate, divulgant: Voluit ab per omnium manus à tantis viris scripta Societatis infamia, & iam Louanensi Academiæ Duacena, tanquam matris filia, subscriberebat. Sorbona, quanvis sedulo ad suffragium invitata, recusauit. Episcopi, hortantè Metropolitana Ioanne Hauchino, suum iudicium parabant; ad extremum lætio publica extra ordinem aduersus Lessij doctrinam instituta non sinebat obduci cicatricem, sed erat vnguis in vulnere, nostramque ignominiam perpetuo reflicabat. Nec tamen deerant magni viri causæ nostræ Patroni, inter quos Middelburgensium Episcopus Ioannes Strienus, & qui Cameracensis Archiepiscopi vicēs in sacris agebat è Franciscana Familia, sed ante omnes Lauius Torrentius Antuerpiensium Episcopus, Thomas quoque Stapleton? Duaci doctrinæ opinione celebris, Louanium ad familiarem sibi hominem in hæc verba scribebat: Vehementer gaudeo, Reuerendissimum Dominum Middelburgensem, quem spero breui pace confecta ad sui Episcopatus munia obeunda profecturum, tam piè, doctè; ac strenuè causam agere R. R. P. Societatis contra importunam centuram Facultatis Louanensis; velim sciat, in Concilium Facultatis Duacensis me vocatum non fuisse, cū de illa censura suum iudicium, parum

vt

vt audio, equum. & minus modestum præscriberet. Imò cum ante complures mentes eandem ad me centuram Michael Baius misisset, meam sententiam nõ tam petens, quam explorans, rescribens suasi, ne illam censuram amplius euulgaret, monique Societatis maiorem esse gratiam, & auctoritatem, quam vt eam Facultas Louanensis labefactare posset; precabar denique, vt studium veritatis vinculum charitatis non dissolueret. Sed video, me vellerò; vel fardis loquutū fuisse. Sic egi cum Reuerendissimo Atrebatensi, vt necdum illi censura subignauerit, nec spero, subignaturus ut. Duleo hæc nouam maculam Facultati inuitam, & Patres doctissimos tamen inuadè vexatos. Hæc tunc Stapletonus pro causa nostra: quam suo etiam quali poterat patrocinio sustinebat Guilielmus Pamelius sanctioris Concilij Præses, & cum eo Senatorum plures, qui nostram nimiam, & intempestiuam modestiam damnabāt; haud absurdè monentes, magnis tum vocibus opus esse, cum non tectū aliquod, aut domus, sed vniuersa Societatis fama flagraret: quæ negligere profecto sit nefas, monete Bernardo (Serm. 71. in Cantica) iustus illam est, in se candidum; sed proximo odoratum, proximo enim famam, nobis debemus, & prouidemus conscientiam. Interea aduersarijs nostrū dedecus indefinenter vrgentibus, maior Episcoporum pars, & quædam Collegia Canonico-rum gemitis duarum Academiarum censuris calculum adiecerūt. Mechliniensis vero, & Cameracensis Metropolitanæ Synodum parabant Episcoporum, qui dogmata nostra, à duabus Facultatibus damnata, discuterēt, eademque toto proscriberent Belgio, tanquam Mulsineusum, aut Pelagij reliquias, adeoque Societati notam inurerent hæreticæ prauitatis. Perculit Nostros impendentis periculi magnitudo, ac sine mora Generalem per litteras edocent quores cardine versetur. Ille continuo ad Summum Pontificem (is tum erat Sixtus V.) adit, remque omnem celeriter exponit. Sixtus eadem celeritate Nuncio suo Episcopo Calatino, tum Colonie degenti, festinatam professionem imperat in Belgium, partes vt audiat, vt ad

Sedem Apostolicam referat, vt ab inferiorum Antistitum nemine decidi controuersias patiat. Accepto imperio, Nuncius magnis itineribus Louanium delatus, cū Ioanne Hauchino Metropolita, cum alijs Præsulibus iudicium instituit, partes ad se euocat, hinc Facultatem Theologicam, inde Lessium cum Rectore Collegij, exhibitòque mandato Pontificis (Breue Apostolicum vocant) auctoritatem suam ritè omnibus probat; desin-de munus suum a graui exorsus querela, illos Doctores arguebat, quod censoria virga percussissent inauditum hominem, quodque sine causa ipsam vulgassent censuram, quod de sacrosanctis Fidei capitibus quæstiones referre neglexissent ad Romanum Pontif. supremum controuersiarum Iudicem, more, institutòque Maiorum. Deinde causa diligèter cognita, cū pronuntiare posset, dedit hoc gratiâ Archipræsulibus Hauchini, vt omisso iudicio partes ageret mediatoris, pacèque componeret: cuius stabilitati in perpetuū cõsulturus, grauisimo edicto penam statuit excommunicationis, ipso facto incurrendæ, si qua pars alteram hæreticos, aut erroris in posterum damnare presumeret. Ad templorum valuas toto Belgio pependit edictum. Interim Lessij dogmata sanæ doctrinæ articuli vocabantur, haud sanè inconsiderate. Nam Lessius doctrinæ suæ capita Romani compendio mitterat, quæ Sixtus ipse, cū in amplissimo Cardinalium cœtu recitarentur (vt erat Theologicarum rerum apprimitè peritus) probauerat; Cardinales vero super ijs sententiam rogati, vt sanæ doctrinæ articulos comprobarent. Itaque Pontifex, quibus litteris instituerat iudicem, iidem assertiones nostras sanæ doctrinæ articulos vocabat; quæ ipsa verba Nuncius edicto suo, haud leue doctrinæ Lessianæ suffragium, inferenda putauit. Atque hunc tandem exitum ea tempestatas habuit, quæ naufragium minabatur: cuius Auctor Satanus ille veterator Catholicos Doctores inter se tunc maxime committebat, cum necessarij essent ad Orthodoxæ Religionis tutelam. Illis siquidem mutua pugna implicatis, viresque invicem atterentibus, respirabat hæresis, securabelli, & partes

partes suas nostra debilitate firmabat. Enimvero postea multi ex Academia DD. relicti opinionibus suis tanta cōtentione propugnatis, in Lefij trantiuere sententiam. Quo facto vili declarare, bellum illud non tam iudicio, & ratione, quam vnus viri defendendi causa fuisse susceptum.]

ANIM ADVERSIō DE LENTIS, difficultibusque in ijs, ac progressibus opinionis Societatis.

1253 **H**ÆC præcesserunt editionem Concordiæ gratiæ cum libero arbitrio, ex frequenti iam Nostrorum mente, factam in publicum conspectum Christiani Orbis a P. Molina. Nam vt natura iuxta Lucretium,

nihil ederem magnum, Spectat unumq; solet, longo nistēpore adultū, ita neque ars, aut scientia. [Et quæ futura sunt magna, necesse est, vt per magnas difficultates ad incrementum perveniant,] vt ait Ioannes Ludovicus de la Cerda ad illud Virgilij de Troianis, qui

multosque per annos Errabant acti sacris maria omnia circum, aureum epiphonema;

Tanta molis erat Romanam condere gentē! Et nos etiam, consideratis inijs, progressibusque sententiæ nostræ, Per varios casus, per tot discrimina rerum, possumus dicere,

Tanta molis erat adstruere auxilia diuinæ gratiæ non efficaciam adæquatè intrinsecè, scientiamque diuinam de futuris contingentibus conditionatis!

QUAM IAM MANIFESTE CONSTET, nonnullos è Societate deuenisse seorsim, proprio Marte, in eandem cogitationem. Num singulari etiam providentiâ, & beneficio Dei?

1254 **E**X Event. decursu iam credibile, imò & certum fit, quod scripserunt Herice 1. p. Tract. 1. Disp. 7. Cap. 1. num. 8. Scriptores vitæ Cardinalis Bellarmini Lib. 3. Cap. 9. Sherlogus parte 1. Sect. 14. num. 60. Ripalda Disp. 113. de Ente supern. sect. 9.


num. 52. Aldretus tom. 1. in 1. p. Disp. 29. sect. 11. num. 9. Leonardus Peña-fiel tom. 1. in 1. p. Tract. 8. de Scientia Dei Disp. 27. sect. 1. Subf. 2. num. 6. Theologos Societatis in Hispania, Indijs Occidentalibus, Gallia, Germania, Flandria, omnes, nullo duce, & alterutrum ignaros, in eandem sententiam concurrisse. [In qua re (inquit grauter Herice) ego diuinam veneror submissè providentiam, & singulare ipsius beneficium in nostræ Religionis Magistros collatum agnosco. Nam quo tempore duo Lutheri pestifera dogmata, Saranico flatu succensa, magnum seditionum incendium excitarunt, & Ecclesiam Dei multos annos fatigarunt: alterum, quo sub falsa Euangelij specie homines ab Ecclesiæ reuerentiâ, atque obedientia subtrahere conati sunt, & Romani Pontificis potestatem elevare: alterum, quo liberi arbitrij nostri indifferentiam in operando funditus evertere, remque esse de solo titulo, & iam non liberum, sed servum arbitrium appellandum esse: hoc ergo tempore cum venenum suum magna dissimulatione propinabat Lutherus, serpebatque malum in plures (tantum in animo, pietatis vinculis exsoluto, impotens potest audacia!) contra vtrumque dogma minimam nostram Societatem, diuino nomine insignitam, erexit Conditor omnium, & instruxit Dominus Exercituum, eamque Sanctissimus Ignatius Fundator noster egregius tam arête dedit Romano Pontifici, vt quarto tolemani obedientiæ voto contra Lutheri inobedientiam obtrinxerit, atque sacraverit; & doctissimos eiusdem familiæ Scriptores, vt canes ad custodiam aduersus hos lupos aduigilantes, celesti lumine perfuderit, atque illustrarit Scientia Media, qua libertas arbitrij contra Lutherum, ac Calvinum, aliosque Sectarios defendi possit.] Tantum Herice.

1255 Sed quia domesticus est, ideoque forsan alicui videbitur suspectus; audiatur Alfonso de Mendoza Augustinianus, sic exordiens Quolibetarum qq. septimam Scholasticam de diuina cognitione certa, & infallibili effectuum contingentium conditionatorum, [Mirum est (ait) quanta

quanta abhinc paucis annis omnes Facultates incrementa susceperint. Sane vt de alijs taceam, Facultas Theologica, quæ angustis olim limitibus restricta tenebatur, iam nostrorum Magistrorum diligentia, & eruditione ad tam multas, easque grauisimas, & vtilissimas materias, & disputationes longè, latèque diffusa est, vt nulla ei accessio iam fieri posse crederetur. At si Theologia, quæ à Præceptoribus nostris tradita est, cum ea, quæ nunc temporis in Scholis traditur, conferatur; angusta videbitur, & tenuis. Tanti multus est quæstionum, & rerum cumulus, qui accessit! Ecce iam presentem Controuersiam, nuperrimè in Scholis natam, a recentissimis nostræ tempestatis Præceptoribus excitatam; tractare instituo: quam plurimum lucis allaturam polliceor alijs peruestis difficultatibus de scientia, providentiâ, voluntate; prædestinatione Dei, vt qui attentè eam auscultaverint, experientur.] Sic Alfonso Mendozanus. Illorum verò recentissimorum Præceptorum vnum esse Molinæ, eumque præcipuum, dixit Martinus Albiz Augustinianus Disp. 7. de Scientia Dei, Sect. 1. num. 1. his verbis [Inaudita paucis ab hinc annis hæc Controuersia, nouiter excitata est à P. Molina in Concordia, & per eam grauisimas difficultates expedit.] Ita Albiz. Sed quia Alfonso Mendozanus typis tradidit illa verba in prima editione, paulò ante editionem etiã primam Concordiæ P. Molinæ, ideo (nisi Molinæ MSS. Eborâ sint delata, quod gratis asseretur) videbitur respexisse potius ad alios è Nostris Prouinciæ Castellani, in eaque exercentes Salmanticiæ Magisteriū Theologiæ. Nam, teste P. Henriquez Lib. ultimo Summa Cap. 4. §. 1. in Glossa lit. C. gloriatus est, se accepisse à Nostris doctrinam præcipuam quæstionis illius septimæ. Id quod Salmanticiæ scripsit, & in publicum enuntiauit Henriquez anno 1593. commorante tunc ibi Alfonso Mendozano, qui anno 1596. concinnauit secundam edi-

tionem, & Molinæ Concordiam in suum usum adhibuit. Ex quibus de nouo confirmatur, sententiam de Scientia Media non fuisse à Magistris Prouinciæ nostræ Castellani arreptam ex Concordia P. Molinæ, sed eam ante eam familiarem fuisse; apparetque creditu difficile, MSS. P. Molinæ transmissa fuisse ex Eborensi Academia in Salmanticensem.

1256 Postremò illa Nostrorum ante editam à P. Molina Concordiam communis consensus multo magis enituit post eam divulgatam; temporeque Controuersiæ, vt compertum erit legenti hæc, quæ anno 1605. in 38. Congregatione solemni, & i. coram Paulo V. loquutus est Bassida, [De iisdem ferè D. Augustini testimonijs, eiusque mente inter nos, & physicè prædeterminationis Authores controuertitur, dum illi volunt, illis testimonijs ita stabiliri gratiâ physicè prædeterminantem, vt qui illam neget, necessariò & D. Augustino contrarius sit, & non agnoscat gratiâ vllam; quæ faciat facere, nostras voluntates conuertat, ex nolentibus volentes faciat! cum tamen nos affirmemus, in tota gratia, quam D. Augustinus agnouit, physicè prædeterminantem nequaquam reperiri. Quod ex hac Congregatione constare incipiet; in qua nobis agendū de scripto illo, quod duobus ab hinc annis foelicis recordationis Clemens Papa VIII. Controuersiæ de efficaciâ gratiæ fundamentum iacturus, nobis proposuit, in qua quindecim propositiones ex Augustino comprobate continentur. Circa quas ne quod à me dicendum est; tanquam à me solo profectum V. S. audiat, vel excipiat, fateor ingenuè, me rem hanc cum doctissimis Societatis nostræ Theologis, Italis, Gallis, Germanis, verbo, & scripto, summo studio, & diligentia contulisse; eosque omnes in eam conuenisse sententiâ, quam necis quidem verbis, communi tamè omnium nomine S. V. iudicio proponam fideliter, & correctioni subijciam.] Sic Bassida.



FF EVEN

EVENTILATIO XXXVII.

RECENSENTVR SCRIPTORES SOCIETATIS
pro sua sententia ex anno 1588.

Prima phalanx Scriptorum sexaginta unus. Elogia Molina,
& an dicendus sit Author, Inuentor ve opinionis de
Scientia Media?

1257



PRIMUM fuit P. Doctor Ludouicus Molina, qui sententia Societati adnatam, commisit prælo Olyssipone anno 1588. illustratam volumine, exigua quidem mollis, sed maximi ingenij, atque eruditionis, ideoque in illo sæpius memoratur, quam alij in libris & corpore, & numero longè maioribus. Martinus Albiz Augustinianus 1. p. Tract. 1. Diss. 6. Sect. 1. num. 15. aiebat, [Scientiam conditionatam evidentissimè probauit, & ex antiqua SS. PP. doctrina, non sine ingenti Scholæ Theologicæ fructu, & incredibili fundamentorum heresum quam plurimum dispendio, doctissimus ille, pariter & religiosissimus, de Theologia hac tempestate optimè meritus, P. Ludouicus de Molina ex doctissimo Ordine, ac religiosissima Schola Societatis Iesu prius omnium edidit in lucem.]

1258 Eundem Molinam sic laudat Ioannes Zapata, & Sandobal Augustinianus in Disceptatione de Iustitia distributiva parte 2. Cap. 14. num. 1. & 2. pag. 279. [De hoc autem vnum inter alios inuenio, non humano eloquio disputantem, sed diuino, supremoq; discursu differentem, cui iniuriam facerem, si aut vnum verbum proferre tentauerim. Hic est Magister Molina, de Societate IESV benemeritus.] Eundem Ioannes Sanchez in Selectis Theologie Moralit Disp. 48. num. 62. hoc ornato encomio, [Molina, Magister Magistorum, cuius scripta tam in disputationibus Scholasticis, aquam ad mores attinentibus lucem abconditis rebus emittunt.] Occi-

nit Laurentius Beyerlinck in Opere Chronographico ad ann. Christi 1599. tit. Viri illustres, inquit, [Multiplici rerum scientia præcellens Molina, etiam doctissimos suæ ætatis eam Theologie partem, quam maioribus difficultatum scopulis expositam longo usu didicerat, elegantioris doctrinæ lumine penitus illustrauit.] Et à Francisco de Arriba Franciscano in Opere conciliatorio gratia, & lib. arb. lib. 2. Cap. 1. pag. 9. vocatur Molina [Sapientissimus, & acutissimus.] Ruffus Lib. 3. Cap. 23. pag. 146. [Ingenio, & eruditione clarus.] Mirumque est, quantam laudem ei impertiant Iuris etiam periti ob Opus de Iustitia, & Iure. E multis est mihi quasi Mineræ calculus centura D. D. Iosephi Fernandez, & Retes, Vesperarij Legum Antecessoris Salamanticensis, qui in suis selectissimis Opusculis sepe Molinam appellat [Iuris naturalis Consultum, Consultissimū,] & in nouissimo de Donationibus inter, quod in Academia prælectum parat iam typis, Cap. 2. ait, [Quam sententiam libentissimè sequor, quia Molinæ iudiciū pro multis mihi est,] & Cap. 8. eum vocat [Summi iudicij Authorem.] Sed certe illud elogium maximum est, quod quoties Controversiæ tempore Clemens VIII. Papa librum Concordiæ de manibus poneret, exclamare solitus sit, illi homini argumenta esse, quæ contunderent ingenia. Ità refert Ludouicus Cellotius Lib. 8. de Hierarchia, & Hierarchis Cap. 18. §. 2. pag. 733. Vnde Magister Ioannes Sedenus in Logica Lib. 6. quæst. 6. §. Præambula ad questionem, potuisset magis honorifice loqui de Molina, ait enim, [Vt discedat a D. Thoma Molina, sicut illi est in more, sicut & alijs eiusdem sarrinæ Doctoribus] & §. Decidi-

tur

tur quæstio, conclus. 2. Molinam semel, & iterum vocat Doctorem Molinariū, quod Hispanè idem sonat, ac Molendinariū Latine. Vbi occurrit mihi in mentem, quod de Alexandrinis in optimū quemque, & nobilissimum diuina ex more iactantibus legi aliquando apud Herodotum, [Putant ipsi, festiua esse, sed vt videntur ijs, in quos dicuntur, longè sunt grauissimæ.]

1259 Visum est in Event. antegressa, Theologos alios Societatis, synchronos Molinæ, docuisse simul id, quod nomine Scientiæ Mediæ significatur. Sed adhuc Molina appellari potest huius Scientiæ Inuentor, quia ipsam primus prælo dedit. Haud aliter ac nonis Orbis vocatus est America ex Americo Vesputio, vt qui primus confecerit, & ediderit Geographicas tabulas continentis terræ noui Orbis; quāvis non Americus, sed Christophorus Columbus, aut Alfonso de Ojeda primus Inuentor fuerit terre illius, vt aduertit Antonius de Herrera in Historiâ Indiarum Occidentaliū Decade 1. Lib. 4. Cap. 2. Haud aliter etiam ac 1. Osee v. 2. dicitur, Principium loquendi Domino in Osee, vbi Rufinus Presbyter Aquileiensis scribit, Id nimirum videtur ostendere, quia ipse primus sit ad hoc genus sermonis adscitus, non quod Prophetæ ante non fuerint, cum BB. Eusebii, & aliorum plurium eadem Regum historia dicta, gesta que commemorat, sed quod eorum, qui quod prænuntiabat, etiam litteris mandare ad sempiternam memoriam iuberentur, operam Osee primus assumpsit. Haud aliter tandè ac Matthæi Cap. 23. v. 1. David, tempore posterior, priori loco nominatur, quāvis Abraham, quia, vt ibi notat Rupertus, Myria sue Incarnationis, vel Natiuitatis, Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis Iesu Christi filij sui Prophetico & corde concepit, & ore peperit anima Iuius B. David, cunctisque venturis post se seculis legenda, vel canenda conscripsit. Hoc Abraham non fecit, licet Prophetæ fuerit, quippe qui nec litteras habuit. Rectè igitur, licet Abraham anterior fuerit, quāvis David, non dixit Evangelista, Iesu Christi filij Abraham, filij David, sed ordine præposterano, filij David, filij Abraham.

1260 Est & alia causa, cur Molina nuncupandus sit Author opi-

nionis de Scientia Media; quia nimirum ipse prior in Scholis, & in libris editis vsus est ea omnino clarè, & expressè, sine ambagibus, & affirmanter, superatque difficultatibus, quæ contra eam obijci poterant. Sic Subtilis Doctor Ioannes Duns Scotus dictus est Author opinionis piæ de Virginis Deiparentis ab originali peccato Conceptione purissima, non quod non fuerit Scoto veratior, sed quod primus publicè, dilucidè, sæpeque asseueranter (licet non semper) & cum discussione argumentorum, vtrinque vrgentium, Scholis inuexit. [Constat enim circa annum Domini 1300. paucos Scholasticæ Theologiæ Classicos Authores, eosque priuatim, & subimide pro Virginis præseruatione loquutos, donec Scotus Doctor Subtilis piam opinionem non quidem primus inuenit, sed nec renouauit, primus tamen eam in publicis Academicarum, frequentissimisque Concelsibus à Cathedra defendit, similiterque ab antiquioribus acceptam redemptionem præseruantem ita stabilisuit, vt viam regiam omnibus ad puritatem Virginis extollendam aperuerit.] Ita Scriptor Armamentarij Seraphici pro Deiparæ Virginis Cœceptione absque labe peccati in Regesto pag. 345. Hinc opinio pia vocatur opinio Minorum, vt infertur ex Abbate Panormitano in Cap. Conquestus de Ferijs, & ex Abulensi in 1. Paradoxorum Cap. 21. obseruatque ad immortalē gloriam Seraphicæ Religionis P. Ioannes Antonius Velazquez Lib. 4. de Maria immaculatè concepta Dissert. 9. annot. 2. num. 3.

1261 Tandem vt Molinæ attribueretur titulus Inuentoris Scientiæ Mediæ, non parum iuuat, quod fuerit primus Nomenclator, seu primus hoc nomine insignierit, cum eam delitescens in Scriptura, Patribus, & Theologis antiquis detexisset, & præ cæteris coætaneis suis illustrauerit. Sic Plato Ideas primas appellasse perhibetur. Non tamen si hoc nomen, antequam ipse institueret, non erat, ideo vel res ipse non erant, quas Ideas vocabat, vel à nullo erant intellectæ, sed alio fortasse, atque alio nomine ab alijs, atque alijs nuncupate sunt. Licet enim, cuique rei in cognita, quæ nullū habeat vsitatum nomē, quodlibet nomē

Et 2

#orum

novum imponere. Nam non est verisimile, sapientes aut nullos fuisse ante Platonem, aut istas, quas Plato, ut dictum est, Ideas vocabat, quæcumque res sint, non intellexisse, siquidem tantam eis vis constituitur, ut nisi his intellectis sapiens nemo esse possit. Credibile est etiam, præter Græciam, fuisse in alijs Gentibus sapientes: quod etiam Plato ipse, non solum peregrinando, sapientie perficiendæ gratia, satis testatus est, sed etiam in libris suis commemorat. Hos ergo, siqui fuerunt, non est existimandum, Ideas ignorasse, quâvis alio foras eas nomine vocauerint. Sed de nomine hætenus dictum sit; rem videamus, quæ maximè consideranda, acque noscenda est, in potestate constitutis vocabulis, ut quo velit quisque appellet rem, quam cognoverit. Hæc S. Augustinus in 46. qq. 83. et quæ aptissimi locus ad rem præsentem.

1262 Ex causis dictis Molina appellatur à P. Ribadeneyra Tract. de Prædest. Disp. 9. Cap. 3. num. 20. [Subtilissimus nostræ Scholæ Institutor,] & à me in num. 302. fuit nominatus [quasi Inceptor Scholæ nostræ.] Sed non ideo cõmuni Religionis statuto electus est Scholæ Coryphæus, in cuius verba iurare sumus adiecti. Ut enim inquit nimis perhonorificè optimus Theologus Franciscus Bonæ spei in Preambulo Cursus Theologici, [Id melius huc usque iudicare vult est toto Orbe celeberrima Societatis Iesu Schola, quæ post tot celebres, & de omni doctrinæ genere benemeritos Scriptores tuos, liberum singulis permittit expatiendi campum, nec solum unius Authoris mentem probavit hætenus.] Quare merito scripsit P. Cellotius supra, [Nulla regula, nulla constitutio Ludovicum Molinam Theologis nostris, sed D. Thomam primum Doctorem proponit ad imitandum.] Merito etiam P. Annatus in Prefatione ad 8. Libros de S. Augustino à Baianis vindicato alienum reputat à Nostris nomen Molinistarum, quo à Baianis, & à nonnullis alijs vocari audivit. Magni in Societate habetur doctrina Molinæ; sed non est ad præ singularem aliquam prærogativam, ob quam de eius mente debeant esse valde solliciti Theologi Societatis, ut incassum persuadere vult Vices Disp. 13. Dist. 1. §. 2. num. 29.

1263 Cum Molina militante

pro Scientia Media quatuor Eminentiissimi Cardinalis, Franciscus Toletus, Robertus Bellarminus, Ioannes Luegus, & Sfortia Pallavicinus. De primo videantur scripta ex num. 471. usque ad 474. De secundo ex num. 475. usque ad 478. & de utroque legatur Ruizius Disp. 67. de Scientia Dei sect. 9. n. 1. & 2. & 4. & 5. De tertio constat ex Disp. 20. de Incarn. sect. 2. num. 33. ex alijsque eius Operibus impressis, ubi eam supponit, multoque magis ex Lecturis. Quartus Lib. 8. de Deo uno, & trino Cap. 41. & seqq. statuit in Deo scientiam futurorum contingentium conditionatorum; aitque, admittendam esse Scientiam Mediam, si creatura rationalis operatur liberè sine physica prædeterminatione ad certum actum. Et quavis significet suspensionem iudicij sui circa affirmationem, & negationem; quia Romæ ubi scribebat, & tradebat typis Assertionem suam Theologicam, exactissimè in impressis solet caeri à tractatione de his rebus, colludètibuscum materia de Auxilijs diuinæ gratiæ, nihilominus tum ibi, præsertim in num. 321. tum in alijs suis libellis ea iacet fundamenta, & assumit principia, ex quibus manifestè patet suus sensus de lga libertate per prædeterminationem physicam.

1264 Neque opponas, doceri expressè ab ipso in tom. 1. ad 1. 2. Disp. 6. quæst. 2. art. 12. voluntatem creatam præmoveri à Deo ad agendum per aliquam motionem intrinsecam, receptam in ipsamet voluntate, hæcque esse sententiam omnium ferè Thomistarum, fauentibus manifestè Aristotele, & S. Thoma 1. 2. quæst. 9. art. 4. in Corp. & quæst. 10. art. 4. in Corp. Certè namque Eminentiissimus Cardinalis non adtruit præmotionem, quæ sit determinatio vltima ad vnum, sed quæ sit iudicium absolute ad vtrumvis, id est, ad actum bonum, vel malum, determinabilisque ad vnum à voluntate creata, & quæ id præstet, ut ex ipsius positione determinetur Deus ad non impediendum vnum illud, quod voluerit eligere voluntas creata, sicuti iuxta alios è Nostris communiter determinatur per suam decretam merè extrinsecum ad eiusmodi non impediendum.

Le.

Legatur, attentè num. 5. & 6. in quorum posteriori conceptis verbis sapientissimus Author proponit conciliationem præmotionis illius cum nostræ Societatis sententia, à cuius veritate abstrahit ob dicta proximè. Quare præmorto illa valde differt à prædeterminatione, defensata à Dominicanis. Num verò sit manifesta in via S. Thomæ? recolanthæ dicta à me in Evêr. 17. ex num. 484. consulaturque Petrus à S. Iosepho in Defens. S. Thomæ Disp. 2. sect. 6. §. 4. ex pag. 374. declarans appositè mentem S. Doctoris, & ex illis locis 1. 2. probans, quam sit contraria S. Doctori prædeterminatione impressa voluntati creata ad actum liberum.

1265 Militant etiam PP. Franciscus Suarez (qui anno 1589. in editione 1. Commentariorum ad 3. p. evulgavit sententiam, quam antea prius docuerat in hac Provincia Castellana, & Romæ, citaturque in ea editione quæst. & art. 1. dub. 5. §. 1. quæst. & art. 2. dub. 10. §. 3. v. Dico 1. quæst. 18. art. 4. dub. 37. §. 3. v. Superest, à P. Henriquez Lib. vlt. Summe Cap. 4. §. 1. in glossa lit. C.) Gabriel Vazquez, Gregorius Valentia, Leonardus Lessius, Petrus Fonseca, Ioannes Azor, de quibus in n. 160. & 161. Cornimbricenses, Antonius Rubius, Martinus Becanus, Ægidius ConincK, Franciscus Alberpinus, Petrus Artubal, Valentinus Hericè, Iacobus Granadus, Ludovicus Metatius, Adamus Tannerus, Didacus Alafcon, Hieronymus Fasolus, Didacus Ruizius, Petrus Hurtadus, Ioannes Perlinus, Theophilus Raymondus, Martinus Bresserus, Ioannes Præpositus, Augustinus Bernal, Franciscus Amicus, Georgius Hemelman, Franciscus Zuñiga, Petrus Vuadingus, Rodericus Arriaga, Franciscus Quiedus, & Monetus, cuius nomen ignoro, & cum solo cognomento allegatur à Sherlogo infra, neque ponitur ab Alegambe in Catalogo Scriptorum Societatis. Cuncti hi scripserunt de rebus Theologicis, aut Philosophicis, vel de vtriusque simul.

1266 Ex Interpretibus Scripturæ sacræ PP. Cornelius Cornelij à Lapide, Ioannes Lorinus, Benedictus Iustinianus, Antonius Fernandez, Franciscus Mendoza, Iacobus Pintus, Iacobus

Tirinus, Iacobus Gordonus, Iacobus Saliarius, Gabriel Alvarez, Martinus Delrius, Adamus Contrzen, Vincentius Regius, Ioannes Phelippus, Ferdinandus Quirinus Salazar, Didacus Bæza, Ioannes Vualterius, Ludovicus Pontanus, Thomas Masutius, Olinerijs Bonartius. Quibus adde ex Theologis Asceticis, seu Mysticis Ioannem Bourgesium, & Ioannem Crombecium, & ex Chronologis Ecclesiasticis Iacobum Gualterium. Quos omnes, præter Sfortiam Pallavicinum, refert, designatis fideliter locis, P. Paulus Leonardus Sherlogus p. 3. sect. 11. num. 52. atque 53. ubi & se refert in Cantica Cantorum.

1267 Sed vitra loca adnotata à Sherlogo addo hæc Francisci Suarez, tom. 2. de Gratia, & Lib. de Verâ intelligentia auxiliij efficacis, Francisci Amici tom. de Deo Disp. 12. de Scientia Dei sect. 11. & seqq. Roderici Arriagæ tom. 1. in 1. p. Disp. 21. & 22. & alibi sæpe suæ Theologiæ, Francisci Quiedus ad 1. 2. Tract. præsertim 7. Controv. 1. punct. 3. num. 34. Cornelij à Lapide ad Cap. 11. Matthæi v. 21. ad Cap. 4. Sapientia v. 11. ad 1. Regum 23. v. 12. ad 1. Petri 1. v. 2. Iacobi Gordonij in Theologia Morali uniuersa Lib. 1. Cap. 14. Præloquitorum §. 4. num. 45. Gabrielis Alvarez in Cap. 38. Isaie v. 5. num. 55. Didaci Bæzæ, tom. 7. de Christo figurato Lib. 17. Cap. 13. §. 29. Olinerijs Bonartij in Ecclesiasticum Cap. 23. v. 12.

SECUNDA PHALANX SCRIPTORUM viginti unius.

1268 ANNUMERO alios oblitos à Sherlogo, aut ipso posteriores. Sunt autem PP. Franciscus Ribera Prælect. MS. ad Cap. 11. Matthæi, ubi citatur ab Henriquez supra, & in Ioelam Cap. 2. num. 22. & 23. in Ioanam Cap. 3. num. 31 in Sophoniam Cap. 1. num. 44. ubi citatur à Ruizio supra num. 11. Ioannes Salas tom. 1. in 1. 2. Tract. 3. Disp. 1. Sect. 6. Tract. 5. Disp. 3. sect. 2. Thomas de Ituren, citatus iam in num. 1116. sub cognomine Pij à Ponte, Blasius Viegas in Apocalypsim Cap. 12. Commentar. 1. sect. 14. num. 2. & 3. Sebastianus Bar-

Et 3

radas

radas tom. 3. in *Evang. Lib. 2. Cap. 11.*
 v. *Questio existit.* Ioannes Mariana de
Morte, & immortalitate Lib. 2. Cap. 11.
Lib. 3. Cap. 8. Emmanuel Sa. *Matthaei*
11. & Lucae 10. Ioannes Hayus in *Triu-*
pho veritatis Cap. 104. *Dispos. Even-*
gelicae notab. 1. Nicolaus Serarius in
Cap. 11. Iosue quæst. 14. Cosmas Ma-
 galianus in 2. ad *Timoth. Cap. 2. v. 6.*
 & 7. num. 6. Hieronymus Guevara
 in *Matthæum* citatus a Ioanne Marti-
 nez de Ripalda *Disp. 113. de Ente supern.*
sect. 5. num. 25. quin designet locum,
 nec ego hæc inueni. Ludouicus Batsi
Lib. 1. Hieroglyphica Cap. 5. allegatus ab
 Hurtado de Mendoza in *Tract. MS. de Scientia Dei,* dictato Sal-
 mantice anno 1634. sed non reperitur
 in *Bibliotheca Scriptorum Societatis.* Be-
 nedictus Pererius, de quo in num. 159.
 & 470. Ioannes Antonius Velazquez
 in *Cap. 1. ad Philipenses v. 21. annot.*
 5. num. 8. & 12. *Lib. 3. de Despara Vir-*
gine immaculatè concepta Dissert. & annot.
 4. num. 5. Andreas Pintus Ramirez
 in *Opere de Conceptione B. Marie Virgi-*
nis in examine textus S. Thomæ num. 6. &
Antologia 1. §. 3. num. 43. Ioannes
 Rodolphus Corduva in *Catena ad Li-*
bros Regum. Legi eius Catena tomum
 2. aut 3. MS. ubi longum, & accuratum
 de *Scientia Media* discursum ap-
 posuit Author; legique, & approba-
 ul tanquam Reuisor designatus a Super-
 ioribus; sed me læret, num, superue-
 niente morte Authoris, maneat in-
 editus? Maximilianus Sandæus in *Theo-*
logia Iuridica Commentatione 29. pag.
 353. & in *Pædia Litterati Christiani Co-*
ment. 21. §. 12. pag. 598. Ioannes Hiero-
 nymus Sopranes in *Lib. 1. Regum Cap.*
 23. v. 11. & 12. Ludouicus Cello-
 rius *Lib. 8. de Hierarchia, & Hierarchis*
Cap. 18. §. 2. Antonius Elcobar, &
 Mendoza tom. 1. *Problematum Mora-*
lium Lib. & sect. 1. num. 5. Christo-
 phorus Vega in *Theologia Mariana,*
palestra 2. Certamine 3. & 4.

TERTIA PHALANX SCRIPTO-
 rum viginti vnus.

1269 P RÆTEREA PP. Iose-
 phus Ragula 3. p. quæst. 1.
 art. 3. *Disp. 29. §. 4. con-*
clus. 1. Disp. 30. §. 5. v. In hoc ordine.
 Lulius Turrianus in 4. *Opusculorum*

Disp. 2. aliisque in Operibus. Martinus
 Perez *Disp. 13. de Incarn. sect. 2. num.*
 8. *Disp. 14. de Deo vno sect. 11.* Dio-
 nysius Petavius tom. 1. *Theologicorum*
dogmatum Lib. 4. Cap. 8. & in Elencho
Theriaca Vincentij Le nis, necnon in libris
duobus de Lege, atque gratia. Ioannes
 Dicastillus *Tract. 1. de Sacramētis Disp.*
 3. dub. 7. num. 165. Iosephus Augu-
 stinus 1. p. quæst. & art. 2. *diffic. 1. num.*
 20. etsi obiter, & non omnino clare.
 Nicolaus Baldellus tom. 1. *Theologiae*
Moralis Lib. 2. Disp. 44. num. 12. &
 13. Martinus Philippus de Conuel
 in *Theatro excellentiarum SS. Deiparæ ex*
consociatione excellentiarum sui Filij par-
te 1. consociationis 8. §. 3. Antonius Ri-
 chardus, & alio nomine Stephanus
 Champs in *Disp. Theol. de lib. arb. &*
in Respons. ad obiectiones Vincentianas, &
in Libris contra hæresim Iansenianam. Col-
 mas Alamanius in 1. 2. *partis summe*
Philosophiæ S. Thomæ Aquinatis doctri-
næ quæst. 11. art. 4. discutiens, an Deus
 in omni operatione secundi agentis
 operetur, seu in natura, & voluntate
 operatur? nihil affer, quod
 prædeterminationi physicae sit favora-
 bile. Et cum Cosmas fuerit studiosis-
 simus S. Thomæ, Summamque totius
 Philosophiæ consuerit ex eius verbis,
 est illud mihi validissimum argumen-
 tum de S. Thomæ mente aliena a phy-
 sica prædeterminatione. Iulius Cæ-
 sar Recupitus tom. 2. in 1. p. *Lib. 1. quæst.*
 27. & 28. Marcus Antonius Palumbus
 in 1. p. *quæst. 14. Doctrina 4.* Philip-
 pus Monceus in *Selectis Disp. 3. Cap.*
 12. Gaspar Hurtadus in *Tract. de Sci-*
entia Dei Disp. 4. diffic. 9. & 10.
 Ioannes Martinonus *Disp. 9. de Deo sect.*
 5. & nouem seqq. *Disp. 11. Sect. 10.* Lu-
 douicus Ribas 1. p. *Tract. 4. Disp. 6.*
 Cap. 5. Franciscus Lugus tom. 1. in 1. p.
Disp. 37. Cap. 1. Franciscus Beckenus
Disp. 19. de Deo vno, & trino per totam.
 Sebastianus Izquierdus in *Pharo scien-*
tiarum Disp. 10. quæst. 1. Iosephus Ma-
 ria Requiesenus in 1. 2. *Lib. 2. Disp.*
 12. præsertim in *sect. 4.* Emmanuel
 Mascarenhas *Tract. 5. de Sacra-*
mentis Disp. 4. Cap.
 1. num. 181.



QUARTA PHALANX SCRIPTO-
 rum tredecim.

1270 V LTERIVS PP. Fran-
 ciscus Annatus in *Lib.*
integro de Scientia Media,
aliisque multis in Operibus contra Iansen-
ium, & Iansenistas, & sub nomine Euge-
nij Philadelphi in Exercit. tripartita
Scholastica contra nouam rationem tuendi
physicam prædeterminationem. Matthias
 Borrall in *Tract. integro de Scientia Me-*
dia. Ioannes Martinez de Ripalda
 tom. 1. 2. & 3. *de Ente supern.* Ignatius
 De Keinls *Disp. 8. de Deo vno, trino,*
creatore Cap. 7. Leonardus Penafiel
 in 1. p. *Tract. 8. Disp. 27.* Gaspar Riba-
 denevra in *Tractibus de Scientia Dei, de*
Voluntate, de Prædest. de Actibus huma-
nis, & in Metaphysicis, iam prope disposi-
tis ad lucem publicam, vt me monuit pro-
antiqua, strictaque amicitia, quam profice-
mur. Martinus Espärza *Articula in*
Quæstionibus disputandis ad 1. p. quæst. 18
 & 34. frequenterque in alijs ad vniuer-
 sam *Theologiam: Iacobus Platelius in*
Synopsi Cursus Theologici 1. p. Cap. & §.
 3. & p. *Cap. ac §. 2. alibi que sæpe.* Mi-
 chael de Elizalde (quo Commagi-
 stro mihi plurimum complaceo) in
Forma querendæ, & inveniendæ veræ reli-
gionis num. 322. Antonias Bernaldus
 de Quiros, Condiscipulus meus cha-
 rissimus, Commagisterque præstan-
 tissimus, vocatusque merito a Fran-
 cisco Bonæpei tom. 1. *Cursus Theologi-*
ci Tract. 1. Disp. 13. hum. 94. [Theo-
 logus profundissimi ingenij] tom. 1.
 in 1. p. *Tract. 4. Disp. 51. & tribus seqq.*
variusq; in Appendice dubitationum ad art.
 13. *quæst. 14. p. 1. pag. 603. vsque ad*
 611. & passim in tom. 2. necnon in *Phi-*
losophico Cursu præcincto ad prædictum in
publicum. Petrus Abarca, Commag-
 ister etiã olim meus spectatissimus,
 in *Tractatibus ad 1. p. remissis iam ad*
 typos. Antonius Perez, Magister meus
 obseruatissimus, in *Affertionibus Theo-*
logicis ad 1. p. num. 88. & in tom. 1.
Theologie Disp. 3. ad quæst. de Scientia
Dei, necnon Disp. 6. ad quæst. 14. 1. p.
passimque eo in tomo, Bernardus Aldre-
tus, Magister etiam meus colendis-
simus, tom. 1. de Incarn. Disp. 21. sect.
 1. *larissimèque in tom. 1. ad 1. p. ex Disp.*
 27. *vsque ad 33. & in tom. 2. in ceteris-*
que reliquis Theologie, quos paratos prælo-

moriens reliquit, & quos exinde in dies
præstolamur.

QUINTA PHALANX SCRIP-
 torum octo.

1271 I NSVPER PP. Richar-
 dus Lynceus, quo Com-
 magistro gloriamur nunc,
 & proficimus, Thomas Comptonus
 Carletonus, Bartholomæus Amicus,
 Franciscus Alfonsus, Franciscus Gon-
 zalez Sanctacruzanus, Alfonsus Pe-
 nafieli, Balthasar Tellez, Franciscus Sua-
 rez Olysiponensis in *Philosophicis;* &
 primus quidem plura dabit prope diē
 in *Theologicis ad 1. 2. iam ferè sub præ-*
lo sudantibus; secundus verò edidit iam
Theologica, in quorum priori tom. Disp. 24
latè defenlat Scientiam Mediam.

SVM MARIVM SCRIPTORVM SO-
 cietatis pro sua sententia, adno-
 taturque consentio circa
 illam.

1272 E N quinque, iunctoque
 vmbone phalanges
 Scriptorum centena
 viginti quatuor e Societate pro do-
 mellica sententia, quam exprimunt
 quoad ea quatuor puncta, aut aliquod
 ex eis, de quibus in num. 910. Si autem
 addantur, qui Molinæ Concordiam
 præcesserunt, Alfonsus Salméron, Pa-
 tres Colonienfes, Hieronymus Tor-
 rensis, Franciscus Turrianus, Petrus
 Canisius, Ioannes Maldonatus, erunt
 centum, & triginta. Quare non ab-
 ire hic inflectetur illud Poetæ,
 His amor vnus erat, pariterq; in bella rue-
 bant.

Liceatque Molinæ Cōcordiæ adapta-
 re quod de Cybelè idem cecinit,
 Felix prole virum, cætum cōplexa nepotes.
 Nec potest non esse gloriosum Molinæ,
 quod tam magnum
 Agmē agat secū, magniq; ipse agminis instar.
 Hos ego Scriptorēs legere, atque col-
 ligere potui. Nam sunt multi alij,
 quorū meminit Philippus Alegambe
 in *Bibliotheca Nostrorum,* & quos, vt sunt
 materiæ Theologicæ, de quibus scrip-
 serunt, dubitare non licet, quin tra-
 ctent de iisdem illis quatuor punctis,
 consonentque cum citatis; & post
 Alegambe affert ad nos fama no-
 mina

mina non pauciorum, quam primò in Saeculo Societatis nostrae, quos omnes habere ad manus non fuit facultatis nostrae.

1273 Conferantur ergo allegati cum Dominicani, qui Dominico Bañez adhaerant, & quos recensui in *Event.* 41. (addoque Thomam Leonardum, memoratum à Francisco Bonaepei) & constabit, attentò numero domesticorum Authorum pro utraque opinione, nostram non esse depretiandam. Num verò cõtemnenda sit, attentà qualitate relinquo iudicio hominum non praecupatorum sinistro aliquo affectu. Illudque de Nostris oportet notare, esse admodum unanimes in quatuor illis punctis, in quibus consistere dixi sententiam Societatis, cum tamen Dominicani nonnulli in punctis iug non omnino conveniant, ut vilum est in *num.* 901. & duobus seqq.

QUANTI MOMENTI SIT TOT
Scriptorum Societate conspi-
ratio pro Scientia
Media.

1274 **M**IRVM sane est, cõvenissent tam concorditer viros, qui in nullius è suis Magistris iurant verba, quique nulla lege, aut statuto communi quondam tenebantur ad opinionem de Scientia Media: Nec verum est, quod ait Illustrissimus Alvarez *Lib. ult. Respons. Cap. 1: num. 9.* eam in *Lib. de Ratione studiorum* praescriptam fuisse Nostris. Nihil tale in illo continetur, ut cum Anonymo in *Lib. de Ordine* notavit iam P. Ribadeneyra *Tract. de Praedest. Diss. 20. Cap. 1: n. 3:* Scripsit quidem anno 1513. R. P. Cladius Aquaviua, Praepositus Generalis Societatis, encyclicas quasdam litteras (de quibus paulò post) circa modum observandum in docenda diuine gratiae efficacia. Sed ille non sunt translatae ad *Lib. de Ratione studiorum*, neque ad alium de *Ordinationibus Praepositorum Generalium*. Vnde dubitari potest, num hodie vim habeant, haberentque anno 1626. quo Alvarez finivit Opus *Respons.* Proderuntque è Nostris Scriptores, qui etsi Scientiam Mediã teneantur, tamen post illas litteras non

tenent modum explanandae praefatae efficaciae traditum ibi. Quare magis, aut certius ex cõmuni consensu, quam ex praescripto legis vniuersalis defenditur in Societate Scientia Media. Cuius auctoritas si iudicio Illustrissimi Alvarez non crescit notabiliter ex numero Doctorum nostrae Familiae, ut qui ipsam docere teneantur, par in hoc erit scientia futurorum contingentium conditionatorum, innixa decreto diuino, par etiam erit praedeterminatio physica; quas propugnandi non minor videtur inesse obligatio siue ex communi consensu, siue ex lege scripta vniuersali PP. Dominicani.

1275 At occurrit Antonius de Matre Dei in *inquis. in Tract. 3. Diss. 10: dub. 8. §. 2. num. 133:* intercedere disparem rationem, nam [Dominicani, nulla quã necessitate ab extrinseco, & sequentes Maiorum vestigia, denegant Scientiam Mediã. Nostris verò, necessitate ab extrinseco proueniente, quasi compelluntur doctrinam adstruentem Scientiam Mediã tueri, hoc ipso quòd probabiliter facere id possint, & in hoc nulla ratione vestigia Maiorum sequuntur.] Dixerat autem in *dub. 5. §. 2. num. 92.* necessitatem illam in Nostris prouenisse ex delatione Scientiae Mediae ad Iudices Fidei facta à Dominicani, ex alijsque periculis, & tempestatibus contra eam subortis.

1276 Ceterum hæc disparitas ut valeret initio, & quoad Molinam, non tamen postea, neque unquam quoad alios ab ipso. Nulla nunc delatio fit, nulla pericula, nullae tempestates impendent, siue probes, siue non Scientiam Mediã. Quare Nostris, tanto numero eam propugnantes nunc, sponte sua ducuntur. Neque initio adhaerissent lateri Molinae, sed ipsum deseruissent, aut tuae fortunae reliquissent, expectantes rei euentum, nisi ipsius causa esset apud eos probata. Rursus, quòd decerent pro opinione, in quam nonnulli omni telorum genere intruerint, non minuit illius à Nostrorum testimonio auctoritatem, alioqui multis Thomistarum placitis pondus auctoritatis, quod ab ipsis habet, attenuaretur, eoquod Doctores aliarum Scholarum, ut Scoticae, Nominales, Durandicae, &c. equis, & qua-

quadrigis illas incurrant. Praeterea, sententia typis vulgata à Molina cõmunis erat Nostris diu antea, etsi absque nomine Scientiae Mediae, ut cõmperit ex *Event. consuet.* ab anno 1588. vsque ad 1594. non fuit in eam commota considerabilis procella, accusatione tantum facta apud Lusitanos Fidei Quaestores; quorum è censura incolumis euasit; quicquid Antonius de Matre Dei per sepe repetat in *locis relatis num. 605.* delatam fuisse ad Summum Pontificem, alioque Fidei Iudices statim; ac prodijt Concordia Molinae. Vnde medio tempore inter annum 1588. & 1594. nulla grauis admodum necessitas ab extrinseco adegit Nostris ad eius defensionem.

1277 Adhuc, necessitas ab extrinseco magis forsitan compulsi Sapientissimum Magistrum Dominicum Bañez: Suspensus ille fuerat, P. Michaeli Marcum, & alios Magistros nostri Collegij Salmanticensis non sensisse benignè de nonnullis suis assertis in Materia de Messio; & Eucharistia: Et ita ipse significat in *locò citato ad num. 617.* Viderat impeditas imperio Illustrissimi Nunciij Pontificij in Hispania quoddam Theses, se Praeside; defendendas publice in Academia Gymnasio (ubi iam adfuit) quarum una erat, [Status Religiosus emissionem trium votorum consistit; dummodo solemnè professione firmetur,] addebatque hæc restrictio; interpretatione apparente quaesita ab Scholari ad Constitutionem Gregorij XIII. incipientem *Ascendente Domino;* & ad paulo antiquius Breue nullum ad Rectorem Academiae à Nuntio Pontificio in Hispania ex iussu eiusdem Gregorij XIII. statim, ac rescuit propositiones Iacobi Peredi cõtra Institutum Societatis; quae occasione dederunt Constitutioni illi considerandae anno 1584. Etsi verò Bañez se Madritum contulerit imploraturus auxilium Regium, & postea Romam Iacobus Peredus nomine suo, & Magistrorum aliquot Salmanticensium (qui eum Abula adscuerant) conuicturus Sedem Apostolicam; nihilominus confirmata est denuò Constitutio illa à Sixto V. anno 1590. relicta in deminipersona Iacobi Peredi. Sic constat

ex tabularijs Academiae, & Collegij nostri tam Salmanticensis, quam Abulensis. Tandem Bañez vidit, impugnatam à Molina in tota ferè Concordia, quod fuit primum Opus Theologiae Scholasticae in lucem emissum à Nostris in Hispania: hisque, & alijs de causis, quas nunc tacere praestat, coactus quasi ab extrinseco, adhibuit totum conatum aduersus Molinam. Et cum Alfonso de Mendoza Augustinianus tam in prima, quam in secunda editione suarum Quaestionum Quodlibetarum tradidisset idem ferè, ac Molina, ut vilum est in *n. 1255.* nec unum verbum prolatum est contra hunc. Lessius etiam Ballionius, ut iam notauit in *n. 515.* expertus fuit secundam fortunam; etsi se opposuerit praedeterminationi physice multo acrius, quam Molina, qui tam dura est vexatus. Huc trahi potest illud Poetae, ————— *habent sua fata libelli.*

Quatenus doctrina, quae in vno non provocat legentium animos, saepe solet in alio concitare; ita ut in eam multorum cuneus dirigatur.

1278 Quòd additur ab Antonio de Matre Dei de Maiorum vestigijs desertis à Nostris, & retentis à Dominicani, verumne sit; an falsum? monstrant satis Eventuales antecedentes, monstrabuntque magis subsequentes. Poruisset ille omittere huiusmodi ponderationes; & forsitan omisisset; si Maiorum nostrorum diligentiam in instruendis posteris de illorum temporum successibus veritus fuisset. Latebant hæc in nostris archiuis, nosque ea premebamus silentio; sed iam coacti quasi ab extrinseco non possumus non indicare aliqua ex multis cum moderamine inculpatæ tutela.

1279 Ergo tanta Nostrorum circa Scientiam Mediã cõsensio; omnino voluntaria, tribuitur probabilitatis; ne dicam veritatis; vi, quae homines in multis alijs Controversijs Scholasticis magis discordes; quam Patres Dominicani, in concordem hunc sensum aduocauit. Quia verò Tertullianus *Lib. de Praescriptionibus Cap. 28.* aiebat; *Quod apud multos non inuenitur, non est erratum, sed traditum;* & Celsianus *Lib. 1. de incarnatione Cap. 6.* *Indubitata veritatis manifestum.*

festatis est auctoritas vniuersorum, sit hæc multorum, imò vniuersorum è Societate concordia, & auctoritas proSciētia Media iudicium magnæ cuiusdam saltem probabilitatis:

CONCLUSIO EVENT. ADDUCTIS
Litteris trium Præpositorum
Generalium Societatis.

1280 **E**X toto huius Event. decursu planum fit, quæ iuxta communem sensum nostri Ordinis emanarint Litteræ illæ R. P. N. Claudij Aquavivæ Præpositi Generalis, memoratæ nuper, quarum Initium dedi in n. 3 10. Et nunc reliqua eorum communicabo, quæ sic se habent, [Nostri in posterum omnino doceant, inter eam gratiam, quæ effectum re ipsa habet, atque efficax dicitur, & eam, quam sufficientem nominant, non tantum discrimen esse in actu secundo, quia vna ex usu liberi arbitrii, etiam cooperantem gratiam habentis, effectum fortitur, altera non item: sed in ipso actu primo, quod posita scientia conditionalium, ex efficaci Dei proposito, atque intentione efficiendi certissime in nobis boni, de industria ipse ea media feligat, atque eo modo, & tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habitura, alijs vsurus, si hæc inefficacia præuidisset. Quæ semper moraliter, & in ratione beneficii plus aliquid in efficaci, quam in sufficienti gratia, etiam in actu primo, contineri: atque hac ratione efficere Deum, ut re ipsa faciamus, non tantum quia dat gratiam, qua facere possimus. Quod idem dicendum de persecrantia, quæ proculdubio donum Dei est.] Ita P. Claudius die 14. Decemb. anno 1613.

1281 Qui autem ei successit in Generalatu R. P. N. Mutius Vitelleschus scripsit ad Prouincias die 7. Iunii anno 1616. [non intendisse P. Claudium suo Decreto, Deum sua voluntate prædeterminasse, vel prædefiniuisse aliquod nostrum bonum opus independēter a cognitione liberæ nostre voluntatis; nec etiā quod in gratia efficaci sit aliqua entitas realis, aut alijs modus phylicus in actu primo, qui nō

fit in gratia sufficienti: sed hoc tantum, quod fuerit speciale beneficium Dei dedisse vni. v. g. Petro, ex proposito boni in eo faciendi, gratiam eo tempore, & loco, quo scientia conditionalium præsciuit, illum ea gratia, bene vsurum: quod beneficium non contulit alteri, v. g. Ioanai, cui dedit gratiam eo tempore, & loco, quo præsciuit, eum sua culpa eam non vsurum.] Sic P. Mutius, consultis Assistentibus, & PP. Congregationis VII. Generalis ad id deputatis; testanturque de Claudij mente tum Assistentes, tum Secretarias, ut qui eam nouerint, quo tempore deliberavit de superiori Decreto intinendo Prohincijs.

1282 R. P. N. Ioannes Paulus Oliua, qui nunc, ad Societatis magnum incrementum, Præpositus est Generalis, cum esset Vicarius Generalis, anno 1664. die 12. Ianuarij grauisimis, & luculentissimis alijs Litteris confirmavit postremo Nostros in opinione de Scientia Media, & Auxilijs, iniungens, [vt in hac materia non solum retineatur ipsa doctrinæ substantia (quod est omnino per necessarium) sed etiam in eius explicatione (vt alias quoque sapientissimè monuit R. P. N. Gouvinus) non recedatur à communi, & hætenus recepto inter Nostros explicandi modo, ne suspecta alloqui reddatur ipsa Societatis doctrina, dū, hætenus receptum inter Nos, illam defendendi modum reiiceremus, eie diffideremus, & alias nouas explicationes, grauioribus forte difficultatibus obnoxias, excogitaremus.]

1283 Et hæc tam continuata totius Sodalitij Religiosi, litteras non mediocri cura profitentis, obfirmatio in Scientia Media aliquam ipsi auctoritatem conciliat. Quiescit nunc placide in ea Societas nostra vniuersa. Nec mirum, nam quod difficilius queritur, inuentum gratius retinetur, vt ait vetustus, & grauis Author de Altercatione Synagoga, & Ecclesie Cap. 1. fol. 9. Equumque est, vt in posterum solliciti sint Nostri de eiusdem opinionis conseruatione. Quis namque operator negligat operis sui curam? Quis deserat, & destituat quod ipse condendum putauit? vt inquit S. Ambrosius Lib.

1. Officiorum Cap. 13. & vt Ensebius Cæsariensis Lib. 8. de Præpar. Evangelica Cap. 5. Pater omnis, aut Authorea, quæ genuit, aut

fecit, diligenter studet conseruare, quæ opprimere possunt expellens, quæ utilia sunt suis acquirens.

EVENTILATIO XXXVIII.

NVM MERITO ACCVS ETVR NOUITATIS nomen Scientiæ Media?

1284



AGISTER Alfonso de Luna in Observationibus ad 3. p. Magistri Medinæ de Incarn. quest. 1.

art. 4. pag. 93. scribit, [Non possum non aliqua obijcere istis inuentoribus nouæ scientiæ, qui in nouissimis temporibus diuinæ mentis penetrabilia exquisierunt, & abditissimam, nunquam ab alijs excogitatam, scientiam ibi requisierunt, & exquisierunt, & suo iudicio intenerunt nouam quidem scientiam, (nec mirum tantem, quod nouitatis, & nouioribus placeat,) & mediam inter scientiam visionis, & scientiam simplicis intelligentiæ, quasi mediam possit inter hæc extrema reperiri.] Raphael etiam Ripa 1. p. quest. 14. art. 13. dub. 4. Cap. 2. circa initium inquit, [Certè Scientia Media, vel vna nra nouitate, non potest, meâ sententiâ, non esse cuique Theologo ingrata.] Insuper Nazarius ibidem, Controv. 1. §. sexto dicit, [Scientia Media sua nouitate se valde suspectam reddit.] Similia alia ex Bañez, Nuño Cabezudo, Gregorio Martinez, Didaco Alvarez, Ledesma, Verdu, Rispoli, Ioanne Gonzalez, Ioanne Thomasio, Galpare Ram, Cabrerâ, Zamel, & Cantarello tranteribunt Fatelus ibidem dub. 20. num. 500. Sherlogus p. 1. Sect. 2. n. 65 p. & sect. 3. num. 10. Quibus omnibus satisfaciam in hac, & sequi Euent. in cuius initio addam adhuc nonnulla accusationū capita.

(1)

NON DEBET ESSE OFFENSIO- nis nouitas nominis, si res significata antiqua sit.

1285

ET in primis offenduntur ne nouitate nominis? An etiam rei ipsius veritatem,

quæ hoc est sortita vocabulum, refugiant? Res enim antiqua nomen nouum accepit. Non vocabulo, noua rei veritas accessit. Quæ verba S. Athanasij, defendentis à criminationibus vocè Homousion, quam bene congruant nostro instituto, patet, si rogatus, quid noui fuit in Scientia Media? respondeas nobis. Si res ipsa: expecta sequentem Euent. Si nomen: tunc respondeamus cum S. Athanasio; Res antiqua nomen nouum accepit, &c. cum eoque obsecrabimus, ne offendaris nouitate nominis. Caueus Thomachantem Horatium in Arte Poetica, Indignor, qui quæ reprehendi, nō quia crasse, Illepidè ve putetur dictum, sed quia nuper. Et attende S. Augustino monenti Lib. 4. de Genesi ad lit. Dum hoc intelligatur quod intelligendum est, non magno opere curandum, est quid vocetur. Attende etiam Academiæ Parisiensi iam olim notanti, [Disputationes doctrinales, & Dialecticas; quæ inquisitioni veritatis attendunt, modicam habere de nominibus sollicitudinē.] Ita in Bibliotheca VV. PP. ex editione Colonia Agrippina anno 1618. tomo 14. pag. 343.

1286 Et si autem verissimam sit, quod eadē Academia in Tract. contra Ioannē de Montefono circa finem aduertit, [Non debent taliter loqui Theologi, qualiter loquuntur Philosophi, sicut docet Augustinus 10. Lib. de Ciuit. Dei Cap. 23. dicens, Liberis veris loquuntur Philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis ostensionem religiosarum aurium perimere.]

Nobis autem ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia, etiam de rebus, quæ his significantur, impugnet opinionem.] At ex licentia nominis *Scientia Media* nullus hætenus præfessit vel minimam in opinando irreligiositatem, cuius possit esse occasio, nihilque illud continer, quod præscriptis loquutionibus ex autoritate siue Scripturæ sacræ, siue Conciliorum, siue Patrum Ecclesiæ, siue Theologorum veterum aduerteretur.

PRÆDETERMINATIONIS PHISICÆ

sicæ nomen introductum est nouiter ab Adversarijs, multa que alia sunt denudè constructa in Ecclesiâ Dei.

1287 **Q**UID? Quod complexum nomen *Prædeterminatio Physica*, usurpatum à Religiosis, & Doctissimis PP: Dominicanis, nuperum etiã est, vt non disfitetur Alvarez *Lib. 2. Respons. Cap. 1. num. 33. Lib. 4. Cap. 7. num. 13.* Et quemadmodum ipsi nihilominus contendunt, rem, significatam noua *Prædeterminationis Physicæ* voce complexa, esse valde antiquam, quatenus sit præuia quædam entitas, qua moueantur à Deo causæ secundæ ad operandum, & quæ habeat essentialem connexionem cum ipsarum operationibus: ita Nostris conati semper sūt probare de re denotata per recentem nomenclaturam complexam *Scientia Media*, quatenus sit ea diuina *Scientia*, quæ sine medio cognoscendi, connexo antecedenter, & essentialiter, feratur ad futura contingentia conditionata. Quare Principes disputationis huius celeberrimæ pares fuerūt in nominam nouitate, coacti necessitate disputandi inter sese. Quæ nouitas non fuit vitanda, cum non fuerit prophana, utpote ab Scripturarū diuinarum, Conciliorum, Patrumque, ac Theologorum antiquorum sensu non discordans, prout alterutri persuaderunt sibi de re significata per novum nomen, persuadentque nunc sibi affecte alterutrorum.

1288 Sic nomina *Homousion*, *Transsubstantiatio* usurpata sunt de nouo in Ecclesiâ Dei. Sic nomina *Voluntas*

signi, & beneplaciti coeperunt in Theologorum Scholis ab Hugone de S. Victore, nam apud antiquiores non reperiuntur, vt admonet Ruizius *Disp. 17. de Voluntate Dei sect. 1. num. 4.* Sic nomina *Opus operans, & operatum* audita sunt frequentati in linguis Theologorum ex tempore Innocentij Papæ III. vt obseruabam in *Disp. 10. de Sacrif. Missæ sect. 2. num. 23:* nuncque inuito, vt legantur Scotus *Quodlib. 20. in principio*, Gabriel *Lect. 26. in Can. Missæ lit. G.* Stanilaus Hosius in *Confessione Catholice fidei Cap. 89.* Vazquez *3. p. Disp. 131. Cap. 1.* Sic, testante Ruizio *Disp. 29. de Prouid. Dei sect. 1. n. 1.* nomina *Gratie operantis, & cooperantis* in nullo PP: antiquiorum inueniuntur expressa, cum tamen tam solemnia postea sint facta inter Theologos Scholasticos: Sic celeberrima apud eosdem nomina *Distinctio sensus coniuncti, aut compositi, & sensus disiuncti, aut diuisi* non sunt audita ante Hugonem de S. Victore, vt explorauit Ruizius *Disp. 33. de Scientia Dei sect. 1. num. 7.* & ex Hugone dimanarunt ad Magistrum Sent, & ad alios Theologos posteriores, suntque nobis gratissima secundum eam acceptionem, quam usurparunt prisca Theologi. Vnde si aliqui ex Nostris dixerunt, vt refert Ioannes de S. Thoma *tom. 2. in 1. p. Disp. 3. art. 6. §. Ad Concilium pag. 202.* distinctionem de sensu composito, & diuiso esse recenter inuentam ad effugiendam difficultatem ex verbis Concilij Trid. *ses. 6. Cap. 5. & Can. 4.* loquuti sunt de acceptione, qua nunc vtuntur Thomistæ. Sic demum nomen *Distinctio ex natura rei* inuectum est de nouo in Scholas Theologicas à Doctore Subtili.

1289 Hæ verborum nouitates non fuerunt prophanæ illæ, damnatæ ab Apostolo *1. ad Timoth. 6. v. 20.* nam non repugnarunt fidei antiquæ: quæ est nota prophanarū, vt declarat S. August. *Tract. 97. in Ioannem:* iuxta quem *verborum nouitates* (ea nota non vitiatæ) *sunt congruentes doctrinæ Religionis.* Plura circa id lege, si habet, in Ruizio *tota Disp. 60. de Scientia Dei.* Ego tranteo ad declarandum,

(*)

QUAM

QUAM FVERIT REI SIGNIFICATA
congruens nouitas nominis
Scientia Media
1290 **F**VIT quidem ratio nominis *Scientia Media* talis apta, nam *Scientia diuina* contingentium conditionatorum non est Deo formaliter libera siue ratione sui, siue ratione alicuius actus, quem in Deo existentem præsupponat; nullo enim actu libero diuinæ voluntatis ad se præsupposito eget. Et in hoc distinguitur à *Scientia diuina futurorum contingentium absolutorum*, quæ requirit formalem libertatem in Deo; non quidem exercitam formaliter in ipsa *Scientia*, sed in actu diuinæ voluntatis præsupposito ad ipsam. Cum quæ tamen conuenit in hoc, quod est, esse Deo contingentem, nã quod sit vnus partibus potius, quam alterius, habet exinde, quod liberum arbitrium creaturæ ex hypothesi quod creator sit in vno, aut altero ordine rerum, esset potius factatum vnum, quam aliud, cum vtrumvis indifferenter posset facere. Rursus in hac contingentia differt à *Scientia necessaria* creaturarum possibilem, & ipsius Dei; sed cum ea *Scientia* concordat in exclusione libertatis. Et hæc est germana ratio, explicataque optimè à P. Molina *1. p. quest. 14. arti. 13. Disp. 17. & in Concordia Olyssiponenf. Disp. 30. in Antuerpiens. Disp. 32. §. Sciscitabitur*, cui *Scientia diuina contingentium conditionatorum* appelleretur *Media* inter merè naturalem, seu necessariam, & liberam, quippe ex vno, & altero extremo aliquid participet; ex extremo *Scientia* naturalis, seu necessariæ independentiam ab actu libero voluntatis diuinæ actualiter exercito; ex extremo autem *Scientia* liberæ contingentiam: quæ latius patet, quam libertas. Et si enim omne contingens liberum sit, & e contra, attamen non omne contingens est liberum cuius determinatio subiecto, vel quasi subiecto, cui contingens est. Nihil enim est liberum nisi suæ causæ, aut principio; contingens autem est cuius, cui non sit necessarium, quod existat. v. g. hæc papyro contingens est, quod in ea ego scribam; id tamen non est ei, sed mihi liberum.

1291 **S**ub declaratis considerationibus P. Molina vocauit *Mediam Scientiam* eam, quam habet Deus de contingentibus conditionatis; non autem quatenus sit *Media* inter *Scientiam simplicis intelligentiæ*, & *visionis*; quin potius expræfessit *Saris q. 14. art. 9. §. Scientia diuina*, pertinere ad *Scientiam simplicis intelligentiæ*. Vnde fallitur Magister Luna transcriptus *num. 1284.* alijque dicentes, & velut in probrum vertentes Molinæ, quod potuerit *Scientiam Mediam* inter *simplicis intelligentiæ*, & *visionis* contra antiquam Theologiam, diuidentem adæquatè *Scientiam diuinam* in hæc duo extrema. Certè Molina non potuit nisi *Mediam* inter naturalem, & liberam; de qua *Scientia* diuinæ diuisione sub nominibus naturalis, & liberæ loquuti non sunt prisca Theologi, ideoque contra eos non fuit sic vt ramque diuidere, vt assignaretur *Scientia* participans quidpiam ex vtraque.

1292 **Q**uod si adhuc velis cū Ludonico Meratio *1. p. Disp. 28. de Deo sect. 4. §. Respondeo 2.* *Scientiam de contingentibus conditionatis pertinere ad liberam*, quia prærequirit liberum aliquod decretum, quod in Deo esset, si hæc, aut illa conditio poneretur. Per me pertineat: Sed non ideo dicas cum Araujo *1. p. quest. 23. art. 6. dub. 1. num. 41. §. Discriminantur pag. 728.* nomen *Scientia Media* displicere iam suis Authoribus. Nam ad vnum soltant Meratium contracti non sunt omnes Authores militantes pro *Scientia Media*; neq; de huius nomine sollicitudo lanctinat, & exedit eorum pectora.

1293 **P.** Suarez, etiã *Lib. 2. de Scientia futurorum Cap. 3. num. 5.* reuocauit *Scientiam* conditionatorum contingentiam ad eam, quæ dicitur *visionis*; tamen *Prolog. 2. de Gratia Cap. 6. num. 7.* reducit tandem ad eam, quæ dicitur *simplicis intelligentiæ*; Molinam, & Suarezum imitantur frequentius Nostris; quamuis non desint, qui sic agnoscent *Mediam* inter naturalem, & liberam, ita etiam inter *simplicis intelligentiæ*, & *visionis*, vt Becanus, Herice, Fatolus, Alarcon, & si qui sunt alij. Res est parui momenti, in quo non habemus præscriptas voces

Gg

ab

ab autoritate irrefragabili Maiorum.

1294. Sic iuxta Thomistas parum interest, quod prædeterminatio physica dicatur, quid medium inter actum primum, & secundum. Sic iuxta S. Thomam parum interest, quod scientia Dei de se non comprehendatur sub scientia visionis, quia per hanc Deus scire non dicitur, nisi quæ sunt extra ipsum, ut ait S. Doctor q. 2. de veritate art. 9. ad 2. neque item sub scientia simplicis intelligentiæ, quia hæc debet esse de ente in potentia, ut ubique idem S. Doctor supponit. Sic iuxta Durandum in 1. Sent. Dist. 36. q. 1. num. 7. parum interest, quod scientia approbationis faciat tertium scientiæ membrum, distinctum à duobus alijs simplicis intelligentiæ, & visionis. Sic iuxta Gregorium de Armi- no in 1. Sent. Dist. 35. & 36. q. unica in fine parum interest, quod scientia omnis diuina dicatur intuitiua, ita ut non detur diuisio scientiæ diuinæ in abstractiuam, & intuitiuam, sic tandem opinione Andreae Vegge memorata à Fracisco Quando in 1. Dist. 39. propos. 2. parum interest negare distinctionem scientiæ diuinæ in scientiam dictam visionis. Licuerunt hæc alijs Theologis, cur Nostris nihil tas fuerit in negotio isto de puro nomine?

1295. Qui ex Nostris dixerunt, scientiam conditionatorum contingentium pertinere ad scientiam simplicis intelligentiæ, moti exinde sunt, quia non est libera ex parte Dei: & quia eius obiectum non est simpliciter existens, aut futurum: & quia obiectum simplicis intelligentiæ, nempe creaturæ præcise possibilis sunt possunt dupliciter, primo ut *To præcise possibles* neget existentiam simpliciter dictam, quæ solum est existentia absoluta, secundo ita, ut neget omnem existentiam, hoc secundo modo non clauditur scientia conditionatorum illorum sub simplici intelligentiæ, secus primo modo: & quia simplex intelligentia sic vocatur, quia est de rebus possibilibus, ut abstrahentibus ab existentia in aliqua differentia temporis, scientia autem conditionata est de rebus abstrahentibus ab existentia: & quia futura conditionata ut talia non habent esse distinctum extra Deum, ut videtur requiri ad obiectum scientiæ

visionis ex doctrina S. Thomæ 1. p. q. 14. art. 9. in Corp. ubi ait, *Quædam sunt, quæ sunt in potentia Dei, vel creature, quæ tamen nec sunt, neque erunt, neque fuerunt. Et respectu horum non dicitur habere scientiam visionis, sed simplicis intelligentiæ. Quod ideo dicitur, quia ea, quæ videntur apud nos, habent esse distinctum extra videntem.* Sic S. Thomas.

1296. Si obijciatur, simplicem intelligentiam esse scientiam naturalem; non sic autem scientiam conditionatam. Respondent, prius illud non esse certum, loquendo de simplici intelligentiæ adæquatè sumpta; & quantum esset certum, dicunt, posterior illud de scientia conditionata esse falsum, nam ea est naturalis, sumpto naturali pro non libero formaliter ex parte Dei. Si rursus obijciatur, esse contra conceptum simplicis intelligentiæ, quod sit contingens, uti debet esse scientia conditionata. Respondent, sicut non est contra conceptum scientiæ visionis, quod sit necessaria, uti est scientia, quæ Deus se intuetur, & quæ communiter vocatur visionis; ita neque esse contra conceptum simplicis intelligentiæ, quod sit contingens.

1297. Rursus qui ex Nostris adscriperant scientiæ visionis scientiam conditionatorum contingentium, habuerunt non leuia motiua. Primum, quia Patribus Ecclesiæ nihil est frequentius, quam dicere, futura conditionata prævideri, cerni, prospici à Deo, & quod Deus illa intuetur, ut legere est in Ruizio *Disp. 76. de Scientia Dei sect. 2.* Secundum, quia ea conditionata non sunt purè possibilis. Ergo non spectant ad scientiam possibilium, seu simplicis intelligentiæ, sed ad visionis. Tertium, quia simplicis intelligentiæ scientia est naturalis, & necessaria; huiusmodi autem non est scientia conditionata. Ergo ad illam non proprie spectabit; & consequenter pertinebit ad scientiam visionis.

1298. Si opponatur, scientiæ visionis esse de entibus in actu, & liberam, posterioremque decreto Dei. Occurrunt athenes, esse de entibus in actu vel absolute, vel conditionatè; & esse liberam vel subiective, vel obiective; non tamen esse adæquatè liberam

subiective, neque adæquatè sumptam præsupponere subiective decretum Dei; sed partim supponere decretum et subiective, quæ obiective, scilicet ut est affirmatio absoluta futuri; partim vero supponere decretum Dei obiective tantum, & conditionatè, scilicet ut est affirmatio conditionata.

1299. Vterius qui ex Nostris affirmarunt, scientiam conditionatorum contingentium esse mediam inter simplicis intelligentiæ, & visionis, reddunt rationem hanc, quia scientia conditionatorum illorum, cum ex se non exigat, quod illa vnquam sint, habet absolute aliquid simplicis intelligentiæ, nempe præseindere ab existentia exercita obiecti; & cum supra possibilitatem addat aliquid futuritionis determinatæ, habet etiam aliquid visionis, & consequenter est media inter utramque. Quæ ratio sic amplius explicatur: Vel significatio obiecti possibilis extenditur ad omne non existens absolute, atque simpliciter, & significatio obiecti existentis extenditur ad existens siue absolute, siue conditionatè iuxta latioreni possibilis, & existentis significationem; vel possibile præfatus sumitur, nempe pro eo, de quo nihil affirmari potest pro statu quodam, nisi essentialis, & necessaria possibilitas habita in diuina essentia; & existens sumitur etiam strictius pro eo, quod simpliciter, & sine addito tale est, & consequenter non pro eo, quod existeret, si poneretur conditio aliqua, sed pro eo, quod absolute existeret. Si primo modo accipiatur possibile, & existens, ideo est, quia explicatio fit per terminos contradictorios, sub quorum aliquo necesse est comprehendere formaliter obiectum contingens conditionatum, & proinde scientiam, quæ ad illud fertur, atque adeo non dabitur medium inter scientias simplicis intelligentiæ, & visionis. Si secundo modo sumantur possibile, & existens, sic sumpta non sunt inuicem contradictoria, nec medium excludentia, quod sit obiectum contingens conditionatum, ut pote quod nec sit purè possibile, nec simpliciter, absoluteque existens, aut futurum. Vnde explicata simplici intelligentiæ, & visione per obiectum possibile, & existens in hac strictiori significatione, dabitur inter

media scientia terminata ad obiectum contingens conditionatum, & participans plures utriusque illius extremi proprietates. Nec insolitum est, ut idem met significetur aliquando nominibus extremorum laxius sumptis, & etiam proprio alio nomine, medio inter extrema ut sumpta strictè. Vide Ruizium *Disp. illa 76. sect. 1. à num. 2. usque ad 8. & sect. 3. num. 8.*

1300. Omnes hi modi loquendi sunt probabiles, & plausibiles. Nec iam opus est de eis litigare, quia communi vsu receptum est in Scholis, vocare *Scientiam Mediam* eam de futuris contingentibus conditionatis notitiam diuinam, quam adstruunt Nostris, siue sic appelletur, quia mediet inter scientiam diuinam necessariam, & liberam, siue inter simplicis intelligentiæ, & visionis. Desiderium breuioris loquutionis fecit, ut increbresceret hoc nomen, sicut eadem de causa appellatur scientia conditionata, siue habeatur diuino in decreto actualiter exercito, ut volunt Dominicani, siue independenter ab illo, ut Nostris putant, quia molestum esset repetere semper omnes terminos, vel circumstantias, sub quibus ab illis, aut à Nostris admittitur. Cessent itaque iurgia de nomine, & disputetur de re significata.

DE NOMINE SCIENTIÆ MEDIÆ actio instantiæ ad homines ad versus S. Dominicanos.

1301. **N**ISI id nobis videretur, esse solummodo opera, & labore dignum, postemus consumere paginas aliquas in redarguendis aduersarijs eodem de nomine. Quare non nisi breuiter delibabimus octo instantias ad homines contra Dominicanos. Prima sit: posito decreto absolute subiective, & conditionato obiective, in quo cognoscat Deus futura contingentia conditionata, necessitantur Dominicani ad introductionem cuiusdam scientiæ diuinæ *Mediæ* inter simplicis intelligentiæ, & visionis. Etenim scientia, quæ Deus in tali decreto cognoscit, Tyrios fore convertendos, si eis Christus predicasset, non est scientia simplicis intelligentiæ; nam illa est in Deo ante omnem

actum liberum suæ voluntatis. Neque est scientia visionis, quia hæc non terminatur nisi ad rem aliquando futuram, quippe visio non fit nisi rei pro aliqua duratione præsentis. At per illam præcisè scientiam nihil cognoscit Deus; quod sit aliquando futurum. Igitur scientia, quæ habeatur in decreto Dei absolute subiectivè, & conditionato obiectivè, debet esse *Media* inter simplicis intelligentiæ, & visionis, cum de utraque aliquid participet, & ad neutram earum possit absolute revocari. Si respondeant, esse scientiam visionis, non simpliciter, sed secundum quid. Admittent, velint, nolint, scientiam, quæ sit *Media* inter simplicis intelligentiæ, & visionis simpliciter, vel saltem admittent scientiæ visionis subdivisionem, cuius nec Patres Ecclesiæ, nec antiqui Theologi Coryphæi in suis scriptis meminerunt. Eodemque modo disputabo, si respondeant, esse scientiam simplicis intelligentiæ secundum quid, & non simpliciter.

1302 Secunda sit, si futurum contingens conditionatum cognoscitur à Deo in decreto absolute subiectivè, non id satis est, ut dicatur cognosci per scientiam visionis simpliciter, nam & creaturæ possibles non minus cognoscuntur à Deo in sua Omnipotentia visa intuitivè, quam illud futurum in suo decreto intuitivè viso, & tamen cognitio creaturarum possibilium spectat ad scientiam simplicis intelligentiæ. Si autem illud futurum cognoscitur à Deo in decreto conditionato obiectivè, & obiectivè, aut in prædeterminatione physica conditionata, pertineret cognitio illa ad scientiam necessariam, seu simplicis intelligentiæ, & non ad liberam, seu visionis.

1303 Tertia, etsi cognitio illius futuri fundetur in decreto Dei actu existente; at illud futurum est medium inter purè possibile, & simpliciter existens. Ideo Alvarez *Lib. 1. Respons. Cap. 5. in fine* ait, scientiam conditionatam, quam defendit, etsi libera sit, non tamen eam, quæ per se, & directè sit scientia visionis, sed quæ ex parte obiecti reducatur ad huiusmodi scientiam. Ergo per se, & directè erit *Media* inter visionis, & simplicis intelligentiæ.

1304 Quarta, Nazarius *suprà conclus. 7. pag. 425.* subdistinguit scientiam visionis, seu liberam in scientiam conditionalium nunquam futurorum, & in scientiam omnium, quæ futura sint absolute. Ergo admittit *Scientiam Mediam* inter naturalem, seu simplicis intelligentiæ, & visionis.

1305 Quinta, Alfonso de Luna *suprà pag. 95.* inquit, futurum contingens conditionatum cognosci à Deo per scientiam visionis, quæ non est, quæ terminatur ad rem existentem in aliqua differentia temporis, sed quæ respicit rem vel existentem, vel respondentem liberæ determinationi Dei; nec inconvenire, quod tota propositio, & eius veritas respondeat scientiæ visionis ob cognitam determinationem divinæ voluntatis, & quod aliqua pars illius respondeat scientiæ simplicis intelligentiæ ob cognitum futurum intra causam, aut intra genus rerum possibilem. Qui id dicit, concedit proculdubio *Scientiam Mediam*, seu participantem quid ex scientia visionis, & quid ex scientia simplicis intelligentiæ. Explicatioque illa scientiæ visionis initio proposita contradicit manifestè verbis S. Thomæ exaratis *suprà.*

1306 Sexta, Bañez, & alij Dominicani relati *in num. 117.* qui aiebant, futura creata conditionata cognosci à Deo in decretis, quæ circa illa haberet, admittentibus eo ipso Scientiam neque simplicis intelligentiæ, quia non erat decretorum ut merè possibilem; neque visionis, quia non erat decretorum ut actu existentium: quare erat aliquo sensu *Media* inter utraque, & inter necessariam, ac liberam, quia non versabatur erga decreta necessaria, neque erga habita actualiter à Deo.

1307 Septima, Navarretus relatus *num. 80.* adstruit *Scientiam Mediam* eminentialem, & virtualem. Unde Gonzalez de Albelda *1. p. quest. 14. art. 13. Disp. 44. sect. 2. num. 12.* inquit, [Tertia sententia est, quam tenet Navarrete *Controv. 56.* ubi dicit tria. Primum est, scientiam istorum futurorum conditionatorum non esse formaliter in Deo, sed solum eminenter, seu virtualiter. Secundum est, hanc scientiam diversis rationibus esse conjecturalem, & certam. Sic asserit *Conclus.*

clus. 6. ubi etiam hanc *Scientiam* appellat *Mediam*. Tertium est, divinum decretum circa hæc futura non esse in Deo formaliter, sed solum virtualiter. Ita Gonzalez, redigens in compendium opinionem Navarreti.

1308 Octava, Antonius de Matre Dei, egregius Dominicanorum assecla, *Tract. 3. Disp. 9. dub. 5. §. 3. n. 67. & seqq.* tradit, si Dei voluntas, ut potest, in signo, in quo erat decretura circa futura conditionata; habeat semerè negativè erga illa, tunc Dei intellectum cogniturum omnino certò, & infallibiliter, quod adhuc, posita conditione, non erunt, non quia maneat in statu puræ; & nudæ possibilitatis, sed quia habeant contrariè, quod sint non futura sub conditione, id est, quod ita sint non futura, quod eis repugnet futuritio: quod est esse extra statum puræ, & nudæ possibilitatis. Unde infertur, cognitionem divinam talium non futurorum, independentem à de-

creto non futuritionis, neque esse simplicis intelligentiæ, neque visionis, neque necessariam, neque liberam.


1309 Hactenus de instantiis, & de vindicatione *Scientiæ Mediæ* ab accusatione ob novitatem nominis. *Mirumque est, quod in hoc nomine sonus tantum à quibusdam attenditur, nec dicti intelligentiæ vestigatur, cum pleraque non sint antiquius dicta, & pro temporum, causarumque opportunitatibus confessioni fidei reperiuntur inserta.* Quæ sunt verba S. Fulgentij loquentis de *Homousio*, translata huc à nobis non inepte. Concludimusque cum S. Cyrillo Alex. ad idem propositum, *Nihil damni secum verbū affert, si verum fuerit, quod per id significetur; & cū Tertulliano in Apologetico Cap. 3. Si nominis oliū est, quis nominum reatus, quæ accusatio vocabulorum, nisi si aut barbarum sonat aliqua vox nominis, aut infaustum, aut maledicum, aut impudicum?*

EVENTILATIO XXXIX:

NVM RES SCIENTIÆ MEDIÆ VOCETVR

meritò in iudicium de novitate?

1310



CCVRRimus accusatiōni novitatis quoad nomen; nunc graviori aliteri quoad rem, & substantiam Scientiæ Mediæ obviamus. Et quavis *initio Event. proxime* capita aliqua accusationis adduxerimus in medium, restant plura alia. Ut illud Francisci Davila *in Prologo de Auxilijs divinæ gratiæ, ac eorum efficacità pag. 4.* [Multi tam novatū doctrinarum libidine stimulantur, ut fastidiant vetera, in dies nova querant, semperque religioni addere, aut mutare desiderant: qui Patrum suorum terminos transgrediuntur, sepem sciunt, & super iudicantes se iudicant; & cū nihil aliud ratio pietatis admittat, nisi ut omnia quæ fide à Patribus

suscepta sunt, eadem fide filijs configentur, nolque religionē non quæ velimus ducamus, sed potius quæ illa nos ducit sequamur. Idque circo sit Christianæ modestiæ suæ nō posteris tradere, sed à Maioribus accepta servare. Proh dolor! Sua malè concinnata gravissimis Sanctorū dictis præferunt, anteriorū novitates, Ecclesiasticis celsuris exterminatas, suscitant, fucant, & poliunt, ac se novorum dogmatū inventores gloriantur.

Ocuras hominum, & quantum est in rebus inane!

Sic elegantissimè Davila. Qui tamen *in Cap. 19. pag. 228.* nonnihil iam blandior veneratur nostrorum Theologorum pietatem, omniumque virtutum ornamenta, & scientiam, sed in alijs, quæque spectant ad hanc Controversiā. Nos verò gratias plurimas agimus ob qualemcumque illam venerationem.

1311 Restant etiam illa Alfonso de Luna *suprà pag. 92.* [Valde dedignor sententiam illorum, qui ponunt quandam Scientiam Mediam in Deo, quæ potissimum versatur circa omnia conditionata contingentia. *pag. 93.* Hanc Scientiam quasi nouam, & fictitiam explodunt vniuersi Theologi, qui D. Thomæ doctrinam, & antiquorum, atque Sanctorum vestigia sequuntur. *pag. 94.* Valeat ergo hæc Media Scientia, quæ & scientiæ Dei, & SS. PP. peritiæ videtur derogare: Irem iniuriam infert antiquis Theologis, & omnibus SS. à Christo Domino vique nunc, qui habentes clauem scientiæ, & Scripturarum sensum, qui etiam sensum Domini præcogitarunt, nihilominus Scientiam hanc Mediam ignorarunt: Scientiam nolo, quam S. Augustinus ignorat, quam Pelagius exoptat, & quæ facile lucem incomprehensibilis mysterij illi compellant.] Ad quæ verba respiciens Antonius de Matre Dei *suprà Disp. 10. dub. 7. §. 3. num. 117.* scripsit, [Merito, ac pie dixit Magister Luna, se male cum Augustino Scientiam Mediam ignorare, quam eadem cum Molina tenere.] Didacus etiam Alvarez *Lib. ult. Resp. Cap. 32. num. 2.* applaudit epitheto *fictitiæ*, quo Scientiam Mediam honestauit Magister Luna.

1312 Restant etiam illa Balthasaris Nauarretii *tom. 2. Controv. 20. pag. 308.* [Intolerabilis certe est sententia Molinae, in qua non saluatur efficacia diuini auxilij, quæ sit intrinseca eidem auxilio, sed solum sumatur ab effectu. *Controv. 33. pag. 712.* Intueatur Lector præsumptionem Molinae contra communem Scholæ Theologorum: Sed non est curandum de homine, qui sic ignoranter contra doctrinam S. Doctoris Angelici, ab omnibus vique adhuc receptam, insurgit, & censuras similes ex cerebro suo profert. Et si per Ecclesiam liceret, nos ostenderemus, quali censura dignæ sunt nouitates istæ, & aliæ similes, contra quas militamus.] Germana alia asperrima leguntur in *Epist. dicatoria tom. 1. in tom. etiam 2. Controv. 21. pag. 348. & 389.*

1313 Denique (vt plura, quæ restabant, prætereamus) scribebat dudum Ioannes Lallemandet, *tom. 1.*

de Deo vno Disp. 8. partitione 3. in Decis. num. 55. pag. 250. [Modicæ autoritatis fuit hæc in Schola Theologica Scientia Media, & proinde exterminanda, quia neque ratione, neque autoritate fulcitur. Vnde signum est, quod breui corruet, omnis enim nouitas, nulla valida ratione fulta, antiquitati aut citò, aut breui cedit.] Hæc ille Theologus in *Opere posthumo edito ad annu 1656.* Quæ quam sint opposita scriptis ab ipso in *Cursu Philosophico, & transcriptis à nobis in num. 640.* patebit cuiuis, qui ea inter se committere velit. Et oppositio nata inde est, vt autumo, quia in *posteriori loco* vix aliud fecit, quam compediola restringere breuitate lōgas, & accuratas Moderni cuiusdā disputationes. Et quia inciderat in scripta Filij Prophetarū, vniique suo aptauit, exiit repente Propheta. Sed eius vaticinium an fuerit verum & adiuino Ipiritu? sæcula ventura monstrabit.

1314 Contrarium aliud Petri à S. Iosepho in *Defens. S. Thomæ Disp. 2. sect. 10. num. 7.* potest nobis solatio esse. Legimus namque *ibi*, [Pædicta Scientia immota stabit, etsi nonnulli magno verborum strepitu irrumpant in eam; fundata enim est supra firmam petram solidæ, & inconcusæ veritatis; & alioqui præpugnatores nata est eximios, & robustissimos, qui pro illius salute graviter decernant. Hi sunt (vt plerisque alios taceam) Theologi omnes illius doctissimæ Societatis, ex qua, velut ex turre Dauidica, mille clypei pendent, omnis armatura fortium.] Hæc tenent vaticiniū Petri à S. Iosepho, qui extollit supra meritum, & nimis amicè Theologos Societatis, prænuuntiatque fauillissime de sententiæ nostræ perpetuitate; secus ac Lallemandet; secus etiam, ac Antonius de Matre Dei *suprà §. 4. conclus. 3. n. 120. & 125.* qui semel, & iterum prophetizat de Scientia Media tanquam de reprobâ, & vt cognita à se, atque ab antiquis Scholasticis per scientiam reprobationis.

1315 Superiora accusationis capita possent nobis commouere bilem, quæ & formicis inest. Sed contineamus calamum, imitantes S. Augustinum *Lib. 3. contra litteras Periliani Cap. 1.* dicentem, *Si ego tibi vellem pro maledi-*

*Etis maledicta rependere, quid aliud, quam duo maledici essemus, vt ij, qui nos legerent, alij detestatos abijcerent (sana grauitate, alij sanuiter haurirent maleuolâ voluntate) Ego quando cuique vel dicendo, vel scribendo respondeo, etiam contumeliosis criminationibus lacepsitus, quantum mihi Dominus donat, frenatis, atque coercitis vanæ indignationis aculeis, auditori, lectori, vè consulens non ago, vt efficiar homini conuertiendo superior, sed errorem conuincendo salubrior. Imitamur etiam Esolium, grauem è Nostris Theologum, qui post exarata similia contra Scientiam Mediam scōmata dixit *suprà num. 505.* [Quid ad contumelias respondeam, non habeo.] Etsi verò pius, & eruditus Theologus Ioannes Poncius in *finē 3. snt. in Rosario B. Mariæ, in testimonijs 11. sæculi* scribat; [Omnia ferre, non patientia, nec humilitas est, sed asinina stupiditas,] nos malumus de hac notari, quam mutuis verbis, minus comibus, aut lenibus, ne dū cōditionis, tactandis certare cū viris, quos adeo spectamus, & reueremur ex morum integritate, & doctrinæ præstantiâ; maxime cum ad nostram causam satis sit intentam accusationem dimouere, reddita pacatè ratione.*

1316 Primò
SCIENTIÆ MEDIÆ OPINIO
iam non est noua, cum sit plusquam centenaria.

ITAQVE ad accusationem de nouitate quoad rem Scientiæ Mediæ, permittimus ex abundantanti, rem huius Scientiæ præteritis sæculis fuisse occultam, & à Nostris excogitatam. Quid inde? Nunc quidē coargui iustè de nouitate non potest, est enim iam plusquam centum annorum, vt patet ex *Euent. XXXVI.* Eritne Scientia Media tam miseræ, & infauitæ conditionis, quam sunt alicubi à Iudæis, aut à iudaizantibus descendentes, qui numquam dicuntur Neophyti, seu Christiani noui, etsi Maior Iudæus, aut iudaizans sexcentum ab hinc annis vixerit, omnetque eius Minores firmiter tenuerint Christianam Religionem? Sed & quauis opinio de Scientia Media non esset tam adultæ ætatis, putari deberet, breui vitæ periodo expleuisse tempora

multa, si attendatur ad felices, quos fecit progressus, & ad tor, tamq; insignes fautores, quos hæc est intra, & extra Societatem nostram.

1317 Secundò
SCIENTIA MEDIA NON
est noua, quæ est notitia diuina certa, & infallibilis de futuribus contingentibus conditionatis.

NAM etsi cum primò in Scholis coepit exagitari hæc questio, nõ defuerint Theologi, qui dixerint, Deum non cognoscere certò, & infallibiliter, obiectiue saltem, præfata futura; at posteriores, assidua cōcertatione cautiore effecti, confitentur assertionem de tali cognitione, rã subiectiue, quam obiectiue certa, & infallibili, contineri fere certò in Scriptura sacra, Patribus Ecclesiæ, & præfatis Theologis Scholasticis, vt notant Pennotus *Lib. 3. Propugnaculi humane libertatis Cap. 26. num. 3.* et Dolanus *p. 1. de modo coniunctionis cōcursuum Dei, & creature Cap. 3. num. 9.* In quo nonnullæ gratiæ videntur deberi Societatis hominibus, qui eam notitiam, significam obiter, & subobscure ab antiquis, donauerunt maiore luce, celebræ, que fecerunt in Lyceis. Cum itaque Magistri Societatis aliquo litteratum augmētō Theologicos sinus dilatauerint, dilatetur aliorū spatia charitatis, agnoscat hęc quæle quæle beneficiū, aut obsequium, gratesque eis agantur, vt liberaliter horretur, & admonet Petrus à S. Iosepho *suprà*, inquis, [vt proinde ingenuè fatear, eos omnes, qui Theologiæ dant operam, vel eo titulo plurimum debere præfatis Authoribus, quæd in illustranda hac Scientia operam suam egregiè collocarint, suisque lucubrationibus criminationum caliginem ipsi offusam dispulerint.]

1318 Tertiò
SCIENTIA MEDIA NON EST
noua postinè quoad medium, in quo à Deo habetur.

SEV non continet nouitatem, quæ sit contraria antiquitati; [quia hæc tenent aduersarij neq; in Scriptura, neque in Cōcilijs, neq; in Patre aliquo præfatis S. Aug. neq; in aliquo anti-

quo Scholastico, præsertim S. Thoma, locum aliquem inuenire poterunt, ubi expressum sit, nõ esse in Deo, scientiam conditionatam ante decretum. Quod Lectores nobis non credant, sed manifestè videant in prædictis omnibus Authoribus, quotum loca, ac verba, hanc ipsam ob causam, neque labori, neque temporì parcens, in superioribus fidelissimè attuli, & accuratissimè expendi,] inquit Fasolus *suprà, dub. 20. num. 502.* & ego etiam dicere possum, si attendatur ad ea, quæ in superioribus *Eventilationibus* discussi circa Theologos antiquos, & circa aliquos Ecclesiæ Patres; de quibus, & de Scripturâ, ac Concilijs diligentissimè sum iterum acturus in *Delin. Theolog. Scientiæ Mediæ.*

1319 Quarto

SCIENTIA MEDIA NON
est noua negatiuè quoad medium illud

SEV non continet nouitatè, quæ saltem implicite non præcellerit in antiquitate, [quia quantum expressis verbis, & in terminis nullus esset in antiquitate locus, in quo scriptum sit, existere in Deo scientiam futurorum contingentium conditionatorum, quæ sit ante decretum, & non post; tamè id implicite, & æquiualeuter in antiquitate præcesserat,] vt ipse Fasolus latissimè probat, & vt ego etiam probaui, & ampliùs sum probaturus in *Delin. promissa.*

1320 Ac sanè cum circa medium, in quo Deus cognoscat futura contingentia absoluta, fuerint tam variæ Doctorum opiniones à prædictis temporibus; piaculum non esset, neque nouitas execranda in Doctoribus Societatis, præfigere medium cognoscendi futura contingentia conditionata, quod non sit decretum diuinum subiectiue absolutum, & obiectiue conditionatum, quale præscribitur à sapientissimis Magistris Dominicanis huius temporis, nam vt esset diuersum à cogitato per veteres, non tamen aduersum. Aiebatque peritè P. Gabriel Alvarez in *Cap. 1. Isaia v. 22. num. 346.* [A Doctoribus Ecclesiæ, à SS. PP. ab Apostolis, & Prophetis ad nos usque quali per manus tradita, & transiens doctrina, ac moneta, est iu-

dicanda legitima; quæ verò ab alijs altere cuditur, si aduerterur, repudianda vt supposititia, & spuria. Si verò non sit aduersa, etsi sit diuersa, & noua, nõ illud explodenda. Quidam enim è cõtra ob imperitiam monetam etiam legitimam repudiant.] Sic egregius Interpres Isaia. Legendus est etiam Ruzius in *Disp. 60. de Scientia Dei*, ubi distinguit inter nouitatè simpliciter, & quoad substantiam, & nouitatè secundum quid, & quoad accidentia: primam dicit, fuisse semper Catholicis optimo iure suspectam, periculosam, & fugiendam; secundam verò esse laudandam, sepeque necessariam, & ad hanc pertinere scientiæ Mediæ opinionem:

1321 De qua sic fitur ipse met Molina in *Concordia ex editione Antuerpiensi quæst. 14. art. 13. Disp. 53. memb. 2. §. Paruipendunt pag. 252. & 253.* [Si à Fidei dogmatibus, à SS. PP. Doctorumque Catholicorum intento, aut ab eorundem indubitatis sententijs vel tantillum in nostra hac via discreparemus, iure sanè suspecta haberi posset. Ceterum quod in labores eorum introcantes, totque concertationibus, & egregijs aliorum diuisis, atque inuentis illustrati, dilucidius aliquantulum radicem attigerimus; vnde hæc omnia consentiant, & vnde difficultates omnes facile enodantur:: nemo sanè potest id nobis vitio vertere.] Ita Molina, omnem aditum intercludens accusationi de nouitate, deque similibus alijs nauis.

1322 Quinto

NOUITAS COMPOTENS SCIENTIÆ
Mediæ non est vituperabilis, sed potius laudabilis. Vbi multa pro nouitatibus huiusce generis.

SCELVS quidem non est meditari aliquid, ex vetere quoad substantiam, novum quoad accidentia, & in medium proferre, si novum illud probum est, vtileque ad superandas difficultates, quæ in Theologia occurrunt. Sapienter scribebat Franciscus Carthagensis in *Discursu 1. de Prædest. & reprob. documento 3. pag. 4.* [Intellectus non debet antiquitati ita se adstringere, & religare, vt non liceat, seniorum adiuuentis nouam, clariorem,

rem, & abundantiorum rerum dispositionem adhibere, & dogmata veterustiora nouis indumentis adornare, & superuerrere, cum submissione tamen Ecclesiæ matri.]

1323

S. etiam Vincentius Lirinensis in *Lib. aduersus prophanas nouitates Cap. 37.* sic instruit Magistrum, Theologia laude perfectum, O Doctor, si te diuinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione, doctrina, esto spiritualis tabernaculi Beseleel, pretiosas diuini dogmatis gemmas sculpe, fideliter coapta, adorna sapienter adice splendorem, gratiam, venustatem. *Intelligatur, te exponente, illustrius, quod antea obscurius credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur, quod antea vetustas non intellectum venerabatur. Eadem tamen, quæ didicisti, doce, vt cum dicas nouè, non dicas noua.* Quam id exactè exequuti sunt Molina, Suarez, Vazquez, Valentia, Lessius, Fonseca, &c. eæquis non cernat? Docuerunt illi, quæ ex Scripturâ sacra, Concilijs, Patribus Ecclesiæ, prædictisque Theologis didicerunt, adeo quidem, [vt non facile questionem in totâ Theologia (quam litigiosam, id est, Scholasticam vocant) vllam inuenimus, in quam maior ex antiquitate restium, & Authorum accessit sit copia,] iudicio P. Dionysij Petãus, viri in Patrum lectione cum primis versatissimi, tom. 1. *Theologicorum Dogmatum Lib. 4. Cap. 8. num. 2.*

1324 Nouè dixerunt Scientiam Mediã, sed non dixerunt noua, quippe id, quod nouo Scientiæ Mediæ nomine significarunt, uotum olim fuit, quanguam sub soluolueris, & non tam clarè, ac modò. Nam nonnulli quidem (imò multi) quibus de pristina litteratura & curiositatis labor, & memoria tenor perseverauit, ad eum modum Opuscula penes nos condiderunt, commemorantes, & restificantes in sugillationem, & originem, & traditionem, & sententiarum argumenta, per quæ recognosci possit, nihil nos aut nouum, aut porticosum suscepisse, de quo non etiam communes, & publicæ litteræ ad suffragium nobis patrocinentur, si quid aut erroris eiecimus aut æquitatis admisimus. Quæ sunt Tertulliani verba in *Lib. de testimonio anime Cap. 1.* vt Christianam Religionem defenderet à nouitatis calumnia, & quæ adamussim dicta videntur pro Scientiæ Mediæ antiqui-

tate, tot testimonijs comprobata à Nostri, ne viderentur dicere noua.

1325

Præterea, ipsi exponentijs, intellectu clariùs est quæ antea obscurius credebatur creare libertatis cum diuina gratia, præscientia, & prædest. conciliandi ratio. Quo factum videmus; vt graues multi Theologi externi, qui post Nostros scripserunt, gratulentur intellectum, quod antea vetustas non planè intellectum venerabatur.

1326

Nonne scripsit Curiel *controv. 7. in Cap. 4. Sapientiæ art. 4. n. 1.* [Quædam sunt communiter magis recepta apud Theologos in Materia de diuina Prædest. Prouid. & Gratia, quæ multò faciliùs, & suauis possunt conciliari cum alijs, quæ in eis Materijs supponitur vt certâ secundum Fidem, si admittatur hæc sententia (videlicet quæ est Nostrorum) quæ si admittatur opposita.] Quod cum extensè probasset, subiungit in *num. 11.* [Confirmatur totum hoc argumentum, quia si admittatur hæc sententia, vitatur multa incohærentia in prædictis Materijs, & satis fit apertius, & suauis hæreticis in difficultatibus grauissimis de rebus ad fidem Catholicam pertinentibus.]

1327

Nonne scripsit Doralentius *Proæmio in Opusculum de Scientiæ conditionata, atque Mediã,* [Eximium esse illius in Theologica facultate vñ, & quæstiones, aliõqui obscurissimas, & inextimabiles; eius beneficio apertissime, & planissime explicari.]

1328

Nonne scripsit Mascardenus *Tract. de Auxilijs diuinæ gratiæ Disp. & p. 3. num. 8.* [Quæ propõsitã suat, optimè probant, necessariam esse Mediã illam Scientiam ad percipiendam concordiam gratiæ cum lib. arb. ad concilianda inter se PP. dicta; ad intelligendam distinctionem gratiæ in sufficientem, & efficacem; ad demonstrandam infallibilitatem diuinæ prædestinationis, & ad alia huiusmodi in Theologia valde intricata.] Nonne idem scripsit *Disp. 2. p. 4. num. 27.* [Hæc Scientia, quæ à quibusdam dicitur conditionata, ab alijs Mediã, ab instantum repudiari potest, quineque diuinâs litteras aptè interpretantur, neque doctrinam PP. perspectam habent, neque satis considerant diuinæ prouidentia, prædest. & gubernationis

tionis ordinem.] Ita Mascarenhas. Sed suavius, & sine censuris nunc loqui necesse est. Præterea alios Theologos, qui inuentum Scientiæ Mediæ, eiusque emolumenta maximis efferunt laudibus.

1329 Oportetque obseruare cum S. Gregorio Magno *Homilia 16. in Exequielem*, quod per interualla temporum creuit scientia spiritualium PP. Plus namque Moses, quam Abraham, plus Propheta, quam Moyses, plus Apostoli, quam Propheta in Omnipotentis Dei scientiâ eruditi sunt. Fallax, si hæc, ipsa Scriptura non loquitur *Danielis 12. v. 4. Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Certè Psalmista dicit Psalm. 118. v. 97. Quomodo dilexi legem tuam, Domine, rota de meditatio mea est; atque subiungit, Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est; & iterum, Super seniores intellexi. Hactenus ex S. Gregorio Et locis ab eo allatis adiungi potest ille eiusdem Psalmistæ 18. 3. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Et iuxta parabolam Pupili apud Gellium, Discipulus est prioris posterior dies. Atque ut aiebat Terentius,**

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, atque usus semper aliquid apparet noui, Aliquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias, Et quæ tibi putaris prima, in experiendo repudies.

Vnde Thales apud Plutarchum in *Convivio* affirmabat; tempus esse sapientissimum, si quidem alia iam inuenit, alia inueniet.

1330 Huic doctrinæ insistens Abulensis p. 2. *Defensorij C. 18.* inquit, [Plurimas conclusiones, & veritates inuenit Modernorum ætas, quas nondum inuenerat, & excogitauerat antiquitas. Et rectè quidē sit, quia iuxta Aristotelem in *1. Ethicor.* tempus est bonus cooperatores horum, & per tempus artium addita-menta facta sunt. Et sicut quidam peritus Medicus dixit, homines nostri temporis ad antiquos computantur, sicut pusillus homo, positus collo gigantis, ad ipsum gigantem. Nam pusillus, ibi positus, videt quidquid videt gigas, & insuper plus; & tamen si deponatur de collo gigantis, parum,

aut nihil videbit; ad gigantem collatus. Ita & nos firmati super ingenia antiquorum, & Opera eorum, non esset admirandum, imò foret valde rationabile, si videremus quidquid illi viderunt, & insuper plus; licet hoc adhuc non profiteamur.] Ita Abulensis.

1331 Et ei concors Ludouicus Carbajalus, Theologus Franciscanus insignis, dicebat anno 1341. in *Respons. ad obiectionem 1. contra Declarationem suam expostulatoriam pro immaculata Conceptione Genitricis Dei Mariæ fol. 45.* [Verissimi tractant multa pia, ac verè Christiana, quæ non modo conducunt ad pietatem, & fidem confirmandam, sed etiam ad hæreticos debellandos. Verum quæ nunc traditur Theologica doctrina; multis nominibus superat eam, quæ à vetustis illis Doctoribus nobis data est. Videoque, multum lucis addi Scoto, ac Thomæ ab ijs, qui epos nunc interpretantur. Et licet demus, Doctores nostros nanos esse, si ad gigantes illos conferantur, meminisse oportet, quod natus, ut ait Hieronymus, super humeros gigantis constitutus, non solum videbit quæ gigas videt, sed multa, quæ gigas non videt, adiutus tamen gigantis proceritate. Sic Doctores nostri scriptis præcorum adiuti; diuinoque favore freti (qui neque illis, neque illis defuit; qui etiam potens est ex nanis gigantes facere) multa norunt, quæ illi PP. ignorarunt. Inter quæ hæc vna veritas est de Virginis innocentia, quam PP. illi ignorarunt, vel ex modestia subtraxerunt.] Huc usque Carbajalus.

1332 Consonant Michael de Palatio in *3. Diss. 3. Disp. 4. pag. 47.* & Dominicus Bañez 2. 2. *quest. 1. art. 7.* Quorum secundus ait, [Nouissimi Doctores fideles, Patrum vestigijs insistentes iuxta illud Ecclesiastici 39. Sapientiam omnium antiquorum exquirere sapiens, in quibusdam expressiorem intelligentiam cōsequuntur, quam antiqui PP. assequuti fuerint. Excipimus Apostolos semper: Neque tamē propterea nouissimi Doctores plures sunt estimandi, sunt enim velut parvuli, super humeros gigantum positi, quos non est mirum, si gigantum proceritate eleuati altius ar-

tiuant.] Sic magnus Theologus Bañez. Videantur Agidius Romanus in *2. Diss. 37. quest. 1. art. 3.* Didacus Perez in *Additione ad Reper. Didaci Segure in 1. Ab exhereditarij substituto ff. de legatis 1. fol. 66.* Ioannes de Neuzanis *Lib. 5. Syluæ nuptialis num. 8. & seqq.*

1333 Suntque dignissima lectu verba illa V. Episcopi Roricensis in *Confutatione Assertionis Lutheranae art. 18. fol. 170.* [Neque cuique obcurum est, quin posterioribus ingenijs multa sint tam ex Evangelijs, quam ex Scripturis cæteris nunc excussa luculentius, & intellecta perspicacius, quam fuerant olim. Nimirum aut quia veteribus adhuc non erat perfracta glacies, neque sufficiebat illorum ætas, totum illud Scripturarum pelagus ad amissum expendere, aut quia temper in amplissimo Scripturarum campo, post meliores quantumuis exquisitissimos, ipse adhuc intactas licebit colligere. Sunt enim adhuc in Evangelijs loca pleraque satis obcura, quæ non dubito posteritati multo fiet aptiora. Cur enim illud desperabimus, cum ideo traditum sit Evangelium, ut à nobis penitus, & ad vauem intelligatur? Quoniam igitur in Ecclesiam suam amor Christi non minus panem, quam antea, fortis perseuerat, cuius etiam potestas nihil hæcenus est imminuta, cumque sacer ille Spiritus perpetuus eiusdem Ecclesiæ cultos, & gemitus fuerit, cuius dona tam indefinenter, & æque copiose fluunt, sicut ab initio, quis ambigere potest, quin ad eorum, quæ iam in Evangelio supersunt incognita, claram noticiam ingens posterorum illustrabunt? Ceterum, ut dicere cœpimus, multa sunt, de quibus in primitiua Ecclesia nulla questio facta fuerat, quæ tamē posteriorum diligentia, subortis dubitationibus, iam euaserunt perspicua.] Sic V. Roricensis.

1334 Hinc Themistius in *Oratione 15.* obuians calumniæ nouitatis. cuiusdam inquit, [De re ipsa verò aduersarijs concedo. Do illis, nouam utique illam esse, eamque nunc principem aggredi, atque in hominum consuetudinem inferre. Iam illud mihi in medium proferentes dicant, oportet, Num tandem ita statuam, noui aliquid vlla in re facere, atque excog-

itare, perpetuo scelus videri, an tunc solum, cum istud ipsum, quod agitur, malum est, perniciosum, ac noxium? Si enim quicquid extra consuetudinem est, sceleratum est, cur non artes omnes criminantur, & acculant, quod non prima inuentione contentæ, ac circumscriptæ sunt, sed augent eas insuper, ac noui semper aliquid veteribus atroxentes in hunc usque diem perseuerant?]

1335 Quod ab artibus exemplum tractat optime Author antiquus *Libri de Altercatione Synagoga, & Ecclesie Cap. 1. fol. 12.* Nam cum introducat Gamaliel dicens. [Mirandum videtur, quod tam diuersarum artium, & subtilium tam diuersi loco, & tempore Authores prodierit, & quod primi protulerunt, sequentes elimitius, perspicaciusque subtilissimis expressere sententijs.] S. Paulus refertur, hunc in modum respondisse, [Non mireris in hac re Creatoris in creatura, sicut ei placuit, dispensationem, quod sicut in danda mercede sunt primi, qui erant nouissimi; & e contra, sic præcurrente nos misericordia vberis, in senectute sacra, sæculis erudiri, quanto iuniores, tanto sunt perspicaciores, & vitinia ætas, artium diuersarum multiplicatis Authoribus, prima ætati lic præualere dignoscitur, ut non modo subtiliora præcurrentibus cedit, verum etiam quod in antiquis inuenit, limatius reddat. Proinde mundum nouitium, rudem, & incultum infantia non iniuria comparaueris, & argutissima subsequentiæ ingenia præcedentium simplicitati prætuleris. Infans equidem cum habeat membra exequendorum officiorum, caret aliquandiu officijs membrorum, donec temporis processu, & ætatis accessu accipiat quod cursus naturæ teneritudinis denegabat. Sic de primordijs gloriabundi mundi considera. Floruit quidem exuberantissima rerum opulentia, sed nondum poterat explicare ingeniosa vacis animi exercitia, in exercitijs artificiosa inuenta, donec rerum, locorum, & temporum edoctus experientia id ætatem metura exequeretur, quod ex fructu sequuturo in flore præmonstrabatur.] Sic S. Paulus per figuram profopopœiæ apud Authorem illum,

1336 Et Procopius ad illa verba *Genes. 3. v. 7.* Et aperti sunt oculi amborum, cumque cognoscerent, se esse nudos, consueverunt folia ficus, & fecerunt sibi perizonia, regarum, [Cecus, quis hominem docuit latere?] respondet, [Homo accepit a Deo intellectum, ut potest ad imaginem eius conditus. Quia propter ne quis miretur, si homines non a quaedam machinati sunt, & artes prius ignoras adinvenierunt.] Ita Procopius. Ut ergo inventio, & accessio artium in dies tam propria est ingenij humani, tamque digna laude, sic & scientiarum, non exciua Theologia; sed in qua novitas coecccda sit infra limites indicatos num. 1320. *proximisque alijs.* Et sicut iuxta Aristotelem *Lib. 1. Cap. 1.* Metaphysicorum primus, qui prater communem sensum, quamlibet arte inuenit, admiratio non hominibus fuit, non solum quia id utile esset, quod inuenisset, sed quia sapiens esset, ceterisque antecelleret, ita Magister Sent. Alex. Aletius, B. Albertus Magnus, S. Thomas, S. Bonaventura, Scotus, & si qui sint alij, qui sunt quasi primi inventores Theologiae Scholasticae, admirandi, & venerandi sunt a posterioribus, hi enim etiam addant aliquid supra illorum inventa; sed principium est fortasse maximae pars, ut dici solet, ideoque est difficillimum: Ipsos, reperto facile est adiungere, & conferre quod reliquum est, ut idem Aristoteles in *sine Elenchor.* aduertit.

1337 Idem documentum traditur ab Abulensi *quest. 3. praefationis in Evang. Matthaei*, nam cum dixisset, [Communiter antiqui, non ita bene, verè, & complete tradiderunt scientias, sicut noui. Ratio est, quia noui potuerunt videre quidquid dixerunt veteres, & insuper multa potuerunt ex se ipsis cogitare, & tempus quotidie nouas tribuit inuentiones, ut patet *Lib. 1. Ethicor.* scilicet tempus est bonus cooperatores horum, & per tempora artium additamenta facta sunt,] subdit, [Est tamen hoc tenendum, quod licet noui in aliquo videantur antiquos excellere, semper tamen antiquos magis laudare debemus, quoniam nisi propter eos non excederemus ipsos, ipsi enim nobis excellendi modum praestiterunt.]

1338 Incolumi itaque erga antiquos reuerentia, & estimatione praestantissimae suae doctrinae, despiciendi non sunt noui, si aliquid afferant in theatrum litterarium, praeter tum si non sit contra, sed praeter illos. Plerumque doctioribus minus aliquid reuelatur, ut eorum patiens, & humilis charitas (in qua fructus maior est) comprobetur, vel quomodo teneant veritatem, cum in rebus obscurioribus diuersa sentiunt, vel quomodo accipiant veritatem, tum contra id, quod sentiebant, declarati esse cognoscitur. Quae non mea sunt, sed S. Augustini verba *Lib. 2. de Baptismo contra Donatistas Cap. 3.* Hinc S. Damascenus Oratione de Defunctis aiebat, *Nonnunquam id, quod a perfectis relictum, reperit puellus, & in id, quod praetercursum a sapientibus, incidunt idiotae, & id, quod occultatum a magistris, comparuit discipulis.* Hinc etiam Facundus Hermianensis pro defensione trium Capp. *Contilij Chalcedonensis Lib. 12. Cap. 5.* aiebat, *Si vera sunt, quae dicuntur, non ideo debent abijci, quod ea vobis abiectus insinuat; quid enim tua interest, per cuius os tibi loquatur veritas, quae aliquando etiam per os asinae loqui dignata est? Adde illud Poetae, Saepe etiam est olitor valde opportuna loquutus.*

1339 Et concludo prudentissima illa monitione. S. Cypriani apud S. Aug. *supra Cap. 8.* *Multa singulis in melius reuelantur; & debet unusquisque non pro eo, quod semel imbiberat, & tenebat, pertinaciter congruere, sed si quid melius, & utilius extiterit, libenter amplecti.* Sufficiant haec ad probandum, non debere contracta fronte excipi de Scientia Media opinionem, etiam non nihil nouitatis importari. Quod punctum de antiquis, & molestis querelis nouitatis in opinionibus Theologicis, Catholicam fidem lineis propioribus non attingentibus, neque pessundantibus Patrum Ecclesiae, aut etiam Theologorum communem consensum iudicatum, inculcaui saepe in *meis Opusculis*, sed nunquam opportunè nisi occasione, quam in praesentiarum. De eodem videatur Franciscus Bonaspei in *Praeambulo concinnatissimo ad Cursum Theologicum*, Ioannes Antonius Velazquez *Lib. 5. de Deipara Virgine immaculate concepta per totam Dissertationem 1. disertissimam*, Balthazar Paez in *Canticum*

cum *Mosis text. 7. annot. r. pag. 163. text. 18. annot. 1. pag. 71.*

1340 Quinto *SI MEDIVM, IN QVO A DEO habetur Scientia Media, inuentum est nouiter à TT. Societ. antiquus non est, quod pro Scientia Conditionata nunc assignatur à TT. Ordinis Praedicatorum*

DE decreto subiectivè absoluto, & obiectivè conditionato, ad quod hodie est redatum totum concertationis pondus contra Nostrum. Talis decreti nunquam meminit Dominicus Bañez, ut eius susciperet patrocinium, neque Ludovicus Molina, ut eius refutationi insularet. Nam Bañez solum meminit decreti subiectivè conditionati, & Molina solum in genere probavit, futura contingentia conditionata debere cognosci à Deo ante omne decretum liberum suae voluntatis, quia descenderit in particulari ad impugnandum decretum subiectivè absolutum, & obiectivè conditionatum. Et licet à P. Alarcone *1. p. Tract. 3. Disp. 3. C. 8. n. 6.* & ex eius fide à Ioanne de S. Thoma *tom. 2. in 1. p. quest. 19. art. 7. num. 3.* allegetur contra tale decretum Molina *1. p. quest. 14. art. 13. Disp. 13. 17. & 18.* comperierit, ut ego, Molinam legerit *eis in locis*, allegationem non fuisse veritati conformem, ut neque quam Alarcò adiunxit Henrici Henriquez *Lib. vltimosuma, qui est de fine hominis C. 4. n. 2. & 3.* ubi potius pro tali decreto, quam contra stat Henricus.

1341 Atque ut ego deprehendere potui, qui primus loquutus est de tali decreto, & cum censura de probabilitate, fuit Alfonso de Mendoza Augustinianus in *questionibus Quodlib. quest. 7. conclus. 5. editis primum anno 1588.*

1342 Subinde anno 1590. Zumel *1. p. quest. 14. art. 13. Disp. 8. conclus. 3.* non tam benignè de eo censuit, addens in *secunda editione Disp. illa 8. proficiensque ex suo Commagistro*, qui id non subiecit in *secunda editione quest. 7. conclus. 4. num. 12. anno 1596.* quanuis non expresserit nomen Zumelis.

1343 Ulterius anno 1593.

P. Henricus Henriquez *supra*, & Zumel anno 1594. in *1. 2.* probarunt illud. Et anno 1595. e contra reiecit P. Vazquez *1. p. Disp. 67. Cap. 4. n. 20.* Potui anno 1595. nam tunc obtinuit P. Vazquez privilegium edendi tomum *1. in 1. p.* cui impressio tunc non fit facra.

1344 Praeterea ab anno 1596. usque ad annum 1607. coepit Magister Alvarez in pluribus congressibus, disputationibusque publicis, Romae habitis, tueri illud pro viribus, ut ipse testatur *Lib. 1. Respons. Cap. 4. num. 11.* Et anno 1597. Magister Luna in *Additionibus ad 3. p. Magistri Medinae quest. 1. art. 4. in respons. ad 1. pag. 95.* defendit etiam illud. Sed e contra refutavit anno 1599. P. Suarez in *Opusculis Lib. 2. de Scientia condit. futur. contingent. Cap. 7. num. 8.*

1345 Insuper anno 1601. die 20. Octobris. Magister Ledelma obtinuit iurisdictionem licetiam ad tomum de Auxilijs edendum, sed non est impressus ante annum 1611. Quo in *tom. 2. Disp. 2. affini de Scient. futuror. cont. diff. 2. §. In hac diff. pag. 374.* Author recitat sententiam affirmantem, quod in Deo verè est scientia certa, & infallibilis futurorum conditionatorum. Cuius sententia defendendè relato primo modo, qui est Molinae, notificat sic secundum *in pag. 377.* [Secundus modus explicandi istam sententiam est aliorum, qui dicunt, quod Deus cognoscit haec futura conditionata in praedeterminatione suae voluntatis, & in decreto illius, quo praedefiniuit, quid esset facturum non absolute, sed sub conditione, si haec, vel illa circumstantia poneretur. Hanc sententiam, seu modum dicendi refert Vazquez *1. p. Disp. 67. Cap. 4. num. 20.* Refert tamen eum sine nomine Authoris, & simul impugnat eum; Suarez dicit *Lib. 2. de scient. conditionator. futuror. contingent. Cap. 7. num. 8.* quod aliqui Moderati Theologi tenebant istam sententiam, & in margine citat Magistrum Zumel *1. 2.*] Ita Ledelma *ibi.*

1346 Posteaque *in pag. 382.* addit, [Secunda conclusio, prima sententia, iuxta secundum modum declarata, est falsa, & improbabilis. Hanc conclusionem docent omnes Authores secundum
Hh sen.

sententiæ & præcipue omnes illi, qui sequuntur doctrinam D. Thomæ. Hæc etiam docent multi ex illis, qui tenent primam sententiam, & non sunt ex Schola D. Thomæ, vt Vázquez, Suarez, &c.] In quibus verbis Ledesma fert censuram de sententia præscribente decretum subiectivè absolutum, & obiectivè conditionatum tanquam medium cognoscendū certò, & infallibiliter futura contingentia conditionata. Et ego ipsius censuram merè refero, non approbo.

1347. Et si verò Ledesma sic censuerit tunc, videtur ramen postea oblitus suæ censuræ, cum devenit ad §. Ad 4. testimonium pag. 609 vbi nomine aliquorum proponit præfatum decretum tanquam medium cognoscendū certò, atque infallibiliter conversionem conditionatam Tyrriorum, ac Sidoniorum; & in §. His non obstantibus pag. 610. reparat illud satis probabile: Sed in pag. 612. & 613. ipse approbat vt optimam verborum Christi circa Tyrrios, & Sidonios expositionem, quæ non recurrit ad tale decretum; cum nō sit necesse, Christum affirmasse, [quod futura esset conversio certò, & infallibiliter, sed quod futura esset certò moraliter, & cum maxima verosimilitudine, & probabilitate ex parte dispositionis illorum hominum, si apud ipsos factæ fuissent virtutes, quæ factæ fuerunt apud Corozain, & Bethsaidam.] Sic in §. Tertia expositio. Nisi ad liberandum à memoria lapsu Ledesmam, dicatur loquutus fuisse in pag. 582. de sententiâ extēdente decretum diuinum subiectivè absolutum, & obiectivè conditionatum ad omnia futura conditionata (quæ sententia nunc prævalet inter suos) & in pag. 609. de sententiâ limitante ad aliqua, vt ad conversionem Tyrriorum, ac Sidoniorum. Sed quicquid sit de conciliatione Ledesmæ secum, constat satis ex ipso, quàm nuperum fuerit decretum illud anno 1601. vel 1611.

1348. Denique Ioannes Alfonso Curiel nullam pro decreto illo legit Authorem, sed tantum vidit aliquos in disputationibus Theologicis ipsum defendentes, vt ait *Controv. 7. in Cap. 4. Sapientie art. 3. num. 106. pag. 269.* quod Opus elaboratum non diu ante mortem, obitam anno 1609.

excusum est anno 1611.

1349. Qua supposita chronotaxi de opinione decreti illius, inferimus, non produisse in lucem publicam ante annum 1588. quo typis commissa sunt primùm quæstiones Quodlibeticæ Alfonso Mendozani. Ego quidem plurimum laboris in sumptu in cōquirendis Authoribus, qui de illo mentionem fecerint, nullumq; antiquiorem prænominato reperi. Et cum tã ipse, quàm Zumel; Henríquez, Vázquez, Luna, Suarez breviter de illo egerint; siue approbantes, siue reprobanes, & qui approbarunt, non se gesserint omnino constanter, aut clare, non mirum, si Curiel, Theologus eruditissimus, & Princeps Lycei Salmanticensis, dixerit, non fuisse à se lectum in illo Authore. Rursus inferimus, opinionem de Scientia Media antiquiorem esse, nam anno 1561. vel 1562. defendebatur iam à P. Molina, vt constitit in *Event. XXXVII.*

1350. Dices, negati à te non posse, [Scholasticos antiquos nullam fecisse mentionem diuini decreti conditionati, in quo infallibilitas futurorum contingentium innititur,] nam ita fatetur ingenuè Alvarez *Lib. 1. Responsi. Cap. 5. num. 26.* & de S. Thoma speciatim fatentur idem ipsi Gonzalez, Cabrera, Zumel, Machin apud Fatolum *suprà dub. 17. num. 426. dub. 20. num. 503.* & de minus antiquis Alfonso Mendozanum fuisse primum, qui mentionem fecit, persuadet tibi nostra Inquisitio: cæterum illius decreti extare nonnulla vestigia in Patribus Ecclesiæ, & in veteribus Scholasticis, quæ diligentia sapientissimorum Dominicanorum sunt eruta in apertam lucem. Respondemus, dici à nobis idem ipsum de Scientia Media; & cum aliunde priore tempore Nostri hanc defensarint, quæ Dominicanum decretum illud, sequitur, nos potiores esse iure antiquitatis, minusque, quàm Dominicanos, expositos esse accusationi de novitate. Et in *Delin. Theolog.* curabimus examinare vestigia, quæ putantur impressa à PP. & à præcis Scholasticis tam pro vna, quàm pro altera opinione, iamque partim præstitimus in *Event. antecedentibus*, in quibus contendimus, Scholasticos (excepto S. Thoma, de quo ple-

plene non egimus) reliquisse ea, quæ nobis sint fauorabilia; Idemque de S. Thoma contendemus in *Delin. publicita.* An rati, vel irriti conatu vrobique? Lectorum erit iudicare.

1351. Et hæc quantum ad novitatem opinionis de decreto subiectivè absoluto, & obiectivè conditionato, in quo diuinus intellectus certò, & infallibiliter assequatur futura contingentia conditionata. Nam si sermo sit de altera parte opinionis Dominicanæ, scilicet de decreto omnino absoluto, antecedenterque efficaci circa futura contingentia absoluta, & que prædeterminatione physica erga actus liberos voluntatis creatæ, anno 1559. habebat iam Salmanticiæ suos patronos; & suos etiam impugnatores, vt dixi n. 894. & 1233. audiuiq; à Maioribus, incepisse nō multò antea inter Magistros Dominicanos Provinciae Hispaniæ, præsertim Salmanticensis, eoque maiori adhesionem, quæ in animum suum induxerunt, esse ex Angelici Doctoris mente; quod etiam putavit anno 1577. Lellus Ballionius, non inde motus, vt subscriberet, pro vt retuli in *num. illo 894.*

1352. Primus autem, qui eam valde illustratam protulit in lucem publicam anno 1584. fuit clarissimus Magister Dominicus Bañez: Cui se obiecit Ludouicus Molina anno 1588. in *Concordia.* Et cū is, alijque à Nostri filo diuine scientiæ conditionatæ certæ, & infallibilis de futuris contingentibus conditionatis viderentur sibi permeare quodammodo labyrinthos intricatissimæ illius tractationis de concordia diuinæ voluntatis, & gratiæ cum libero arbitrio creatæ, factum est, vt contra omnimodam certitudinem, & infallibilitatem eius cognitionis omnes suas vires contulerint multi, quippe eius præsidio expugnato videbant, cogendos sine mora Nostros ad deditionem. Alij autem meliori consilio sua tela direxerunt cōtra eius cognitionis medium; agnoscentesque, eius omnimodam certitudinem, & infallibilitatem non esse facile expugnabilem, incubuerunt excogitando medio, quod esset decretum diuinum subiectivè absolutum, obiectivèque conditionatum, & quod constituto, adimebatur Nostri pro-

pugnaculum, cui fidebant; & Magistorum Dominicanorum sententia de decretis diuinis, antecedenter efficacibus circa futura contingentia absoluta; & de prædeterminatione physica ad actus liberos voluntatis creatæ inconcussa permanebat.

1353. Quare excogitatio, aut, si mauis, querendo in PP. & Scholasticorum veterum scriptis decreto subiectivè absoluto, & obiectivè conditionato, quod esset medium cognitionis diuinæ conditionatis, occasionem Nostri præbuerunt; & ideo sunt etiam à te laudandi, etsi existimō, non attigisse veritatem. Vt ueni ait Abulensis *quæst. 5. Præfationis in Euang. Matthei.* Non solum quantum ad antiquos, qui bene scripserunt, intelligendum est; quod debeant laudari, sed etiam quoad illos, qui in multis errauerunt; quia sicut rectè docens instruit, ita fallā scribens motivum tribuit posteris, verā inueniendi. Ideo adhuc laudandi sunt. Sic dicit Aristoteles 1. Lib. Metaph. de quibusdam antiquis Musicis, qui Imperitè Musicam tradiderunt. Dicit tamen, quod adhuc isti laudandi sunt, quia nisi illi fuissent, multis melodijs careremus; scilicet quia error illorum tribuit nobis materiam inueniendi id, in quo ipsi defecerunt. Sic Abulensis: A quo ego edoctus, et si nostræ sententiæ probabilitatem præferam probabilitati sententiæ Dominicanorum, hos magnis obsequijs dignos censeo, vt quæstus scriptis eruditiss quotidiè nos excitent ad magis accurandam opinionem nostram.

1354. Quæ sententia fuit, non ideo Nostri magis, quàm Dominicani obliquam, arcessendi sumas de crimine novitatis, vt ex superiori discursu liquet. Nec enim Dominici habuerunt specialē priuilegium, quod caruerunt Nostri, et si gradu inferiori, ad touchendam novam aliquid in Scholæ Theologicæ. Et addo, Nauarretum *tom. 2. Controv. 25. §. 5. in 13. conclus.* concedere, [nec in Scriptura, nec in Concilijs, vel doctrina SS. PP. inueniri verbum aliquod de prædeterminatione materialis peccati, seu epistatit,] cum tamen plerique Dominici talem prædeterminationem, nouiter inuentam, taceantur tam mordicus; Hæc 1355.

1355. Sexto. **EXEMPLIS ES. THOMA, ET** Caietani peritis ostendimus, neque Nostros, neque Scientiam Mediam debere audire. Male, eo precise quod ipsam de nouo cogitassent.

DES. Thoma scribit S. Antoninus 3. p. Histor. tit. 23. Cap. 7. §. 5. Erat in legendo novos articulos ad inueniens, novumque modum determinandi inueniens, & nouas producens in determinationibus rationis, ut nemo ipsum aut aliis dubitaret, quin ipsum Deus noui luminis radijs illustrasset. Et §. 10. Cuius ingenij subtilitatem, & acumen intelligendum, ac rectitudinem iudicij evident er ostendit multitudine librorum, quos edidit, & sententiarum nouarum, quas inuenit, sensusque scripturarum absconditi, quos perduxit in lucem. Sic de S. Thoma S. Antoninus constatque, Parisienses olim expostulasse sibi de nouitatibus cum S. Thoma, & ad requesta capitulorum proscriptas esse tanquam nouas aliquas eius opiniones, ut ait Capreolus in 2. Dist. 2. quæst. 1. art. 3. ad 1. Gregorij, ubi concludit, non esse multum timendum de articulis Parisiensibus contra S. Thomam. Non ergo omnis omnino nouitas in cultoribus Theologiæ damanda est. **1356.** Cuius S. Thoma possumus, ad iungere veteres alios Theologos, ut ex Minoribus Joannem Scotum, Guilielmum de Chama, ex Dominicanis; Durandum de S. Portiano, ex Augustinianis; Gregorium Ariminensem, ex Carmelitans; Ioannem Bachonem, qui nouitate diuarum opinionum aperuerunt primū in admirationem Scholas, postuenerunt sibi compariantem, & affectatores, paulatim manifestata vi rationum, & auctoritatum, quibus ad nouandum fuerant non temere permoti. Quidni itaque in minima Societate ES. V. erant etiā aliqui Theologi, qui ex sincero inueniendæ veritatis, & amplificandæ Theologiæ desiderio, postquam diligenter evolutas Sacras litteras, Patres Ecclesiæ, & anteriores Scholasticos, eorumque vestigijs religiose addicti, novum quid quoad accidentia, ut antea dicebamus, adducant in Gymnasia? Male cum humano ingenio actum esset, si nihil scire possemus, nisi quæ

Aristoteles dixit.] Quod est Caietani apothegma in 1. 2. quæst. 14. art. 4. §. Ad 1. Et potest non iniuria extendi ad alios antiquos ultra Aristotelem, dummodo ab illis, qui sunt Patres Ecclesiæ, aut Theologi Summi, non discordetur in ijs, quæ expressi ad num. 1339.

1357. Et quidem si Nostros non liceret, labore, & industria tua aliquid conficere de nouo, essent velut fuci, qui, ut Hesiodus in Theog. canit, *intus permanentes coopertis in aluearijs, Alienum laborem metunt in ventrem suum.* timereque postemus, ne, ut apes iuxta Virgilium lib. 4. Georgicor.

agnine facto Ignarum fucos pecus à præsepibus arcent, sic Nostros, tanquam ignavos, & nihil facientes, solumque involantes in alienum mel litretarium, arcerent ab Aulis suis cæteri Theologi Sacrarum aliarum Religionum, qui iam olim, & nunc.

purissima mella Stipant, & dulcoris descendunt nectare cellas.

1358. Secundum exemplum defumo ex Caietano, qui 1. p. quæst. 14. art. 13. V. Ad has obiectiones, explicans S. Thomam dixit, [Iste locus ab aduersariis iudicatur plenus contradictionis, & erroris, à sequentibus autem doctrinam S. Thomæ reputatur adeo obscurus, ut neminem hæcenus viderim, siue scripto, siue assertive tueri hoc dictum, & me iam annis fortè quindecim fator latuisse. Sed nudius tertius dum super commentatione huius articuli meditater, illuxit, ut arbitror, D. Thomæ ope veritas plana, & in manifesto posita, & ideo paucissimis verbis pertransira.] Sic acutissimus Caietanus.

1359. Cuius cogitatio, etsi noua fuerit, arripit tamen maxime per maiori Dominicanorum parti, contra communem reliquorum Theologorum sententiam, (ut ad illum art. agnoscit Bañez,) & contra Agidium Romanum, Auditorem, Vindicemque egregium S. Thomæ, & contra Herveyum, Magistrum Generalem Ordinis Prædicatorum, scribentemque nouum post S. Doctoris obitum, & contra Didacum Dezam, Primarium Theologiæ Professorum Salmanticensem, &

& contra Syluestrum, Palatii sacri Magistrum, qui in Conflato doctrinæ S. Thomæ 1. p. quæst. 14. art. 18. §. Quantum ad 2. hæc habet, [Istud dictum fuit occasio errandi, & putandi, quod D. Thomas intelligit præsentiam in esse reali (ab æterno) quod non est verum; sed vult dicere, quod Deus non solum habet præsentia rationes futurorum, quæ representant eorum quidditates, sed etiam per illas fertur supra præsentia, & existentias, quia hic sensus est necessarius, aliis autem est inexcogitabilis; quem nullus Thomista præter vnum apud est affirmare, quia ex illo videtur sequi aliud contra Fidē, hoc est, creaturas fuisse ab æterno.] In quibus verbis Sylvester per illū vnum Thomistam innuit Caietanum, qui aperte docuit, & ex mente S. Thomæ esse voluit realem futurorum ab æternitate cum Deo præsentiam, & coexistentiam, significatam iam antea à Capreolo, sed formidolose, & sub dubio, ac problematice à Richardo Mediavillano, qui, etsi Franciscanus, visus est imitari doctrinam S. Thomæ.

1360. Quapropter si quod assertum nemo propugnata, & quod nudius tertius venit in mentem Caietano, non insimulatur nouitatis à Dominicanis, sed grate, & cum plausu ab ipsis suscipitur; cur Nostrorum de Scientia Media opinio, longinquo temporis vsu, & periclitatione præeunte, producta ab ipsis in omnium oculos, defertur de nouitate? Nisi vereretur prolixitatis notam, referrem cæcum, & plures Thomistarum opiniones, concessione ipsorum nouas, qui retardarit ab editione Authores territorialium nouitatis.

1361. Septimo **IN REBUS PRO FVN DISSIMIS** (qualis est hæc de concordia liberi arbitrij nostri cum gratiæ donis, diuina præscientiæ, prouidentia, prædest. & reprob.) ali- quid noui tentare ad eas pro humano capru perueniendæ, excusabile, imò & laudabile est.

REM vnā esse è difficillimis in toto Theologiæ campo, pro quā quantum humani ingenij tenuitas fert, superanda, deventum est in opinionem de Scientia Media, nemo

inicias ire potest. Quot impedimenta, quot labyrinthos Theologus ille sumi ingenij, & pietatis Caietanus (ut alios omittam, de quibus legatur Ruizius Disp. 30. de Scientia dei Sect. 1.) nō offendit tertio quoque gradu in libero nostro arbitrio foederando cum Dei præscientia, & prædest.

1362. Audiatur quæ dicit 1. p. quæst. 23. art. 4. [Ad hanc dubitationem nihil scriptū reperi in S. Thoma; quoniam nullibi eum mouisse hæc recolo, sed tempore studij ad saluandam contingentiam. In alijs quoque Doctoribus nihil hæcenus comperi ad questionem istam, nisi quæ communiter dicuntur de sensu composito, & diuino, de necessitate consequentiæ, & consequentiæ, de libertate electionis diuine in æternitate, deque natura causarum ad vtrumlibet in Vniuerso inuentarum. Sed hæc omnia, vt ex dictis patet, intellectum non quiescant.] Et postea, [Si sic est, quiescet intellectus non euidentiā veritatis inspectæ, sed altitudine inaccessibili veritatis occultæ. Et hoc ingenio meo satis rationale videtur tū propter rationem prædictam, tum quoniam, ut ait Gregorius, minus de Deo sentit, qui hoc tantum de illo credit, quod suo ingenio metiri potest. Nec propterea negandum est aliquid corū, quæ ad diuinā inmutabilitatē, ætuitatem, certitudinem, atque vniuersalitatē, & similia spectare scimus, aut ex Fide tenemus: Sed suspicor, aliquod occultum latere, vel ex parte ordinis, qui est inter Deum, & euentum prouentum, vel ex glutino inter ipsam euentum, & esse prouentum arbitror. Et sic, intellectum animæ nostræ oculum noctuæ esse considerans, in ignorantia sola quietem illi inuenio: Melius est enim tam fidei Catholicæ, quam Philosophiæ fateri cæcitatem nostram, quam asserere tanquam euidentiā, quæ intellectum non quiescant; euidentiā namque quietatiua est. Nec propterea omnes Doctores præsumptionis accuso, quoniam balbutiendo, ut potuerunt, immobilitatem, ac efficaciam summam, & eternam diuini intellectus, voluntatis, potestatisque insinuare intenderunt omnes per infallibilitatem ordinis diuine electionis ad euentus omnes, &

quorum nihil præfatæ suspicioni obstat, quæ aliis quid in eis latere credit. Et verè si sic prædicaretur, nullis fortè circa prædeterminationem erraret Christianus, sicut non errat in materia Trinitatis, quia dicitur, & scribitur, & ita est; quod occulta est humano intellectui, & sola Fides sufficit. Optimum autem, atque salubre consilium est in hac re iudicare ab ijs, quæ certò scimus, & experiamur in nobis, scilicet quod omnia, quæ sub libero arbitrio nostrò continentur, evitabilia à nobis sunt, & propterea digni sumus poena, vel præmio. Quomodo autem hoc salubè, diuina saluetur providentia, ac prædeterminatio, &c. crede, quod sancta Mater Ecclesia credit. Scriptum est enim, Altióra tenè quælieris, plurima enim sunt tibi supra sensus hominum reuelata, & hoc est vnum de illis. Hæc Caietanus tam diffusè ibi, & brevius ad Rom. 9. v. 23.

1363. Quæ omnia transcripsi, ut cõstet de perplexitatibus tanti Theologi in modo conciliandi libertatem creatam cum diuina præscientia, atque prædest. Et quæ si conferantur cunctis, quam præferret, expeditione illustris Thomista modernus Ioannes de S. Thoma tom. 1. in 1. Disp. 20. art. 7. agens de scientia Dei, & tom. 2. agens de voluntate, providentia, atque prædest. proelue erit inferre ad confirmationem antedictorum ex num. 1329. posse præ prioribus posteriores Theologos consequi expressiorem intelligentiam, iudicio saltem suo in graui aliqua difficultate; & quam verè dignam sit à Cosumiella Lib. 5. Rei iustitiae Cap. 1. non esse ullam disciplinam, aut artem, quæ singulari consummata sit ingenio, & à Seneca in Epist. 64. multum egisse qui ante nos fuerunt, sed non peregrisse; suscipiendos tamen esse.

1364. Et cum non peregerint, anne glutinum, quod ad compaginationem diuinæ præscientiæ, & providentiæ cum libertate creata occultum fuit Caietano, & ab eo desideratum, existimare liceat esse Scientiam Mediam; quod ne Molinam, & alios à Nostris latuerit, voluerit Deus? Non deerit forsitan, qui id affirmet, apud se persualus, spectare ad Dei providentiã, ut illud glutinum aliquando erueretur in lucem. Nam etsi pateat omnibus veri-

tas, tamen multis ex illa etiam futuris relictum est, ut idem Seneca notabat in Epist. 33. & in Lib. 7. qq. natural. Cap. 31. multa sæculis futuris, cum memoria nostri exoleverit, reservari. Certè si aliquando glutinum illud in bono lumine collocandum videatur, cur non Molinæ arate? Quo tempore Lutherus, & Calvinus, ipsorumque Sæctarij turbabatur Ecclesiam Dei, negata hominibus libertate; ut sciant, rectamque seruant Dei præscientiam, ac providentiam, quas cum ea libertate consistere non possent, contendebant obstinatissimè. At e contra nexu Scientiæ Mediæ tam facile, tamque perspicue cum ea conueniunt, ut inde Alvarez Disp. 118 de Auxilijs num. 6. & 7. alijque eiusdem Scholæ antea artiperint ad Scientiæ Mediæ impugnationem; cui satisfaciunt Ruizius Disp. 76. de Scientia Dei sect. 6. num. 8. & 9. Sherlogus p. 2. sect. 7. num. 34. Optimèque aduertunt, ut & Aldretus tom. 1. in 1. p. Disp. 29. sect. 8. num. 2. eundem Alvarez Disp. 7. num. 31. §. Ad 8. & alibi, Ledetman, Zumel, & Cabreram, verè teeste in alterum latus, exaggerare difficultatem foederandi libertatem creatam cum Scientia Media.

1365. Sed quicquid sit, an Scientia Media censeri debeat, aut possit illud glutinum incognitum Caietano? pronuntiare tamen sine temeritate possumus, non esse decretum diuinum subiectiue absolutum, & obiectiue conditionatum, in quo Deus cognoicat futura contingentia conditionata: neque item esse prædeterminationem phylicam. Nam libertatis creatæ cum his conciliatio mysterium est, & secretum receditissimum, Fide potius credendum, quam ratione tranandum, ut Bañez, Alvarez, Nauarrete, Rispolis, Ledetma, Nazarius, Ram, Zumel, & Verdu fatentur apud Sherlogum p. 3. sect. 4. num. 18. & apud Aldretum supra num. 8. & 14. duobusque seqq.

1366. Qui verò delectabit legere Blasij Verdu confessionem in Relect. pro diuini auxilij efficacia fol. 75. eam hic subiicio, [Quomodo (inquit) fiat iste transitus (ex prædeterminatione phylica ad liberam operationem) quomodo ista coniungantur, admirabile est, sed non propter hoc

incredibile. Quomodo Authori omnis entitatis, & modi entitatis consentire, singulari quadam ratione tui sit, id est, tibi liberum, admirabile est, sed non incredibile. Evidens ergo est, nostram libertatem, cum participata sit à Deo, subordinari in suis liberis operationibus; & ita à Deo, libertatis Authore, non pati violentiam, etsi efficaciter prædeterminetur. Hoc autem, quod evidens est nobis, quoad an sit, quidditative, & quoad modum, difficile est intellectu, cum sit res spiritualis; & noster animus legibus corporis obstringatur. Quamvis ergo auidus intellectus famem patiat, & circumbeat ciuitatem, istam, inquam, difficultatem, ingredi tamen non potest. Nouit subordinationem, modum ignorat. Credidit Maria, posse Deum sua Omnipotentia eam imprægnare, inuolata virginitate, quod dum autem inquisiuit. Credas ergo et tu, si non intelligis, posse Deum sua efficacia tuam libertatem imprægnare, prædeterminare, & fecundare ad liberum partum; si autem ignoras, & quæras, quomodo libertatis inuolata virginitate fiet istud, ita ut necessario possit concipere, & liberè deinde parere? Respondebo, quod Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei per adoptionem. (Christus verò non erat adoptione, sed natura filius Dei.) Et nota terminum Ideo, neque enim quia ex sanguinibus Mariæ, sed quia Spiritus sanctus superuenit, & virtus Altissimi obumbrat, quod nascitur, sanctum vocatur. Hæc est, non partialis, sed totalis ratio sanctitatis, & iustitiæ.] Hæc Verdu.

1367. Quæ forsitan legit quidam Neotericus, & inde forsitan excitatus est i. p. Tract. 2. de Visione Dei Disp. 4. dub. 1. §. 3. num. 9. §. 4. num. 16. dub. 3. §. 2. num. 38. dub. 4. §. 5. num. 57. ad repetitam illam analogiam intellectus ut foemina; Dei obiecti ut masculi, visionis beatæ ut foetus, ad cuius partum intellectus per lumen gloriæ fiat formaliter ut habens veterum. Quæ utraque si audisset Calsiodorus, repeteret forsitan quod dixit Lib. 10. Epist. 6. Reperiat quamuis magna Theologus, quid proderit sentire, si lauda-

biliter non possit extollere? Naturale est, inuenire, sed facundius, decenter asserere. Ut vsit de verborum decentia,

1368. Reponit Lessius de Gratia efficaci Cap. 13. num. 9. [Vnde id constat de Fide tenendum esse? ubi vel Scriptura diuina, vel Concilia sacra tradunt impulsum prædeterminantem, cui præsentì voluntas resistere nullo modo potest, non tollere libertatem, non adferre necessitatē? Quamnam Ecclesiæ definitio, vel traditio id habet? Vbi ostensum fuerit, credemus, etsi intelligere minimè possimus, & maximis, ac difficillimis Fidei nostræ mysterijs sit obscurius. Quod si id ostendi non potest; quo iure Fides exigitur? Qua prudentia credemus rem tamen nouam, tam difficilem, ratione prorsus repugnante? Sic Lessius, non displicitur Dominico Bañez, cui is in Comment. ad art. 4. quæst. 22. 1. p. S. Thomæ, & Franciscus de Arriba Lib. 1. de Conciliatione gratiæ, & lib. arb. Cap. 20. reprehenderint nimiam humilitatem verborum transcriptorum in num. 1362. dixerintque præbere pusillis occasionem errandi. Et de se aiebat Dominicus Sotus in Lib. Prædicamentor. Cap. 6. de Quantitate, quæst. art. & conclus. 2. [Hanc mihi legem; in his præsertim metaphysicis distinctionibus, cõstitui, ut nisi prius intellexero, non credam, cum de solis Fide reuelatis scriptum sit, Nisi credideritis, non intelligeris. Iam enim sæcula illa abierunt quando præcipua homines studia in his metaphysicis ponentes, nec res aut intellegere, aut exponere adeo curabant, dummodò verba syllabatim, ut scripta legebant, defenderent.] Ita Sotus. Et nos quidem præceptionem illam S. Vincentij Lirinensis Cap. 25. aduersus prophanas nouitates, Ex toto Ecclesiæ dogmate, quod intellectu capi potest, capiant, quod non potest, credant, habemus inculpam animo nostro; circa alia vero, quæ canone dogmatum Ecclesiæ non continentur, aut quæ concorditer non sunt recepta à Maioribus, & aliunde apparent difficillima, cur debeamus captiuare intellectum?

1369. Huc verba, hæsitatio- nesque Caietani in num. 1362. tenuim deduxerunt nos, sed quæ hinc, & inde adiciimus eorum occasione, cõprobant satis, excusabiles esse Nostros, imò

imò & laudabiles ob tentatam ingeniorum suorum bolide dimensionem huius profundæ abyssus. Nulla prohibebantur lege id tentare; sed potius antiquorum Patrum, & Theologorum exemplis ad id incitabantur, semper namque Patres, Theologique anxie curarunt ad pacis, fœderisque comitia deuocare dona gratiæ, præsciētiam, prouidētiam, prædestinationem, ac reprobationem diuinā cum libero arbitrio creato, ut te opponerent nonnullis Philosophis Ethnicis, pluribusque Hæreticis. Si Nostri, saluis Catholicæ fidei regulis, & documentis Maiorum, aliquid novum moliti sunt, quo eius abyssi fundum pertingerent, non conuitia, sed potius grates reddendæ videntur. Quod si iudicio tuo irritum fuit ipsorum votum, & post tot suos sudores hæserunt in extrema superficie, abiereq; frustrati, scias ex Seneca *Lib. 7. de Beneficijs Cap. 13. quædam eius conditionis esse, ut effectum præstare debeant: quibusdam profectu esse, omnia attemptasse, ut efficerent.*

1370 Arduani eandem concordiam adortus est antiquus, & nobilis Theologus Dominicanus Chrysothomus labellus in *Expositione ad 1. p. S. Thomæ. quæst. 23. inquitque Cap. 2. [Igitur quod Paulus id determinare non potuerit, nec Augustinus, nec Magister Sent. nec S. Thomas, nec Scotus id consequuti sunt: sed quilibet illorum istum sensum sequutus sit, qui rationabilior sibi videbatur. Ex quibus infero, quod illam opinionem nos sequi deset, quæ videtur magis, & apertius seruare rectitudinem diuinā, sustentare spem fidelium, fugere occasiones desperationis, defendere certitudinem prædestinationis cum libero arbitrio.] Qui sic fatur, satis manifestat rei difficultatem, seq; ea convictū aggredi aliam viam, quam quas calcarunt S. Augustinus, Magister Sent. S. Thomas, & Scotus; licet postea totus in id incumbat, ut probet, suam viā, et si sit præter, non tamen esse contra eas, quas tenuerunt summi illi Theologorum Ductores. Tandemque *Cap. 10. in questionis fine* concludit, [Testor Deum Opt. Max. cui nihil absconditum, quo studio, quo tremore, qua reuerētia hoc perdifficile opus agitauerim. Et quoniam non mihi*

consciū sum, an quod quaesui assequutus fuerim, ideo rotum Orthodoxy fidei correctioni commito, ne oppressus rei pondere, dum nitor stare, trahar in præceptis.] Quæ protestatio non fuit inutilis, nam ex *Cap. 5. assignat pro causa prædest. ex parte prædestinati [vsum bonum liberi arbitrii moralem, per modum dispositionis congruam antecedentem ad gratiam, & elicited a libero arbitrio moto a Deo non solū ut vniuersali mouente, sed ut influente particulare auxilium, quo sit sufficiens, etiam remota gratia, producere bonos actus morales]* De hac via quid censeant posteriores Theologi, discet qui legerit Ruizium *Disp. 21. de Provid. sect. 3. num. 17. & duobus seqq. Disp. 7. de Prædest. sect. 1. num. 3. sect. 2. num. 1. idque monuisse, satis sit ad cautelam, nam censuras referre non est instituti nostri. Quod ad nos attinet, est, exemplo labelli excusare, imò & commendare pium Nostrorum conatum eiusdem cœcordiæ explicandæ, etiam si nouam aperuissent viam, & nullius antea tritam pede.*

1371 Negotium huius cœcordiæ quanta esset profunditate ad peruadendum difficile, nouit optimè S. Cælestinus I. Papa, & ideo de varijs suo tempore conatibus ad illud superandum detrectauit sententiam ferre. Nam cum in *Epist. 1. ad Episcopos Gallie* recensisset errores, quos in Pelagianis Innocentius, Sozimus prædecessores sui, & Concilium Carthagenense damnarant, ipseque denuò reprobasset, absoluit Epistolam his verbis, *Profundiores vero, difficilioresque partes occurrentium questionum, quas latius pertractarunt, qui Hæreticis resistunt, sicut non audeamus contemnere, ita non necesse habemus adstruere: quia ad consuetudinem gratiam Dei, cuius operi, ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quidquid secundum prædictas regulas, Apostolicæ Sedis nos scripta docuerunt, ut prorsus non opinemur Catholicum, quod apparuit præfixis sententijs esse contrarium.* Circa quæ S. Cælestini verba notat Cardinalis Baronius anno 431. num. 185. [His profiteretur, profundiores quæstiones illas de prædest. SS. nequaquam ab Apostolica Sede definitas, illasque tantum esse stabilitas, quæ ad

ad condemnationem errorum satis posse sufficere viderentur.]

1372 Si ergo S. Cælestinus, conscius profunditatis illarū quæstionum, & difficultatis perueniendi ad imum fundi, contentus proscripisse Pelagianorum, & Semipelagianorum errores, cunctatur, & cautissimè legerit circa partem siue affirmatiuam, siue negatiuam, quæ in illis quæstionibus connexionem non habebat eis cum erroribus; atque adeo Sanctissimus, & prudentissimus Pontifex, ut neutram partem audeat contemnere, ita neutram audeat adstruere, proindeque liberam facit facultatem, ut quilibet Catholicus lequatur quam maluerit; æquum profectò est, ut circa illas ipsas quæstiones, vel circa alias ex eis deriuatas, nostroque sæculo, & proximè antecedenti excitatas abstineant a censuris Doctores priuati, sicque suas tueantur opinionēs, ut non damnent de nouitate, neque de simili alio vitio alienas, quæ continentur gratiam Dei, & non deuiant a regulis præscriptis a Sede Apostolica contra Pelagianorum, & Semipelagianorum, contraque Lutheri, & Caluini errores. Vnde mihi tam displicent, qui Dominicanæ, quæ qui Iesuiticę sententiæ thitā præfigur, anteuertentes iudicium Apostolicę sedis. Nam [si Ecclesia prouiderit, & sciente hæc inter Theologos varietas permittitur, perinde est, ac si Ecclesia diceret, vnusquisque in suo sensu abundet, dummodo Fidei veritas, Ecclesięq; Catholicę authoritas defendatur.] Quæ sunt verba Dominici Bañez *1. p. quæst. 1. art. 8. conclus. 6. cum vnuersum ageret de opinionum inter Theologos diuersitate.*

1373 In hac autem singulari inter Dominicanos, & Iesuitas, æquè inflammantur vtrique ardētissimo studio veritatis Fidei, & authoritatis Ecclesię Catholicę, ita ut si Dominicani putarent, sua ex opinione patefieri aditum Lutheri, & Caluini erroribus, inter dicerent ei aqua, & igni Scholis, librisque suis, sunt enim acerrimi Orthodoxæ religionis assertores. Idemque de Iesuitis sperari potest, si ex sua existimarent instaurari antiquatas Pelagianorum, & Semipelagianorum hæreses, namque non exigua prætulerunt signa Vatiani sui odij in here-

ticam perfidiam. Quare vtrisque, dum suas opinionones tueantur, cauendum est, [ne nimis firmiter eis in hæreant, & asserant ut certum, atque indubitatum, quod tamen est intra latitudinem opinabilium. Et hinc sæpe erratur ex nimio affectu ad sua, & minore, quam opus fuerit, examine, resolutione, ac iudicio, dum probabilia accipiuntur ut demonstrata,] ut ait Caietanus in *Summa V. Opinio.*

1374 Octauò
INSOLITVM NON EST (VT TRIBUS exemplis probatur) concitare priscis rebus nouitatis inuidiam, ideoque hæc non est pertimescendā, cum de illa non omnino constet circa Scientiam Mediam.

PRIMUM positionis exemplum desumo ex S. Vigilio Episcopo Salisburgenſi, qui apud S. Zachariam Papam notatus est nouitatis ob assertionem Antipodum, & ex Christophoro Columbo, qui ut negator est Iuris, cum primum alterius partis mundi ultra tunc notas detectionem promissit. At Antipodes tam antiqui erant, quam Europæi, Asiatici, & Africani, quartaque mundi pars a Deo condita simul cum tribus alijs; cuius, & Antipodum notitia non caruerunt veteres nonnulli Philolophi, & Patres, de quibus Iurisperitorum in Hispania vertex clarissim⁹ D. D. Ioannes de Solorzano Pereyra *Lib. 1. de Iure Indiarum Cap. 11. alijque a me laudati Exerc. 18. Emphyreologie num. 38.*

1375 Secundum accipio ex S. Bernardino Senensi, qui insimulatus est nouitatis a Manfredo Vercellensi, & ab alijs ob nominis IESV in tabella exarati ostensionem inter concionandum ad populum, ut veneraretur illud, & adoraret. De qua historia legantur Hugo Magnesi in *Apologia Apologie pro Scoto in Examine Capitis 10. num. 16. Arturus a Monasterio in Martyrologio Franciscano, Ianuarij 14. ex §. 1. vsque ad 6. Spondanus in Annalibus Ecclesijs anno 1419. num. 5. anno 1438. n. 27. Nunc vero temporis attendentibus ad verba Pauli, Philippensium 2. v. 10. & ad alia, quæ ex Concilijs, & PP. congerunt Nicolaus Serarius *Lib. 1. Iosue Cap. 2. quæst. 15. & 16. Nicolaus Bal-**

Baldellus *Theologiae Moralis* tom. 2. Lib. 3. Disp. 8. ex num. 5. usque ad 9. non leuis admiratio supervenit de accusatione illa novitatis villo vñquam tēpore intērata: vt vt si de qualitate adoratoris exhibendę sanctissimis nominibus IESV, & Dei.

1376 Tertium mutuor ex Subtili Doctore Scoto, quem quidam calumniari sunt de novitate ob assertionem de Deipara Virgine immaculatę concepta, vt referunt Guilielmus Heriac *de Actibus humanis* Disp. & quęst. 4. num. 37. & Franciscus Bonæspei *in Cursu Theologico* tom. 4. Tract. 2. Disp. 12. dñb. 5. num. 96. cum tamen certū sit, Scotum non fuisse primū asseratorem, sed restaurasse, & in pristinum vigorem restituisse piām opinionem, quę etiā multorum grauium Doctōrum auctoritatem pro se haberet, erat iam paululū antiquata, aut minus communis, quā opōita. Omitto complura alia exempla antiqua, & recentia, narrata ab Authoribus fidedignis.

1377 Egoque ipse sæpe vidi, notari vt nouas multas opiniones, traduci que ab eruditis etiam viris tanquam nupetrimias, cui tamen postea, evolutis monumentis Maiorum, cōpertum sit, viguisse olim, celebresq; fuisse, sed temporum tractū abijisse in oblivionem, & detraetudinem. Vnde sapienter Iacobus Latomus notauit cōtra art. 3. *Lutheri* pag. 36. [Multa fuerunt in vsu apud veteres, de quibus, quia in quæstionem non vocabantur, raro fit mentio.] Nec minus scitē cecinit Horatius in *Arte Poetica*,

————— *mortalia facta peribūt,*
Multa venascentur, quę iam cecidere, cadentque,
Quę nunc sunt in honore vocabula, si vo-
let vsus.

Et de se aiebat Cicero ad Brutum, *Reprehendēt, quod in vsitas vias indagamus veritas relinquamus. Ego autem & me sæpe noua dicere, videri intelligo, cum per vera dicam sed in audita plerisque. Alia in hanc rem adduxi Preloquio 15. Empyreo-logiæ. Atque hinc infero, vt clamores de novitate facessant aliquam curam, explorandum prius esse, consulti diu PP. & Theologis veteribus ab hominibus multę lectionis, num veritati nitatur, vel e contra vani sint. Nisi*

hęc accuratissima diligentiā præcedat, aut neganda est eis fides, aut suspendendum iudicium.

1378 Iam verò quantum ad Scientiæ Medię opinionem attinet, adeò abest a novitate iudicio Gasparis Ram *in Relect.* 3. *de Scientia conditionata, conclus.* 5. vt potius reprehendat nostros Authores, quod se factent inuenisse eam. Cui reprehensionis sic respondet Ruizius *Disp.* 76. *sect.* & *num.* 6. [Cuiuslibet Authoris, licet modestissimi, & iactantiam, inanemque gloriam conculantis, partes sunt, certa pro certis tradere, dubia, seu probabilia pro dubijs, seu probabilibus; antiqua pro antiquis, nona pro nouis. Hęc ratione ducuntur Authores nostri, quando notant quæstionem de Scientia conditionali nunquam antea fuisse ventilatam Scholastica disputatione sibi peculiari, nec eius difficultates sigillatim expeditas. Neque Ram potuerit vnicum saltem disputatorem proferre, qui scripserit ante annum 1580. In hoc igitur sensu Vazquez *i. p. Disp.* 67. *Cap.* 4. *num.* 27. dicit, antiquos Scholasticos de scientia sub conditione nihil omnino disputasse, nec meminisse: cum tamen omnes vtamur testimonijs Scripturę, SS. PP. & Scholasticorum ad huiusmodi scientiã probandam, quę olim sub generali nomine visionis futurorum, aut subiectia simplicis intelligentiæ comprehendebatur.] Hęc Ruizius suis omnibus numeris absolute. Videturque Gaspar Ram loqui de Nostrijs, sicut quicdã Hispani Proceres de Christophoro Colombo, nam cum in conuivio ortus esset sermo de nouo Orbe, cęperunt extenuare præclarum Columbi facinus in eius detractione, vt quę facilis fuisset iudicio ipsorum post eam iam factam. Quibus ille nihil respondens [ovum in mensam inferri iussit, & conuiuas omnes experiri rogauit, vt illud in apicem, nullis adminiculis sultum, si uenitum, stans, & erectum in mensa constituerent. Id nullus cum pollet, ipse altero eius fastigio mente illiso, & leniter quassato, rectum, firmumque constituit: quod cum ceteri se eodem modo facturos offerrent, Nūc, inquit, quia vidistis. Sic conuere volēs, inuentam iam Indiam, inuentu facilem tuac videri, cum prius esset dif-

ficillimum. & a nemine cogitatum.] Ita refert D. D. Ioannes de Solorzano Pe-reyra *supra* laudatus *Cap.* 5. *num.* 25.

1379 Nono
NIHIL MIRVM, SVGILLATAM
fuisse de novitate Scientiæ Medi-
diam, cum & alie res Societa-
tis eandem subierint fortu-
nam, etsi anti-
quę essent.

CONIECTVRA est P. Roderici de Arriaga *tom.* 1. *in* 1. *p. Disp.* 21. *sect.* 2. *in principio*, [multos conspirasse contra Scientiam Mediã, quia ab homine e Societate videbatur inventa.] Postquam cōiecturam subiicit, [paucos ex eis rem melius considerantes, Scripturę, & PP. testimonijs attentius legentes, vim ac momentis rationum pro ea adstruenda perpendentes; ei eadem postea subseripsisse.] Et verò experta est Scientia Mediã, quia ab Authore Societatis expressiūs asserta, & fusiūs probata, calumnias novitatis, quas Societas ipsa ob suum nomen, & Institutum sustinuit.

1380 Melchior Canus *Lib.* 4. *de Locis* *Cap.* 2. cum apposuisset locum illum Pauli, *Fidelis Deus; per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Xpi*, addit, [quę sine dubio Societas cum Christi Ecclesia sit, qui titulum illum sibi arrogat, videant, an hereticorum more penes se Ecclesiam existere metiatur?] At novum in Republica Christiana non erat, vt specialiter nomen sibi a Iesu adsciceret Religiosa Familia, nam quę iam ex anno 1355. a S. Ioanne Columbino fundata erat, dicebatur Iesuatorum; diciturque vel in ipso Martyrologio Romano, omnibus peruiso, ad diem 31. Iulij. Colligunt alia antiqua exempla P. Hadrianus Lyræus *Lib.* 3. *Apothegmatum* S. P. N. Ignatij *in* 12. *pag.* 450. P. Iulius Nigronus *in Commentarijs ad Regulas cōmunes Societ. Iesu* p. 3. *tituli* *num.* 40. & duobus seqq. P. Franciscus Sacchinus, aut P. Petrus Possinus p. 5. *Historiæ Societ. Lib.* 10. *ex num.* 34. usque ad 94. Et a prisca temporibus extrant erecte in templis PP. Dominicanorum pię quędam confraternitates dicitur *Nominis* IESV, de quibus sub titulo *Nominis Dei* (nisi & hæc diuersę fuerint ab illis) agit Dominicus Sotus *in Libet-*

to Hispano de Abusu iuramentorum p. 3. *Cap.* 14. vbi (anno 1553. & ante Melchioris Cani mortem 8.) suadet, vt ad extirpandum eum ab vsu, infiruantur in singulis Oppidis. Estque dignum admiratione, in mentem non venisse Melchiori Cano (quo non fortior alter) Sanctissimã suã Religionem nominari Prædicatorum sine arrogantiã, & quin inde meriantur, apud se solos existere munus prædicandi diuinum verbum.

1381 Defectum Chori in Societate causari sunt multi novitatis, & Dominicus Sotus *Lib.* 10. *de Inst. & iurē* *quęst.* 5. *art.* 3. *v. Arguitur*, dixit, [vix nomen Religionis mereri eam, quę citra obligationē sit Chori, quippe quę maximo splendore Religionis careat.] Sed tamen olim in Monasterio, quod construxit S. Martinus, [deputata fuit scriptorio operi minor ætas, & maiores orationi vacabant] vt refert Sulpitius Severus *in Vita S. Martini* *Cap.* 7. Et Scriptor Vite S. Volfangi *apud S. iulianum* 1. *Octobris* *Cap.* 20. tradit, eum, cum esset Episcopus Ratisponensis, voluisse, vt in Conuentibus Canonicorum Regularium, iuniores Scholę studijs interesset, seniores psalmodiæ, lectioni, & orationi vacaret. Idem quoad nostros Scholasticos seruat Societas in Collegijs, in quibus ceteri etate grandiores, incubant disciplinis tradendis, & vltra eos non degunt ibi alij, qui possint frequentare cantum Chori, aut si contingat degere, distendantur tot occupationibus, ministerijsque spiritualibus erga proximos, vt nisi Præceptores iuramentum præstent, succurri non possit votis, necessitatique proximorum. Testor Salmanticense hoc Collegium (quod numero Sociorum est maximum huius Prouincię Castellancę) in quodam Magistri, diebus solenniioribus, totum ferè matutinum tempus impendat confessionibus audiendis, abibit fideles frustrati pijs suis desiderijs. Cuius testimonijs confirmatores inuocō viros omnes doctos Salmanticam incolentes, quos percellere posset curiositas de defectu Chori in Collegijs Societatis. Quoad Dōmos autem professas fuit Societati ad imitationē id, quod præscribebatur Præsbyteris a SS. Summis Pontificibus Gelasio 1. & Gre-

gorio 1, vt obseruauit in num. 223. Disp. 27. de Sacrific. Missæ.

1382. Splendorem Sacrarum altarum Religionum ex Choro nos maximè veneramus, & celebramus; sed vt Societas mereatur plenum Religionis nomen, non est, cur desideretur Chorus, nam Religiosi status definitio huic non requirit. Vellemque, vt qui in eo Societatem conformem non esse cum alijs Sacris Religionibus, egererunt, legant Antonium Senesem in Chronico Fratrum Predicatorum, vbi memorato statuto Capituli Generalis coacti Bononiæ anno 1232, aut circiter, ne Religiosi Conuentuum suorum septa exirent profferendis, mortuis, addit, [Nec est, quod idalicui displicere debeat, vel id minus consonum reputare: nisi forsitan vellet omnia inuertia, & non patiarur, vt quilibet Ordo media ad suum finem proportionata amplexetur, & tractet, & alia alijs relinquat Ordinibus.]

1383. Simplicia vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ, quæ in Societate post biennium prolata Religiosum efficiunt emittentem, accutata sunt nouitatis. Ad eum de eis doctissimè tractasset Basilius Pontius Legionensis in Varijs quest. 3. Scholastica, concludit, [Ex dictis in tota Disp. colligitur, laudabile Institutum Societatis IESV, hisce temporibus magno Reipublicæ Christianæ bono destinatum, non esse novum, sed primævum in Religione seruatum viuendi genus: ac proinde hallucinatos esse valde, & ignorantia lapsos, qui eiusmodi Instituto veræ Religionis & nomen, & rationem adimebant. Nam si veterum scripta evoluisent diligentius, hanc viuendi normam Societ. IESV, quoad eam partem, quæ constat votis simplicibus post biennium emittentibus in Religione approbata, eiusdem prorsus rationis esse cum primis illis exordijs Monachismi, & antiquo statu Monachorum Basilij, Augustini, & Benedicti, compèrissent.] Ita ibi, & in Lib. 7. de Sacram. matrim. Basilius, sæculi nostri, & antecedentis scæli in litteris prodigiū. Sunt que eiusdem placiti apud Sherlogum Vestig. 28. in Cantica Sect. vnica Explanationis Mystice num. 33, graues alij Doctores, refragante mordicus crudelitissimo Francisco Biuario Lib.

2. de Veteri Monachatu, & regulis Monasticis Cap. 5. & 6. Cui, qui alienatur, poterit, citra piaculum loqui non secus, ac Nauarrus, qui in Comment. 1. de Regularibus num. 19. vocat hanc nostri Institutum singularitatem, quiddam nouissimum, admirabile. Et saltem fateri debet, sapientissimum Caietanum 2. 2. quest. 88. art. 7. præconcepisse eam vt possibilem; ait enim, [Mutatio status, mælipado hominem ad diuinum cultum, & religiosa opera, stare potest cum voto simplici, vt patet, si Ecclesia statueret, quod in Sacro Ordine, & Religione aliqua votum simplex fieret.] Quæ possibilitas non diu post hæc scripta à Caietano transiit in statum existentiam, instituta Religione Societ. Non ergo huius structura quidpiam est, quod nunquam antea in hominum mentes venerit.

1384. Statutum Societatis de non reportando stipendio pro ministris spiritualibus sui Institutum non evasit nouitatis dicam. Cuius ego longam purgationem institui in sect. 19. Disp. 31. de Sacrificio Missæ. Et nunc vt antiquitas roborat nouitatis ex voto S. Ambrosij, vel potius Hilarij Diaconi in 1. ad Timotheum 3. addo, Ioachimū Abbatem (qui vivebat anno 1195.) ad Cap. 15. & 19. Hieremie dicere de illo Ordine. (quem à Iesu signandum prænuntiat in Cap. 3. Apocalypsis) obitum absque stipendijs prædicationem, atque ministeria spiritualia.

1385. Rursus addo statutum Sanctissimi Ordinis Carthusiensis in 3. Compilatione antiquorum statutorum Cap. 3. §. 20. vbi dicitur, [Nulla persona Ordinis perse, aut quamuis aliam inter postam personam pro Missis, & alijs prædictis officijs, & beneficijs pecunias, etiam gratis oblatas, vel aliquid aliud ad suos vsus conuertendum sub poena disciplinæ generalis recipiat; sed si quid pro fidelium deuotione offeratur, illud cum gratiarum actione, cessante omni passionem recipiatur; & ad vsus, & comodum, non illius, cui offertur, sed totius Communitatis conuertatur, ad Prioris arbitriū] De quo statuto agit Nauarrus Lib. 3. Consiliorum in 75. dub. 20. Videnturque Carthusiani veteres respexisse ad illud Concilij Tarracoenensis Cap. 10. in Can. 1. Obseruandum 15. q. 2. prohibentis

tis Sacerdotibus, vel Clericis, accipere nisi forte in Ecclesijs gratuita oblata; quæ non fauore muneris videantur accepta, sed collatione deuotionis illata. Cum statuto Carthusiano, & nostro consonat quod ediderunt anno 1604. part. 1. suarum Constitut. Cap. 7. Religiosissimi PP. Clerici Regulares Theatini, [ne ipsorum nemo elemosynas quasi suæ prædicationis stipendium petat, aut etiam eo nomine oblatas accipiat; sed eas tantum, quæ à fidelibus sponte datæ fuerint.]

1386. Præterea Caietanus 2. 2. quest. 187. art. 3. ad 5. scribebat, [Nora diligentissimè, tu qui præsides Ecclesiæ, quanta te oporteat solitudine subtrahere occasionem Prædicatoribus, & Confessoribus prædicandi, vel confessiones audiendi propter temporalia bona, vt hodie videmus accidere, quoniam si Prædicatores, & Confessores non lucrarentur, pauci inuenirentur. Nunc autem quærunt, supplicant, solvuntque interdum, vt loca habeant. Paulus Apostolus priuauit se ipsum stipendio victus, ne alij prædicarent propter temporalia. Non ego exigo à te tantam perfectionem; sed vt ab Ecclesiâ tuâ eiusmodi viros eicias, & paucos habeas gratis dâtes quod gratis acciperunt.] Hæc Caietanus, quibus similia alia eiusdem Doctoris transcripta in loco præcitato num. 261.

1387. Et viraque legenda sunt cum cautione, quam ibi adhibui. Nã iuxta S. Thomam Quodlib. 2. art. 12. Habere oculus ad terrena contingit dupliciter, vno modo sicut ad mercedem, vel premium, & sic Prædicatori non licet habere oculus ad terrena, quia sic faceret Euangelium venale. Alio modo sicut ad stipendia pro necessitate sustentationis vitæ, & sic licet Prædicatori habere oculus ad terrena. Vnde 1. ad Timoth. 5. super illud, Qui bene præsumt Presbyteri, &c. dicit Glossa Augustini, Necessitatis est accipere, vnde viuatur, charitatis est præbere. Non tamen venale est Euangelium pro his. Si enim sic vendunt, magnam rem vili vendunt. Accipiant ergo sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispensationis à Domino. Sic cum S. Augustino (videndo etiam in toto Lib. de opere Monachorum) S. Thomas.

1388. Et S. Ambrosius, vel Hilarius Diaconus ad illud idem Pauli inquit, Boni dispensatores, ac fideles non

solum honore sublimi debent digni iudicari, sed & terreno, vt non contristentur indigentia sumptuum, sed magis gaudeant fide sua, & doctrina. Instancior enim fit, si non humilietur inopia, & crescit in illo auctoritas, cum videt, se etiam in præsentibus sui fructum percipere; non vt abundet, sed vt non desit. Tanta merces debet esse euangelizantis regni Dei, quæ neque contristetur, neque extollatur.

1389. Et S. Gregorius Magnus ad illud Iob 29. v. 6. Quando lauabam pedes meos butyro, ait, Butyro pedes lauantur, dum sanctis prædicationibus debita ab audientibus stipendia conferuntur, & quos fatigat iniunctus prædicationis labor, exhibita à discipulis pinguedo boni operis fouet. Non quod ideo prædicent, vt alantur, sed ideo alantur, vt prædicent, id est, vt prædicare subsistant, non vt in intentionem sumendi victus transeat actio prædicationis, sed ad utilitatem prædicationis deseruiant ministerii sustentationis. Vnde à bonis Prædicatoribus non causa victus prædicationis impeditur, sed causa prædicationis accipitur victus. Et quoties prædicantibus necessaria ab audientibus conferuntur, non solent de rerum munere, sed de conferentium gaudere mercede. Vnde per Paulum ad Philippenses dicitur, Non quero datum, sed requiro fructum. Datum quippe est res ipsa, quæ impenditur, fructus vero dati est, si benigne mente futuræ mercedis studio aliquid impenditur. Ergo datum in re accipimus, fructum in corde. Sic S. Gregorius. Legatur Innocentius III. Cap. Cum secundum 16. de Præbendis. Quos PP. verbatim transcripti, vt magis constet, me ipsorum doctrina laudare morè aliorum Ecclesiasticorum in recipendis stipendijs ob ministeria spiritualia, tamen si contrarium nostri Institutum conatus sum liberare ab inuidia nouitatis. Certè Ecclesiâ Dei circum amicta est varietate vnde quaque commendabili, vt nominatim quoad hæc partem expendit prudenter, & eleganter P. Iosephus Tamayus Lib. 1. in Hexæmeron §. 22. n. 128. & 129. Videatur etiã Bonartius in Ecclesiasticum Cap. 51. v. 33.

CORONIS EVENTILATIONIS.

1390. **M**ULTIFARIAM conatiuimus intentam nostræ de Scientia Medica opinionem accusationem nouitatis, qua

nullam aliam importuniorē, & grauiorem passa ea est. Etsi enim in alijs materijs, quę noua sunt, tamen parua, soleant primò in admirationem rapere, moxquę cōciliare gratiam, & plausum: vnde aiebat Seneca *Lib. 7. Natural. qq. in principio, Quādiu solita decurrunt, magnitudinem rerum consuetudo subducit. Ita enim compositi sumus, ut nos quotidiana, etiāsi admiratione digna sint, transeant: cōtra minimarum quoque rerum, si insolite prodierunt, spectaculum dulce fiat. Ad eò naturale est, magis noua, quàm magna mirari!* Et Terrullianus in *Apolo. Cap. 10. Ex consuetudine humana ignoti, vel ex inopinato apparentes, de Cælo superuenisse dicuntur. Proinde Saturno repentino aduentu ubique Cœlitem contigit dici. At in his materijs Theologicis quod excellit antiquitate, venerationem habet, ut ait. S. Basilus Oratione 1. de Ieiunio, & ut Facundus Hermianensis *Lib. 7.**



pro defensione trium Capp. Concilij Calchedonensis Cap. 6. multum roboris ad auctoritatem addit antiquitas. Sed quid si antiquitati nouitas sit superstructa in his etiam materijs Theologicis? Crediderim, habituras venerationem, auctoritatemque antiquitatis, simulque admirationem, gratiam, & plausum nouitatis, ita ut antiquitate non generent fastidium, neque nouitate deueniant in exilium iacturam. Atque hinc Christus D. dicebat, omnem Scribam doctum in Regno Cœlorum similem esse Patri familias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera, Matthæi 13. v. 52. Num verò Nostri vetera protulerint, & noua, cum suam de Scientia Media opinionem inuexerunt in Scholas? eorum erit iudicare, qui hanc perlegerint Event. tranquillo animo.
(*)

PARER:

PARERGA AD EVENTIL. XXXIX.

PROE MIVM.

1391



N *Præcedenti Event.* attigi nonnulla de Instituto Societatis nostræ, repulique nouitatis accusationem, qua petebantur. Visum est modò suscipere eorūdem, & quorundā aliorum ad Societatem pertinentium vindicias aduersus R. P. Thomam Hurtadum, qui in tomis quatuor de *Residentia*

sacræ, & de Ecclesiasticorum congrua sustentatione recentè editis ostendit se tam parum benignum erga Societatem, quam in antiquioribus tribus *Resolutionum Moralium, & de Martyrio vero Fidei.* Respondi antiquioribus his in alijs meis *Operibus, & ut tunc non excessi limites modestiæ Religiosæ, moderamenque inculpatæ tutelæ, prout ex multis, neutri parti addictis, nullaque animi perturbatione adductis, audiui; sic et nunc; diuina fauente gratia, spero me gesturum in responsione ad posteriores. Omnino probabiliora sunt (iudicio Tullij *Lib. 2. de Oratore*) quæ laesit dicimus, quàm quæ priores. Nam & ingenij celeritas maior est, quæ apparet in respondendo; & humanitatis est responsio. Videmur enim quietari fuisse, nisi essemus laesiti. Et sumus quidē prouocati in his, quæ tangunt pupillam oculi nostri, nempe in Instituto nostræ Societatis, quod nobis charius est ipsis corporalibus oculis, luceque, quam eis intuemur. Vnde non potuimus nos cōtinere, quin dilueremus maculas, quibus nouiter adpersum vidimus, & doluimus. Et cum in superioribus vindicauerimus a falsis narrationibus doctrinam principem Societatis, extra lineam nō erit, si eiūdem Institutum asseruerimus a notis ipsi denuò iniustis. Cumque Thomas Hurtadus nullo in Nostros frequentiori telo vtatur, quam criminatione de nouitatibus, retorquebimus idem telum in eius scripta. Post hæc Parerga sequentur alia, de quibus conficiendis exponemus rationem, quando ad ipsa accesserimus.*

Et vtraque coniecta sunt a nobis in finem huius Tractationis, ne, si vt cum primum ea elaborauimus, interiecta manerent Euentilationum corpori, totū illud redderetur iteratis digressionibus discontinuum. Munieramus ad eas viam intra ipsum, sed postea suscepimus hoc consilium, & imposuimus Parergorum nomen, quod non requirit tam strictum cum antecedentibus nexum. Vt cumque sit, nos hæc Parerga, non inutilia publicæ causæ Societatis, & priuatæ nostræ, in lucem damus vnâ cum Euentilationibus de Scientia Media.

PARERGO I.

CONTINENS DEFENSIONEM SOCIETATIS IESV ADVERSVS QVENDAM MODERNVM.

Agitur de defectu Chori in Societ. de aliquorum dimissione ex ea; diciturque nonnihil de duobus ex ea Scriptoribus.

1392



eandem canit cantilenam *tomo 1. de Residentia sacra Lib. 5. Ref. & Subres. 3. num. 13. & seqq. pag. 210. & 211.* Adoritur velitari cum P. Suarez liberante à calumnia defectum illum; nihil tamen adducit, quod ab Eximio Doctore non fuerit dexterè extricatum: quare ego supersedeo à noua defensione. Vellem tamen scire, quare & negotio Hurtadi sit, quod Societas haberet, necne, Odium. Cur hæc cura ipsum sollicitat? Certè id est in alieno Choro pedem ponere; vt si ego assumerem (quod absit) prouinciam terribendi contra breuem Chorum in Sacra Religione PP. Clericorū Minorum, & contra eius defectum in suis Collegijs, nisi ad Dominicos, & festos dies, qui ex præcepto seruantur,

CCINVERAT morosè alibi Thomas Hurtadus contra defectum Chori in Societate; sed rursus

necnon contra Religiosorum ad Chorum deputatorum exemptionem à recitando Officio Canonico priuatim, si non sint constituti in Sacris, & contingat non adire Chorum, sic enim obtentum esse consuetudine in ea Sacra Religione testatur alicubi Hurtadus eius alumnus. Qui cum *in tom. 2. de Ecclesiasticorum congrua sustentatione appendice 1. num. 825. pag. 282.* fateatur, Sacram suam Religionem [habere multa ex peculiari, & indiuiduo suo Instituto, quæ cæteræ omnes ex suo non habent,] potuisset tolerare Odium defectum in Societ. ex suo Instituto peculiari, atque indiuiduo.

1393 Vbi non possum non grato animo meminisse Sanctissimæ, & Obseruantissimæ Religionis Carthusianæ, quæ cum in Choro, & seculi dilissima sit Societati, tamen in approbando, & laudando nostro viuendi modo quàm generosè se gesserit, quàmque procul à contentione, testatur Historiæ nostræ *parte 1. Lib. 4. n. 106. & 107.* necnon fœdus spirituale, comunicatioque piorum exercitiorum

rum iusta inter vtrumque Ordinem ex ipso initio nostri nascentis, nuncque inuoluntè vigens cum magna animorum contentione. Vnde ad VV. Carthusienses PP. possumus qui è Societate sumus, & ob salutem, perfectionemque proximorum Choro, & solitudini non incedimus, dicere quæ S. Augustinus, pastoralibus curis occupatus, ad Monachos Insulæ Caprariæ *Epist. 81.* Quando quietem vestram cogitamus, quam habetis in Christo, etiam nos, quauis in laboribus varijs, asperisque versemur, in vestra charitate requiescimus. Vnum enim corpus sub vno capite sumus, & vt vos in nobis negotiosi, & nos in vobis otiosi sumus. Quia si patitur vnum membrum, congaudent omnia membra. Admonemus ergo, & petimus, & obsecramus per Xpi altissimam humilitatem, & misericordissimam celsitudinem, vt nostri memores sitis in sanctis orationibus vestris, quas vos vigilantiores, & magis sobrias habere credimus. Nostras enim sepe sauciat, & debilitat caligo, & tumultus secularium actionum, quas etsi nostras non habemus; eorum tamen, qui nos angariant mille passus, & iubemur ire cum eis alia duo, tanta nobis ingeruntur, vt vix respirare possimus. Credentes tamen, quod ille, in cuius conspectu intrat gemitus competitorum, perseverantes nos in eo ministerio, in quo dignatus est collocare, cum promissa mercede, adiuuantibus orationibus vestris, ab omni angustia liberabit. Sic S. Augustinus ad prefatos Monachos, & cum ipso nos ad VV. Carthusianos.

1394 Porro ex doctrina ipsius Hurtadi ostendere libet, debuisse abstrahere se ab impugnando Chori defectu in Societate. Nam ipse *tomo 1. de Congrua Ecclesiasticorum sustentatione Lib. 2. num. 486. pag. 113.* agens de quinto simplici voto Professorum Societatis dixit contra Zachariam Pasqualigum, non posse iustineri eius assertum in *Decisione 279. & 280.* de illius voti inualiditate, & mouetur, quia [illud votum est approbatum à Sede Apostolica: Dicere autem, quod Sedes Apostolica confirmavit fieri votum, quod est ex se inualidum, & frustratorum, certè quidem non est tutum affirmare, & non vacat temeraria audacia.] Ita ille. Qui timere potuisset eandem censuram contra se reprobantem defectum Chori in Societate, confirmatum à Paulo III. in

Bulla *Exposcit debitum*, anno 1550. à Gregorio XIII. in Bulla *Ex Sedis Apostolicæ*, anno 1573. Debuissetque conscius esse præcepti lati ab hoc Pontifice in Bulla *Ascendente Domino*, anno 1584: vbi inquit, *Præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub poenis excommunicationis latæ sententiæ, necnon inhabilitatis ad quouis officia, & beneficia secularia, & quorūvis Ordinum regularia, eo ipso, absque alia declaratione, incurrendis (quorum absolutionem nobis, & successoribus nostris reservamus) ne quis, cuiuscumque status, gradus, ac præminentie existat, dictæ Societatis Institutum, Constitutiones, vel etiam præsertes, aut quæuis earum, vel supradictorum omnium articulum, vel aliud quid supradicta concernens, quouis disputandi, vel etiã veritatis indagandæ quæsito colore, directe impugnare, vel eis contradicere audeat.* Idem præceptum repetitur à Gregorio XIV. in Bulla *Ecclesiæ Catholice*, anno 1591.

1395 Et vtriusque Pontificis Decreta expendunt luculentissimè contra Pasqualigum, consequenterque contra Hurtadum Eminētissimus Cardinalis Sfortia Pallavicinus in *Vindicationibus Societatis Cap. 36.* & quatuor sequentibusque Ioannes Rho in *Achate aduersus Pseudo-Constantini Caietani libellum parte 1. ex pag. 70. usque ad 102.* Videantur etiam Bonacina *tomo 3. de Excommuni. in particulari Disp. 2. q. 2. punct. 35.* Valentinus Mangionius in *Opusc. de Religiosa paupertate non excludente rerum dominium parte 4. Sect. 3.* Nec plura de defectu Chori in Societate; de quo iam tractauimus *ex num. 1381.* & in *Disp. 17. de Sacrificio Missæ ex num. 122. usque ad 128.* contra eundem Hurtadum. Consulanturque Antonius de Valconcellos *Lib. 6. de Angelo custode Cap. 7. parte 4.* Ioannes Rho in *Interrogationibus apologeticis ad I. Baptist. Castaldum Interrog. 14. ex num. 13. usque ad 18.* Laurentius Forerius *Animaduersione 4. in Astrologiam Scioppij.*

1396 In *tomo 2. de Residentia sacra* scribit acide Hurtadus aduersus Societatem ob expulsionem Religiosorum, qui idonei non sunt; atque *Lib. 3. pag. 510.* [magna se angustia difficultate (ac si parturiret) & velle, vt Sedes Apostolica ab Spiritu sancto directa moderamen poneret, quo dimissorum sic crescens numerus frangeretur, minuereturque, et quo re-

formaretur modus eiiciendi.] Ex usu enim Societatis sequuntur Inconvenientia, quæ ipse longo ordine refert. Sed de quibus Societas non curabit, quousque ipse dicat nobis, cur in sua Communitate non emendet defectum vestitarii communis, deploratum ab ipso tristissimis simulatibus, eoquod sit expositus quatuor non parvis inconuenientibus, quæ expendit *tomo 1. de Ecclesiasticorum congrua sustentatione Lib. 4. ex num. 156. pag. 233.* Quare cum videamus, huic Scriptorem tam facilem esse, ut causetur Inconuenientia, eaque plura, & graua in rebus suæ Communitatis, non est, cur serius Lector miretur, si loco respondeamus ad illa alia somniata contra nostrum Institutum, & vnum quoad expulsionem Religiosorum non professorum, iustis interuentibus causis. Præterea rationes Hurtadi necessitatem non imponunt tractationis seriæ. Qui tamen hanc desideret, consulat inter alios Eminentissimum Cardinalem Sfortiam Pallauicinum *Cap. 17. Vindicationis Societatis*, Ludovicum Richeomum *in Expositatione Apologetica ad Henricum IV. Francorum Regem pro Societate IESV Cap. 65. & duobus seqq.*

1397 Iudicio quidem Gregorij XIII. Pontificis Maximi in Bulla *Ascendente Domino*, data anno 1584. nihil est magis necessarium ad nostræ Religionis conseruationem, nihilque magis ab eius exordio prouisum, & post experimento comprobatum, quàm remedium illud dimissionis. Adhibetur autem summa cū maturitate, & seruatis exactissimè ijs, quæ S. Parens Ignatius præscribit *in Examine generali, & in Constitutionibus*, quas si quis extraneus legat, non poterit non, si prudens sit, & nulla ductus vehementi animi affectione, vel hinc maxime laudare Institutum Societatis, normamque suæ gubernationis. Et sic sæpe audiui viros religiosissimos, atque sapientissimos aliorum Ordinum laudantes, propèque inuidentes nostro facultatè ad expulsionem, relaxata obligatione votorum in non professis: quæ relaxatio ipsis expulsis est commodior, ut aiebat Gregorius XIII. *suprà.* Et vltimam qui ob mores domitu difficiles, imò & incorrigibiles dimittantur, postea in sæculo non adeò probatas alijs

facerent expulsionis causas! De cæteris verò non est necesse, ut nos respondeamus, ipsi enim id pro Societate præstabant, si interrogentur.

1398 *Tomo 2. de Ecclesiasticorum congrua sustentatione Lib. vlt. num. 96. & 97. pag. 193.* scribit Hurtadus, [Siquis vi, aut fraude occasione det, & veram causam ponat, ut Societas IESV ipsum eiiciat, causa cognita re ipsa existere, ut si quis ex intentione ut eiiciatur, furtum committat, aut Religiosum percutiat, aut inobediens sit, quibus delictis cognitis eiicitur à Societate, cum illa voluntariè eum eiiciat, qui ipsam non fraudat in causa, manet liber à votis simplicibus, etsi mortaliter peccauerit, non solum in delictis, quæ commisit, sed ex intentione, qua ipsa commisit.] Sic ille. Sed omnino fallè quoad liberationem à votis simplicibus nam Congregatio VII. Generalis *Can. 22. §. 4.* declarat contrarium per hæc verba, *Quicumque è causis aut non veris, aut si veris, è grauibus delictis ea mente perpetratis dimissionem impetrarunt, certò sibi persuadeant, nullo se modo tutos in conscientia fore; omnemque hanc facultatem in conscientia foro irritam; ac nullam esse; omnibusque se Apostatarum pœnis, ac censuris subiacere. Quæ res in exteriori foro constitutis, poterunt Superiores in illòstantquam in veros Apostatas, iuxta Societatis priuilegia, & Sacrorum Canonum dispositione, procedere.* Ita ibi *ex Decreto 22. §. 4.* Et is est animus, voluntasque Præpositi Generalis Societatis, cum dimissionem concedit, nisi fortè exprimeret contrarium. Quare potuisset Hurtadus temperate sibi à tam notabili pruritu tractandi de rebus Instituti nostri, in quo est adeò peregrinus, vel potuisset legere Thomam Sanchez *Lib. 6. Summa Cap. 9. num. 66.* Laymanum *Lib. 4. Tract. 5. Cap. 9. num. 13.* Castrum Palaum *Tract. 16. Diss. 4. puncto 20. num. 10.* Pellizarium *in Manuali Regular. Tract. 3. Cap. 5. sect. 1. num. 28.* Lezanam *Consulto 33. num. 8.* Bonacinam *de Clausura quasi. 2. puncto 12. §. 1. num. 13.*

1399 *N. 98. & 99. pag. 193.* dicit Hurtadus, [Professi quatuor votorum in Societate IESV, si expellantur ex ea, debent expelli iuxta formam Vrbana, sunt enim legitimè professi.] Formam autem Vrbana continetur in

in quodam Decreto Sacre Congregationis Cardinalium Interpretum Concilij Tridentini edito ad annum 1624. 21. Sept. de mandato Vrbani VIII. Redigiturque ad id, ut nullus legitimè professus eiici possit, nisi sit verè incorrigibilis, & ad alia, quæ ibi traduntur. Inculcat Hurtadus idem ipsum *tomo 2. de Residentia sacra Lib. 5. pag. 506.* Sed quicquid sit, an si quis professus Societatis eiiciatur ex ea ob incorrigibilitatem, seruari debet totus tenor præfati Decreti? aut alijs de causis, quam incorrigibilitatis, posse è Societate expelli Religiosum professum, docent Pellizarius *suprà, Tract. & Cap. 8. sect. 2. num. 41. & 42.* Diana *p. & Tract. 9. Ref. 57.* Cuius veritatis probatio non est huius loci; & cordatò cuius sufficere scire, ita esse in præfati Societatis post illud Decretum, acientibus, & videntibus Pontificibus Summis.

1400 *Ex num. 171. pag. 199.* mordicus contendit Hurtadus, Societatem IESV tenere alere expulsos Clericos in Sacris post simplicia vota benedicti emissa. Concluditque *in num. 178. pag. 200.* [Si Iudex essem, cogere Societatem ad præfata congruam sustentationem exhibendam tam Sacerdotibus, quam alijs ordinatis Ordine sacro, si alias non habeant sufficientem ex suorum Ordinum exercitio, & ex alijs honestis ministerijs Sacerdotibus, & in Sacris constitutis conuenientibus, ut si sint omnino impediti, ita ut non possint alijs attendere: quod est valde notandum.] Hæc ille. Sed à nobis multæ sunt gratiæ Deo referendæ, quod Hurtadus non fuerit Iudex constitutus super nos, cogeret namque ad onera graua, & importabilia. Illud autem, *si Iudex essem*, auditur à me tanquam somnium, liceatque mihi dicere, *Numquid Rex nosseris, aut subyicemur ditioni tuæ?*

1401 Non nego, Hurtadum non esse singularem in imponenda Societati eà obligatione, sequitur enim alios relatos à Diana *p. 10. Tract. 11. Resol. 68.* qui adducunt quandam Declarationem Cardinalium; de qua an extet, & an authentica sit? vult Diana, ut consideretur, nec non quid asserant Superiores Societatis. Nam in huius fauorem adsunt valida argumē-

ta proposita à Fagundez *tomo 2. in Præcepta Decalogi Lib. 7. Cap. 6. num. 3.* ab Eminentissimo Cardinali Sfortia Pallauicino *Cap. 34. Vindicationum Societatis*, & antea à Congregatione VII. Generali eiusdem Societatis Decreto 3. Et hætenus de dimissis ex ea; de quibus nimium sollicitus est Hurtadus,


1402 *Tomo 2. de Residentia sacra pag. 555. & 561.* acerbè, & illiberaliter impetit Hurtadus Iosephum Gibalinum, & Theophilum Raynaudum; Scriptores egregios Societatis. Sed potuisset agere vrbanius cum Gibalino ræquam cum insigni benefactore, nam quæ habet *pag. 532.* de inceptorum veterum Instituto, & quæ tradit *ex pag. 539. usque ad 554.* de pœnitentia solemnè antiqua delumpit ex illo quoad substantiam, tametsi non de verbo ad verbum, ut monstrant tot stribilligines, & incōcinnitates, quibus scaturit, & deformatur Hurtadiana oratio. Præclaram porrò speciem, & excusationem præterdit Hurtadus, ut cum Theophilo subringatur, quasdam videlicet Epistolas, in quibus Theophilus ad amicum scribens loquitur piperate, & false de Hurtado: quas ve gratis ad mittamus non esse suppositas, morsus momordit Theophilus; & aliquis candido pectore monuit de eis Hurtadum, misitque ipsarum exemplar, ut aduerteret, non iri à se insultatum mortuo leoni. Rem dignam prudētia geisisset Hurtadus, si dissimulasset, quandoquidem Epistolæ non prodierant in publicum. Depono curam respondendi pro Gibalino, viuit enim adhuc, nec indiget auxilio alieno; probumque in artificem incidit proba materia, à quo scite tractabitur, si eius habendam esse rationem iudicet. Raynaudus iam peregrit vitæ periodum, sed eius nominis famam nulla delebit obliuio. Scripsit mihi non diu ante mortem, se iam satis explevisse postulationes Hurtadi. Abiicio etiam sollicitudinem satisfaciendi censuris in laudibus, quibus passim sententias multorum è Societate Doctorum iuvit, ac velut carbone notat, id enim exposcebat longissimam tractationem, & nunc vindicare tantum decrevi communem causam nostri Ordinis.

PARERAGON II.

CONTINUATIO EIVSDEM DEFENSIONIS.

Num qui in Societate emittunt simplicia vota biennij, possint impune dici Religiosi ex privilegio? Num ordinariè vnus, idemque multas faciat in Societ. professiones? Num omnis opinio S. Thomæ infallibili potatur probabilitate? Referuntur tres, quæ iam non potiuntur. Num dominij retentio, quæ cum præfatis votis componitur, faciat, vt frigidæ voces meum, & tuum usurpare valeant Religiosi illi, & vt appellari queant pauperes ex privilegio? Repudiatur prava intelligentia Institutæ Societ. circa stipendiorum pro ministris spiritualibus prohibitionem.

1403



HOMAS Hurtadus tomo 1. de Ecclesiasticorum congrua sustentatione emittentes in Societate

vota simplicia biennij sepe nominat Religiosos ex privilegio, & indulto Pontificio. Quomodo nominare modo non magis licet, quam quosvis alios Religiosos professos siue eiusdem Societatis, siue alterius Religionis; quatenus approbatio Religionis, in qua fiant tria vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ, dicatur privilegium, indultumque Pontificiam. Vel si fas non est, professos vocare Religiosos ex privilegio, & indulto Pontificio, similiter neque fas erit sic appellare emittentes in Societate vota biennij, vt optinere notavit Basilus Poncius Legionensis p. 1. Var. Dissp. q. 3. Scholastica Cap. 4. §. Ceterum pag. 151. Nam Gregorius XIII. in Bulla Ascendente Domino, anno 1584. declaravit, tum esse verè, & propriè Religiosos, tum ubique semper, & ab omnibus censeri, & nominari debere, non secus atque ipsos tum Societatis, tum quorumvis aliorum Regularium Ordinum. Et Pius V. anno 1571. in Bulla incipiente Dum indefessè, declarauerat, Scholares, aliosque non professos Societatis, post tria vota fuisse, esse, & fore verè, ac propriè Religiosos mendicantes, sicut sunt aliorum mendicantium Ordinum Religiosi. Et Concilium Tridentinum sess. 25. Cap. 16. de Regular. Societatem vocat absolutè Religionè Clericorum, nulla facta distinctione graduum, personarumque, ex quibus illa

coalescit. Quare tacitè in numero verè, & propriè Religiosorum comprehenderit eos, qui in illa post biennium emittunt vota solùm simplicia; sicut sunt verè Religiosi, qui in alijs Religionibus post annum profitentur, de quorum tempore profitendi cum ageret; excepit Nostros, inquit, se non intendere aliquid innouare, aut prohibere circa pium nostrum Institutum, à Sancta Sede Apostolica approbatum. Basilus autem Legionensis supra motus autoritate Bullæ Gregorij XIII. scripsit, [Nō ergo quitquam Catholicus, & qui de litteris Pontificijs bene sentiat, affirmabit, Religiosos Societatis esse ex privilegio Religiosos, cum ex definitione Pontificis non secus Religiosi sint, ac eiusdem Ordinis professi. Sic Basilus. Videatur etiam Martinus Perez Dissp. 26. de Matrim. sect. 7.]

1404 Quod autem Hurtadus illo nomine Religiosorum ex privilegio tam frequenter vtatur, vitium est cuidam, cuius ipse meminit Lib. 2. n. 364. pag. 103. [velesse, nihil dicere, vel si aliquid dicitur, prolabi in hæresim, quia non est magis, nec melior Religiosus, qui habet vota solemnia, quam qui simplicia in Religione approbata: sicut si Deus ad alicuius Sancti petitionem produceret alium Solem, inscius esset, qui diceret, talem Solem esse ex privilegio, aut quod duceret ex indulto.] Alijs vitium est, nomenclaturam Religiosorum ex privilegio sapere eam, qua aliqui vocantur nobiles ex privilegio Regio, discernunturque à nobilibus ex sanguine, & origine, atque adeo non sunt verè, ac propriè

priè nobiles, aut non tam verè, & propriè, quam qui sunt nobiles illo alio modo. Conatur Hurtadus in loco proxime allegato defendere eum modum loquendi, & defensio reuocatur ad nouas dicas aduersus Societatem; quas in minimis ponere apud me statui.

1405 Sed non potui continere risum, cum legi in num. 363. [Qui solùm emiserunt vota simplicia (etiã dum perseverant in Societate) nisi solemnia vota faciant in vltima, quam ipsi dicunt, professione, non sunt Religiosi ex vi status.] Nam quis non rideat audiens, nos diltinguere multas professiones, quæ ab vno Religioso fiant ordinariè in Societate?

1406 Inserit ibidem Hurtadus num. 375. pag. 14. omnem opinionem S. Thomæ habere infallibilem probabilitatem, & remotionem a celsura, comitenditque expressè opinionem de Conceptione B. Virginis in peccato originali. Doctrina Angelici Doctoris non indiget his exaggerationibus, & opinio illa (si fuit constanter S. Thomæ) libera quidem tunc est à nota hæresis, temeritatis, & peccati mortalis, sed quod habeat infallibilem probabilitatem, præsertim post Constitutionem nuper editam à SS. D. N. Alexandro VII. Papa, & post attestationem ipsius de omnium ferè Catholicorum contrariò sensu, & quasi pacifica fidelium in eo possessione, persuaderi multis non poterit. Et suo tempore scribebat P. Suarez tomo. 2. in 3. p. Dissp. 3. sect. 6. v. Dico tertio, [Oblervandum est, falso Medina hoc loco docere, Ecclesiam, vel Pontifices tradere hanc opinionem esse probabilem; nunquam enim hoc dicunt, sed solùm non esse erroneam, neque esse peccatum mortale, illam asserere. Quod valde diuersum est. Adde, quod vno tempore est probabile, discursum temporis posse improbabile fieri.]

1407 Quæ additio exemplis confirmata à Christophoro Gillio Lib. 1. Comment. Theologicar. Tract. 7. Cap. 13. num. 2. & ab Araujo 1. p. Dissp. 2. de Attributis Theologiae dub. vlt. num. 34. fuit mihi non raro ad vsum inter legendum S. Thomæ. Sit in specimen: Quidam Doctores Iuris referuntur sine nomine, & improbantur à B. Alberto Magno in 4. Dissp. 8. art. 10. qui

dicebant, ieiunium requisitum ad summationem Eucharistiæ saluam matere post bibitionem solius aquæ. S. Thomas ibidem, quest. 1. art. 4. quasiuncula 2. ad 2. conscius asserti eorum Doctorum scripsit, Alij probabilis, & securius dicit, quod etiam post aquæ potum corpus Christi sumendum non est. Quæ verba traseruntur sine distinctione à Carthusiano ibidem quest. 2. cum tamen equum fuisset aduertere, pro tempore Carthusiani, sicut & pronostio, sententiam illorum Iurisperitorum non habere probabilitatem, securitatemque vllam; quicquid fuerit pro ætate S. Thomæ, qui cum dicit, Alij probabilis, & securius, ponens comparativum non excludit, sed potius includit positivum. Notanter polui, quicquid fuerit pro ætate S. Thomæ; nam & pro tunc valde urgebant Canones Conciliorum, & testimonia Patrum collecta à me in Dissp. 22. de Sacrif. Missæ num. 46. & in Dissp. 29. n. 296. annumerandaque est eis testimonij Glossa ad C. Nihil contra, v. Minimum 7. q. 1. loquens speciatim de potu aquæ solius, & Rupertus Lib. 10. de diuinis Officijs Cap. 18.

1408 Subiçio aliud exemplum: S. Thomas in 4. Dissp. 45. quest. & art. 2. quasiuncula 1. in Corp. ait, tutius esse simpliciter dicere, quod suffragia non profunt damnatis. Transcripsit S. Thomam Ioannes Baptista Corradus in Responsis casuum conscientie quest. 264. At votus in Dissp. illam, quest. & art. sub Conclusionem aduertit, [etiam S. Thomas moderate dixerit, tutius esse simpliciter dicere, quod suffragia non profunt damnatis, nec pro eis Ecclesiam orare: asserentibus tamen iam nunc asserenda est conclusio vel tanquam Catholica, vel tanquam Catholica proxima saltem de lege communi.] Cum Sorob convenit Ioannes Martínez de Prado 3. p. quest. 83. dub. 11. §. 5. num. 39. Quare in præfatis asserto S. Thomæ aliquid etiam condonandum est tempori, nam quod ipse dixit, esse tantummodo tutius, & suo tempore non nisi statum maioris securitatis obtinebat iudicio S. Thomæ, hodie non videtur, salva Fide, negari posse iudicio Soti, & Martinij Non ergo quicquid dixit S. Doctor, habet infallibilem probabilitatem sempiternam.

1409 In eodem tomo 1. Lib.

3. ex pag. 170. dissentit Hurtadus, an sit contra votum paupertatis in Societate receptio stipendij pro Missis, & ministerijs alijs spiritualibus sui Instituti; ut esset in eis Domibus professis admissio reddituū ad sustentationem; aut ad quodvis aliud? Respondet negativae, nec improbabiliiter: & ita cēsent nonnulli, quos allegavi in *Disp. 31. de Sacrif. Missae num. 123.* quibus adiungo Gibalinum *quæst. 18. de Simonia, Consecrariis num. 2.* Multa tamen, quæ ibi adducit Hurtadus, sunt satis aliena à nostri Instituti notitia.

1410 Sed illud improbabile prorsus est, quod de facto contra paupertatis votum non peccetur in Societate, si accipiatur stipendium in quantitate graui pro officijs prædictis. Nā et si nostræ paupertatis votū nō habeat pro materia directa exclusionē talis stipēdij; tamē ut pro indirecta habeat, facit prohibitio proposita in Constitutionibus, & negata in V. Congregatione Generali facultas ad illud adquirendum de Præpositi etiam Generalis licentia, aut dispensatione, ut docent omnes Nostrī citati *suprà, num. 125.* & cum eis Gibalinus *suprà, num. 3.*

1411 At inquit Hurtadus, ad huiusmodi statutum, contrarium praxi Ecclesiæ, & Iuri communij, opus fuisse expressa Papæ facultate, quam Societas non habuit. Est id tam aperte falsum, ut me pueret itererelongū tempus in refutatione. Quare tantum dixerim, si Constitutiones Societatis designarunt pro materia directa voti paupertatis exclusionē stipēdij, cōditas cōfirmatasq; fuisse auctoritate Summōrū Pontificum. Si verò ex adempta per Congregationem V. Generalem potestate ad comparandam stipendiū reddatur adquisitio illicita indirecte contra votum paupertatis, concessisse Sedem Apostolicam Societati, ut in suis Congregationibus Generalibus statueret illa omnia, quæ deseruirent ad perfectiorem obseruantiam trium votorum paupertatis, castitatis, & obedientiæ iuxta ipsius Constitutiones. Omitto suppositionem non vndeque verā de contrarietate cum consuetudine Ecclesiæ, & Iure communi, nam de hoc puncto iam egi *ex num. 1384.* Prætereo etiam alia cōtendentia, ut imminuant perfectionem à So-

ciet. intentam sincerè in stipendij remotione, & approbatam pluries ab Apostolica Sede, & præsertim in typo, seu formula Instituti nostri oblata Iulio 3. Papæ anno 1550. quæ est auctior, quàm quæ oblata fuit Paulo 3. Papæ, anno 1540. qua in anteriori nihil dicebatur de non receptione stipendij.

1412 Cum autem Hurtadus infert *num. 414.* Religiosum Societatis Sacerdotem, qui obtinuerit licentiam à Superiore accipiendi ex Sæcularibus Regales viginti v. g. ad vltus honestos, fore, ut licitè compararet eā pecuniarum summam ex stipēdio Missarum, aut prædicatione verbi Dei, opponitur veritati manifestissimæ, & sibi ipsi Hurtadus, dixerat namque *in num. 409.* [Si particularis sine licentia sufficiente recipiat, dubio procul contra paupertatem peccat, estque voti transgressor.] Sic ille. Et quidem in Societate licentia ad accipiendum ex Sæcularibus Regales viginti pro vltibus honestis non est sufficiens, ut licitè accipiantur in stipendium functionum spiritualium, siquidem nec Prælati Localis, nec Prouincialis, imò neque Generalis possit licitè dare talem licentiam. Mihi in Hurtado mira hæc non sunt, cum audio ipsum de se referentem *initio tomi*, quod lecto decumbēs, expectansque Chirurgum ad venæ talaris incisionem assumpserit calamū, & velociter scripserit. Necessaria est bona valetudo, multaque matritas, & consideratio, ut apte, & discretè liber aliquis elaboretur, atque ut probabilia sint, quæ in lucem publicam euolgentur.

1413 In *inslem tomi Lib. 3. n. 433. pag. 176.* agens Hurtadus, an in voto paupertatis detur leuitas materia? Infarcit animadversionem de Religiosis Societatis non professis, neque formatis, qui cum retineat dominium, & proprietatem bonorum suorum ex priuilegio Apostolico, possunt verè dicere, *Hæc domus mea est*, & usurpare inuicem frigiditas illas voces *meū, & tuum*, quæ apud priecos Religiosos tam malè audiebant, ut multis probat exemplis Maximilianus Sandæus in *Pedia litterati Christiani Comment. 6. §. 3.* Verumtamen si id esset crimen in viris Societatis, erit multò maius in ipso Hurtado non habente priuilegiū Apo-

Apostolicum, vocare se *Proprietarium* Moderatorem Cathedræ primariæ in Vniuersitate Hispalensi. Veteres porro Religiosi, quando refugiebant dicere *meum, & tuum*, non tam abhorrebant dominium bonorum, quàm vsū sine facultate Superioris; sine qua est etiam illicitus in Societate. Estque verissimum effatum illud Theodorici Cancellarij Colonienſis relatum ex Carthusiano à Suario *tom. 4. de Relig. Tract. 10. Lib. & Cap. 4. num. 13.* [Magis nocet Religioso vsus peculiij sine proprietate, quàm proprietatis sine vsu.] Et hæc quidem; seu iure; & dominio bonorum suorum Religiosi primorum sæculorum nō se spoliabāt; ut multis probatum videre potuisset Hurtadus in Basilio Pontio Legionēsi *quæst. 3. Scholastica Variarum, & Lib. 7. de Sacram. matrim.* Deuissetque ipse scire, amitti in Societ. dominium bonorum, quando eorum sit renuntiatio; & ut hæc fiat, non esse opus expectare tempus professionis, aut coaptationem in gradum formati Coadiutoris spiritualis, vel temporalis; quin potius solitam fieri multo antea, sepeque ante ingressum in Religionem; sepe paulò post, debereque fieri post vnum ab ingressu absolutum annum, quandoque per Superiorem fuerit iniunctum, & non posse prorogari vltra quadriennium, nisi dispensante Præposito Generali, & ex graui causa, interimque debere committi alteri administrationem bonorum ex designatione Præpositi Prouincialis. Quæ om-

nia cōstāt ex Examine generali *Cap. 4. §. 2. & 3.* ex Constitutionibus parte 3. *Cap. 1. §. 7. parte, & Cap. 4. §. 3. lit. E. parte 8. Cap. 2. §. 11. lit. H.* ex Congregatione VII. Generali *Decreto 17.*

1414 Num. 703. pag. 198. ait Hurtadus de Religiosis illis Societatis non professis, nec formatis [an verè sint pauperes ex natura rei? Alij iudicent. Ego quidem iudico, quod sicut sunt verè Religiosi ex priuilegio Pontificis, ita ex eodē sint verè pauperes.] Sed quid indicandum alijs relinquat, non est facile intellectū. Anne qui putet, non esse verè pauperes ex natura rei; censebit esse de potentia Dei absoluta? Nec facilius est intellectu, quid ipse velit significare per pauperes verè ex priuilegio Pontificio, quandoquidem istud non possit reddere pauperes verè eos, qui per se ipsos non sint verè pauperes. De exemplo, quod assumit, dixi iam *in hoc Parergo.* Et nunc addo, cum ex iure tantum Ecclesiastico iuxta *Cap. Quod votum de Voto, & voti redemptione in 6.* & iuxta Constitutionem Gregorij XIII. incipientem *Ascendente Domino*, cōueniat solemnitas votis nūcupatis in Religione approbata; & ex eodem iure cōpetat simplicitas (ut ita loquar) votis Religiosorum non professorum, nec fornicatorum factis in Religione approbata Societatis, possē eodem modo, vel nō; vocari Religiosos ex priuilegio Ecclesiastico ceteros professos siue Societatis, siue aliarum Religionum.

PARERGON III. PROSEQVVTIO EIVSDEM DEFENSIONIS.

Liberatur à falsitatis calumnia processus, & finis causa inter Illustrissimum, Reuerendissimumque Dominum Episcopum Angelopolitanum, & Patres Societatis commorantes in illius Diocesi. Estimatio illius de Instituto Societatis; & propè finem vite fauor erga viros ex ea restatus fit multis illius Epistolis.



OMO 2. de Ecclesiasticorum congrua sustentatione in *Appendice 2. ex p. 322.* Hurtadus transcribit processum, & finem causæ Angelopolitane cum Breui-

SS. D. N. Innocentij X. Papæ petito ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Ioanne de Palafox Episcopo Angelopolitano, & per duplicatum repetito à RR. PP. Societatis IESV Diocesis Angelopolitane, confirmante nonnullas Declarationes à S. Congregatione

specialiter deputata à SS. D. N. emanatas, petitas ab utraque parte; necnō cum Monitorijs super obseruatione dicti Breuis; & insuper cum facto concordato ex commissione S. Congregationis, & Epistola ab eadem S. Congregatione post factum concordatum dicto D. Episcopo ad fauorem PP. scripta. Qui processus impressus est Romæ ex Typographia R. Camere Apostolicæ die 5. Nov. anno 1653. Superiorum permittu; impressus est etiam *tom. 4. Magni Bullarj Romani ex pag. 291. editionis Lugdunensis anno 1655.* Hurtado verò nihil non molitur, vt eum arguat falsitatis, sic enim putauit fore, vt minus benè existimaretur de Societatis iure à Lectoribus suorum Operum, in quibus sapitissime iterat causam Angelopolitana, Breueque Pontificij editum circa illam. Et *tom. 1. Lib. 5. ex num. 622. pag. 307. usque ad num. 912. pag. 333.* latè confutare aggreditur sapientissimum, & piissimum Ioannem Baptistam Lezanam, qui in *40. Consulto* candidè aperuit, & doctè declarauit, quid D. Episcopo Angelopolitano, quid Religiosis Societatis, & aliorum Ordinum eius Diocesis faueret; ipseque met Hurtadus *p. 2. Resolutionum Moralium Tract. 12. num. 2149. pag. 454.* similem temperantiā seruauerat.

1416 Mei animi non est, cōsumere tempus inculcādo causam terminatam iam, & sopitam, tamen si facillimum foret ostendere manifestè, processum illum esse prorsus conformem veritati; nec aliud prudens quique iudicare poterit, qui noscat, fuisse editum Romæ coram Pontifice Summo, & Congregatione Sacra Cardinalium, à quibus ea causa fuerat dirempta illo anno. Dixerim tantum in summa, obiectiones Hurtadi contra quatuor conclusiones processus, illatas ex facto concordato, & præinserto, reuocari ad discordiam Breuis Pontificij cum eis. Exempli gratia, conclusio 1. ita se habet, [Patres Societatis nunquam prætenderunt audire confessiones, & prædicare absque licentia D. Episcopi in Diocesi Angelopolitana, vel sine licentia antecessoris, & in vim priuilegiorum.] Huic conclusioni è diametro opponi Summum Pontificè in suo Breui, ait Hurtadus, quia in Bre-

ui dicitur, [Cum, sicut accepimus, aliqua fuerint ortæ differentie inter V. F. Ioannem Episcopum Angelopolitanum, siue Populi SS. Angelorum in Indijs Occidentalibus ex vna, & Dilectos filios Clericos Regulares Societatis Iesu partibus ex altera de, & super munere prædicationis verbi Dei tam in proprijs eorundem Clericorum Regularium, petita solum Episcopi benedictione, quam in alienis Ecclesijs, petita, & obiecta ab eodem Episcopo Diocesano licentia exercendi, necnon super confessionibus Laicorum audiendis præiudicium examine, sine approbatione eiusdem Episcopi Diocesani, quæ dicti Clerici Regulares in vim priuilegiorum prædictæ Societati Apostolicæ auctoritate concessorum sibi proprio iure licere prætendebant.] Quibus exaratis inserti Hurtadus, [Ergo falsa est omnino prima conclusio, quod PP. Societatis non prætendebant in vim suorum priuilegiorum relata sibi iure licere.] Non intulisset id Hurtadus, si in processu aduertisset, Procuratorem Societatis pro Mexicana Prouincia contradixisse narratiuæ circa factum contentæ in prima parte Breuis, conquestumque fuisse de eiusdem narratiuæ falsitate, licet resolutiones Breuis, abstrahentes à facto ex aduerso supposito, semper tanquam iustissimas fuerit amplexatus: constat autem ex toto processu iustificatio contradictionis præfata.

1417 Quod si Societatis PP. Diocesis Angelopolitana in aliquo errauerint inter tot procellas turbati, intentio saltem fuit bona, & non absque fundamentis tunc temporis probabilibus; nec ipsi soli fuerunt, qui à D. Episcopo dissenserint, sed & alij Religiosi eiusdem Diocesis, etsi tempestas præcipue mota sit aduersus PP. Societatis, vt notat Amadeus Guimenius *prop. XV. ex Tract. de Fide;* ipseque Thomas Hurtadus *tom. 1. Lib. 5. num. 673. pag. 312.* dixerat, Breue præfatum non fuisse receptum in Indijs Occidentalibus. Quæ narratio si vera est, confirmat manifestè notationem Amadei. Atque hoc est veluti infortunium nostrum, vt siue dissentiamus, siue assentiamus DD. Episcopis, displiceamus Hurtado, alijsque non bene affectis erga nos.

1418 Illustrissimus D. D. Christophorus de Lobera, Episcopus Cordubensis, veruit, ne Regulares audirent confessiones, aut prædicarent sine sua licentia, aut approbatione, tamen si iam eam haberent in illo Episcopatu. Resistunt omnes alij Regulares, exceptis PP. Societatis; vt refert ipse Hurtadus *tom. 1. Lib. 5. num. 700. pag. 314.* Improbans factum nostrum. Illustrissimus etiam D. D. Franciscus Antonius Diez de Cabrera, Episcopus Salmantinus, anno 1661. publicauit simile Edictum; vixque illud fuit affixum ad valvas nostræ habitationis, cum ego à Superiore missus sum, vt voluntatem D. Episcopi explorarem, diceremque, paratos nos esse ad exhibendas approbationes suorum antecessorum, & ad novum examen; si suæ Illustrissimæ Dominationi placitum esset. Respondit benignissimè; & confirmauit verbo approbationes antiquas, postulans schedulam continentem nomina Confessorum, atque Prædicatorum, transferenda in librum Episcopalem. Quidnam postea fecerint Sacre aliæ Religiones (quarum nos consilium venerat sumus) innotuit satis per Hispaniam: Tuncque multi animo abalienati à Societate attribuerunt politicis, & ambitioni aucupandi gratiam D. Episcopi, quod sic gesserimus nos.

1419 Nec plura de causa Angelopolitana, ne tam sum prolixus in dicendo pro Nostris, quam est Hurtadus in dicendo contra ipsos; cum tamè æquum fuisset, vt si toties historiam illam repetere iuaret, loqueretur temperatè, & urbanè de Inventione Nostrorum; sicut & nos loquimur de zelo D. Episcopi Angelopolitani D. Ioannis Palafox: viri quidem instructi Heroicis virtutibus; sed qui in eo negotio, & in alijs Indiarum nonnullam zeli redundantiam (optimo ex animo;

si nos credimus, & dicimus, natam) ostendit, vt & in quodam Libro paruo, quem vulgari translatus iam ad Episcopatum Oxoniensem in Hispania. Habeoque apud me exemplar Epistolæ, quam Rex noster Catholicus (cui multos apprecor annos) iussit, vt coram illo legeret D. D. Alfonso Nuñez, Moderator Urbis Sorie, continetque adhortationem prudentissimam moderandi suum zelum, ardoremque animi; reuocatque in memoriam turbationes Indicas inde deriuatas, citra intentionem suam, vt nos putamus, & verbis exprimitur. Non agebat Libellus ille de rebus Societatis, sed de alijs pertinentibus ad gubernationem politicam, & civilem.

1420 Forfan Hurtadus censuit, si minus benè loqueretur de Societate, gratum id fore D. D. Ioanni Palafox, cum quo arctissimam contraxisset amicitiam monstrat Epistola illi, ad ipsum intrusa *tom. 2. ad finem Appendix 2. pag. 364.* Sed crediderim, consilium Hurtadi displiciturum tunc D. Episcopo, in quo iam deferuerat zelus aduersus Societatem; vt comperitum erit ex pluribus Epistolis ipsius ad quosdam è Nostris; & ex diligentia, quam consulit ad fouendas, & promouendas Missiones Societatis in suo Episcopatu Oxoniensi; aliæque nostri Instituti ministeria erga proximos. Describam Epistolas lingua vernacula, in qua sunt scriptæ, ne quispiam suspicetur, me discordare vel in minimo puncto ab earum sensu. Nactus fui aliquarum exemplar ex archiuo Prouinciæ beneficio R. P. Michaelis de Arbizu tunc Prouincialis, viri à natura, & gratia præclarissimis ornatidotibus; & Epistolas alias autographas fecerunt mihi cōmunes isdem ipsi, ad quos fuerunt misse.



1421 CARTA DEL ILLVSTRISSIMO, Y RE-
uerendissimo Señor Don Ioan de Palafox a los Señores Curas,
y Vicarios del Arzispresazgo de Gomara.

Ex archiuo Pro-
uincia. Tradita
st infradictis
P.P. in discesu
ad Missionem.
quorum primus
nunc est Rector
Collegij Pontis
viciidis, alter
mortuus
est.

LOS Padres Antonio de Castro, y Antonio de To-
ro de la Compañia de IHS van a Misiones a las
Vicarias; y aunque lleuan el despacho ordinario,
que acostumbra a dar los Señores Preiados mis
antecesores; yo ahora añado por particular afecto, y deu-
cion, que tengo a la Sagrada Religion de la Compañia de
IHS, y particular estimacion de la virtud, y espíritu de estos
Padres, que todos V.V.ms. y los demas Eclesiasticos les asistā
con todo cuydado; y exortan a los fieles; que les vayan a
oyr los saludables consejos; sermones; y platicas; que harā,
y que con tan buena doctrina limpien, y purifiquen sus al-
mas, y ganen, confesando, y comulgando, las indulgēcias,
y gracias, que estan concedidas a este genero de Misiones;
que yo, para ayudar con lo que puedo; añado quarenta dias

de indulgencia a qualquiera; que hiziere diligencias para ganarlas; y de lo que
V.V.ms. en esto hizierē, me darē por tumamente obligado. Y les guarde N. S. y les
de su bendicion, como deseo. Soria, y Octubre 22. de 1654.

Sua manu. Esto encomiendo mucho a V.V.ms. por amor de Dios.
IOAN OBISPO DE OSMA.

OTRA CARTA DEL MISMO AL PADRE
Diego Fajardo de la Compañia de IHS.

Ex archiuo Pro-
uincia. Obijt iā
P. Didacus
Fajardus.

YO estoy aguardando a V.P. en Soria, y V.P. temo,
que se está despacio en Pamplona. Es menester,
que V.P. sepa, que le aguarda aqui mucho amor,
y estimacion, y deseo de servirle; y que no quier-
ria partirme della Ciudad, sin darle la bendicion, y besarle
las manos, y encomendarle los hijos espirituales, que ten-
go en ella. Yo tengo algun derecho a la persona de V.P.

por la merced, que me ha hecho el P. Prouincial; y así en su nombre le suplico,
que abrenie todo lo posible su venida, por que lo deseo sumamente. Guarde Dios
a V.P. como deseo. Soria, y Octubre 25. de 1654.

Sua manu. Dios de a V.P. su bendicion, y le traiga con bien, y presto.
IOAN OBISPO DE OSMA.

VILLETE DEL MISMO AL P. ALONSO
Galindo Rector del Colegio de la Compañia de
IHS de Soria.

Ex archiuo Pro-
uincia. P. Al-
fonfus Galindus
pæst nunc Sal-
manticensi Do-
mni S. Ignati

CHRISTO nuestro Señor, con ser dueño de to-
do, le pagó el pulpito a S. Pedro, quando hizo el
milagro del lance de los peçes, despues de auer
predicado en su naue. No puedo yo pagarlo con
esa fecundidad, por que sobre ser ruín, y miserable, soy no
solo mendicante, sino empeñado. Remito a V.P. esa li-
brancita de sesenta medias de trigo; humillese V.P. a re-
cebiria,

cebiria, pues yo me mortifico, siendo tan corta, en darla. Dios guarde a V. P.
como deseo. Soria, y Nouiembre 5. de 1654.
Tota hæc schedula scripta est sua manu. IOAN OBISPO DE OSMA.

OTRA CARTA DEL MISMO AL P. TIRSO
Gonzalez de la Compañia de IHS.

Est autographū.
P. Thyrsus Gon-
zalez legebat
tunc Theologiam
Vallis-Oleri, &
nunc eam legit
Salmanti-
cæ.

SI V.P. no tiene inclinacion a otra Mision, o el es-
píritu no le encamina a otra parte, yo le confieto,
que en Soria podia hazer mucho prouecho, este Se-
tiembre, y ay lugares grandes al rededor, y se halla
cerca de Valladolid para la buelta; y entre tanto, dando-
me Dios salud, sembratē yo por otra parte, siendo así que
no ay Obispado niā necelitado de doctrina, que este, por
hallarte sin pastor, y lo que es peor, tenerle malo, y perdi-
do. Si en esto no le hago disgusto, lo pedire al P. Prouin-
cial; y así V.P. me escriba; y tambien contieso, que me cō-
solare mucho en vera V.P. Y por que es dia de esta festa, no

le escribo mas largo. Guarde Dios a V.P.: Osma, y Julio 12. (v 27.) de 1655.
IOAN OBISPO DE OSMA.

OTRA DEL MISMO AL P. MARTIN DE
Lezun Prouincial de la Compañia de IHS. en Castilla.

REVERENDISSIMO PADRE:

Ex archiuo Pro-
uincia. R. P.
Martinus de Le-
zun, meus op-
timus Magister,
clarus sapientia,
& iudicio, claris-
simus virtutibus,
peregit iam vite
periodum, cum
esset Rector, Ma-
gisterque Noui-
tiorum in Col-
legio Villa-
garise.

RECÉBI despues del correo la carta de V.P. Re-
uerendissima con mucho conueto. y gozodē
que V. RR. me tenga en su memoria, así para
que se sirua de encomendarme a Dios, como
por si se ofrece ocasion de mādarme alguna cosa de su ser-
vicio. El P. Tirso Gonzalez, y el P. Antonio de Arrieta
instantemente trabajan en esta espiritual
viña, esforzando a que seamos buenos;
y santos; y con todos creo lo han de conse-
uir, sino conmigo, y tera mayor culpa mia;
teniendolos tan cerca Grandissimo fruto
hazen. Dios sea bendito. Y V. RR. me ha
de hazer merced de prestarme al P. Tirso
en Soria, el verano, que viene, como me
le tiene ofrecido. Su ingenio es para todo;
pero su espíritu, y vocacion le llama a las Misiones. Así
el gran luizio, y virtud de V. RR. vera en lo que servira
mas a Dios. Yo, como Operario Euangelico, aunque in-
util, abogo por almas, y creo, que vale mas saluar vna so-
la, que escribir muchos libros; tanto mas tantas, como van mejorando. Supli-
ca V. RR. que si se detubierē ocho, o diez dias mas, me lo permita, por que estan
muy enfermos dos lugares deste Obispado, y deseo, que me los curen. Recébi de
V. RR. la carta del Señor Obispo de Palencia para su Santidad, y suplico a V. RR. con
toda llaneza, y ingenuidad, que haga escribir otra al intento por qualquier per-
sona, que quisiere; que la firme yo con mucho gusto, y añadirle lo que V. RR.
gustare, porque sobre ignorar entrambas lenguas con igual torpeza, deseo que
vaya de la misma tinta la recomendacion, que gasta la Santissima Madre, y Reli-
gion

[P. Antonius
de Arrieta fuit
iam Rector Col-
legij Villafræce
& antea, vt
nunc prælegit
Theologiam.

gion, donde aprendio aquel Venerable P. Luis de la Puente la santidad, que tan merecida tiene la aprobacion Apostolica. Dele Dios a V. RR. la bendicion, como deseo, y guarde muchos años. Aranda, y Octubre 3. de 1658. Esta encamiño por mano de Nuestros Padres, que se detendran menos, porque no haran Mision sino en vn lugar, porque no hagan falta a V. RR.

De V. RR.
IOAN OBISPO DE OSMA.

OTRA DEL MISMO AL MISMO.

REVERENDISSIMO PADRE.

Ex Archiep
Provincie.

EMBIO a estos santos hijos de V. P. RR. o propriamente Angeles del Señor, euangelizantes de tu santissima palabra, como Embajadores de mi afecto a V. RR. No se han dejado regalar de mi, por conseruar tambien esta circunstancia de Apot-

les. No es ponderable el bien, que han hecho a estas almas, y quan reconocido me hallo a la merced, que V. RR. me ha hecho en esto. Yo suplico a V. RR. que si acaso de, que me tiene ofrecido de darmel P. Tirso para el verano, que viene, y si es el mismo compañero, sera circunstancia de mayor consuelo. Cierro, Padre RR. que tiene V. RR. mucho que mirar, y que penlar para desular de las Misiones al P. Tirso, porque es derecha para esto su vocacion, y es gran cosa esto de ganar almas: que pesa mas ganarle a Dios vna sola, que hazer vna libreria entera de Escritos Escobolicos; y de estos ay muchissimos, y aun sobran, y de lo otro mucho menos, y falta para la necesidad, que ay en el mundo de Operarios feruorosos, quando tan feruorotas andan las culpas. Dios me guarde a V. RR. como deseo, y se lo suplico. Aranda, y Octubre 6. de 1658.

Sua manu. En mi tiene V. RR. vn Religioso hijo suyo obedientissimo. Reuerendissimo Padre.
De V. RR.
IOAN OBISPO DE OSMA.

OTRA DEL MISMO AL P. TIRSO GONZALEZ de la Compania de IHS.

Est autogra-
phum.

SINO fuera, porque el P. Prouincial me ofrece, que V. P. ha de venir el verano, que viene, a ser mi compañero, me fuera a buscar a V. P. Tanto es el afecto, que tengo a su persona, y tendre siempre, que quisiere hazer experiencia del! Yo ando en mi visita,

donde los Exemplos de V. P. han hecho mucho fruto en estos pobrecitos labradores, valiendome dellos; y asi estimare mucho, que V. P. me embie la segunda parte de los Exemplos, para que yo acierte con mi ministerio: que no los pidiera, si tubiera a V. P. con migo, que me haze harta falta su espíritu para el aprovechamiento de las almas de mi cargo. V. P. se ha ido a Salamanca, a comer corcho con sus estudiantes; harra envidia les tengo, porque gozaran de su doctrina, y virtud. Yo me quisiera ser vno de los discipulos de V. P: a quien suplico, no me tenga ocioso, pues sabe lo que le estimo; y deseo seruir: a quien guarde Dios, y de mucho de su amor, y gracia. Atauta, y Octubre 31. de 1658.

Sua manu. Dios de a V. P. su bendicion, y lo saque de disputas al bien de las almas; que aunque estas tambien les ayudan, pero mas remoramente, que estorro.
IOAN OBISPO DE OSMA.
OTRA

OTRA DEL MISMO AL MISMO.

Est autogra-
phum.

CON grandissimo gusto, y estimacion he recibido su carta de V. P. de 1. del corriente, dando muchas gracias a Dios nuestro Señor por el feruor grande, con que corren las Misiones en todas partes. Este Obispado de Osma las ha bien menester,

porque no tiene Obispo. Deseo mucho verme con V. P. para que tratemos de veras de boluer por la honra de Dios en esta Diocesi; y entre tanto suplico a V. P. me embie los quadernos. Y sepa V. P. que en la visita he hecho vna carta pastoral, que me parece sera muy del gusto de V. P. aunque hasta ahora no esta impresa, y alabo mucho en ella al P. Geronimo Lopez. Comunicarela a V. P. quando nos veamos. Guarde Dios a V. P. como de-
fco, y se lo suplico. Osma, y Enero 16. de 1659.

Sua manu. Dios de a V. P. su bendicion, y le saque de Escuelas al pulpito, y confelionario.

IOAN OBISPO DE OSMA.

R. P. Hieronymus Lopez fuit insignis Missionarius (si que habuit nostra Societas) discipulus currit euangelizando per maiorem Hispanie partem maxima cum fidelium motione, & fructu, ut egotestis oculus fui Methymnae campi, & ut supulit Salmantica ad eius conciones. Clausit diem suum Valentie Ciuitate cum opinione sanctitatis.

OTRA DEL MISMO AL MISMO.

Est autogra-
phum.

DIOS de a V. P. su tanta bendicion, y aumentos de su diuina gracia. He recibido la de V. P. con mucho alborozo, por lo que deseaba saber de tu salud; que para mi ha sido de muy singular gusto esta nueva, por lo mucho que importa al aprovechamiento de las almas de otros Obispados, a quienes se les pueden dar mil parabienes: y el mio aura menester mas, que otro, la persona de V. P. y su doctrina, y exemplo, por la falta, que tiene de Pastor. No podre ponderar la merced, que me haze V. P. con los quadernos, que acabo de recibir, y que ya tengo enquadernados, y son vna libreria entera para mi. Dios le pague a V. P. este fauor, y a mi me maude mucho; para que experimente la voluntad, que le tengo; y lo que deseo seruir a V. P. a quien guarde N. Señor muchos años. Osma, y Febrero 20. de 1659.

Sua manu. No quisiera dexar de la mano estos quadernos de aquel Varon Apostolico (el P. Geronimo Lopez) y viecan muy bien trasladados.

IOAN OBISPO DE OSMA.

OTRA DEL MISMO AL MISMO.

Est autogra-
phum.

M I P. Tirso, si yo saliera destas sierras (donde me hallo visitando) a pie, y descalzo a buscar a V. P. a Salamanca, o a donde se hallase, en llegando desta manera a sus pies, me arrojase a ellos, y se los besase mil vezes por el bien, que me ha he-

cho en advertirme, que en mis plasticas cuento exemplos de pecados callados, de los dos libritos de casos raros de la confesion, no le reconoceria bastante mente el consuelo, que mi alma ha tenido con este vltimo auiso: lo que no puedo hazer materialmente, ni por mi persona, lo hago con mi afecto, y desde aqui se los beso. Dios sea bendito, y glorificado por todos los siglos de los siglos en sus criaturas todas,

todas. Voy continuando mi visita con dos platicas cada dia, y como no me puedo detener mas, que veinte y quatro horas, en ellas, es forzoso, que ocupe la materia de las quatro postfimerias; que V. Paternidades ocupan quince dias en vna Ciudad. Y aunque no con tan admirables efectos, pero raros dexan de confesarte, y muchos vtilissimamente. Es verdad, que suple aqui la autoridad de Prelado proprio, con juridicion, y la viva voz, lo que alla el tiempo, y espiritu de los Operarios, que es tan superior. Ello no queda hombre, que no se halle muy consolado, y con notables propositos de mudanza de vida; y siempre aprouecha persuadir *tanquam potestatem habens*, y dando tambien socorros hasta lo posible. Sepa V. P. que mientras duermen mis subditos, quando no les puedo ser de prouecho, voy haziendo vnas Homilias pastorales. Pida a N. Señor, que sean con espiritu, y verdad, y que abralean al mundo en amor suyo, sin mirar al instrumento, sino al efecto. Dios me guarde a V. P. y le haga perpetuo Misionero, y Embajador de Dios a sus almas. Cabezon, y Mayo 29. de 1659. Ya tengo duplicados los libritos. *Sua manu.* Dios bendiga a V. P. y yo lo hago en su nombre.

IOAN OBISPO DE OSMA.

1422 **H**ACTENVS de Epistolis, quæ satis restantur D. D. Ioannis de Palafox æstimationem Institutæ Societatis, & virorum illud profitentium. Claudit pijsimè postremum vitæ diem post non multos ab scripta Epistola, quam proximè exarauit; eaque, & alijs anterioribus expiauit, si quid ex zeli profuentia egerat antea, & in nonnullis Opusculis dixerat contra Nostros, quasi iurisdictioni Episcopali essent aduersi. Sic Inter S. Bernardum, et V. Petrum Abbatem Cluniacensem nonnullæ fuerunt discordiæ, tuente vnoquoque Religiosam suam Congregationem. [Etsi verò Inter duos istos magnos viros altercatio aliqua intercessit, cum quisque ipsorum veritatē tueri se crederet: tamen non tantum charitas læsa non est, sed sicut ignis exagitationibus magis incenditur, ita maioribus contentionibus magis, magisque aucta in flamas semper vehemē-


tioris amoris erupit. Positi ambo in exemplum in Ecclesia Dei Religiosis omnibus de mutua in se pacis, & charitatis vnitatem in controuersijs oriri solitis seruanda.] Quæ sunt Eminentissimi Baronij verba *tomo 12. Annal. Eccles. anno 1145. num. 34.* Et cuius vel perfūtorie verlaro in Historia Ecclesiastica notæ sunt contentiones S. Gregorij Magni cum Eutychio Constantinopolitano, S. Cyrilli Alexandrini cū Theodoro, S. Augustini cum S. Hieronymo, S. Cypriani cum S. Cornelio Papa, S. Irenæi cum S. Victore Papa, Episcoporum Atq; inter se se super Paschatis celebratione. Imò, vt inquit S. Hieronymus in Apologia contra Rufinum, Nonne Apostoli, saluis inter se amicis, disserunt, cum Paulus, & Barnabas propter Ioannem, cognomento Marcum, somachati sunt, & separauit eos nauigatio, quos Christi Evangelium copulabat?



PARERAGON IV.

De nouitatibus eiusdem Moderni in materia Confessorum sollicitantium.

1423



HO M A S Hurtadus passim in suis Libris Resolutionū Moralium, & in eo, qui est de Martyrio vero

Fidei culpauit Scriptores nostros de nouitatibus; ego verò eandem notam ipsi reposui in Disp. 29. de Sacrificio Misse sect. 18. & vel ex vno solo illius Tractatu 4. de Sacerdotibus sollicitantibus in Confessionario, qui habetur parte 1. earum Resolutionum pag. 139. & seqq. extraxi com.

complura sat noua, & inaudita. Non videram tunc *Quæstiones Morales R. P. Fr. Ioannis Martinez de Prado, Magistri Primarij Complutensis Dominicanij, qui paulò ante monuit Lectores de multis in eodem Tract. offendiculis, quin potuerit voces eius demulcere gratia, quam apud Thomistas aucupari affectat semper Hurradus. Is autem nuper conatus est purgare se à Magistri illius censuris, miscens verba satis aspera. Sed nam solidè, & cōincenter pro sua indemnitate contenderit, proindeque num satisfecerit nonnullis punctis à me adnotatis? tractare sulcipio in hoc Parergo: quod, & alia sequentia de nouitatibus non paucis in Operibus editis post præcitata confirmabunt magis, quòd debuerit Hurradus premere labra in delatione cōtra alios ob studium rerum nouarum, simulque conducent ad ampliorem probationem aliquarum opinionum, quas ego dudum prælo cōmisi.*

1424 Igitur Hurradus Tract. illo 4. n. 21. pag. 142. scripserat, [Vt Sacerdos dicatur simulare cōfessionē, simul & poenitēs, nō sufficit, quòd ille sedeat in Confessionario, & iste sit flexis genibus coram illo, colloquendo.] Et num. 81. pag. 148. [Sacerdos non simulat, nisi impertiat absoluteionem fictam, & simulatam.] Quæ doctrina displicuit maximopere Magistro Martino in qq. Moralibus Cap. 10. q. 1. §. 4. vt & mihi in Disp. illa 29. num. 234. & seqq. Sed en respondet Hurradus *tomo 1. de Ecclesiasticorum congrua sustentatione pag. 241.* non fuisse sibi sermonem, quando foemina ex declarato animo cōfiteri accedit ad Cōfessariū existentem in Confessionario, & ibi sollicitatur ad turpia, tunc enim quiuis situs, & gestus vtriusque sufficit; sed quādo foemina accedit ex animo tantum colloquendi: vt autē decipiantur circumstantes, Cōfessarius sollicitas simulat auditionem cōfessionis; & tunc opus est, mulierem tuudere pectus; pronuntiarique à Sacerdote verba absoluteionis. Ast hæc distinctio fuerat antea tacita omnino ab Hurrado, & deberet nunc addi ad num. 21. Tract. illius 4. ne in priori sensu, nouo prorsus, & falso, accipiuntur ibi verba Authoris. Et quoad posteriorem sensum, si foemina accessus absq; animo confitendi non liberat a poenis Sacerdotem sollici-

tantem (cuius contrarium innuitur à Martino in num. 18.) non erit, cur requiratur pronuntiatio absoluteionis, & non sufficiant ad confessionis simulationem alia signa externa. Legatur Rocafull Lib. 4. de 6. præcepto Decalogi Disp. 2. appendice Cap. 2. num. 325. & 326.

1425 In num. 62. pag. 146. visum est Hurrado magis probabile, quòd non sollicitet propriè Confessor, tradens foeminæ in Cōfessionario charitam inducuiam ad Venierem. Inurgit contra Martinus *suprà quest. 2. §. 4. vt & nos supra num. 239.* Videndusque est Iosephus Rocafull *suprà num. 308.*

1426 Ex num. 82. pag. 149. vsque ad num. 86. & *tomo 2. de Sustentatione pag. 293.* tradit Hurradus doctrinam de non obligatoria denuntiatione Sacerdotis sollicitatis, si ex correctione fraterna adit emendationis firma spes. Quæ doctrina reprobata iam est à SS. D. N. Alexandro Papa VII. in Bulla incipiente *Licet aliàs*, edita anno 1660. die 24. Augusti. Dicitur ea in Bulla, *Et quia quandoq; etiam eorum subditi deficiunt in eo, quod ipsis implendum in cūbit cum Religiosis eiusdem, alteri ve Ordinis, alijs ve quibuscūq; personis de Fide suspectis, cæterisq; perentibus consilium in materijs ad Sanctum Officium spectantibus, ita vt nedum ipsi mer denuntiationes differant, vel ab illis prorsus abstineant, verum etiam multoties ab eisdem alios à se consilium petentes retrahant malis artibus, vel mendicatis Doctorum opinionibus, vel sub fraternæ correctionis factæ, vel faciendæ, aliò ve pretextu. Propterea idem Sanctissimus declarauit, præfatos subditos absque vlla participatione, etiamsi nulla petita venia à Superioribus, etiamsi nulla fraterna correctio, vel alia monitio præmissa fuerit, omnino teneri, & obligatos esse accedere ad denuntiandum Ordinarijs, vel Inquisitoribus locorum quoscumque etiam Confra- tres, ac Superiores, etiam primarios, suos eiusdem Ordinis, & Religionis, quos nouerint esse de Fide quomodolibet, etiam leuiter, suspectos: ac propterea eosdem debere omnes, & quoscumque etiam alios à se consilium, vt supra, petentes monere, & obligare ad denuntiandum, nec posse illos à denuntiando sub dicta fraternæ correctionis, vel alio quouis pretextu retrahere, aut retardare, &c. Sicubi. Et licet Hurradus habuerit aliquos Doctores, quos ea in opinione*

sequeretur, sed omisit limitationes adhibitas à plerisque illorum; recentissimaque hæc Constitutio Pontificia ostendit satis clarè, delectum in vfu sententiarum, prestitum ab Hurtado, nõ esse tam exquisitum, & præstantem, quàm ipse putat.

1427 In num. 86. pag. 149. & in num. 473. pag. 192. & in num. 722. pag. 218. recurrit Hurtadus ad auctoritatem personæ sollicitantis, & ad præsumptionem de rectitudine Fidei, vt credatur emendanda, ne obligatio denuntiandi urgeat. Quæ doctrina est nimis noua, & videtur exclusa in Constitutione præexarata, vbi de Superioribus, etiam primarijs, & vt talis detur, atque impugnetur à Martino supra quest. 6. §. 2. Qui in quest. 5. §. 2. num. 8. ait, le non videre, qualiter cohareat doctrina num. 722. cum alia num. 203. pag. 161. vbi asseruit Hurtadus, esse practicè improbable, quod sollicitator Confessor debeat esse diffamatus, vt denuntietur. Additque Martinus in eadem quest. 5. §. 3. num. 23. esse nimis laxum, & nequaquam practicandum, quod scripsit Hurtadus num. 469. pag. 191. scilicet vt sollicitator indicetur emendatus, & ne denuntietur, satis esse, si videatur suscipere Sacramentum confessionis, vel Eucharistiæ. Redditque Martinus rationem iug censuræ, quia aliquin ferè nunquam opus esset denuntiare sollicitatem. Anteaque quest. 3. §. 2. num. 9. dixerat is idem Doctor de alia sententia Hurtadi ad num. 880. pag. 234. esse abhorrentem à praxi Dominorum Inquisitorum. Sed quoad num. 86. 473. & 722. videantur dicta à nobis in num. 240.

1428 In num. 87. & seqq. pag. 149. & 150. videtur Hurtadus approbare vt probabile, quod sollicitata, quæ sit à sollicitante absoluta, & non monita de onere denuntiandi, maneat in posterum absque tali onere. Quæ approbatio censuratur à Martino quest. Illa 5. §. 1. num. 5. & 6. [vt omnino falsa, & improbable, nitens mera equiuocatione, atque impracticabilis,] & ego sum de ea loquutus in num. 241. & 242. Sed responderi Hurtadus tomo 1. de sustentatione pag. 241. procedere dicta sua, si mulier, quæ fuit sollicitata, confiteatur cum sollicitante, vt corrigat ipsum fraternaliter. Sed non satis-

facit, nam id non adnotatum fuit ab ipso in num. 90. ad de obligandam foeminam à denuntiatione, sed ad excusandam eam à peccato ob confessionem repetitam cum Sacerdote, à quo fuerat sollicitata. Et rationes Hurtadi num. 87. duobusque seqq. non dependent à foemine confessione, quæ fiat ex fine prædicto cum Sacerdote sollicitante. Iamque est à SS. D. N. Alexandro VII. Pontifice Maximo reprobata de obligatione à denuntiatione, eoquod sit interposita correctio fraterna, vt visum est supra.

1429 In num. 401 pag. 184. ait Hurtadus, [Siquis extra occasionem confessionis, in confessionario simulans confessionem, peccatum veniale committat in materia luxuriæ, non est denuntiandus,] vt si vellicet foeminam, vel tangat eius mammillas, vel si faciat (sic in num. 403.) vt mulier ostendat crura, non nuda, sed ornata, vel si Sacerdos (sic in num. 935. pag. 241.) premat pedem, vellicet brachium, osculetur manum foemine. Quæ doctrina est intolerabilis iudicio Martini quest. & §. 2. num. 10. cum constet, crura foemine ostensa prouocare valde ad luxuriam. Ego verò in num. 253. dixi, esse difficile. Occurrit Hurtadus supra, num. 240. inquit, fuisse sibi sermonem de Sacerdote ducto ex vana curiositate, delectatione, que visus, & non ex intentione libidinosa, ordinataque ad Venerea, neque cum proximo periculo cadendi. At ego vellem, designari locum, in quo id fuerit indicatum. Et quantum fuisse etiam expressum, defectus intentionis libidinosæ, & periculi proximi peccandi grauitate alijs hominibus est occultus, excusatioque desumpta ex pretextu illo perinde audiretur, ac si quis Sacerdos diceret, se ex curiositate vana, & vt experiretur constantiam, aut incōstantiam foemine in tuenda sua pudicitia, sollicitasse eam ad copulam carnalem: similiter si cum iussisset foeminam, vt se nudaret ad flagellationem subeundam in satisfactionem Sacramentali (quo de casu agit cum alijs Rocassull supra num. 309.) diceret, se id præcepisse non ex animo luxurioso, sed ex rigore Ecclesiasticæ disciplinæ in administratione Sacramenti poenitentiae.

1430 Rur-


1430 Rursum circa verba Hurtadi in num. 401. notauit ego in num. 255. Gregorium XV. iussisse denuntiare actus turpes non minus in confessionis Sacramento simulato, quàm in vero, maxime quando proximo afferunt occasionem ruine, modo declarato ab ipso. Met Hurtado in num. 935. pag. 241. Quam difficultatem non vincit, dum

dicit pag. illa 240. se loquutum fuisse in casu, quo mulier accessisset ex animo tantum colloquendi in Confessionali. Non, inquam, vincit, nam si simulatur confessio, actus turpes debent denuntiare in Sacramento vero, debent etiam tunc denuntiare in simulato, vt bene notat Magister Martinus in loco proximo citato.

PARERGON V.

De alijs nouitatibus eiusdem Moderni in puncto stipendiorum Missæ.

1431



H O M A S
Hurtadus tomo 2. de sustentatione Lib. 6. pag. 85. ait, Abbatissam posse inquirere Missarum elemo-

synas ad congruam sustentationem Monialium, si habeat Sacerdotes, quibus sine mercede celebrantibus committat Missas illas. Sed quis non videat, industriam hanc circa Missas ad sustentationem foeminarum, & per eam demanum esse nouam, & dedecere rã diuinum Mysterium? Quis vnquam audiuit in Ecclesia Dei questuram elemosynarum ex Missis exercitam operam mulierum?

1432. In eodem Lib. pag. 169. scribit Hurtadus, non esse in Hispania receptum Decretum de Celebratione Missarum quoad id, ne pro vna Missa recipiatur vltra vnum stipendium, & esse moraliter impossibile, vt ad praxim reducat, tum ob multitudinem Missarum, & paucitatem Sacerdotum; tum ob congruam sustentationem Religiosorum parandam ex stipendijs multiplicatis. Ego in loci Hispaniæ, in quibus habitauit, nunquam intellexi reportata fuisse de more, sine conscientie remorsu, plura stipendia pro vna Missa citra casum extreme, aut valde grauis necessitatis. Nec multitudo Missarum tanta est, vt deficiant Sacerdotes, qui impleant earum numerum: imò nõ paucis Sacerdotibus deficiunt quotidiana pitantiæ. Nec Regularium congrua

sustentatio reuocatur in Religionibus ad plura stipendia pro vno Sacro. Imò si Sæculares scirent reuocari, nullas ipsis commendarent Missas. Independentemque à Decreto, & antècedenter ad illud, dicitur vno ore à Theologis, nefas perse esse, & contra iustitiam id, quod Hispanis Sacerdotibus attribuit Hurtadus in num. 2141. Legatur Zacharias Patualigus in quest. 937. de Sacrificio nouæ legis, quod Opus edidit in lucem anno 1662.

1433. Addit Hurtadus in num. 2142. & seqq. non prohiberi in Decreto multiplex stipendium titulo sustentationis congruæ; sed titulo elemosynæ datæ cum obligatione offerendi Sacrificium: Quæ additio aduersatur narrationi superiori de non recepto Decreto in Hispania ob impossibilitatem congruæ sustentationis, si obseruantia Decreti vigeret: Aduersatur etiam rationi; nam si titulo priori licitum est multiplex stipendium, licitum erit non modo pauperibus, sed etiam distantibus Presbyteris, quandoquidem non minus his, quàm illis faueat titulus prior, vt sentiunt communiter DD.

1434. Adijcit Hurtadus in num. 2144. Decreto non reuocari privilegia concessa Regularibus, vt oblatione vnius Sacri cum tot Collectis satisfaciunt obligationi multorum Sacrorum, quando congrua sustentatio reuocatur ad Missarum stipendia. Cum autem ad hæc semper, & ab omnibus Regularibus, visitantibus ex altari, reuocetur illa, consequens erit penes Hurtadum, pri-

privilegia prædicta manere omnino in suo vigore.

1435 Largissimus fuit Hurtadus in attestanda non receptione Decreti, & in interpretando eius sensu circa augmentum pitantiarum; est circa asseuerandum recursum ad Sedem Apostolicam pro reducendis ad minorem numerum Missis dotatis strictus aliquantum est in num. 2149. inquit enim, receptum forsan fuisse circa id. Sed Sapientissimus Magister Fr. Ioannes Martinez de Prado 3. p. 9. 83. dub. 13. §. 4. num. 28. & ego certi sumus de non receptione publica quoad posterius in multis Diocesis Hispaniæ, & præsertim in hac Salmanticensi, ut constat ex eius Synodo celebrata anno 1654. Lib. 3. tit. 14. Const. 19. pag. 194. & celebrata quidem ab Illustrissimo, Reuerendissimoque D. D. Petro Carrillo de Acuña, Salmantino tunc, nunc Cōpostellano Antistite, vnaque Excellētissimo Exgubernatore Regni Galliæ, pio, sapiente, & experto rei Ecclesiasticæ, si quis alius in Hispania, ut qui Romæ fuerit Rotæ Sacre Auditor. Sūt etiam Dioceses nonnullæ, pro quibus obrentum est generale privilegium Pontificium, ut sine novo ad Romam cursu reducant Ordinarij Missas Capellaniarum ad minorem numerum, ita ut singulis respondeant in stipendium Regales quatuor, quoties conuenerit, dotationum redditus fuisse diminutos. Quo de privilegio pro Archiepiscopatu Hispanensi dignatus est me ad monere Illustrissimus, RR. q; D. Archiepiscop. D. Antonius Paynus, tãta nunc regimini Ecclesiastici laude celebris, quanta olim Theologiæ, eloquentiæque oratoricæ, & nunc, olimque magnificentissimarum virtutum. Quoad prius verò testari non possum notatio aliquo exemplo, acceptas esse autoritate propria priuata plures pitantias iustas, & congruas pro vna Missa, inuitis largitoribus, & in necessitate comuni Sacerdotum. Neque item possum testari, ut facit Hurtadus Lib. 7. num. 201. pag. 205. Decretum non esse receptum in Hispania quoad id, ut ex privilegio quoddam Pontificio anni 1513. Collectæ nouem dictæ ad beneplacitum Sacerdotis Regularis valeant pro totidem Missis funebribus petitis cū mercede nouem stipendiorum.

1436 Eodem Lib. 7. num. 215. pag. 206. tradit Hurtadus, licitum esse Sacerdoti accipere secundum stipendium pro applicatione Missæ penes fructum responsurum ipsimet Sacerdoti ex opere operato. Quæ fructum alij, ut Couarruias in Cap. Alma mater parte 1. §. & num. 5. vocant specialissimum, alij, ut Gauaneus in Rub. Miss. parte 2. tit. 8. num. 3. Azor tomo 1. Lib. 10. Cap. 20. in fine, Bonacina Disp. 4. de Sacramentis quæst. vltima, puncto 4. num. 2. Lezana in Summa v. Missa, num. 7. Nauarrus in Manuali Cap. 25. num. 92. vocant specialem. Et sic vocatur in Declaratione S. Congregationis Concilij iussu S. S. D. N. Alexandri Papæ VII. edita super 2. Decreto eiusdem Congregationis de Celebratione Missarum. Hæc Declaratio data anno 1659. reprobauit doctrinam illam Hurtadi, approbatam ab ipso sine sufficienti fundamento, ut ait Zacharias Patualigus quæst. 947. num. 3. allegas in num. 4. multos Authores in contrarium. Quibus ego addo Lezanas in Summa v. Missa, num. 17. Anadeum Guimenum propos. 2. ex Tract. de Sacrif. Missæ, Petrum Anellum Persicum de Officio Sacerdotis Lib. 2. Cap. 7. num. 102. Gibalinum quæst. 18. de Simonia Consecratio 7. num. 15. v. Hinc reijcitur, Martinium Præsentem supra §. 5.

1437 Addo etiam rationem hæc, quia si admittas illam doctrinam, non apparet, cur Sacerdos specialiter indigens medio Sacrificii fructu, quæ alij applicat, non possit iuxta te ob incommo-ditatem, quam patitur, priuando se eo fructu, arrogare sibi novum stipendium, seu compensationem. Si dicas, fore, ut possit sine iniustitia, tamen non absque Simonia, ut cum Lessio docent Castrus Palas Tract. 17. Disp. 3. punct. 26. num. 7. Gibalinus quæst. 4. de Simonia, Consecratio 3. num. 2. Reijcietur, tum quia iniustitia difficulter evitabitur iudicio Suarij tomo 1. de Relig. Tract. 3. Lib. 4. Cap. 59. num. 42. tum quia labe Simoniæ, agnita æte in hoc casu, videtur etiam incurrendam in eo alio. Si rursus dicas, incurrendam quidem labem Simoniæ, si ex motiuo illo assumeretur novum stipendium in casu sequelæ; non tamen si ex motiuo sustentationis, quæ potest esse magis pinguis ob titulum iuvandi plures Sacrificio, ut notat Quartus in Appendice de Sacrif.

Sacris. quæst. 2. puncto 17. diff. 2. v. Aliqui contra Rodriguez, & Dianam part. 5. Tract. 14. Res. 45 agnoscences Simoniã in casu præsentis. Ego etiam fateor, evitari Simoniã, sed non iniustitiam: Ratio Quarti refertur contra eius animum, ut videatur probare evitacionem iniustitiæ.

1438 Conqueritur Hurtadus de quodam, ut qui immeritò iugillari doctrinam illam editam à se antea in tomo 1. Resolutionum Moralium, pag. 69. Sed tempus mōstrabit, quàm merito fuerit reiecta. Imò ipse in num. 471. pag. 236. referens ut titulum iustum, ex quo possit Sacerdos accipere secundum stipendium; si partem satisfactionis, quæ sibi obtingere deberet ex Sacrificio, applicet alteri; notat, verum esse eum titulum ex natura rei, iam tamen legè positiva Decreti Urbani VIII. fuisse prohibitam; præcipitur enim ibi sub obtestacione diuini iudicij, ut tot Missæ dicantur, quot stipendia recipiantur, [nisi paupertas, & indigentia Sacerdotis excuset,] Quæ est additio Hurtadi, & falsa, si procedat in casu necessitatis communis, & ordinariæ; si autem in casu necessitatis extrinsecæ, aut valde grauis; debuisset non omitti in num. illo 215. pag. 206. ne fallantur Lectores, & ne Author videatur non seruare in doctrina constantiam in re tanti momenti: Expressit in num. 663. pag. 259. doctrinam suam debere limitari ad casum indigentia virgentis, nam extra illum non licet secundum stipendium pro applicatione fructus specialissimi. De qua limitatione nullam indicium præbuerat tomo 1. Resolutionum Moralium pag. 69. neque in tomo 2. de Sustentatione Lib. 7. num. 215. pag. 206.

1439 Dixerat Hurtadus in tomo illo 1. Res. Mor. pag. 70. Quãuis celebras sit in peccato mortali; & sic in illo nõ causetur specialissim⁹ valor satisfactorius ex indispotione subiecti; tamen valor, qui in ipso deberet causari, si non esset impedimentum peccati, causatur in alio, pro quo offertur, si non habeat peccatum. Hæc ibi, quæ repetit Lib. illo 7. de Sustentatione num. 593. pag. 250. tãquam probabilia, & ex multorum sententia, sed dicens, non esse certa; rursusque monet Lib. illo 7. num. 239. ex abundantia doctrinæ esse æte dicta, esseque probabilia speculatiuè, sed tutius

esse oppositum in praxi. Hurtadum in priori loco tranteribit Leander Tract. 8. de Sacramentis Disp. 4. quæst. 10. in 2. editione, quin argumento aliquo nouo confirmet dictum ipsius; quod & antea insinuatam fuerat à Trullench Lib. 3. de Sacramentis, Cap. 8. dub. 12. num. 8. & postea expressum fuit a Pasqualigo quæst. 97. num. 6. contra Suarium tomo 3. in 3. p. Disp. 79. Sect. 8. v. Tertia differentia, & contra alios Theologos cõmuniter, quibus ego subscripsi in Disp. 15. num. 10.

1440 Lib. illo 7. de Sustentatione num. 244. pag. 209. scribit Hurtadus, [Igitur cum ad minus in Hispania, & Regnis subiectis Indiæ, & aliarum nationum numerus Religiosorum præfixus, & designatus non sit, sed ille possit esse in Monasterijs; & Conuentibus, qui conuictus est, & superioribus videatur necessarius pro cultu diuino, & alijs ministerijs tam intra, quàm extra Conuentum; nihil indubitatum est, quod cum Summus Pontifex videat, & euidenter sciat, quod quantum ad præfigendum numerum determinatum non sit receptum Decretum; & Breue Apostolicum, quod tacite contentit, & tolerat; quod Religiosi utantur iure suo, quod Deus in utroque Testamento dedit; ut possint ex ministerio altaris, & ex officio suo sustentari congruè, iuxta circumstantias loci, qualitatis, personarum tam in salute, quàm in firmitate.] Hæc Hurtadi illatio eõ respicit, ut Religiosorum Monasteria in Hispania possint ex vno sacro reportare plura stipendia, si ea sint necessaria ad congruam sustentationem, id est, ut declarat magis in num. 245. ad victum, & vestitum, habitationem, & alia utensilia tam cultus diuini, quàm domus, & seruitij Conuentus. Vnde si Monasterium habeat viginti Sacerdotes v. g. & quinque Laicos, totidemque famulos, poterit quosdam referre centum Missarum stipendia, cum tamen non celebrentur nisi viginti Missæ, nam stipendia Missarum centum requiruntur ad sustentationem triginta personarum in victu, vestitu, &c. Et casu quo edificium Monasterij dirutum sit, aut incensum, vel Bibliotheca communis careat libris nouis, vel Ecclesia ornamenti, poterit Prælati multo plura stipendia colligere singulis diebus, et si nec viginti Sacra fiant. Quæ sequela sunt abhorrentes, & magnopere in-

vidiosa Religionibus in Hispania apud Sæculares, qui retrahentur a commendandis Missis sub stipendio Prælati Religionum.

1441. Nec illatio Hurtadi nititur solido fundamento. Quod enim in Hispania non sit acceptatum Decretum Urbani VIII. quoad illud, ut in singulis Monasterijs præfiguratur numerus, qui ex cõuetis redditibus, aut eleemosynis commodè sustentari possit, neque quoad illud, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi, præter alia ad id requisita, duodecim saltem Religiosi in eis degere, & competenter sustentari valeant, non est argumentum licitæ potestatis ad id, quod vult Hurtadus, tum quia prius illud non est statutum nisi pro existentibus intra fines Italiae, & Intularum adiacentium; quare quod acceptatum sit, necne, in Hispania, nihil conducit ad illationem: tum quia posterius illud declaratum est comprehendere Religiones, quæ non consueverunt excipere Missarum onera; quare quod in alijs siue intra, siue extratalliam sit admissum, necne, nihil etiam ad illationem refert: tum quia ex oneribus Missarum ultra vires susceptis in Monasterijs sumpta quidem est occasio ad statuendum prius illud, & posterius, sed non ideo probata sunt ut licita ea onera suscepta vel ante Decretum, vel suscipienda post ipsius siue acceptatū, siue non acceptatum quoad prius illud, & posterius. Considerentur verba hæc Decreti, *Postremo Illustrissimi Patres, non sine graui animi dolore, intelligentes, mala feruere omnia, quæ Regularem disciplinam evertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fouent in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex maiori Regularium numero, quam ferunt redditus, & eleemosynæ cuiuscumque Monasterij, &c. Sic ibi.*

1442. Et præscindendo à Decreto, præsertim magnam absurditatem, ut si Monasterium non habeat redditus, & eleemosynas ordinarias sufficientes ad sustentandos nisi tantū duodecim Religiosos, velintq; Prælati addere duodecim Nouitios, & totidē Scholasticos nō Sacerdotes, intuperque erigere Dormitorium, aut fabricari in tēplo Cappellam, possint licitè ex stipendijs Missarum petere alimenta personarū aliarum viginti quatuor, & sumptus ædi-

ficii, cum tamen redditus, & eleemosynæ ordinariæ, stipendiaque respondentia Missis celebratis in Conuentu sat solummodò sint sustentandis duodecim hominibus: Ac sanè Sæculares, qui largiuntur stipendia pro suis defunctis, non curant, neque tenentur curare dealendo tanto Religiosorum numero, aut de Monasterij extructione; sed intendunt, nisi aliud exprimant, ut rot Sacra peragantur, quot stipendia iusta, & congrua ab eis conferuntur. Videatur Pasqualigus in quæst. 94. 1.

1443. Ex num. 252. vsque ad 284. & à pag. 210 vsque ad 214. contendit Hurtadus, Sacerdotes habentes vnde congruè sustententur, ut ex patrimonio, vel ex bonis Ecclesiasticis, non posse licitè exigere stipendia pro celebratione Missarum: Quæ est doctrina iam obsoleta, & antiquata. Legatur Pasqualigus in quæst. 905.

1444. Vti è contra est nouissima illa, quam proponit num. 282. pag. 214. his verbis, [Sacerdos tenetur ex vi sui officij offerre pro omnibus non solum in communi, & applicare Sacrificium ratione deuotionis Ecclesiæ, sed etiam tenetur offerre pro omni illo, qui specialiter orat, ut pro illo offeratur; cum ex eo, quod pro pluribus habentibus deuotionem in particulari offerat, & illis omnibus applicet, vel quia deuotionem suam expresserunt rogatu, eleemosyna, seruitio, assistentia, vel alio simili signo, nulli minuitur satisfactio correspondens cuiuslibet deuotioni. Vnde nullus Sacerdos potest sine graui peccato contra obligationē sui officij denegare applicationem Missæ pro omni petente, ut pro se illam applicet, &c.] Loquitur Hurtadus de applicatione Sacrificij quoad fructum medium, & de obligatione ad eam ex officio Sacerdotali, si quis pro suo libito ipsam postulet, quin contulerit stipendium, & quin prædictus sit particulari aliquo iure ad ipsam. Postea verò in num. 662. pag. 258. inquit Hurtadus, [Sacerdos, dum sacrificat, debet ex charitate Sacrificium applicare, ut omnibus pro sit eo modo, quod Deus scit posse prodesse, & si non applicatur, non prodest: quare cum ex applicatione ad alium, quam ad eum, qui dedit stipendium, isti nullum sequatur damnum, iuxta hanc opinionem debet Sacerdos illam applicare

care, ne, si non applicet, fructus Sacrificij illi non detur, quod est contra charitatem.] Sic ille.

1445. Sed talem obligationem siue ex charitate, siue ex officio Sacerdotali non nouerunt hætenus Sacerdotes, neque Doctores, & alioqui tam bonæ esset conditionis Petrus non conferens stipendium, quam Paulus præbēs illud, ut pro se applicetur fructus medius, si teneretur Sacerdos applicare etiam pro Petro eiusmodi fructum. Nō legi vllum Doctorem, qui ante Hurtadū ea obligatione obstrinxerit Sacerdotes; sed potius legi multos, qui dicunt, fas non esse Sacerdoti applicare fructum mediū pro Petro, si debeat pro Paulo ex titulo stipendij accepti, vel ex alio obligatorio. Audiatur ipsemet Hurtadus n. 380. pag. 225. in quæst. [Si Sacrificiū altaris independenter à maiori, vel minori dispositione eius, pro quo offertur, tantū prodest pluribus, ac vni, cur nō offertur quodlibet Sacrificiū pro omnibus defunctis, & pro omnibus viujs, si isti nō exigunt ad percipiendū fructum aliquam dispositionem propriam, sed solum Sacerdotis applicationem? Hoc autem non facere, implium esset, cum id facere possit Sacerdos. Quare sicut te-

netur offerre pro omnibus, quos Ecclesia ponit in Canone, teneretur etiam saltem ex charitate offerre pro omnibus viujs, atque defunctis, non solum applicatione illa generali Canonis, sed applicatione speciali: quod dicere est contra praxim, & stygium ab initio nascentis Ecclesiæ, iuxta quem sit specialis mentio, & applicatio ei, pro quo offertur Sacrificium.] Audiatur etiam Zacharias Pasqualigus, qui in quæst. 338. ait recentissimè, [Si spectetur oblatio, quatenus est sub priuata dispositione Sacerdotis, certum est, quod potest excludere quemcumque, ita ut noli pro ipso offerre, quia cum hæc oblatio, seu potius applicatio Sacrificij sit sub priuata dispositione eius, nec alicui sit denegata, potest illam coarctare ad quē illi voluerit, excludendo quemcumque alium, neque in hoc peccabit, nisi fortè id faceret ex aliquo prauo motiuo. Et hoc confirmat etiam praxis Ecclesiæ, dum pro certis solis determinatis personis præscribit Liturgias, & orationes: & ita etiam usus habet. Vnde solum difficultas est, an possit licitè aliquis excludi, ne comprehendatur sub oblatione vniuersali?]

PARERGON. VI.

De alijs nouitiatibus eiusdem Moderni.

1446



N n. 409. pag. 229. inquit Hurtadus [Cū obligatio dicendi tot Sacrificia, quot pitantiæ accipiuntur, oriatur ex pacto inito, si-

que obligatio iustitiæ, nullatenus possunt satisfacere Sacerdotes, nisi reddendo numerum Missarum æqualem numero pitantiarum. Quare nec ob congruam sustentationem queūt aliter facere, quauis possint ob eam plura stipendia à pluribus accipere, & pro omnibus æqualem numerum Sacrificiorum applicare; sic enim nulli sit iniuria; sed tot Missæ celebrantur, quot stipendia ab vnoquoque accipiuntur: cumque

Sacrificium Missæ habeat infinitudinē extensivè, in vnoquoque causa fructū iuxta vniuersamque dispositionem.] Quæ verba de pluribus stipendijs à pluribus personis pro hysdem Missis videntur è diametro opposita Decreto Urbani VIII. & alijs eiusdem Hurtadi n. 411. pag. eadem, vbi ait, [Omnino illicitum est, & mortale crimen (si materia grauis sit) si pro vna dumtaxat Missa ab vno, vel à pluribus plura accipiat stipendia Sacerdos.] Addit quidē postea Hurtadus, [nisi in Sacerdote sit iusta causa, aut rationale motiuum.] Sed debuisset non omittere additionē hanc in num. 409. & utrobique debuisset explicare se magis, vel se remittere ad locum, vbi præstet id.

1447.

Notandum hic est pro clas

clariori intelligentia verborum Hurta-
di in num. 409. duplicem questionem
posse excitari, vnam, an vni, eidemq;
fidei tam proficua sit vna sola Missa,
quam triginta simul pro ipso applicatae
quoad fructum medium? alteram; an
si vna Missa quoad eum fructum appli-
cetur pro Petro, & eademmet applice-
tur pro Paulo, tam profit Petro penes eum
fructum, quam si pro illo solo applicaretur,
& similiter tam profit Paulo, quam
si pro eo solo applicaretur? Ad primam
questionem nullus hactenus respondit
affirmatiue, & proinde nullus etiam di-
xit, vni, eidemque fidei postulanti tri-
ginta Missas, dantiq; triginta stipen-
dia competentia, satisfieri per vnam so-
lam Missam. Vnde aiebat Caietanus in
Tract. de Celebratione Missae quest. 2. ad 3.
[Si offerentes, & pro quibus offertur,
haberent tantam deuotionem in vna
Missa, quam tantam habent in triginta, vna
Missa satisficeret pro triginta. Sed quia
non est sic, manifeste enim patet, peten-
tem habere maiorem deuotionem in
triginta, & merito, quia maior honor
exhibetur Deo in pluribus; quam in
vna, ceteris paribus, ideo qui promit-
tit dicere triginta, tenetur dicere tri-
ginta.]

1448 Ad secundam questionem respondit Caietanus affirmatiue,
vt & Ludouicus Romanus apud Na-
uarrum Lib. 3. Consiliorum in 6. num. 2.
Georgius Bultus in qq. tum naturalibus
tum diuinis quest. 5. de Euch. fol. 249. An-
tonius Cucchus in Institutionibus Iuris
Canonici Lib. 5. tit. 6. num. 77. Ioannes
Beez in 10. precepta Decalogi circa 7. ex-
pos. 2. Cap. 4. Laurentius de Peyrinis in
Const. V. Iulij 2. §. 5. num. 15. Augusti-
nus a Virgine Maria apud Franciscum
Bonæ spei infra num. 86. Gabriel a S.
Vincentio de Sacramentis Disp. 2. de Sa-
crif. Missae quest. 7. V. Nostra sententia,
Lezana in Summa V. Missa, num. 8. & apud
ipsum Michael de Bononia in 4. Dist. 20.
quest. 3. art. 2. dub. 2. & 3. cum Gui-
done, Ioannes Bachonus ibidem, quest.
3. art. 2. qui tamen in eo art. & in 1. mihi
videtur stare in contrarium, atque adeo
non allegari bene a Lezana. Alij res-
pondentes affirmatiue videantur Disp.
nostra 8. num. 1. & in Pasqualigo quest.
125. num. 1.

1449 Solet autem contra sic
opinantes argui ab absurdo, quod inde

videtur sequi, videlicet fas fore accipe-
re a Petro vnum stipendium congruum,
& a Paulo aliud ratione vnius, & eius-
dem Missae applicatae pro vtroque: cum
tamen Sotus Lib. 9. de Iustitia quest. &
art. 2. pag. 785. testetur, neminem eo
vsque autum deglutire tale inconue-
niens; & Suarez Disp. 86. sect. 2. v. Di-
co quarto, testetur, a se non inuentum
Authorem, qui in comuni, & abso-
lute asseruerit, posse Sacerdotem, ser-
uata iustitiae aequitate, ratione vnius
Missae, accipere plura stipendia, adaequa-
ta, & integra. Quod fore [intolera-
bile, & contra communem sensum fi-
delium, & Ecclesiae,] dixit Corduba Lib.
1. Quest. 3. ad finem opinionis 4. pag. 49.
foreque; [vt ingereret hominum ani-
mis non modicam sordidam cupiditatis,
& auaritia suspicionem, & vt excita-
ret scandalum inter populares,] dixit
Barbosa in Alleg. 24. de Offic. & potest.
Episcopi num. 3. esseque [teterissimum ab-
usum, & a Christiana Republica con-
uellendum, & eradicandum,] pronun-
tiatur in Decreto de Celebratione Missarum.

1450 Huic inconuenienti de-
ducto contra responsum affirmati-
tiuam ad questionem secundam nul-
quam occurrit Caietanus, Nec vete-
mur repetere id, etsi Ioannes Martinez
de Prado 3. p. q. 83. dub. 8. §. 2. num.
8. contra nos dicat, esse infidelem rela-
tionem, & inurbanam argumentatio-
nem. Quae censura tangit a pedibus ad
caput Magistrum Sotum aientem supra,
[Potissimum argumentum, propter
quod contraria opinio esset repudian-
da, est, quod si illa esset vera, liceret Sa-
cerdoti pro vno Sacrificio a duobus, &
a tribus pitantias (quas vocant) susci-
pere; quin vero a triginta, & a trecen-
tis. Quocirca neque Caietanus argu-
mentum hoc debuisset, dissimulante,
& tacite pretereire.] Opponit Martini-
us verba superiora Caietani ex Tract. de
Celeb. Missa, & quae habet 2. 2. quest.
100. art. 2. §. Ad euidentiam. Sed opor-
teret, vt aduertisset, Caietani non
fuisse loquutum nisi in casu primae que-
stionis; ad quam cum respondeat ne-
gatiue, nulla relinquatur rimula, per
quam aperiatur aditus ei absurdo.

1451 Idem Martinus §. 3. n.
21. & 22. ob non habitam rationem
distinctionis inter vnam, & alteram
questionem, ait, esse expressam S. Tho-

mae sententiam, quod satisfactio, quae
ex opere operato respondet Sacrificio,
vt sit nomine Christi, si applicetur plu-
ribus, profitur min⁹ illis singulis, quam si pro
vno solo applicaretur, & adducit S. Do-
ctoris loca, in quibus probat, vnam Missam
non remittere semper totam poenam
eius personae, pro qua applicatur. Sed
ex his locis solum infertur, vnam Missam
non valere tantum vni personae,
quantum plures pro ea applicatae, quod
a nemine vnquam fuit negatum; & dis-
putatio solum est, an vna Missa tantum
profitur duabus personis, quantum si ap-
plicaretur pro vnaquaque seorsim, &
quid in hac questione ienserit S. Tho-
mas?

1452 Circa quam questionem
scripsit Nauarrus supra, [praesupponi-
ple, certissime, ac verissime, vnam Missam
dicam pro pluribus non proficere
singulis eorum tantum, quantum pro-
ficeret vni eorum, si pro eo singulari-
ter diceretur.] Et de sensu S. Thomae
videantur dicta a nobis in Disp. 8. num.
11. Ultraciratos vero ibi num. 4. & 5.
pro parte negatiua legantur Petrus de
Alliaco in 4. quest. 5. art. 1. Ioannes
Altenstaig in Lexico Theologico V. Suffra-
gium, Nicolaus de Nijffe in Resolutioni-
bus Theologorum Tract. 7. parte 1. per-
tione 2. quest. 3. Franciscus Lychetus in
Commentario ad Quodlibetum 20. Scoti,
Vendelinus in Supplemento super 4. Dist.
45. quest. 2. art. & dub. 3. propos. 5. Ioan-
nes Nider in 7. preceptum Decalogi C.
9. lit. H. Guilielmus de Rubione in Ser-
mone 1. de Defunctis, Bartholomaeus Hu-
golinus de Offic. & potest. Episcopi Cap.
16. num. 7. Sebastianus Perez Episco-
pus Oxomensis de Sacrificio noui testamē-
ti Cap. 25. Iacobus Baius in Institutioni-
bus Religionis Christianae Lib. 3. de Euch.
Cap. 26. Splius in Speculo testamentorum
Glossa 3. num. 58. & seqq. Barbosa ad C.
Non mediocriter de Conf. Dist. 5. Petrus a
S. Iosepho in Idea Theologiae Sacramen-
talis Lib. 2. Cap. 11. Ref. 8. Alfonso de
Leone de Officio Capellani quest. & sect.
7. num. 39. Quattus in Appendice de Sa-
crif. Missae quest. 2. puncto 19. Iacobus
Marchantius in Candelabro Mystico Tract.
4. Lect. 15. propos. 2. & Tract. 5. Lect.
16. Naldus in Summa V. Missa, num. 3.
Ioannes Poncius in Cursu Theologico Disp.
44. num. 128. Garcia de Excellentijs Sa-

cerdotij Tract. 3. diff. 1. dub. 8. puncto 2.
ex num. 24. Machadus in Confessore perfe-
cto Lib. 4. parte 1. Tract. 12. documento
3. num. 5. Ioannes Martinez de Prado
supra §. 3. num. 21. & duobus seqq. Fran-
ciscus Bonae spei in Cursu Theologico tom.
6. Tract. 4. de Euch. Disp. 9. dub. 6. ref.
2. Pasqualigo de Sacrif. nouae legis quest.
123, & 125. & apud ipsum Angles,
Bartholomaeus ab Angelo, Clarus, Ar-
cadius, Molfesius, Ludouicusque a S.
Ioanne. Ex Authoribus Societatis no-
strae Petrus Anellus Perficus de primo, ac
praecipuo officio Sacerdotis Lib. 2. Cap. 6.
roto dub. 3. Leisius 3. p. quest. 83. art. 1.
dub. 10. num. 58. Escobar de Mendoza
in Theologia Morali Tract. 1. examine 11.
Cap. 1. num. 14. Mascarenhas Tract. 5.
de Sacramentis Disp. 4. Cap. 6. num. 216.
Iosephus Augustinus in Notitia breui ad
audiendas confessiones num. 13. de Sacram.
Euch. Stephanus Bauny parte 1. Theolo-
giae Moralis, Tract. 10. quest. 9. Valen-
tia tomo 4. Disp. 6. quest. 11. punct. 1. §.
25. in fine, & tomo Controuersiarum cum
Haereticis Lib. 1. de Missa Sacrif. Cap. 6. in
fine.

1453 In num. 48. pag. 236.
Hurtadus dicit, [Si vir doctus, aut alius
fidelis bene instructus de veritate sen-
tentiae: quod Sacrificium Missae si
promultis sigillatim offeratur, tantum
valet singulis, ac si pro vno solum offer-
retur, & nemo ex alterius consortio
fraudet suo effectu, iste talis si stipen-
dia pro Missis det, consentire saltem
implicitè videtur (nisi contrarium ex-
primat, quod non vult, quod teneatur
sua opinio, & D. Thomae, quodan possit?
supra explicui) dare elemosinam, & stipen-
dium taxatum, vt simul cum alijs deseruiat
pro sustentatione congrua vnius diei.
Ita ex Comitolo, Antonino, Paludano,
& Syluestro docet Marchinus Tract. 3.
de Ordine parte 2. Cap. 16. num. 4. Nec
videtur opponi decreto Urbano, quod
loquitur, cum dans stipendium non con-
sentit: Et sic eius intentio est, vt Sacer-
dos congrue sustentetur, & non cogatur
mendicare.] Sic Hurtadus.

1454 Sed non Marchinus, nam
hic loquitur, [quando conuentio fa-
cta sit inter dantem stipendium, & cele-
brantem, quia contractus ex conuentio-
ne legè accipiunt. Nam si fideles debu-
ius Sacrificij infinitate instruantur, ne-

minemque ex alterius consortio fraudari, tunc, illis consentientibus, stipendia usque ad congruam unius diei sustentationem augeri posse, Paludanus, Syluester, S. Antoninus, & Comitulus scriptum reliquerunt.] Quæ sunt verba Marchini, & procedunt in casu ex hibiti consensus à contribuentibus stipendia, continentque veram doctrinam, siue dantes stipendia assentiantur, siue non ei opinioni; quanquam si assentiantur, poterunt facilius moueri ad consentiendum, vt Missa, pro qua conferunt stipendia, offeratur in bonum ipsorum ex æquo. At quod dans stipendium, si sit vir doctus, aut bene instructus de infinitate Sacrificij, consentiat eo ipso factem implicite in oblationem eiusdem Missæ, pro se, & pro alio quoad fructum medium, à solo Hurtado dicitur.

1455 Actane qui sit vir doctus non poterit ignorare, non esse certam, sed tantum probabilem eam infinitudinem Sacrificij. Vndenam igitur censendus est consentire tacite in id, quod vult Hurtadus? Et cum is Doctor fateatur, posse hominem sapientem dissentiri, sequitur manifestè, non esse signum taciti consensus, si qui dat stipendium, sit vir litteratus. Respondet ille, esse signum, quandiu dissensus non exprimitur. Repono ego: ergo desinet esse vir doctus, & desipiet tunc, quando declarat dissensum. Et præterea geret se tunc irrationabiliter, proindeque de eius dissensu non erit habenda ratio à Sacerdote.

1456 Quibus sequelis reluctari non potest Hurtadus, vt qui in num. 435 pag. 232. scripserat, [aded certum mihi videtur, Sacrificium non minui ex consortio aliorum, vt dans elemosynam, & stipendium Missæ non possit cogere Sacerdotem, vt sequatur opinionem, quod fructus Sacrificij sit finitus extensiuè] Ita ibi Hurtadus.

1457 Qui in num. illo 480 pag. 236. debuit non esse contentus contentu unius dantis stipendium, quia nisi alius elargiens secundum, similiter consentiat, non erit, cur liceat Sacerdoti applicare solam vnâ Missam pro vtroque; Debuit itidem animaduertere Hurtadus, potestatem licitam duplicis stipendij non dependere ab opinione de Missa æqualiter proficua duabus personis, pro quibus offeratur, ac si pro vna sola

offerretur; sed dependere ab indigentia congruæ sustentationis, & ab exclusione mendicitatis in Sacerdote: qui titulus si deficiat, non erit Sacerdoti permissum duplex stipendium pro vna Missa. Et quando Sacerdos vnum reporter, poterit applicare Missam pro personis sibi placitis, & à quibus non fuerit simili munere donatus, si certus sit, vt Hurtadus, vel probabiliter persuasus de infinitate Sacrificij. Hæc ad hominem contra Hurtadum.

1458 Sed adijcit immediatè verba, quibus retractare videtur ea, quæ discussi. [Verum est, inquit, quod etiam si Sacrificium infinitum sit extensiuè, & sic quantum ad effectum Sacrificij nullus ex consortio alterius detrimentum habeat, & sic non teneatur illi restituere iure naturæ stipendium datum, tamen ex lege Urbana tenetur restituere, nisi plura stipendia acceperit, urgente indigentia ad sustentationem sui.] Quæ conditio exceptiuacum proposita ab Hurtado fuerit in verbis antecedentibus, scilicet in illis, [Et sic eius intentio est, vt Sacerdos congruè sustentetur, & non cogatur mendicare,] retractat, & non retractat ille doctrinam anteriorem.


1459 Et rogandus est de iustatione eius Decreti, si infinitudo extensiuæ Sacrificij tam certa est iudicio Hurtadi, & virorum doctorum quorumcumque, vt ipse refert, & toties inculcat, præsertim in num. 367. pag. 224. vbi ait, [Ego prorsus non video, quare ratione negare aliquis cum sufficienti fundamento possit, Sacrificium Missæ habere virtutum infinitam, non solum impetratoriè, sed etiam satisfactoriè.] N. 381. pag. 225. [Quod Sacrificium Missæ habeat infinitatem extensiuam: mihi videtur aded certum, vt mirer, homines doctissimos, & valde pios eius virtutem limitasse, &c.] N. 400. pag. 228. [Quod Sacrificium non proficit eque multis, ac vni, si pro iusto offeratur, certe quidè hoc nullus mihi persuadebit, nisi auctoritas interveniat Ecclesiæ Catholicæ Romane.] N. 435 pag. 232. habet verba, quæ paulò antea exaravi. Et nunc miror præsumi ab Hurtado in viro docto tacitum consentum ad id, vt Sacerdos, cui tribuat stipendium, applicet etiam Sacrificium pro alia persona, quæ contulerit aliud stipendium, quia

quia non possit non homo sapiens assentire veritati de infinitate extensiuæ Sacrificij; cum tamen Hurtadus in verbis illis num. 381. pag. 225. agnoscat, homines doctissimos, & valde pios dissentire ei infinitati. Ego recensui nuper triginta septem, & in Diss. 8. num. 4. & 5. multò plures sine comparatione.

PARERGON VII.

Delibantur alia nouitates eiusdem Moderni.

1460



MITTO alià cōtradictionē num. 478. pag. 237. cū n. 207. pag. 205. vbi Hurtadus dixerat, [Si ali-

quis det stipendium

non pro applicatione Sacrificij (quoad fructum scilicet satisfactorium, aut medium) sed vt Sacerdos oret pro illo, & aliquam dicat in Missa Collectam profectis, aut pro impetratione alicuius beneficii à Deo, est valde notandum, etiam vbi Decretum Urbanum est receptum, quod hoc stipendium potest licite accipere simul cum stipendio dato ab alio pro applicatione Sacrificij.] Sed id, quod approbati vè dixerat esse valde notandum, postea ait, & merito, esse omnino intolerabile ex natura rei, & expresse aduertum Decreto illi, expositumque innumeris absurdis, [si nempe Sacerdos satisfaciat vno Sacrificio pluribus, qui ipsum petierunt ratione diversi effectus, vt si vnus petat, quia impetratorium est, alius, quia satisfactorium, alius in gratiarum actionem, & diuinam laudem, & cultum.] Sic ille. Sic etiam Pasqualigus cum multis in quæst. 949. Giballinus in quæst. 18. de Simonia, Confectario 7. num. 17. Lezana in Summa V. Missa num. 21. Possuinus de Officio Curati Cap. 2. num. 25. quæst. 7. Granadus Controv. 6. de Euch. Tract. 14. Diss. 7. sect. 3. num. 13.

1461 Omitto itidem, quod ab Hurtado num. 630. pag. 255. proponatur tantum vt verior Sacrificij oblatione à Sacerdote ex Ecclesia præcilo fructus medius in persona alias capaci, pro qua offerat illud. Debuit proponere eum fructum tanquam omnino verum, & assertum cōcorditer iam diu à Theo-

logis, probatumque conuincenter rationibus, quas attigi Diss. 12. num. 18. Verba vero quædam S. Thomæ 3. p. q. 82. art. 7. ad 1. debuissent ab Hurtado non trahi in oppositum sentum, quod enim extra Ecclesiam non possit esse spirituale Sacrificium, quod est verum veritate fructus, licet sit verum veritate Sacramenti, vt inquit Angelicus Preceptor, non intelligitur de fructu respondente siue ex parte Sacerdotis, siue ex parte Ecclesiæ. Vnde Hurtadus attribuit S. Thomæ sententiam non bene sonantem, vt opponeret se P. Ioanni de Dicastillo è Societate Theologo, qui sine controuersia asseruerat, [Sacerdotem hæreticum, aut schismaticum, aut excommunicatum celebrantem, verè sacrificare in persona Christi, & eius Sacrificio verè respondere fructum medium tam quoad impetrationem, quàm quoad satisfactionem.] Legatur B. Albertus in 4. Diss. 13. art. 31.

1462 Omitto similiter verba illa Hurtadi n. 485. pag. 237. quæ videtur offendere valde Religionem sacras, [Plāgo, dum video, etiam in Religionibus exalceatis, ex elemosynis Missarum fieri prodigos sumptus circa diuinum cultum, ornamenta superflua altaris, ædificia superba, necnon circa turres, & Ecclesias.] Debuit, et si vidisset, non tradere scriptis ad scādalu Sæcularium, & ad auertendos eos à commendandis Missis sub stipendio Religionibus sacris. De quibus ego non credam, corradere cōtra ius, falsq; stipendia Missarum ad ea, quæ dicit Hurtadus, & quæ facta ex stipendijs iustis, ex alijsque elemosynis debito modo corrogatis, an sint immoderata? non est Hurtadi, neque mei iudicare. Quæque Religio iustam habet in his mensuram sanctè statutam.

1463 Omitto etiam attestatio.

L13

tio.

tionem factam ab Hurtado num. 509. & 510. pag. 240. de prudentissimis, & doctissimis Dominis Episcopis, qui vi-
ci rei difficultate cessarint ab intento, ut tot dicantur Missæ, quot accipiantur stipendia à Regularibus, etsi nouerint celebrari pauciores Missas, quam sunt stipendia tradita; sed attendentes ad eorum indigentiam distribuerint stipendia Collecturi, relinquentes sue conscientie satisfactionem obligationis in se susceptæ. Ego in Dominis Episcopis mihi notis nunquam vidi, aut audiui talem conuenientiam erga pauciores Missas, sed potius exquisitam curam dispendendi eas iuxta numerum Religiosorum Sacerdotum, & iuxta onera, quibus grauantur Monasteria, petendoque à Superioribus schedulam manu sua munitam, sæpeque confirmatam iuramento de tot Missis peragendis, quot stipendia recipiantur. Quauis enim Domini Episcopi fateantur cum Cap. 4. Si quis Presbyter 2. q. 4. non debere Sacerdotes ex leui causa iurare; manus enim, per quam corpus, & sanguis Christi conficitur, iuramento polluetur; absit: alunt tamen, hanc non esse leuem causam.

1464 Sed ego vellem, ut de Domini Sacerdotibus maior securitas, fidesque conciperetur, & ne contristarentur exactione iuramentorum huiusmodi. Ac sanè si quem non contineat in officio obligatio ex promissione, & ex iustitia, forsan neque continebit obligatio ex religione iuramenti. Et qui putet (tute, an intute in conscientia? Ipse viderit) super se sibi effugium ab illa obligatione, quæret & ab hac, in iuramento vtens æquiuocatione, restrictione ve occulta, vel carens animo iurandi, aut se obligandi, si probabile sit, fieri posse vtrumuis sine peccato mortali, quando falsitas est occulta, & absque iusta causa cogitur quis iurare externe. Vtcrius interpre-

tabitur iuramentum eodem modo, quo promissionem, cui est annexum. Vnde si censeat, hanc non obligare, (quam rectè, ipse viderit) iudicabit consequenter, nec illud inducere obligationem. Et in casu dubij recurret ad Superiorem, forsan; inueniet aliquem, qui se intromittat leuando oneri iuramenti. Hoc si fiat, suadeo Sacerdotibus, vt sincerè emittant, adimpleantque religiose. Absit namque, vt dicam cum Hurtado relato Disp. 31. num. 158. esse iuramentum de re illicita, & contra charitatem fraternam, si Sacerdos iuret, offerre vnã tantum Missam pro Petro, & Paulo, qui duas petierint, & ad duas tribuerint stipendia. Simul etiam suadeo, vt, quantum fieri possit, euitetur exactio talium iuramentorum. Vnde valde laudandum mihi videretur Edictum quoddam pro Collectoribus Missarum publicatum anno 1664. die 18. Iulij apud Velez Candidum ab Illustrissimo, Reuerendissimoque D. D. Roderico de Mandià, & Parga Antistite Almeriensi dignissimo: quo in Edicto etsi circa committendum Missarum onera adhibeantur cautiones multæ magna cum prudentia, orra ex longo usu, & experientia rerum Ecclesiasticarum, peritiaque iuris Canonici; sed maxima cum prudentia subtrahitur iuramentorum exactio.

1465 His omisis, seu potius compendiosè relatis, ac reiectis, transeo ad alia Hurtadi circa causam honestam, titulumque iustum vrgentis necessitatis Sacerdotum, vt possint pluribus personis vnica Missa satisfacere, et si acceperint plura stipendia. Qua de causa agit ex num. 429. pag. 232. vsque ad num. 517. pag. 241. Longum esset, memorare omnia, quæ tentat, & intermiscet: attingam capita aliqua.

(*)



PA:

PARERGON VIII.

Alia nouitates eiusdem Moderni magis ex professo discutuntur.

1466



VM. 431. pag. 232. ait Thomas Hurtado, [vrgentem necessitatem esse sufficientem Sacerdoti causa, & honestum titulum accipiendi à diuersis plura stipendia taxata, mihi indubitatum est:] additque num. 432. [Et hic est sensus, & consensus omnium fidelium, dum stipendia pro Missis dicendis distribuunt.] Concedam Hurtado, eam causam esse probabilem sub circumstantijs, de quibus postea; feram etiam patienter, vt sibi videatur indubitata: sed quod dicat, esse ex sensu, & consensu omnium fidelium, ecquis toleret? Cum notum sit, multos fideles pios, & doctissimos asseuerare expresse contrarium verbo, & scripto.

1467 Habuit ipse præ oculis Ioannem Baptistam de Lezana, qui etiam in tomo. 1. Cap. 21. num. 5. indecisum reliquerit multiplicis stipendij pro vna Missa titulum ratione grauis necessitatis extra extremam; sed postea V. Missarum. 24. clarissime docuit, vt Decreti de Celeb. Missar. putandum insufficientem eum titulum respectu Sacerdotis siue Sæcularis, siue Regularis, aut Monasterij pauperis. Estque dignum notatione, quod tamen ex natura rei, & abstrahendo à præfato Decreto, iudicet esse probabilem eum titulum, addatram quatuor circumstantias: primam, quod Sacerdos alio modo decenti viuere non posset, vt legendo, docendo, prædicando, scribendo, imò etiam pingendo, au aliam honestam artem intra claustra Monasteriorum exercendo: secundam, quod strictè tantum sustentationi, non autem splendide vitæ, vestitui, amplæ habitationi, similibusque superfluitatibus per multiplicata stipendia prouideretur: tertiam quod neque implicitè tot Sacra essent promissa, quot stipendia accepta: quartam, quod alijs vijs, & modis suffragiorum

spiritualium deberet satisfieri pro non celebratis Missis.

1468 Rursus ante oculos Hurtadi fuit Ioannes de Dicastillo, quem impugnat, & qui Tract. 5. de Sacramentis Disp. 4. dub. 19. ex num. 339. vsque ad 365. citatis compluribus Authoribus, & expensis validis rationibus probat, non esse sufficientem necessitatem eam, quæ grauis sit, sed non extrema. Philibertus etiam Marchinus lectitatus ab Hurtado, & refutatus dicit, re mature discussa, Tract. 3. de Ordine, parte 2. Cap. 15. num. 22. [Sacerdotem pauperem, ex clusa extrema necessitate, non posse per vnica Missam tot stipendia accipere, quot sufficiant ad sui sustentationem.] Pro qua conclusione laudat Nauarrum, Couarruuiam, Gutierrez, Cordubam, Toletum, Suárez. Azoriū, Fagundez; & pro eadem Dicastillus refert Archidiaconum, Ioannem Theonicum, Abbatem, Ioannem Andreæ, Paludanum, S. Antoninum, Gersonem, Abulensem, Honcalam, Martinum de Frias, Bernardum Diaz, Emmanuelem Rodriguez, Salmeronem, Vazquium, Dianam, & alios apud hunc. Nonne hi omnes sunt fideles? Debuisset ergo ostendere Hurtadus, non allegari fideliter, vel debuisset non dicere, causam grauis necessitatis, ad extremam non pertinentis, esse ex sensu, & consensu omnium fidelium sufficientem ad plura stipendia ex pluribus personis reportanda pro eadem Missa. Et quid, si vidisset Hurtadus Zachariam Pasqualigum in quest. 939 allegatis pluribus alijs Doctoribus, contententem enixè pro sententia contraria?

1469 Num. 442. pag. 233. scribit Hurtadus, [Sacerdos, existens in vrgente necessitate, potest applicare idem Sacrificium pluribus, qui plura dederunt stipendia, quæ applicet in sustentationem congruam, vt congruè sustentatus possit suum munus exercere, quia sustentatio est de iure nature, & elemosynam ostiat in quærere ad sustentationem.]

tationē, iure naturæ est indécens Sacerdoti, qui non est professus solemniter voluntariam paupertatem: ille enim si ostiatim petit, & non sufficit, potest etiam plura stipendia congregare pro vno Sacrificio. Quibus in ultimis verbis obligat Hurtadus Sacerdotem Regularem, vt priusquam ex eadem Missa referat plura stipendia ad subueniendum suæ graui necessitati, tentet, an medicando ostiatim possit comparare necessaria sibi? Cuius obligationis Hurtadus non meminerat in antecedentibus, neque postea meminit. Videturque ea obligatio excludi rationibus sententiæ desumptis ex fidelium obligatione alendi Sacerdotes sacrificantes pro ipsis.

1470 Et circa Regulares indicat *num. 429. pag. 232.* aliud, quod tentandum sit, antequam accipiant plura stipendia pro vna Missa, videlicet an possit Communitas dissolui, aut ad pauciores numerum reduci? Dicit enim ibi, [Secundus titulus, & causa honesta, ex qua potest quis plura stipendia a pluribus accipere pro vna Missa, est vrgens Sacerdotis, aut Sacerdotum Collegij, & Communitatis necessitas, ita vt aliàs Sacerdos, nisi ostiatim elemosynam exposcat, & Communitas dissolui, aut ad pauciores numerum reduci non possit, nisi plura congreget stipendia Missarum, congruam sustentationem, & strictam, & obseruantiam Regulari taxatam non habeant.] Sic ille, cuius in scribendo ad lucem publicam celeritas, aut non bona Latinitas in causa forsitan est, vt à me non intelligatur. Si vult esse prius tentandum; debuisset addere, an vbiuis, an tantum in illis locis, in quibus ex integro obseruetur Decretum Urbani VIII. de Celeb. Missar. & de numero Religiosorum in Conuentibus?

1471 Indicat etiam Hurtadus *nam. 448. pag. 234. num. 508. pag. 240.* In vrgente necessitate non esse petendam totam sustentationem Sacerdotis siue Regularis, siue Sæcularis ex stipendijs excedentibus Missarum numerum, [quia si sunt stipendia aliorum actuum, minus de stipendijs Missarum debet corradi, & solum ex istis suppleri potest, quod ex alijs deest.] Quæ limitatio præterita est ab Hurtado in sua propria sede, & non quadrat aptè cum funda-

mentis lacis pro sententia, quam sequitur.

1472 *Num. 462. pag. 235.* Inquit Hurtadus, esse expressè contra Decretum Urbani VIII. si Sacerdos pauper, accepto stipendio minori, quàm quod lege, aut consuetudine sit taxatum, admittat aliud complens quantitatem iustam, applicetque vnam Missam pro duobus, quibus duas promiserit necessitate coactus. Sed si, fatente Hurtado, est id contra Decretum illud, erit multo magis, si Sacerdos in necessitate graui assumat duo stipendia iusta, & vnam tantum offerat Missam. Quod si Hurtadus respondeat, fuisse sibi sermonem in *num. 462. de Sacerdote paupere in necessitate communi, & ordinaria, non autem in graui.* Contra, tum quia contextus ducit ad intelligendum necessitatē grauem, tum quia in necessitate, de qua loquitur, fas iuxta ipsum est ex natura rei illud, quod vetitum dicit Decretum Urbani VIII. Sed non credo, Hurtadum sentire, licitum esse Sacerdoti ex natura rei in necessitate communi, & ordinaria diminuere numerum Missarum ad ratam elemosynæ lege, aut consuetudine debitæ, si sponte acceperit tenue stipendium, & expressè promiserit plures Missas, vel etiam tacite. Qui quauis non intenderit obligare se ad tot Sacra, non sufficeret id in excusationem. Nam quod obligatio non contrahatur sine animo se obligandi, non valet in obligationibus legalibus, quæ debent intelligi iuxta mentem legis, & iuxta verba eas acceptantia, prout appositè notat Alfonso de Leon *quest. 8. de Officio Capellani sect. 3. num. 12. & diffusius Pasqualigus in qq. 942. & 943.* Addeque cum Gibalino *quest. 18. de Simonia Consecratio 7. num. 3.* si Sacerdos contentus medio, vel etiam infimo stipendio, sed iusto, promiserit duas Missas, fore, vt teneretur ex iustitia ad illas, non secus ac qui pretio infimo, sed iusto, vendidit merces suas, debet ex iustitia stare contractui. Sed ne dineram ab Hurtado, debuit ille non sic ferri calore contradicendi *ibi* cuidam Societate Scriptori, vt posset de ipso dici, quod ipse tatis extra propositum inquit, & valde eleganter *n. 443. pag. 233. per vnum esse Magistris Scholæ Societatis, vt eorum Libri Impugnationibus aliorum accrescant magis, quàm in assertione pro-*

prię sententiæ.

1473 *Num. 494. pag. 238.* pronuntiat Hurtadus, [Si est aliquis Sacerdos Religiosus, qui nec vestitum decentem suo statui, nec cibos necessarios ad salutem, & infirmitatē habeat, nec Communitas vel ex malitia Superioris, vel ex indigentia tribuat, potest ex Missarum stipendijs accipere a pluribus personis pro vna, aut paucioribus Missis, quàm sint stipendia, id solum, quod requiritur ad huiusmodi necessitati subueniendum. Similiter si sit Confessor, Prædicator, aut Theologus, & indigeat libris, sine quibus non potest populo, & proximo inferuire, & animabus proficere, poterit eos, qui simpliciter necessarij sunt, emere; non superfluos, & ad ostentationem. Si verò sit Sæcularis, idem poterit. Et tandē ea stipendia poterit accipere, quibus vrgentem necessitatem suppleat, & non cogatur mendicare. Nec ad hoc requiritur aliqua dispensatio Superioris, quia eo ipso quod constat, esse vrgentem necessitatem circa necessaria ad victum, & vestitum, & habitationem congruentem, ius naturæ, & Sacerdotij dat facultatem ad hoc: constat autem, si re ipsa Sacerdos non habeat aliunde, vnde accipiat.]

1474 *Num. 495.* [Idem vrgentiùs practicari potest in Conuentibus Regularium, in quibus & practicitur hodie, quod suppleantur ex Missarum stipendijs ea, quæ desunt prouentibus annuis, & consuetis elemosynis ad congruam sustentationem Conuentus. *N. 496.* Si Sacerdos, vel Communitas Religiosorum habeat debita iuste contracta ad congruam sustentationem cibi, & potus, habitationis, ornamentorum altaris, reparationis domus, & similia; posset licitè hæc debita soluere ex Missarum stipendijs.]

1475 *N. 497. & duobus seqq. pag. 239.* censet, [esse satis probabile, & in praxi cõsiliandum, & sibi indubiū, nisi interueniret Decretum Urbani VIII. posse Sacerdotem Regularem, aut Sæcularem congruè sustentare parentes, sorores, aut filias, existentes in vrgente necessitate, ex Missarum stipendijs collectis, si non sit alius modus succurrendi præfatis personis. Nihilominus cum Decretum illud grauisimè loquatur, & prohibeat sub obestatio-

nediuini iudicij accipere plura stipendia pro vna Missa, ait, se non audere laxare habenas in hac materia, & extendere doctrinam vltra congruam sustentationē personæ Sacerdotis ratione vrgētis necessitatis.] Huc vsque Hurtadus. Quæ si ab hoc postremo asserēdo retardauit prædictum Decretum, quidni & ab alijs plerisque proximè antea affirmatis? Quæ si probarentur, vix esset Sacerdos pauper, [qui non posset pro vna Missa vnum aureum, vel pro pluribus aureos centū accipere, vbi non tā facile dicendarum Missarum vtilitas toto anni curriculo obuiam ireret,] vt benè notauit Marchinus *Tract. 3. de Ordine parte 2. Cap. 15. num. 8.* Præterea si Sæculares comparent notitiam eorum, quæ Hurtadus docet licita esse Sacerdotibus pauperibus, retrahentur ab stipendijs conferendis ad Missarum celebrationem per pauperes Sacerdotes siue Sæculares, siue Regulares, verebuntur namque, ne illi arripiant doctrinas Hurtadi. Nec possum mihi persuadere, tam amplam licentiam non esse contra Decretum Urbani VIII. contra praxim Sacerdotum timoratorum, & contra sensum Laicorum.

1476 Et licet graues aliqui Doctores asseruerint ante Hurtadum ea, quæ ex ipso retulimus proximè, tamen illi scripserunt ante Decretum Urbani VIII. quod editū est ad cõpescendam licentiam capratam ex illorum scriptis, ac consilijs; & post Decretum præfatum nullus magis, quàm Hurtadus, laxauit potestatem ad plura stipendia pro vna Missa, neque magis ampliauit quantitatem, quæ titulo sustentationis reporteretur ex Missarum stipendijs. Sed & ante prædictum Decretum opiniones paucorum illorum Doctorum hoc in puncto tantę quantitatis non benè audiebant apud plerosque alios. Prolixum esset, & inutile adducere ipsorum verba. Sufficiat promultis vnus P. Henriquez *Lib. 9. Cap. 22. §. 4.* inquit, [Vt iustum stipendium, rerumque venalium pretium est apud varias regiones diuersum pro caritate, aut vilitate annonæ; ita debetur celebranti id, quod ex consuetudine regionis satis est ad necessaria vitæ. Quidam (vt Bañez, qui in margine citatur ab Henriquez, Magisterque Orellana allegatus, & subscriptus à Vega *tomo 2. Summæ Cap. 41. casu*

1. Nuñusque Cabezudus 3. p. q. 83. art. 1. in 3. eius parte, dub. 9. ex pag. 963.) nimis extendunt, ut pro vna Missa accipere liceat à multis pecunias etiam pro soluendis debitis, & ad emendos libros opportunos, & pro parentum, sororumque, qui vnum cum Sacerdote reputantur, valde indigentium sustentatione. Quòd si pro his non solvantur sufficiens pecunia, aiunt, posse Sacerdotem capere occulta compensatio- ne quàm de iustitia debitam. Hæc ampla, & falsa sententia nimis indulget, ut crescat pirantia Missæ, quæ tot sustentandis sufficere debeat contra mo-

rem Ecclesiæ, & timofatorum. Nam ea occulta compensatio est contra infertionem soluentium stipem, qui fraudantur debito fructu ex numero Missarum. Certè ad sustentandum statum, & honorem sororis, aut collocandam in matrimonio, nemo concedit accipere plures stipes pro vna Missa.] Hactenus Henriquez. Et quod addit de sorore Sacerdotis, placeret Nuño Cabezudo, siquidem *ad finem dub. 9. pag. 968.* non extendat ad sustentationem sororis licentiam, quam dederat Sacerdoti ad sustentationem parentum.

PARERGON IX.

Alterius Moderni germanæ nouitates perstringuntur.

1477



TOMÆ Hurtado potest ad iungi Hieronymus Columbus Lib. 4. de Angelica, & Humana Hierarchia ex Cap. 65. vsque ad 71. inclusivè, ubi in multis, imò & in plerisque concordat cum illo. Et ex num. 10. vsque ad 14. Capitulis illius 71. præbet mirabiles interpretationes ad Decretum Urbani VIII. ait enim, [Causam Decreti fuisse solummodò, ut ponerentur habentæ quorundam Religiosorum negligentæ, aut auaritiæ, qui sæpe pecuniarum rationibus, ut his, qui à se Missas petunt, morem gerant, minimè verentur omnis Missalis regulas retrovertere, quotidie ferè Missas celebrantes de B. Virgine, aut de Requiem pro defunctis. Vel quod deterius est, solù diebus festis offerentes Sacrificium, negligunt quotidie celebrare pro his, qui ad quotidie celebrandum eis munera deferunt. Hinc Sacra Congregatio præcipit, ut tot Missæ dicantur, quot ab eis præscriptæ fuerint. Per hoc tamè non simpliciter vetat, à Sacerdotibus suscipi novas Missarum obligationes; sed mandat, ne hoc fiat sine Prælatorum licentia. Qui cum viri prouidi, ac Rubricarum obseruatores existimètur, fa-

cillatione subditis sibi Ecclesijs, aut Monasterijs poterunt providere, ut non amplius tot obligationes suscipiantur, dicendi quotidie Missas de B. Virgine, aut de Requiem; sed seruato Missalis ordine, eo modo morientium legata suscipiantur, ut in Missis, quæ quotidie pro eis dici promittuntur, non excludantur alij, quotquot futuri sunt, viuus, aut defuncti, qui à Sacerdotibus Missas iugiter pro se dici petunt; ac in omnibus, & per omnia iuxta Missalis regulas celebretur; ut sic vnicuique iuxta fidem, ac religionem suam istud proficiat Sacrificium, quod pro communi salute à Domino est institutum.]

1478 Quæ Columbi verba aberrantia valde sunt ab instituto Urbani VIII. in eo Decreto, nec enim ibi speciatim iubetur seruari qualitas Missarum iuxta præscriptum Missalis, & Rubricarum; sunt etiam iniuriola Religiosis. Si culpa, aut excessus aliquis præcessit, cui per Decretum obulare voluerit Urbanus VIII. quo fundamento, aut rebus probabit Columbus, fuisse potius auaritiæ, aut negligentiam Sacerdotum Regularium, quàm Sæcularium? Quare Columbus, qui videtur esse Sacerdos Sæcularis, debuit non conferre crimen in Regulares.

1479 Sed enim cum vereretur Columbus, ne diceretur eludere fri-

frivola interpretatione Decreti Urbani VIII. & aperire viam, ut acceptis mille Regalibus v. g. satisfaciat Sacerdos offerens vnam tantum Missam conformem Rubricis Missalis, applicansque eam pro personis, quæ quingentas Missas postularint, sicque supra modum ditescat, adiecit Scriptor ille, Sacerdotem habentem onus celebrandi iugiter pro aliquo contribuente congruam sustentationem, si nouas suscipiat elemosynas à petentibus pro se Sacrificia; teneri dimittere eas ad loca miserabilium personarum, in quarum usus transeant; vel teneri deputare ad opera suæ Ecclesiæ, & Sacrificia necessaria pro Deo cultu, ac religione conseruandis.

1480 Concluditque Columbus, [Atque adeò in Ecclesijs, quæ nouiter fabricantur, ac indigent multis, ac magnis impensis, posse recipi quotquot elemosynæ pro dicendis Missis à quolibet quotidie offerantur; aut ex testamento legentur, ut ibi pro eis, diebus singulis, Sacrificium in perpetuum fiat; ita ut vbi pauciores Sacerdotes adsint, quàm munera offerentes, vnus Sacerdos quotidie celebrans possit pluribus hoc petentibus satisfacere.] Ita Columbus. Sed Decretum Urbani VIII. præcipit sub obreptione diuini iudicij, ut absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ elemosynæ siue ab vna, siue à pluribus personis præscriptæ fuerint; etiam si Missæ sine qualitate eiusdem sita ut alioquin, ad quos pertinet, ut sint Sacerdotes Ecclesiæ, &c. suæ obligationis non satisfaciant, quin imò grauiter peccet, & ad restitutionem teneantur. Sic Decretum. Quod collatum cum euasioneibus Columbi tam distat ab huius doctrina, quàm ara à lupinis.

1481 Iuxta Decretum Sacerdos non celebrans Sacra designata ad rationem stipis acceptatæ non explet munus suum; sed delinquit lethaliter, & manet obnoxius restitutioni faciendæ ei, qui erogauit elemosynam. At iuxta Columbum talis Sacerdos non tenetur nisi transmittere ad loca pauperum, vel addicere expensis tempus partem stipis non necessariæ pro congrua sua sustentatione. Quæ iustitiæ obligatio vndenam nascatur, me propterea latet, ut & cur stipendium, quod largitur fidelis defuncto, debeat conuerti in usus domus pauperum, vel in templi orna-

tum, fabricam vè. Huiusmodi grauamen stipendijs Missarum quænam lex siue diuina, siue humana imposuit? Quapropter putandum est, vel retineri ea posse à Sacerdote, vel debere restitui personis, ex quibus accepta fuerint, si non celebrentur Sacra præscripta.

1482 Nec fuit scrupulosus Theologus, qui hanc iustitiæ obligationem agnouit, nec fuit vitiosus in tali iudicio, ut indicat Columbus; quin potius ipse Columbus singularis fuit in suo. Nisi dicat, se sequi Ioannem Dominicum Montagnolum, quem magnis laudibus extulerat Cap. 66. num. 5. Sed cuius libellus de Valore Missæ est prohibitus Romæ à Sacra Congregatione Indicis, quin potuerit Hurtado sua auctoritatis scuto impedire eius interdictionem, De quodam etiam Authore, dicto Ruiquerio, refert Pasqualigus in quæst. 937. consentire cum Montagnolo quoad id, ut non sit contra rigorem iustitiæ multiplex stipendium ex vna Missa pro multis personis, et si sit contra exigentiam deuotionis fidelium. Nec repetio alios Authores concordantes cum Columbo, & Hurtado. Testabatur quædam tempore insignis Magister Salmanticensis Petrus de Aragon 2.2. q. 85. art. 3. v. Sed obijciat aliquis, pag. 921. vniuersos Doctores sentire contrarium; & Lezana in Summa V. Missæ num. 19. receptionem multiplicis stipendij vocat ex Azore [ordidam licri cupiditatem,] ex Nauarra [planam iniquitatem,] ex Emmanuele Rodriguez [ignorantiam, & modicum Dei timorem,] ex Marco Antonio Genuësi ipsos recipientes appellat [necatores pauperum, infideles, fures, sacrilegos.] Quarum celsurarum ego tum merus enarrator.

1483 Insurgit autem Columbus contra illum Theologum innominatum, & tanquam scrupulosum traductum, aitque; [Cur non potius dixisti, in eorum Ecclesijs, ac Monasterijs potissimum, qui voluntariam paupertatem profitentur, quæ superfluentur prouisa sunt necessarijs ad viuendum, non licere novos agros, ac possessiones recipere, ad hoc ut pauperioribus Ecclesijs, ac Religiosorum Societatibus, quæ in dies struuntur, ac instituuntur, ex novorum benefactorum largitionibus noua emolumenta proueniant?] Quæ in-

terro-

terrogatio nec sapit sanam intentionē
erga Sacras Religiones, nec ad rem est,

ideoque moram non faciam in re-
pondendo.

(?)

PARERGON X.

*Declarat Author, quantum recesserit à prenotatis noti-
tibus in suis scriptis.*

1484



IXI quidem in
n. 16. Disp. 3 1.
de Sacrificio Mis-
sæ, Sacerdotē
posse pro vna
Missâ assume-
re plura stipen-

dia, si patiatur necessitatem extremam, id est, si, nisi ex eis subueniat sibi, imminet probabiliter, & cerro moraliter periculū mortis, vel alterius mali, quod morti cōparetur, seu ob quod euitandū cōmutaretur facillē vita cū morte. Quæ mea assertio dicitur valde à laxitate Hurtadi, & Colūbi in suis; estque indubitata Vincentio Filliuelo *tomo 1. Tract. 5. Cap. 6. num. 188.* & defenditur à Suario *Disp. 86. Sect. 4. V. Dico ergo, Gibalino quest. 18. de Simonia, Consecratio 7. num. 8.* Antonio de Escobar *Lib. 21. Theologiae Moral. Sect. 2. problem. 138. num. 604.* Mercero, Villalobo, & Fraxinello apud Alfonso de Leone de *Officio Capellani, quest. 8. sect. 6. num. 32.* a Lezana, Franciscoque de Lugo apud Pasqualigum *quest. 940. num. 2.* imò ab omnibus ferè, qui de re proposita scripserūt; videturque, negari non posse, siue assumantur stipendia à pluribus personis, siue ab vna sola. Nam cum in extrema necessitate omnia sint communia, si qui eam patitur, potest usurpare sibi vel à multis personis, vel ab vnica id, quod necessarium fuerit ad liberandum se ab ea necessitate, poterit multo potius Sacerdos ex stipendijs siue plurium personarum, siue vnus, & offerendo vnica Missam, assumere quantitatem sufficentem ad excutiendam eam necessitatem; si quidem medium stipendorum sit facillius, & commodius sibi, alijsque personis, quam quodcumque aliud; & suffragium Missæ sit valde vtile cæteris, & ad quod impendendum non obligat

per se licentia, quam tribuit extrema necessitas, vt patet in Laico egente extreme, & in Sacerdote similiter egente, sed impedito celebrare Missam.

1485 Ibidem etiam vt probabile approbati, posse Sacerdotem in valde graui necessitate illud ipsum, quod in extrema circa plura stipendia arroganda sibi siue à pluribus personis, siue ab vna pro vnica Missâ. In quod sub conditionibus ibidem indicatis dicitur etiam multum ab amplitudine, qua loquuntur Hurtadus, & Columnus, & non potest non videri probabile omnibus illis Doctoribus, penes quos necessitas notabiliter grauis, seu periculū probabile, & certum moraliter damni allucius valde grauis in corpore, vel in pecunia, est sufficiens causa ad surripiendas fortunas alienas, quibus vincatur prædicta necessitas, quin pateat commoda alia via ad eam vincendam: qui Doctores complures sunt, & satis celebres apud Dianam *parte 2. Tract. 17. Ref. 29. parte 3. Tract. 8. Ref. 23.* Ioannem Martinez de Prado *in 99. Moralibus Cap. 13. q. 3. num. 17. Cap. 17. q. 8. num. 11. Cap. 22. q. 4. num. 6.* & apud Amadeum Guimienium *prop. 3. ex Tract. de Censuris.* Nec hic casus, multo que minus, qui sit extreme necessitatis, comprehenditur in Decreto Vrbani VIII. vt vult nimis strictè Alfonso de Leone *suprà*, motus aduerbio *Absolurè*, quod continetur in Decreto, & nullius casus exceptionem admittit. Sed certè casus extreme, & valde etiam grauis necessitatis est magnopere priuilegiatus, & non satis expressus per aduerbium illud.

1486 Verum quia vrgens valde necessitas est minor, & non tam cerro priuilegiata, quam extrema, ideo mihi in *Tract. de Charitate* visum est,

remanere obligationem restitutionis in surripiente fortunas alienas ex licentia grauis admodum necessitatis, si potest habeat prosperū statū. Cōsecoq; idē de Sacerdote, qui in simili necessitate, succurrat sibi ex stipendijs Missarū corrasis à personis pluribus, vel ab vna, oblato vnico tantum sacro. Qui Sacerdos tenebitur postea vel celebrare tot Missas, quot arrogauit sibi stipendia, vel restituere illa, si deueniat ad statum, in quo possit. Hanc tamen obligationem distrahantur quotquot eam non agnoscunt in surripiente bona aliena ob causam necessitatis cōsiderabiliter grauis. Quorum Authorum vnus est P. Castrus Palaus *Tract. 6. Disp. 2. punct. 4. num. 6.* & limitat terminem ad eum, qui indiget non tantum vsu rei, sed etiam re ipsa, & ad eum, qui neque bona alibi habeat, neque spem proximam eorum, ex quibus satisfacere queat. Nam si indiget solo rei vsu, debet postea reddere. Si item habeat bona alibi, debet satisfacere ex eis. Tandem si bonorum spem proximam habeat, debet concipere propositum cōpensandi ex eis, si obtineat ea. Quas limitationes subintelligendas esse in proposita materia velle abs dubio Castrus Palaus, & qui eiusdem sunt mētis cum ipso. Et in mea sententia Sacerdos, qui ad eas sit redactus angustias, vt nec possit facere tot Sacra postea, quod antea accepit stipendia præfata præfata necessitate, neque itē possit reddere ipsa stipendia, monēdus erit offerre Deo sua bona opera in impetrationem, & satisfactionē pro illis, in quorum bonum cessura erant Sacra; sperareque poterit diuinæ beneficentiæ supplementum, quatenus Deus misericorditer reponat illis, quibus Sacerdos erat obligatus. Sic piè præsumunt Paludanus *in 4. Dist. 45. quest. & art. 2. conclus. 3.* S. Antoninus *1. p. Summa Theologica tit. x. c. 2. §. 4.* Syluester *V. Missa 1. quest. 10.* Gerson *in Tract. 9. de Solitudine Ecclesiasticorum particula 43.* & in *Tract. de Oratione, cōsideratione 9. Gabriel Lect. 26. in Canonæ Missæ lit. S. Paulus Comitolo Lib. 1. Respō. moral. quest. 42. n. 24.* Alfonso de Leone *quest. 8. de Officio Capellani sect. 19. num. 200.*

1487 Hec, quæ de Sacerdotis necessitatem valde graue patientis, & subueniētis sibi ex stipendijs Missarum obligatione ad restitutionem adnotata

ui, cōsulam patiēti necessitatē extremam, sed nō iniungam vt obligatoria, quia necessitas extrema ab omni lege est exempta, vt dicitur *Cap. Exijt 2. §. Nec quicquam de Verbor. signif. in 6.* nō subiacet legi, *Cap. Consilium 2. de obseruatione ieiuniorum*, & quod non est licitum in lege, facit licitum, *Cap. Quod non est 4. de Regal. iuris*, demūq; nō habet legē, & ob hæc excusat dispensationē iuxta S. Bernardum *Lib. de præcepto, & dispensatione.* Quauis verò hanc necessitatem patiēs Sacerdos, & ob eam accipiens tria v. g. stipendia promittat expressè, vel tacitè tres Missas, non idcirco tenebitur celebrare totidem, cum enim non promiserit spontaneè, & liberè omnino, sed coactus indigentia summa, nō tenebitur stare promissioni; multo que minus tenebitur, si vtens iure illius indigentie protulerit verba stipulatoria cum amphibologia, vel restrictione mērali. Dico datà nobis Pasqualigus *in quest. 940.* sed eius fundamenta iam obiter demostri sumus.

1488 Quæ verò diximus de necessitate extremā, & valde graui, non sunt extendenda ad cōmunem, & ordinariā, quam patiuntur Sacerdotes. Quare in hac fas ipsis non erit assumere plura stipendia siue ab vna persona, siue à pluribus postulantiibus plures Missas, offerreque vnā tantū. Necessitas Sacerdotum erit raro extrema, aut notabiliter grauis ex eo, quod nō subueniant sibi corrasione plurium stipendorum pro vna Missa; raro namque accidet, vt non suppetant alia media honesta, & decetia ad liberandum se ab vna, vel altera necessitate. Sacerdos Sæcularis poterat ex præscripto *Cap. Clericus 3. & 4. Dist. 91.* parare sibi victum, & vestimētum artificioso, vel agricultura. Et quauis is modus querendi sibi necessaria videri queat nō admodum accommodatus moribus nostris sæculi, restant alij, vt si exerceat munus Capellani in domo viri alicuius nobilis, si Pædagogus, aut Magistri puerorum illustrium, si aperiat indigentia Episcopo, alijsque Ecclesiasticis opulentis, & vni, aut alteri Laico diuiti.

1489 Nū itē, si ostiatim mendicet? Concillium Tridentinū *sess. 21. Cap. 2. de Reform.* ait (vt & graues multi Doctores apud Illustrissimum Fernosinum *in C. Tua nos de Clericis peregrinis quest. 2. num. 9.*) non decere eos, qui

Mm diui-

diuino ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore medicare. Sed id dicitur a Concilio, ne quis ordinetur, nisi habeat unde congrue sustentetur; non autem, ne si ordinatus non habeat, possit potius uti licentia extremæ, aut valde grauis necessitatis, quæ vicatim stipem efflagitare. Petrus Hurtadus de *tribus virtutibus Theologicis Disp. 59. Sect. 4. subf. 3. §. 95.* censet cū Azore, esse perurgentem necessitatem, quando aliquis vir nobilis cogeretur mendicare ostiatim. Conscitit Castus Palaus *supra, pñct. 9. num. 2.* cū Lescio, & Lorca. Quæ doctrina, vt nō procedit de quouis Laico, sed de eo, qui sit honestæ conditionis, & familiæ, sic neque extendenda est ad quemcumque Sacerdotem: nam multi reperiuntur humilis generis, & fortis, quos cogi emedicata stipe visitare, nō est magnum absolute malum respectu ipsorum, neque quod multo rubore ipsos suffundat. Dicit illis etiam respondet *Tract. 5. Disp. 4. dub. 19. num. 346.* [Si Sacerdos pauper est, fideles ex misericordia, & charitate debent illi subuenire; ipse tamē nō potest res alienas usurpare, seclusa extrema necessitate; & ne cogatur mendicare, ad Episcopum potius pertinet vel eum non ordinare, vel de necessarijs providere.]

1490 Sacerdos Religiosus tenetur potius quærere ostiatim elemosinam, quam vt licentia necessitatis extremæ, aut valde notabilis, nam nec de decet Religiosos, nec inuictum eis est, alienam misericordiam viuere, & pasci, sūt, que medicantes pleræque Religiones. Tenebitur etiam potius ad manuum laborē, et si alias Religiosi non debeant ex eo visitare, vt ostendunt Rupertus in *Regulam S. Benedicti Lib. 3. Cap. 4. & seqq.* S. Thomas *Opusc. 17. Cap. ultimo, Opusc. 19. Cap. 5. Quodlib. 7. art. 17. & 18. 2. 2. q. 187. art. 3. & 4.* S. Bonaventura in *Apologia pauperum quest. 1. ad finem, in Regulam S. Francisci Cap. 1.* Thomas Cantipratanus *Lib. 2. Boni vniuersalis de apibus Cap. 10. num. 7.* Sixtus Senensis *Lib. 6. Bibliotheca sanctæ annot. 317.* Alfonso de Castro *V. Labor, heresiz.* Bellarminus *Lib. de Monachis Cap. 45.* Thomas Sanchez *Lib. 7. in Decalogum Cap. 24.* alijque.

1491 Si in vno Conuentu non possint ali viginti Religiosi v. g. pars eorum transferatur ad alium Conuē-

tum potentiorē siue ex redditibus, siue ex elemosynis. Si omnes Conuentus Prouinciæ premantur inopia bonorum temporalium, admittantur ad Religionem pauciores homines, quā antea. Quod si hoc remediū nō sufficiat, non desunt alia, ad quæ vt oratio nostra descendat, opus nō est.

1492 Certè si ex redditibus, elemosynisque ordinarijs nequeunt sustentari in Conuētu nisi duodecim personæ v. g. absurdum esset, si vellent Prælati alere ingentem Religiosorum numerum, corradēdo hinc, & inde stipēdiā Missarum, quibus satisfieri non possit. Fideles elargientes centum v. g. Regales Prælato, & postulantes quinquaginta Missas pro suis defunctis, non curant, neque tenentur curare de congrua sustentatione tot Religiosorum, neque de Conuentus statu adeo florente in ipsorum numero, & in bonis temporalibus. Summus Pontifex Urbanus VIII. concilijs angustiarum rei familiaris in Monasterijs noluit habere recursum ad stipendia, quæ excederent celebrandarum Missarum numerū, essentque velut vniuersale refugium in omnibus necessitatibus; imò reuocauit priuilegia cuncta antiquitus concessa à suis præcessoribus titulo illarum angustiarum, decreuitque, ne deinceps forent in vfu, assignauitq; opportuna remedia, vt occurreretur indigentij Monasteriorum absque coaceruatione plurium stipendorum pro vno Sacro. Nec possum dubitare, quin Deus multis alijs modis opem feret Sanctis Religiosorum Conuentibus, si Superiores fideliter adimpleri satagent numerum commendatarum Missarum, & prætextu cuiusuis necessitatis occurrentis non extendant manus ad plura stipendia, quam sint Missæ, quæ in Monasterio celebrari valeant. Vnde laudandæ sunt tot cautiones, quot in Sacris Religio-nib; adhibitas scio circa acceptandas Missas petitas à Sæcularib; eò enim respiciunt, ne admittantur onera supra vires.

1493 Sed si quis ex industria admitteret, [deciperet se ipsū, & proximū, dantem stipendia, defraudaret, & quærens lucrū in bursa, damnū adquireret in anima,] vt cum Gerlone ait Martinus de Etias in *Tract. de Missæ valore fol. 94.* Additque grauitè, [Et ideò porrigite aures, O Sacerdotes quicumque, &

& in Missis celebrandis, & in anniuersarijs, institutionibus, foundationibusque acceptandis, sic per vos, quæso, noua assumantur, vt veteribus debita non minuantur.] Sic ille monebat Salmaricæ anno 1528. Dignissimaque sunt lectu similia alia verba Nauarri *Lib. 3. Conf. in 6. de celebrat. Missar. num. 9.* Quare caueant siue Prælati, siue priuati suscipere onus tot Missarum, quot adimplere in posterum non possint. Nec eos excusabit intentio curandi reductionem ad minorem numerum per legitimam potestatem, vt quæ mala fide procedant, & subsidium reductionis non sit præscriptum à Concilio Tridentino nisi pro Missis susceptis antea bona fide, vt cum Perico obseruat Gibalinus *quest. 18. de Simonis, Consectario 7. num. 22.*

1494 Postremò vt in Sacerdotibus mercenarijs minus periculum esset arrogandi sibi multiplex stipendiū pro vna Missa ex prætextu sue necessita-

tis communis, & ordinariæ, oporteret vt Domini Episcopi cum Synodis Diocesanis suggerent quantitatē stipēdijs eis in partibus, vbi quæ ab antiquo folet cōtribui, tenuis sit pro tēpore presentis, simul tamen attendērent, ne nimis auergerent. Vnde Michael de Palatio *Lib. 2. de Contractibus Cap. 9. pag. 118.* aduonebat prudenter Dominos Episcopos, vt habeant eam rationem, [quæ nec auertat Sacerdotes à sacrificando, quia vilem detrectent taxationem, neque magnitudine Laicos deterreant pauperes, ne iubeant plures pro se ipsis, aut pro defunctis Missas celebrare, quia excessiua est taxatio, quippe huiusmodi excessus auerteret non solum pauperes, imò et diuites à petendis Missæ Sacrificijs. Et Sacerdotibus esset occasio, si infima esset taxatio, dicendi Missam vnam pro pluribus stipendijs, quia prætexerent se non habere ex infima taxatione, unde visitarent.] Hæc Palatius, quæ alijs verbis inculcat in *pag. 119.*

PARERGON XI.

De nouitate quadam prioris Moderni pertinente ad materiam consecrationis Episcoporum. Affertur Declaratio Sacræ Congregationis Cardinaliū contraria sententiæ Moderni illius, illustraturque Decreto Concilij Regensis in Gallia Narbonensi.

1495



ACTENVS de nouitatibus Hurtadi in materia stipendorū Missæ, quas inter multas alias

selegi ex vno, vel altero libro tomi posterioris de Congrua sustentatione Ecclesiasticorū: quod Opus est potius de omnibus rebus, & quibusdam alijs, quippe sub titulo illo nihil est celestium, terrestriūque, quod nō attingat. Omni nō paucas alias nouitates in eodem puncto; & de cæteris spectatibus ad varias materias, contentis tum in eo tomo, tum in priori, possem replere complures paginas. Si verò liberet discurrere per omnia huius Authoris Opera, conficerem volumina magnæ molis sola discussione nouitatum, quas gradinant. Vnde nunquā satis miror, Hurtadū adeo cōtentè profelsū fuisse insectari nouitates Authorū Societatis, cū ipse solus notari possit de multo pluribus, quam omnes illi simul.

1496 Iam vt finem imponā his Pa-

regis de nouitatibus Hurtadi, placet quādam obseruare, quæ habetur *tomo, & Lib. 2. de Residentia sacra pag. 47.* & quæ fateor excusabilem fuisse, quo tempore scripta fuit ab Hurtado; sed iā à Sacra Cōgregatione Cardinaliū Interpretū Concilij Tridentini est improbara. Audiatur res digna scitu ab hominibus litteratis.

1497 Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Fr. Bernardinus de Cardenas Episcopus Ciuitatis; vt dicunt, de la Assumpta Prouinciæ Paraguarie in Indijs Occidentalibus possessionem Episcopatus apprehendit, & se consecrari ab Episcopo Tucumanensi curauit, non presentatis litteris Apostolicis, quæ tamē re vera concessæ prius, & expeditæ fuerant, deque ipsa cōcessione, & expeditione præuijs quibusdam informationibus aliquantulum constabat. Consecratio autem ipsa ab vno predicto Episcopo Tucumanensi, assistentibus duobus Canonis, peracta fuit, non exhibito Apostolico dispensationis indulto: quod tamē re ipsa pridem concessū fuerat, & sub aliquo huius concessione notitia, aut saltem præsumptione (quia videlicet Summus Pontifex solitus sit circa numerum Episcoporum dispensare cū

Episcopis consecrandis per Indias; prenarrata consecratio habita est.

1498. In cuius fauorem multi viri doctissimi apud Indias, quam apud Hispaniam scripserunt, & inter eos præclarissimus Iuriconsultus, & Senator Regius D. D. Ioannes de Solorzano *Lib. 4. Politicæ Indicæ Cap. 7. ex pag. 552.* Thomasque Hurtadus *in loco præcitato.* Multi etiam è contra senserunt, consecratum, & consecrantem redditos obnoxios grauibus pœnis, ac censuris; fueruntque precipui, vel primi sic sentientes Patres Societatis nostræ in Prouincia Paraquariensium: quæ causa facta magnum indignationis fomitem (nunc etiam non extinctum) ministravit aduersus ipsos; & de ea P. Franciscus Contrerius anno 1647. edidit Tractatum valde eruditum, subscripseruntque in Hispania complures tam intra, quam extra Societatem sapientes homines, ex iisque, qui extrâ, illustrissimus, Reuerendissimusque D. D. Nicolaus Rodriguez Fermosus Episcopus Asturicensis, cum primis hoc sæculo præstantis Sacrorum Canonum peritiâ, *in Cap. Transmissam 15. de Electione quest. 5. ex num. 21. usque ad 34. ad fauorem nouissimè, & in Italia anno 1655. adiutorem etiam exhibuit Antonius Diana, Princeps, nostra ætate, Theologiæ Moralis, p. 12. Tract. de Consecratione Episcoporum Ref. 59.*

1499. Sed cum totum negotium delatum fuisset ad Sacram Congregationem Cardinalium Interpretum Concilij Tridentini, questumque ab ea fuisset, *An prædicta possessio, non præsentatis litteris Apostolicis, apprehensa; fuerit legitima? Respondit die 1. Sept. anno 1657. non fuisse legitimam.* Et cum rursus questum fuisset, *An prenarrata consecratio, ut supra peracta, fuerit valida? Respondit die 15. Decemb. anno eodem, quantum spectat ad Sacramentum, & impressionem characteris fuisse validam. Quantum vero spectat ad licitam executionem Ordinis, fuisse irritam, & inanem; & Episcopum ita consecratum, & respectiue consecrantem indigere absolutione, & dispensatione: quas illis esse concedendas eadem Sacra Congregatio censuit, si Sanctissimo Domino placuisset.* Cui quidem placuit die 6. Febr. anno 1658. concedere per litteras Apostolicas in forma Breuis. Habeo apud me Declarationem hanc authenticam. Ex qua colligere posset Hurtadus, suas senten-

tias non esse Oracula, seq; dicere aliquid noui, quod non arrideat Sacre Congregationi Eminentiſſimorum Cardinalium.

1500. Liceat autem in gratiam eruditorum adnotare, moderno facto D. D. Fr. Bernardini de Cardenas simile aliud accidisse antiquitus; de quo mentionem inuenio apud Concilium Regense in Gallia Narbonensi anno 439. *Cap. 3.* Refertur ibi, Armentarium fuisse consecratum Episcopum Ebreduensem à duobus Episcopis tantum, & absque Comprovincialium litteris, necnon absque autoritate Metropolitanæ. Ut autem Armentarij consecratio fuit quoad valorem litigiosa olim, quia à duobus solum Episcopis, & sine autoritate Metropolitanæ, litterisque Comprovincialium; unde à Concilio Regensi vocatur irrita, dicitur esse vacuanda; & in ea nihil, quod Episcopum faciat, ostendi: ita de valore consecrationis D. D. Bernardini de Cardenas disputatum fuit recenter, quia vnus tantum Episcopus adfuit, & quia defuit presentatio litterarum Apostolicarum. Ut item consecratio Armentarij valida iudicaretur inter alios ab Aueria, *quest. 3. de Ordine, sect. 2. ad finem* (vbi congruè exponit Concilium Regense, videndus que est prælaudatus Diana *Ref. 35. & alis antecedentibus*) sic de hac alia consecratione maturè decreuit Sacra Cardinalium Congregatio pro eius validitate. Et vtraque reputata fuit illicita, subiectaque pœnis, ac cœturis Ecclesiasticis tam à Concilio Regensi, quam à Sacra Cardinalium Congregatione. De pœnis autem præscriptis eo in Concilio tractauit *Disp. 28. de Sacrif. Missæ sect. 52.*

1501. Etli vero probabile admodum sit, ordinationem Episcopi irritam nunc esse, si absque dispensatione Summi Pontificis à paucioribus, quàm tribus Episcopis, fuisseque olim, si atq; autoritate Metropolitanæ (cuius potestatem antiquam reseruauit sibi nunc Summus Pontifex, vel potius voluit, ne vteretur potestate expressè, vel tacitè concessa olim à Romana Sede) Congregationem Sacre Cardinalium tantè probabilitati nihil detraxit, nã non loquitur in casu de defectu dispensationis, sed præsentationis, que illius sit facta; & supponit notitiã dispensationis obtentæ, vel saltè præsumpti omnè de ea obrenta. Quæ circumstantiæ si abessent, crediderim, iussuram Sacram Con-

Congregationem, vt saltem sub conditione repeteretur ordinatio, prout debere repeti, existimât Auerla *suprà V. In*

hac re, Diana supra, Ref. 47. cum alijs. Videantur quæ dixi Disp. 26. de Sacrif. Missæ, num. 134.

(*)

PARERAGON XII.

De nouitate cuiusdam Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Episcopi sacrificantis semel, & iterum ordinariè eodem die in Prouincia Paraquariensi ex causa insufficiente. Adducitur Declaratio Sacre Congregationis Cardinalium aduersus eam nouitatem.

1502



PRAFATO cuius Prouinciæ Paraquariensis annecto duos alios satis curiosos, & non minus dignos, qui sciantur à viris doctis.

Primus est, *Cum in Ciuitate, quam dicunt de la Assumpta, in Prouincia Paraquariensi pars magna nobilium domi se contineat, quod apparatu decente careret, ideo vt nobiles mulieres, ac viri è domibus ad templa educerentur, opus fuerit Missam ante Solis ortum celebrare; sed non reperto sacerdote, qui absque stipendio munus hoc sibi vellent, Episcopus prædictæ Ciuitatis (nempe Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Fr. Bernardinus de Cardenas) Missam antelucanâ, nobilium gratiâ, aliam vero ante meridiem, pauperum gratiâ, celebraret. Proposito dubio in Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, an Episcopus absque Apostolico indulto posset bis in dies sacrificium offerre ex prenarrata causa? Die 1. Septemb. 1657. eadem Sacra Congregatio censuit, non posse. Cuius Declarationis authenticæ transumptum apud me habeo.*

1503. Causa prænarrata in Declaratione difficilis vita est pluribus scientibus, Ciuitatem de Assumptione habere Ecclesiam Cathedralè, aliasq; Parochiales, & Religiosorum cum competente Sacerdotum numero; quare et si Dominus Episcopus semel tantum in die litaret, posset commodè, atque opportunè siue sine stipendio, siue cum illo satisfacere nobilibus, vestitu decoro indigentibus ad conueniendum in templis pro audiendo Sacro horis conuictis antemeridianis. Et quod è nobi;

libus tot pudibundi egeni commorarentur ea in Ciuitate, essentq; tam diligentes in præueniendâ die, & luce, cum è contra pauperes plebis infimæ essent adeo tardi, vt se conferrent ad eam sacram interfuturi rei diuinæ, rapuit non paucos in admirationem: Patribusque Societatis nostræ residentibus illa in Ciuitate, ac Prouincia res noua visæ ista repretitæ celebrationis causa, & consulti de eius sufficientia responderunt, se venerati factum Domini Episcopi, sed non posse probare, permissa etiam, & non concessa, causa, quæ præterebatur. Hæc responsio implacida fuit Domino Episcopo, ab alienauitque de nouo animum ipsius à Nostris. Sed iam videmus confirmatam à Sacra Congregatione Cardinalium.

1504. Legi Discursum quendam in præsum Madriti nomine prædicti Domini Episcopi ad Sanctissimum D. N. Alexandrum Papam VII. ubi impensè efflagitat in nominatus Author, vt per Sanctitatem suam fas sit singulis Sacerdotibus Indiarum Occidentaliũ ter sacrificare in die Comemorationis omnium fidelium defunctorum. Qui Discursus est totus compilatus ex alio ibidem typis dato, anno 1659. vt idem ipsum in Hispania permittatur; nisi quod in posteriori *fol. 28. & seqq.* refertur factum præfati Domini Episcopi per quatuordecim annos, exhibenturque rationes, quibus motus celebrabat bis singulis diebus; earumque vna est, quam transcripta Declaratio memorat, & tanquam insufficientem repellit. De cæteris curandis minus erat, vtque esset prorsus infirmus, & ideo præteritis sunt in hypothesi ad Declarationem.

1505. Exempli gratia *in fol. 28.* dicitur. [Æquam est, vt noicat Vestra
M m 3 Sanc

Sanctitas, hunc eundem zelum, gubernatum dictamine meæ propriæ cōsciētiæ, persuasisse mihi, vt celebrarem quatuordecim ab hinc annis ad hunc vsque diem duas Missas quotidie. Et in fol. 33. [Mouet me magnopere; quod si celebratio vnius Missæ redundat in cultum, honoremque Dei, in maiorem redundabit quotidiana celebratio duarum.] Quæ verba non credo esse Domini Episcopi, sed Causidici cuiusdam Sæcularis; qui sub eius nomine intrusit se ad componendum illum Discursum Theologicum. Nam Dominus Episcopus, vt prope Theologiæ studijs perpolitus; non diceret, se gubernatum deuotione; dictamineque suo ad binas Missas in die; id enim sapit regimen magis ab spiritu proprio interno, quàm ab Ecclesiæ externa lege interdiciente, vel à consuetudine vniuersaliter recepta in Ecclesia Dei, & vbiuis exactè obseruata. Contra eiusmodi autem regimen, legemque priuatam spiritualem, qua se quis duci iacet, loquitur grauissimè inter alios Michael de Palatio in Enarratione Cap. 8. Epist. ad Hebræos pag. 156.

1506 Illud etiã argumentũ de cultu diuino per vnicum Sacrum ad cultum per duplex non poterat non enerue videri Domino Episcopo, deficiente necessitate probata à Doctoribus, & solummodò impellente dictamine, deuotioneque propria; vti ibi ex fol. 31. conceditur impulsisse Dominũ Episcopum per annos plures, cessante iam causa, seu prætextu nobilium, quos ingenuus pudor retraheret à frequentandis templis sine ornatu conuenienti horis antemeridianis. Diuinus cultus pensari debebat à Causidico illo, non ex solo capite iterationis, notaque illi esse debebant verba hæc S. Bonauenturæ in 4. Dist. 12. parte 2. dub. 3. circa lit. Propter reuerentiam Sacramenti sunt duo instituta circa modum sumendi hoc Sacramentum; scilicet, quod sumatur ieiuno stomacho, & quod tantũ semel, vt ab alijs cibis discernatur. In primo communicat Sacerdos, & populus. Et vt in secundo differat Sacerdos à populo, recurrit Seraphicus Doctor ad alias causas, quàm augmēti cultus diuini per præcisam repetitionē, hæc enim causa etiã valeret, vt populus iteraret in die communionem. Videantur scripta à nobis in Disp. 22. de Sacrif. Mis-

sa num. 3.

1507 Rursus in fol. 32. dicitur [Cum sit redactũ ad cōtrouersiam, & sub opinionibus, num ex consuetudine, vel ex præcepto Ecclesiastico proueniat, quod semel, & iterum non immoletur in die à Sacerdote? visum est mihi sequi accommodatiorem deuotioni, dictamineque meo, præsertim cum noscam; prohibitiones, & præcepta directa ad Sacerdotes ordinarios nunquam comprehendere Episcopos. Et ita videtur significari in C. Sufficit de Cōs. Dist. 1. in quo sermo est de Sacerdote sine vlla Episcopi mētionē.] Sic ibi. Aliquis ignorat, veritas esse grauitate eidem Sacerdoti duas Missas in die, siue ex præcepto contento in Canonibus sacris, siue ex consuetudine vniuersali habente vim legis: & solummodò disputari, manereque sub opinionibus, an grauis prohibitionis radix sit vel præceptum expressum in Iure Canonico, vel generalis consuetudo Ecclesiæ totius iam valde antiqua? Quoad grauem, & sub peccato mortali prohibitionem testatur Vazquez Disp. 232. tom. 3. in 3. p. Cap. 5. num. 44. de consensu omnium Theologorum: & tam de eorum, quàm Canonistarum Fagundez in 1. præceptũ Ecclesiæ Lib. 3. Cap. 16. num. 1. Barbosa in Collectaneis ad C. Sufficit de Cōs. Dist. 1. Consultuisti de Celeb. Missar. Zacharias Pasqualigus quæst. 368. de Sacrif. nouæ legis, allegantes centurias scribentium. Constãtque prohibitionis grauitas ex graui pœna, qua punitur Sacerdos celebrans pluries in die absq; legitima causa. Omnes enim docent, debere esse grauem pœnam, etsi iudici arbitrariam. Legantur Piascius in praxi Episcopali p. 2. Cap. 3. num. 22. Menochius Lib. 2. de Arbitrar. Iudic. Centuria V. casu 407. num. 5. Michael Ferro Manrique parte 1. qq. Moralium. & Vicarialium in 40. Pasqualigus quæst. 394.

1508 Suntque, qui dicant, posse de hoc delicto iudicari à Tribunali Inquisitionis sacre. Ita inter alios Alfonso de Leone quæst. 8. de Officio Capellani Sect. 17. num. 128. & parte 1. de Officio, & potest. Confessarij, recollect. 22. num. 5. licet de Censuris, recollect. 4. V. Hæresis pag. 330. & 331. aliter dicat. Egoque possum dicere cum perdocto Inquire D. D. Didaco Garcia de Trasmiera (qui nuper obiit electus Illustris-

mus

mus, & Reuerendissimus Episcopus Zamorensis) Lib. 3. de Polygamia, quæst. 2. num. 55. non contineri inter cætera Edicti quotannis lecti; & quando de eo iudicatum sit à DD. Inquisitoribus, putarim interuenisse circumstantias aliquas speciales, quæ facerent; vt saperet hæresim.

1509 Illud de deuotione, dictamineque proprio iam supra est examinatum. Ad illud de non facta mentione Episcopi in C. Sufficit de Cōs. Dist. 1. fateor, ita esse. Circa quod Decretũ obiter aduerto, Baronium anno 1063. num. 38. putare sanctum ab Alexandro 2. Papa in Concilio Romano. Atque hinc Alfonso Vazquez de Miranda in Discursu 2. de tribus Missis Cap. & num. 1. reiecit P. Gabrielem Vazquez, vt qui non afferens fundamentum dicat supra Disp. 233. Cap. 5. num. 42. & 43. extractum fuisse ex Epistola quadam eius Pontificis. Sed fundamentum potuit esse, quia P. Vazquez videt Epistolam, in qua extaret, nonnullè quippe Alexandri à Gratiano referantur, quæ communiter desiderantur; vel legerit aliquem Authorem antiquum, qui ex Epistola alleget; aut quia loquutio in singulari ad finem Canonis Sufficit non quadrat cum eius confectio in Concilio multorum. Et quidem Canones Concilij Romani, cui præfuit Alexander, recensentur ab ipso in quadam Epistola Synodica, quin adducat Canonem Sufficit. Quare fatius fuisset Alfonso illi in medio relinquere dicta magni vtriusque viri, & præsertim circa rem parui momenti, vbi autoritas Canonis vtrique erat in confectio, vt fuit semper omnibus alijs Ecclesiasticis. Vnde Innocentius 3. Papa in C. Consultuisti de Celeb. Missar. mutuat est ei verba, vt & Honorio 3. in C. Te referente, ibidem. Et cū dicunt, sufficeret Sacerdoti vnã Missam in die vnã celebrare, videntur aliquibus, significasse potius, quàm quid deberet non fieri, quin aliud posset fieri licitè, fauente notione verbi Sufficit multis explicata à Tirarello in tit. 1. de vtroque retractu §. 7. Glossa 1. ab Spino in Speculo testamentorum Glossa 3. num. 4. Sed alij contendunt, significasse secundum, & nouissimè consentit Pasqualigus in quæst. 368. ex num. 7.

1510 Etsi autem fatear, in C. Sufficit non fieri mentionem Episcopi;

at Causidicus ille debuit scire, quod fiat in Cap. Te referente, vbi legitur, Cum cuilibet Sacerdoti, quacumque dignitate præfulgeat, vnã in die celebrare Missam sufficit, nam & valde felix est, qui celebrat dignè vnã; Fraternitati tue mandamus, &c. Sic Honorius 3. respondens ad Archiepiscopum Sipontinum, qui in die Cœnæ Domini de antiqua tenebatur consuetudine Chrisma conficere in Ecclesia Sipontina; sed cum mane diei eiusdem ad Garganicam accederet Ecclesiam, vt ibi, prout moris erat, reciperet peregrinos, ipsius loci Clerus, & populus celebrare Missam in eadem Ecclesia Garganica, priusquam ad Sipontinã rediret, compellebat. Qua ex narratione addita in editione nouissima Decretalium, extanteque in V. Compilatione Decretalium Honorij Lib. 3. tit. 24. Cap. 4. intelligitur, cur dixerit Honorius, Cuilibet Sacerdoti, quacumque dignitate præfulgeat. Cum enim posset existimari verbis C. Sufficit, & C. Consultuisti non comprehendi Episcopum, siquidē in eis CC. fiat solummodò mētio de Sacerdote; ideo Honorius loquitur de Sacerdote constituto in quacumque dignitate, etiã Archiepiscopali; & heque respectu illius putauit, esse necessitatis causam, vt bis eodem die celebraret, quod in Ecclesia Garganica recepturus esset peregrinos, vrgereturque à Clero, & à populo ad sacrificandum ibi, & quod in Ecclesia Sipontina confecturus esset Chrisma intra Missarum solemnias: quæ quidem causa non videbatur leuis. Sed, ea non obtente, dixit Honorius, Fraternitati tue mandamus, quatenus die Cœnæ Domini in Ecclesia Sipontina dumtaxat, in qua teneris Chrisma conficere, Missarum studeas solemnias celebrare: Vbi verbum Mandamus præceptivum est. Et ex hoc C. (quicquid sit de alijs) ego deduco præceptum Iuris Canonici prohibens duas in die Missas cuilibet Sacerdoti, quacumque dignitate, etiã Archiepiscopali, præfulgeat. Et vt inde nõ colligeretur, agnoscere debet ratione consuetudinis, sicut iam monui. Non latuit Causidicum illum rextus ponderatus, sed in fol. 34. reliquit sub dubio, an extenderetur ad Episcopũ? cum tamen extendi, clarius sit meridiana luce.

1511 Vterius in fol. 31. ait Aduocatus ille in persona Domini Episcopi,

copi, [Si S. ille Pōtifex Leo 3. celebrabat septem, imō & nouem Missas quotidie in remedium necessitatum propriarum, & communium, procurans Sacrificio hoc placare iram diuinam; quid mirum, si ego persuasus, & edoctus tanto exemplo, meam prosequeretur deuotionem, inflammatus ad eam inducta iam consuetudine, fructibusque, quos meus experiebatur animus, fructus tunc tantum solatio, quandiu alta illa cum Deo conuersatio mihi erat?] Ita ibi. At, ut in prouerbio est, nimia familiaritas solet parere contemptum; & saltem, ne repetita celebratione Sacrificij eodē die vilesceret illud apud populum, debuisset vnica esse contentus Dominus Episcopus, & in ea suum leuamen collocare, pandereque vela suae deuotionis. Quod si exemplo S. Leonis 3. fuit excitatus; quidni sacrificabat septies, aut nouies, ut ille? Nam si ex causa deuotionis iam tunc sacrificabat bis Dominus Episcopus, non apparet, cur ex eadem causa sacrificare ter, quater, &c. non putaret, esse etiam sibi licitum, magisque conforme exemplo Sancti illius Pontificis. Ex causa quidem necessitatis limitarunt multi Doctores celebrationes ad duas, & inter eos Fagundez Lib. 3. in 1. præceptum Ecclesiae Cap. 16. num. 5. Pericus Lib. 1. de Officio Sacerdotis. Cap. 5. dub. 11. num. 92. Sed multi etiam, imō & plures præfertim ex Modernis post Philliarum de Officio Sacerdotis parte 1. Lib. 2. Cap. 5. protulerunt ad plures alias. Neque hinc sequitur processus in infinitum reprobatus à Iure C. Cum in multis 2. de Rescriptis in 6. ubi Glossa v. Multis addensat multos textus, nec non Rebuffus notabili 1. præfationis ad Repet. l. vnica C. de sent. quæ pro eo, quod interest. Qui Iurisconsultus in Reper. ad C. Consulisti ex absurdo præfatae infinitatis contendit in §. Secundum, debere non sacrificari plusquam bis. Sed inefficaciter, nam quod procedi possit vltra duas vices, non est argumentum processus in infinitas, sed in aliquot plures numero; neque potest moraliter adesse causa necessitatis nisi ad paucas vltra duas; neque recusant tres Concilium Salęgunstadiense anno 1022. Cap. 25. neque item vsus Ecclesiae in Natiuitate Christi.

1512 Ut ut sit de vicibus ex causa necessitatis, de quibus consulantur

tur Verricellus *infra* num. 203. Pasqualigus *in quest.* 389. non video, si deuotionis causa honestare posset nunc temporis binam celebrationem, cur nō posset totidem, quot peragi possent ab aurora vsque ad meridiem, siquidem textus non loquatur de repetitione ex causa tantum necessitatis: quare si limitant ad duas Missas, limitant solummodo, quando interuenit causa necessitatis: et siquidem causa deuotionis queat plus, & plus crescere intra tempus aptum celebrationi, etsi causa necessitatis vix queat moraliter intra istud occurrere plusquam bis, ter, aut quater. Quapropter ne ex causa deuotionis fiat transitus ad tot Missas, præfigendas est terminus in vna. Quam facere non modica res est, & valde felix est, qui eam dignè celebrare potest, ex causa nimirum deuotionis.

1513 *Insuper in fol. 34. dicitur* [Prosequutio prælens eiuſdem dictaminis, & deuotionis auctoritatem ampliorem accipit ex facultate Missionariorum Euangelicorum ad duas celebrandas Missas; cuius priuilegij vsus nemini melius, quam mihi competit, qui à Concilio Prouinciali Argentineſi titulum, & testimonium Missionarij habeo.] Veruntamen cum priuilegium, ad quod alludit Causidicus, & quod in margine citatur, sit illud, quod concessum est Societati anno 1549. à Paulo 3. Pontifice Maximo in Bulla incipiente *Licet debitum*, omisit Causidicus adnotare eius verba, quæ huiusmodi sunt, *In Saracenorum, & Paganorum, aliorumque Infidelium terris, & Prouincijs alijs remotissimis, à quibus non potest adiri Sedes Apostolica, bis eodem die Missam celebrare diuersis in locis paleant, quia in numerosis populis illarum regionum tanta est Sacerdotum raritas, vt vnus pluriū curā suscipere debeat.* Quæ verba si fuissent adnotata, constitisset Causidico illi, non suffragari priuilegium ad iteratam celebrationem in vno, eodemque loco Civitatis de Assumptione, nam priuilegiū est pro diuersis locis; & præterea vbi est raritas Sacerdotum, qualis certè nō est in ea Ciuitate. Quæ cum sit frequens multitudo civium Hispanorū, & Indorum Christianam Religionem profitentium nō videtur posse comprehendi sub nomine terrarum Saracenorum, & Paganorum, aliorumque infidelium, et

et sic comprehendatur sub nomine aliarū Prouinciarū remotissimarū. At non in quāuis Prouincia remotissima concessus est vsus priuilegij illius, alioqui in Vrbe Mexicana, & in Linenſi populosissimis licitus esset Sacerdotibus à Societate. Et rogo Aduocatum illum; an præfatū priuilegium sit pro solis Sacerdotibus versantibus in Missionibus; an etiam pro alijs? Si primum, Dominus Episcopus non semper versabatur in Missionibus, vt neque Nostri Sacerdotes, degentes in Ciuitatibus Indiarum, versantur semper in Missionibus, ideoque nō semper possunt vti præfato priuilegio; neque aliō altaris portatilis concessio à Gregorio XIII. anno 1579. in Bulla incipiente *Usus altaris viatici*, cuius verba sunt, *vt inter Missiones, quæ à Superioribus sunt, seu decernantur, &c.* Si secundum, vt quid per fugium queritur in munere Missionarij? Sic ad hominem. 1514 Nam priuilegium Pauli 3. non requirit, vt Nostri versentur in Missionibus, eo modo quo inter Nostros significat sæpe hæc oratio: *Vnde Sacerdos Societatis degens in Paraguaris v. g. & habens ibi curam continuam duarum Doctrinarum, aut Reductionum, vt vocant, poterit in vna & altera celebrare eodem die, tamen non dicatur versari semper in Missionibus; id enim significare sæpe solet Euangelicas aliquas functiones extraordinarias eorum, qui in terris illis habitant continuo.* Quanquam quia vulgare etiam inter Nostros est, mansiones illas ipsorum apud Doctrinas, & Reductiones Indorum vocare Missiones; probabile, mihi admodum est, eos, vt qui inter Missiones à Superioribus designatas dicantur esse verè, & propriè, posse in illis mansionibus vti priuilegio altaris portatilis concessio à Gregorio XIII. si contingat occasio, quæ prudentem, & pium Sacerdotem moueat ad celebrandum in tractu sibi ad curam commendato. Sed cum vsus huius priuilegij dependeat à iudicio Præpositi Generalis, aut Prouincialis ex illius commissione, remitto causam istam ad Maiorum determinationem.

1515 Circa superiora verba Causidici restat nō leuis scrupulus. Vnde namque constat, Dominum Episcopum, etsi Missionarium, communicare cum Nostri in priuilegio illo? Neque enim quidquid licet Nostri ex priuilegio, licet consequenter Dominis Episcopis, nisi aut ex iure comuni habeant, aut ex priuilegio concessio specialiter alicui, aut ex priuilegio communicandi cum Nostri in suis, eoque etiam specialiter concessio. Nihil autem ex his habuit Dominus Episcopus Paraguaris ad iteratam celebrationem. Non ignoro, P. Amicium *tomo 7. Dissp. 33. sect. 1. num. 319. dicere*, [licitum esse, vbi est raritas Sacerdotum, & magna frequentia populi, vt est in India, eodem die plures Missas celebrare, quando Sacerdos non potest vnā satisfacere toti populo. Quæ causa Paulus 3. peculiari Bulla edita anno 1549. quæ incipit Paulus Episcopus (teu potius Licet debitum) concessit; vt possint Presbyteri Societatis in locis infidelium bis in die Missam celebrare. Quod fecit cum ad scrupulos tollendos, vbi & quando non esset tanta necessitas: tum ad hoc ipsum futi prædicandum.] Cui Authori subscribit vltra Verricellum *infra*, Pasqualigus *in quest.* 386. num. 8. anteaque *in num. 1.* reuulerat decem, & octo Doctores, qui affirmant, fas esse absque speciali priuilegio celebrare pluries in die, tum quando in terris hæreticorum, & infidelium impeditum est liberum exercitium Religionis Catholicæ, tum quando ibi raritas est Sacerdotum, qui fidelibus confluentibus satisfacere valeant. Cæterum si ad causam hanc necessitatis recurreretur (quæ cum haberet maiorem apparentiam, præterita nihilominus fuit à Causidico illo) nō erit necessaria cura de priuilegio Societati irrogato; neque de similibus alijs pro Sacerdotibus Austriæ Superioris ad sacrificandum bis in diebus Dominicis, & festis, quia pauci erant ad satisfaciendū Catholicis, & pro Capellano Aloysij Cœtarenæ Legati Serenissimæ Reipublice Venetæ in Anglia, vt sexies ibi in die celebraret, de quibus priuilegijs factum mentionem Barbotæ *Cap. 11. de Officijs Parochi num. 9.* Angelus Maria Verricellus *Tract. 4. de Apostolicis Missionibus quest. 98. §. 31. dub. 19. num. 205.* videndus etiam *in quest. 386. n. 9.* circa aliud pro villis Diocesis Tragarerensis subiectis tyrannidi Turcarum. Præterea in Ciuitate Assumptionis, vbi Dominus Episcopus bis quotidie litabat

bat diuinā hostiā, non erat Sacerdotum penuria, quorum alij, si necesse esset, operarentur Sacris ante ortum Solis, & alij post.

1516 Et quidem difficillimum creditu est, defuisse in Ciuitate Absūptionis Sacerdotem, qui gratis, vel mercede conductus faceret rem diuinam summo mane. Contribueret ei stipendium Dominus Episcopus, si non inueniretur, qui absque mercede vellet subire manus hoc; & in defectu Domini Episcopi incredibile est, quod aliquis ex meliori populi parte, quæ antemeridianis horis frequētabat templum, vt audiret Missam, & concionem quotidianam Domini Episcopi, prout dicitur in fol. 29, non moueretur ad imperticiendam elemosinā Sacerdoti antelucano, si nō semper, saltem multoties. Et casu quo non reperiretur Sacerdos, qui non nisi accepta pstantia Cœlestem immolaret hostiam ante diem, neque item Ecclesiasticus, vel Sæcularis, qui corrogaret stipem; cum in diebus profestis nō vrgeret nobiles pauperes præceptum audiendi Sacri, potuisset, & debuisset Dominus Episcopus ommittere Sacrum antelucanum, si eis in diebus vellet sacrificare ante meridiem. In diebus autem festis nobiles carētes vestitu, apparatusve decente vel tenebantur interesse Missæ antemeridianæ, vincendo ruborem ex sui præsentia coram alijs locupletibus, vel non tenebantur. Vtrumuis dicatur, non teneretur Dominus Episcopus celebrare Missam antelucanam (ad quam illi conuenirent) supposito quod celebraturus esset antemeridianam.

1517 Dices, etsi non teneretur, saltem posset licitè, vt se illis accommodaret. Sed contra, quia desiderabatur necessitatis causa sufficiens, per quā poneretur extra culpam iteratio celebrationis. Quare debebat Dominus Episcopus vel instruere illos de obligatione audiendi Missam antemeridianā, si indicabat, defectum vestitus, aut apparatus allegatum ab ipsis, ne cōparerent coram alijs, non esse sufficientem exultationem, vel, si indicabat, esse sufficientem, debebat tranquillare ipsorum conscientias. Et durante per longum tempus defecta præfata, sicut illi non se continebant perpetuò intra domus suas, sed exirent, vt prospici-

cerent vitæ suæ, alijsque negotijs humanis; ita etiam deberent adire templum, vt antemeridiano Sacro interessent, contenti vellitu demisso, atque vulgari, & sine apparatu, splendoreque comitatus, agnoscentes varios fortunæ casus. Et hæc de nouitate Domini Episcopi Paraquariensis quoad iteratam celebrationem Missæ.

1518 Sed antequam ad alia pergam, cum bona Lectoris gratia moneo, tractatum à me fuisse in Disp. 22. de Sacrificio Missæ ex num. 38. vsque ad 42. num Sacerdos inieiunus posset celebrare secundò in eadem die, vt ministraret viaticum homini, qui alias decederet sine illo? & relictam à me fuisse questionem hanc indecisam. Postea verò incidi in Paulū Marisim Quartū, qui in Appendice de Sacrif. quæst. & puncto 3. v. Casus certi, approbat animosè partē affirmatiuam, ad quam ego fui cunctabundus. Incidi etiam in Eрманулем Маскареншас, qui Tractatus & Disp. 5. de Sacramentis Cap. 3. num. 246. eodem modo se gerit. Sed velle mi, vt rem magis pensitassent, quandoquidem ostendunt se motos præcisè ex argumēto proposito in num. 39. illoque non adeò pressato, ac ibi. Alfonso etiam Vazquez de Miranda Discursu 2. de tribus Missis Cap. 11. num. 37. agnoscit probabilitatem in ijs, quæ pro affirmatiua parte tentat Franciscus de Lugo. Sed cum pro istdem referat Suarium Disp. 68. sect. 5. V. Secundum dubium est, Franciscū Amicū tom 7. Disp. 27. Sect. 3. ex num. 25. qui tamen hunc casum non attingunt, sed alium de Sacerdote inieiuno celebrante prima vice; videbitur Alfonso Vazquez accessisse ad indicandum, causā noui satis inspectā. Vt & cum ibidē attribuit eidem Patri Franciscō Amico supra num. 38. & non improbat opinionem de facultate Sacerdotis inieiuni ad repetendam eodem die celebrationem Missæ, si ex veneno appropinquaret morti, & habens conscientiam peccati mortalis, solamque de eo attritionem, & putatam vt talem, careret copia Confessoris. Nam Amicus non loquitur nisi de Sacerdote putatiuè contrito, nec nisi omnino improbabili ter loqueretur de putatiuè attrito tantum. Cum itaque præfati tres Scriptores ad libram mentis, & rationis nō videantur questionem omnino expendisse,

disse, ad huc ego animi pendeo, & anceps sum, vt & Antonius de Elco-

bar Lib. 21. Theologie Moralise sect. 2. problem. 48. num. 327.

(*)

PARERAGON XIII.

Sparsa per Indias, & Hispanias fabella de Patribus Societatis Prouinciæ Paraquariensis attribuentibus Deo in Indorum catechesi nomina damnata Dæmoniorum confutatur, & irridetur.

1519



ALTER casus promissus in Pareigo antecedenti sic se habet: Diffamati sunt Societatis nostræ

Patres Prouinciæ Paraquariensis de erroribus, hæresibusque in Catechismo Indorum loquentium lingua Guarana, in quatuorque verbis ibi contentis, ex quibus duo videlicet, *Tupã*, & *Tubã*, detorta ad significandum Deum Patrem dicebantur esse nomina Dæmoniorum, & damnata à S. Zacharia Papa in Concilio Romano anno 745. contra Adalbertum, à quo invocantur *Tubuel*, & *Tubuas* tanquam Angeli, cum tamen magis essent Dæmones, vt ait S. Zacharias. Ideoque Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Fr. Bernardinus de Cardenas Episcopus Paraquariensis iussit aboleri à Catechismo voces illas, & vsui in posterum non esse Catechisticis, Neophytisque.

1520 Accusatio Iesuitarum Paraquariensium facta est coram Rege Nostro, vt qui disseminarent errores, atque hæreses inter Indos, tantusque clamor per Indias, & Hispanias fuit excitatus, vt anno 1654. die 1. Iulij à Bono secessu Rex N. scripserit ad Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Doctorem D. Ioannē Alfonso Oconem Archiepiscopum Platensem, seu Argentinensem, iniungēs ipsi diligentem de re tota inquisitionem, & informationem ad se mittendam. Cum autem ob distantiam septem ceterum leucarum à Ciuitate Assumptionis, primariam Paraquariensium, non posset Illustrissimus, & Reuerendissimus Archiepiscopus exequi perse ipsum mandata Regia, delegauit eam curam D. D. Ioannē Blazquez de

Valuerde Gubernatori, & Capitaneo Generali spectabilissimo Prouinciæ illius.

1521 Qui anno 1656. die 31. Octobris congregauit ea in Vrbe decē viros perissimos idiomatis Guarani, plerosque natos apud Paraquariam, alios Ecclesiasticos tam Sæculares, quam Regulares, alios Laicos, omnesque Dignitatibus cōspicuos: quo in conuētu exploratum est accurate, & cognitum patenter, Catechismum prædictum compositum fuisse, & adornatum quatuor illis verbis à Venerabili, & Apostolico viro Fr. Ludouico de Bolaños Religioso Franciscano, antequam Iesuitæ ad regionem illam accessissent, fuisseque approbatum in duabus Synodis Diocesanis tam anno 1603. tum 1631. & in alijs duobus ceteribus habitis, sede vacante, in omnibusque fuisse imperatum, vt iuxta eum Catechismum, eiusque verbis edocerentur Indi Christianam fidē, cui præcepto obedierant Iesuitæ, vt & alij Catechistæ. Compertum etiā fuit, quatuor ea verba antiquissima fuisse idiomatis Guarani, & significatu natiuo attēto fuisse apud translata, sine vlloque periculo prauæ doctrinæ accommodata mysterijs Christianæ Religionis. Exceptum præterea ritu fuit lepidissimū illud commentum de vocibus *Tupã*, & *Tubã*, deriuatis, vt calumniatores somniabant, à *Tubuel*, & *Tubuas* Adalberti hæretici. Conseruo prædicti conuentus, impressa Madriti, Acta sub authentica, fideique faciente forma, fustūtrque in MSS. remissa ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Archiepiscopo Plateni ad Regem N. & ad Indiarum Senatū, circumferunturque in multorum manibus.

1522 Debeo rerum in his tribus Parergis traditarum testimonia confirmata

mata auctoritate publica R. P. Francisco Diaz Taño Romam Legato Procuratori a Societatis nostrae Provincia Paraquariensi, quam religiosissime, prudentissimeque rexit, & in qua fuit antea feruentissimus Missionarius, fideque Christi multis infidelium nationibus inuexit, eiusque fines longè, latèque propagauit, fuit etiam Superior Nostrorum versantium apud Indos Neophytos Regionum Vrugway, Parana, & Yratines, Rectorque Collegij Ciuitatis Assumptionis, & post hæc scripta, denuò se comisit mari in Paraquariam

comitatus multis subsidiarijs militibus euocatis e Prouincijs Hispaniæ ad Apostolicas illas Missiones, quarum antiquos Operarios pietate, & doctrina insignes, zeloque nominis Christiani dilalandi mirabiles permisit Deus horredarum persequutionum turbinibus vexari, ut eos tanquam aurum in fornace probaret. Placuit iam ipsi non nihil componere moros fluctus, explorata in Indijs, & in Hispania falsitate calumiarum in eos congestarum.

(f)



INTRODVCTIO AVTHORIS AD defensionem sui ipsius in Opere de Sacrificio Missæ.

*LAVDANTVR DVO MODERNI, QUI DE
eadem materia scripserunt, & quorum vnus ex Authore
profecit, sed tacuit eius nomen.*

1523



VPER allati sūt ad me duo Scriptores recentes de Sacrificio Missæ, alter R. P. D. Zacharias Pasqualigus Clericus Regularis Theatinus, qui cum grande sibi nomē hoc seculo fecisset editis alijs Operibus, auget illud nouo hoc, docto quidem, & erudito, plenissimoque questionum, dato Lugduni in lucem anno 1662. Euolui auidissime Opus istud, commili- que cū ijs, quæ a me sunt scripta, ut vel reformē, vel denuò confirmē, si quid emēdandū, aut addendū occurrat. Cōcordamus in multis, discordamus in nonnullis. Est mihi in animo adornare secundā editionē mei Operis de eodem Sacrificio, tuncque Lectorem monere de vtriusque; & nisi cum inuenero quidpiam, quod expressē, aut tacitē non sit

fit a me propositum, vel enodatum, evitabo additiones, ne meum Opus in immensum excresecat, nec enim mei genij est, tam diffuse scribere, quam habet de more Pasqualigus in suis questionibus, nihil ferè dissimulans, quod in alterutram earum partem adductum sit ex rationum momentis ab Authoribus modernis anterioribus.

1524

Alter Scriptor est R. P. Fr. Ioannes Martinez de Prado Dominitanus, Primarius Sacræ Theologiæ in Academia Complutensi Moderator, dignissimusque nunc Prouincialis in sui Sacri Ordinis Prouincia Hispaniæ, qui vltra præclaros libros de rebus Philosophicis, de Moralibus, & de Sacramētis in genere, quibusdamque in specie, euulgauit anno etiam 1662. tomum integrum de Sacramento Eucharistiæ, & de Sacrificio Missæ, magna dignum laude. Quoinomo consciunt se præbet alterius olim a me typis traditi de Sacramento Eucharistiæ, & trium recentiorum de Sacrificio Missæ; sed contentus indicasse me appellatione *Recentiorum, Recentioris e Societate*, nunquam me meo nomine vocat; nõ secus, ac Didacus Nuñus Cabezudus coætaneum suum Franciscum Suarez nuquam allegauit alio nomine, quam *Moderni illius*. Sed quod Magister Martinus subticuerit meum nomen, etsi Vallis-Oletani conciuus simus, & Neotericorum aliorum non fileat, nihil interest.

1525

Quod verò sæpissimè probet meas sententias, fundamentaque, quibus eas firmaui; & quod ferè singulis quoque columnis, præsertim Tractationis de Sacrificio Missæ, utatur monumentis Ecclesiasticæ antiquitatis, notationibusque singularibus apud me repertis, adeò ut ego passim possim dicere,

Hos ego versiculos feci,

commodo est mihi, ut minus improbem meos labores litterarios, minusque de eis diffidam. Qui nolit meis dictis credere, legat, quam elegerit questionem a me tractatam in Opere de Sacrificio Missæ, recurrat postea ad Magistrum Martinum, & comperiet, me vera loqui, si de eadem questione ipse egit. Fateor equidem, cum bene recitat, imò & multo melius, quam in me sunt, incipere esse sua iure meliorationis. Dixerimque ipsi ex S. Sidonio *Lib. 5. Epist. 1. Video, quòd lectit andis Opusculis meis voluptuosam patientiam impendas. Magnum hoc est, & litterarum viro conuenientissimum, cum studijs ipse maximis polleas, ea in alijs etiam minima completis; sed ex hoc ipso cumulatissima tibi gloria reponderatur, nam satis eminet meritis ingenij proprij, qui fuerit fautor alieni.*

1526

Rursus quòd nonnunquam me impugnet Ma-

N n

gister


gister Martinus, est etiam perutile mihi nam cum in omnibus litteris meis non solum primum lectorem, sed etiam liberum correctorem desiderem, sequitur exemplum S. Augustini Lib. 3. de Trinitate in proemio; cumque iuxta Severinum Boetium Lib. 3. de Consolatione, prosa 12. sit interdum operapretium, rationes inuicem collidere, quod ex huiusmodi conflictatione pulchra quadam veritatis scintilla dissiliat, aut scripta retractabo ab ipso edoctus, aut amplius stabilitam, dissolutis obiectionibus contra ea efformatis à tam sapiente viro. Prestabo fuse vnum, aut alterum in secunda editione. Sed interim in seqq. Parergis incipiam adnotare aliqua.

PARERGON XIII.

MISCELLANEA DE PVNCTIS PERTINENTIBVS AD SACRIFICIVM MISSÆ.

Author liberat se à nota longitudinis; confirmat quæ olim dixit, & exarmat obiecta in contrarium.

1527



Martinus q. 83. 3. p. Tract. 5. in limine ait, [Curabimus seruare mediocritatē abstinendo ab extremis, non enim nostra tempora ferunt, quod vno, vel duobus dubiis rem tantam involuamus (vt faciebāt antiqui) nec tres tomos implebimus de solo Sacrificio Missæ, vt quidam his diebus se fecisse gloriator.] Sic ille. Qui per me seruet quæ voluerit mediocritatem, dum modò dicam mihi non scribat ob tres tomos de solo Sacrificio Missæ. Et quidem si ego breuior fuisset, non præbuisset tantam materiam, ex qua partem possent desumere, partem relinquere alij. Est nouissimè multò longior Zacharias Pasqualigus, & adhuc non ex qua uim assumptum argumentum. Breues fuerunt antiqui; sed prodiga rerum natura secundum varietates multiplicium casuum parit quotidie nouas causas, vt ait Honorius 3. Pontifex Summus Cap. 1. in 3. Compilatione Decretalium, & plenissima,

Tin primis Martinus q. 83. 3. p. Tract. 5. in limine ait, [Curabimus seruare mediocritatē abstinendo ab extremis, non enim nostra tempora ferunt, quod vno, vel duobus dubiis rem tantam involuamus (vt faciebāt antiqui) nec tres tomos implebimus de solo Sacrificio Missæ, vt quidam his diebus se fecisse gloriator.] Sic ille. Qui per me seruet quæ voluerit mediocritatem, dum modò dicam mihi non scribat ob tres tomos de solo Sacrificio Missæ. Et quidem si ego breuior fuisset, non præbuisset tantam materiam, ex qua partem possent desumere, partem relinquere alij. Est nouissimè multò longior Zacharias Pasqualigus, & adhuc non ex qua uim assumptum argumentum. Breues fuerunt antiqui; sed prodiga rerum natura secundum varietates multiplicium casuum parit quotidie nouas causas, vt ait Honorius 3. Pontifex Summus Cap. 1. in 3. Compilatione Decretalium, & plenissima, nouiter promulgata. Vnde potius ego veritatem notam breuitatis, quam longitudinis, in Prefatione ad secundum tomum; nusquamq; gloriatus sum de tribus tomis; quos si bene impleui, non fui longus, si male, prolixissimus fui, & morosissimus vel in vno tomo tantum. Scripsit S. Isidorus Pelusiota egregia de hoc Epistolam (quæ est 57. Lib. 3.) ad Isidorum Scholasticum, Vera breuitas (inquit) cum perspicuitate coniuncta, non in argumentorum prætermissione, sed in earum rerum, quæ ad institutam materiam nihil opis conferunt, reiectione sita est. Vt enim ea, quæ ab orationis argumento aliena sunt, ponere perpernacaneum est; ita etiam eorum, quæ ad ipsius confirmationem aliquid momenti afferunt, nihil omittere, necesse est. Quo circa ne tu quoque, si in pugnam, atque in arguticem orationem incidas, prolixitatem accuses; verum illud cogita, non aliter eam id, quod quærebatur, perspicue declarare potuisse, nisi longior verborum ambitu preteretur. Nam si affirmandum dumtaxat, & pronuntiandum sit, breuis sanè, atque compendiosa sit oratio. Si autem probandum, & demonstrandum, tū verò vt in longum quidem extendatur, omnè autem redundantiā, atque earundem rerum repe-

repetitionem fugiat, necesse est. Sic S. Isidorus Pelusiota, cuius documēta exequi, quantum in me fuit, curauit.

1528 Deinde dub. 6. §. 1. n. 9. pag. 661. ait Martinus, [Imò Lessius Lib. 2. de Iustitia Cap. 38. dub. 2. n. 7. (vt & 3. p. q. 83. art. & dub. 1. n. 4.) dicit, Certum esse, & fide tenendum, neque omne opus bonum, neque omnè oblationem esse verum, & propriè dictum Sacrificium. Sed nimia videtur hæc censura, cum Bellarminus, & alij relati solum vt falsam rejiciant; & in sensu, quo Catholici dissentiūt, multum admisceat quæstionis de nomine.] Forlan tamen perdoctus Magister, non notasset nimietatis eam cēsuram (Philippo Gamachæo Cap. 2. de Sacrif. Missæ pag. 454. gratam) si occurrisset memoriæ damnatio propositionis 44. Michaelis Baij facta à Pio V. Gregorio XIII. & Urbano VIII. Pontificibus Maximis. Propositio huiusmodi erat, Sacrificium Missæ non alia ratione est Sacrificium, quam generali illa, qua omne opus, quod fit, vt sancta societate Deo homo inhaereat. Cuius propositionis damnatio facit indicio Pasqualigi quæst. 2. de Sacrif. nouæ legis n. 4. vt de fide Catholica putari debeat, quod Sacrificium, Missæ sit specialis modo Sacrificium, & quod operibus bonis non conueniat hæc specialis ratio Sacrificij. Vnde Gabrielem, & Castrum (qui contrarium sensisse videntur) interpretatur num. 2. in bonum sensum; & in eundem adduci potest Aragon 2. 2. quæst. 85. a. 1. pag. 894. & quidem non violētè, si attendatur ad ea, quæ habet in art. 2. pag. 899. & 900. nec non in art. 3. pag. 908.

1529 Tertio in dub. 1. §. 2. pag. 662. & 663. dicit Martinus cum Didaco Nuño 3. p. q. 83. art. parte, & diff. 1. & cum Marco de los Huertos quæst. 1. de de Sacrif. Missæ, Sacrificium spectare ad qualitatis genus, eoquod sit actus virtutis religionis; omnes autem virtutum actus pertinent ad genus, prædicamentumque qualitatis. Sed cum non neget, Sacrificium participare secundariò genus signi sacri, cogendus est fateri participare primariò, nam vt sit virtutis religionis actus exterior, & imperatus (quo solo modo est actus eius virtutis) opus est intelligi prius ratione signi sacri, seu significatiuam affectus laterni religiosi Actio enim exterior,

verians circa rem cum eius mutatione, non accedit ad gradum virtutis, & Sacrificij, nisi accedat prefata significatio. Legatur Suarez Disp. 73. sect. 1. & quod Numum impugnat Pasqualigus quæst. 5. Et notetur, dici à Martino, quendam. (qui sum ego) fuisse motum contra suam sententiam quodam argumento, quod ipse refert in num. 16. & quo vt or in Disp. 1. num. 22. ad aliud propositum, & ab ipso relinquitur insolutum.

1530 Quarto in dub. 1. §. 3. pag. 663. & 664. partim consentit, partim dissentit post Raphaelem de la Torre 2. 2. quæst. 85. art. 2. Disp. & conclus. 2. Martinus à Didaco Nuño supra, diff. 2. asserente, Sacrificium esse signum naturale, ita vt eius significatio moralis sit ex natura rei, quia hoc ipso quod agnus v. g. offerretur Deo, nulla facta institutione, significaret excellentiam diuinam, & proinde ex natura sui, & non ad placitum. Sed contra est, quia quod oblatio agni cum eius mutatione assumeretur ad significandam excellentiam diuinam & quod propterea esset Sacrificium, non posset non esse ex facta ad placitum institutione, vt optime iam aduertit Pasqualigus, aduersus Numagenem, quæst. 5. num. 6. S. Augustini authoritati, quam alij (qui sum ego) afferunt, vt refert Martinus num. 24. non video datam interpretationem.

1531 Quinto in dub. 1. §. 4. pag. 665. & 666. probat Martinus, institutionem publicam non semper exigere ad Sacrificium. Sed non affert quidpiam, quod non sit à me expressè enodatum. Recitat ex alijs (qui sum ego) argumentum in contrarium num. 35. recitatque ipsorum verbis, sed truncatè, illiusque, vt integrè à me propositi, desidero solutionem.

1532 Sexto in dub. 1. §. 5. pag. 666. & 667. simillior est Martinus mihi in Disp. 1. num. 43. & quatuor seqq. quam ovum ovo, proponitque suam de propria Sacrificij significatione sententiam meis verbis. Sed quauis, vt aiebat Symmachus L. 1. Epistola 25. Cum semel à te carmen profectum est, ius omne perdidisti, & oratio publicata res est libera; at non videbatur æquum, vt occultaretur aliorum generali nomine. Nna qui

qui tam proficuis fuerat ad tot columnas. Similiter maiori ex parte reuocauit dub. 1. §. 6. pag. 668. & deinceps in suum vltim, quæ ego habeo ex num. 3. vsque ad 13.

1533 Septimo in dub. 2. §. 1. ex pag. 672. agit eruditè Martinus de origine nominis *Missa* allegans Melchiorum Canum Lib. 12. de Locis Theologicis C. 13. pag. 468. Dominicum Sotum in 4. Dist. 13. q. 2. art. 1. pag. 559. & 560. Franciscum Forerium ad Cap. 31. *Isaia* v. 8. Thomam Maluendam ad C. 14. Deut. v. 10. Lindanum Lib. 4. Panopliæ Euangelicæ Cap. 37. Petrum Anellum Perficum de Officio Sacerdotis Lib. 2. Cap. & dub. 1. quos ego non citauit *Disp. 2. sect. 1.* Sed in compensationem addo sequentes, Rhenanum, vel Renatum Laurentium, & Iacobum Pamellium ad Lib. 4. Tertulliani aduersus Marcionem, Galparem Catalium Lib. 1. de Sacrif. *Missa* C. 3. & 4. Petrum Gregorium Lib. 6. Commentariorum in Syntaxes artis mirabilis Cap. 33. pag. 212. Petrum Cenedum ad Rub. tit. de Celeb. *Missar.* Collect. 44. in Decretales num. 1. Petrum Rebuffum in Reper. ad C. Cum Marthe de celeb. *Missar.* in principio, Alciatum Lib. 7. Paregon Iuris Cap. 10. Bartholomæum de Humada ad L. 58. tit. 4. Part. 1. Glosa 1. fol. 43. Ferdinandum Paez in C. *Missas* de Conf. Dist. 1. num. 5. Antonium de Molina in Instruct. Sacerdotum Tract. 3. Cap. 2. Dida cum Spinum in Speculo testamentorum Glosa 3. num. 51. Ioannem Alentiaig in Lexico Theologico. *Missa*, Bernardinum de Busto p. 2. Rosarij Sermonum in 13. parte 1. lit. D. Nicolaum de Ploue in Expos. *Missa* fol. 50. Paulam Mariam Quarti in Appendice de Sacrif. *Missa* quest. & punct. 1. Pasqualigum quest. 1. de Sacrif. nouæ legis.

1534 Octauo in dub. 3. num. 3. pag. 680. refert Martinus meis verbis sententiam, quæ ego sequor in *Disp. 1. num. 25.* refertque in num. 6. ac 7. meis etiam verbis contrariam, quam ipse sequitur, & omittit respondere ad argumenta meæ sententiæ. Ex num. autem 8. vsque ad 12. breuiat quæ ego habeo ex num. 19. vsque ad 24. & tantum addit verba quædam S. Thomæ 2. 2. quest. 94. art. 1. ad 2. concluditque, si sacrificium iumatur materialiter, & entitatiuè, atque in esse actus humani, conuenire vai-

uocè Sacrificium oblatum Deo falso cum eo, quod offertur Deo vero; secus, si sumatur formaliter, & pro actu virtutis religionis, sic enim non conuenient nisi analogicè, & Sacrificium oblatum Deo falso non erit re vera Sacrificium, sed sacrilegium. Ast iam ex num. 22. constabat, quid nos ad hæc diceremus.

1535 Nono cum ego in *Disp. 2. ex num. 26. vsque ad 28.* disputassem, num Deipara Virgo, nocte postremæ coenæ Christi Domini, particeps fuerit Eucharistiæ? Martinus quest. 81. dub. 1. §. 2. ex num. 13. vsque ad 18. pag. 619. & duabus seqq. meis se coloribus adornat, & tactus scrupulo non fatendi, per quem vestierit sese, ait in n. 18. [Quidam Recentior Societatis post longam, & diligentem de hoc puncto disputationem sic concludit,] &c. postque transcripta meæ verba ex num. 28. inquit, [Hæc ille, & ego.] Cui plurimas gratias ago, eo quod me beneuolè, & supra meritum honorèt; moneoque in gratitudinis signum, vt pro communione Deiparæ adiungat in n. 12. Petrum de Rojas 1. p. *Hist. Toletanæ* Lib. & Cap. 4. pag. 264. & contra communionem adijciat in num. 17. Ioannem Hessels Tract. 1. de Communionē sub vnica specie ad 1. argum.

1536 Decimo in eadem *Disp. 2. ex numero 29. vsque ad 38.* examino ego, vtrum Christus sit impertitus Iudæ corpus, sanguinemque suum? Cui quæstioni operam suam nauat Martinus quest. 81. dub. 2. ex pag. 621. vsque ad 625. precorque Lectorem, vt vtriusque operam ei quæstioni impensam conferat, & iudicet, num saltem nomine generali Recentioris memorandus ego fuissim ob non leue adiumentum, quod præstiti? Et nunc pro affirmatiua parte addo Nicolaum de Castro in *Prælect. 3. ad Iustinianum in principio Inst. de Emptione, & venditione* n. 145. pag. 497. Michaelē de Palatio in 4. Sent. Dist. 9. *Disp. 12. §. His tamē* pag. 310. Guilielmū Estiū in C. 13. *Ioannis* v. 26. & pro negatiua Dlegum Payuā Lib. 7. *Orthodoxarū explicationū* fol. 245. Porro ad finem eius quest. num. 22. pag. 625. tractat Martinus id, de quo ego in num. 39. an scilicet Christus dederit in nocte coenæ Apostolis corpus suum passibile, vel impassibile? De qua difficultate, &

et pro nostra decisione videantur Marcellus in 4. quest. 8. art. 3. Iacobus de Virriaco Cap. 38. *Hist. Occidentalis* pag. 445. & 447. Scriptor anonymus Lib. 2. de Sæptana vidua *Homilia* 3. Cap. 5. Lib. 3. *Homilia* 4. Cap. 5. *Homilia* 2. Cap. 1. Tradidi ibi ex Niceta Choniata, Græcos anno 1199. vocasse in controuersiam, an nunc corpus Christi in Sacramento præbeatur impassibile, & immortale nõ tantum ratione modi existendi sacramentaliter, sed etiam ratione dotis gloriæ? Dixi, Abrahamū Bzouiu, cum transcribat eo anno Nicetā, omisisse notare, quinā rectè, vel obliquè tulerint. Sed respondet Martini, omisisse disputationē, quia nõ agebat Theologū, sed Historiographū, & in re clara non fuisse opus monere Lectorem. At ego in Bzouio nõ desiderauit discussionem Theologicā, etsi alibi sepe eas interponat. Desiderauit breuem notationem de recto, vel obliquo sensu. Sic videbatur exigere munus Ecclesiastici Historiographi. Nec res erat tam clara ex terminis, vt supernacanea foret monitio ad Lectorem nõ Theologum.

1537 Vndecimo in eadem *Disp. 2. ex num. 40. vsque ad 48.* loquor ego de tempore, quo Christus instituit *Missa* Sacrificium, & in tribus Disquisitionibus, quas ibi excito, attuli suppetias aliquas ad ea, quæ scripsit postea Martinus quest. 74. dub. 6. & 7. ex pag. 108.

PARERGON XV.

Cōtinuatur defensio Authoris, & Miscellanea de Sacrificio *Missa*.

1538 **D**RIMO. Magister Martinus, lecta Patrum catena à me elaborata in *Disp. & sect. 3. ad probandū, essentiam Sacrificij *Missa* consistere in consecratione, inquit* dub. 4. §. 2. n. 10. pag. 684. [Istæ tamen authoritates (quibus etiam vitur Vazquez, & aliæ minutiores, quas adijciunt Recentiores) parum vrgent, quia SS. PP. non solent esse solliciti de subtilitatibus Scholasticis de constitutivis metaphysicis, &c.] Sed certè nullum est Patrum Ecclesiæ verbum, quod inter minutias possit iussè, & prudenter computari; ipseque Martinus religiosè, diligenterque

vsque ad 13. Supposui tanquam certum contra Ioannem Philopponum in *Disp. de Paschate* (quam Latinam fecit Noster Corderius) & contra quosdam alios Græcos (de quibus apud Petrum Arcudium Lib. 3. de Concordia Ecclesiæ Occidentalis, & Orientalis Cap. 4. testantur Photius, & Gennadius, seu potius Gregorius Protosyncellus) necnon contra Nicolaum Villagagnonem de *Iudaici Paschatis implemēto aduersus Calvinologos*, non fuisse illius anni legalē coenam omissam à Christo, & à discipulis; quantum enim Græci illi, & Villagagno fallantur, patlam faciunt Euangelistarum verba, expensa contra Villagagnonem à Claudio Sainctesio *Repet. 1. de Euch. Cap. 7. ex pag. 8. & à Vazquio Disp. 172. Cap. 1. Allegat Martinus §. 1. num. 3. ex Sainctesio Villagagnonem, & de suo vocat eū Hæreticū, nam ait, [Quāuis enim quidā Hæreticus Villagagnonis nomine, &c.] Sed certè Villagagno Eques Francus, & Melitensis, egregiusq; bellator aduersus Caluinum, & Bezam, non meretur nomen Hæretici, etsi falsus sit ea in assertione. Videantur ipsius elogia in Illustrissimo Petro Simone Episcopi Iprensi Lib. 6. de Veritate Cap. 23. & in Possuino. Fortè quia Villagagnonis nomen horrifonum est auribus Hispanicis, idcirco exceptum est tanquam Hæretici alicuius à Martinio.*

transcribit inferiù §. 2. num. 19. §. 3. n. 31. 32. & 36. vt & passim in tota quest. 38. cōplura Patrum testimonia apud me lecta, & nõ maioris efficaciam ad intentum, quam sunt quæ continentur in careria superiore: quodlibetque vestigiū mentis PP. in quæstione quævis Theologica reuerenter est adorandum, seu æstimandū, & studiosè querendū. Nec tractatio de essentia, seu constitutivis essentia Sacrificij *Missa* ex ijs est subtilitatibus Scholasticis, quas sermo Patrum præterierit.

1539 Secundo ego in *Disp. 3. n. 33. vt adstruerè, summptionē Eucharistici Sacrificij, à Sacerdote factam, non esse de Sacrificij essentia, sic argumentatus sum: licet aliquando Sacerdoti non progredi ad summptionem hostiæ* N3 conse-

consecratur, vt docet S. Thomas 3. p. q. 83. art. 3. ad 4. Nunquam autem licet, si sumptio à Sacerdote faciēda pertinet ad essentiam Sacrificij. Martinus dub. 4. §. 5. num. 56. pag. 694. in medium producit hoc meum argumentum, & num. 64. ait, me (quem non nominat) non habiturum quid opponerem, si integram sententiam S. Thomæ referrem. Nam etsi scribat S. Doctor, *Si miraculose corpus Christi in altari sub specie carnis appareat, aut sanguis sub specie sanguinis, non est sumendum, sed paulopost subdit, Nec propter hoc Sacerdos transgressor efficitur, quia ea, quæ miraculose fiunt, legibus non subduntur.* Quis S. Doctoris recursus ad id non esset necessarius, si sumptio non esset de essentia Sacrificij. Cæterum si Martinus notasset verba, quæ sequuntur eiusdem S. Doctoris, videlicet *Consulendum tamen esset Sacerdoti, quod iterato corpus, & sanguinem Domini consecraret, & sumeret, proculdubio diceret, me habere quid opponerem ex doctrina S. Thomæ.* Nam ex ea non modo licet, non progredi ad sumptionē hostiæ consecratur, sub qua apparuit caro Christi; sed etiam licet non progredi ad consecrationem, & sumptionē alterius hostiæ. Si enim est tantum de consilio progressus, non potest non censerī à S. Thomæ licitus non progressus. Ergo ex eodem sumptio à Sacerdote facta non est de essentia Sacrificij, quia si esset, daretur strictissima obligatio ad consecrandam, & sumendam eo in casu aliam hostiam, affirmareturque talis obligatio à S. Doctore. A quo tamen non affirmatur, vt neque à Caetano *ibi*, Sylvestro 2. *Eucharistia* 3. *quest.* 16. Soto in 4. *Dist.* 13. *quest.* 1. art. 4. ad 3. Michael de Palatio in 4. *Dist.* 10. *Disp.* 3. §. *Sunt qui* pag. 350. Coninc 3. p. *quest.* 76. art. 8. dub. 2. num. 138. Quarto parte 3. in *Rub. Miss. tit. & sect.* 3. dub. 5. *conclus.* 4. quid dicunt, esse tantum de mero consilio consecrare, & sumere aliam hostiam eo in casu. Dissidentibus Valentia *tomo* 4. *Disp.* 6. *quest.* 4. *punct.* 1. in fine, Francisco de Lugo *Lib.* 5. de *Sacramentis* Cap. 10. *quest.* 2. num. 30. Aversa *quest.* 4. de *Euch.* *sect.* 8. in fine, alijsque à me citatis in *Disp.* 29. num. 157.

1540 Addit Martinus, si hoc argumentum valeat quidquam, probaturum, neque esse de iure diuino sumptionem Sacerdotalem, neque integra-

re Sacrificium. Respondeo primo, certiore debere esse obligationem ad aliquid ex ijs, quæ constituant essentiam Sacrificij inchoati, quam ad aliquid ex ijs, quæ ad illud requirantur præcisè iure diuino, vel titulo illius integrandi substantialiter. Respondeo secundo, eam additionem non militare contra me, sed contra doctrinam S. Thomæ, ex qua ego de sumptio argumentationem. Videat Martinus, quo pacto cum S. Thomæ doctrina de non obligatoria eo in casu consecratione, & sumptione alterius hostiæ conciliaturus sit, quod Sacerdotalis sumptio sit debita ex iure diuino, & quod substantialiter integret Sacrificium.

1541 Et vt pateat, me non ineptè fuisse exinde argumentatum, meminerit ipse, se in §. 3. num. 34. pag. 689. vt probet, consumptionem à Sacerdote factam esse de Sacrificij Missæ essentia, sic ratiocinari, [Sed & in hac 3. p. habemus totum art. 4. *quest.* 82. S. Thomæ, vbi inducit doctrinam Concilij Tolerani XII. Cap. 5. in quo indicatur potissimum argumentum à posteriori: quia si sumptio Sacerdotis non est completa essentialiter, iure diuino, inchoati Sacrificij, non est cur consecrans teneatur semper sumere; nec Ecclesia tantam adhiberet diligentiam, vt etiam si per mortem consecrans perfici non possit, alijs debeat Sacrificium comple-] Sic ipse, seu potius ego in num. 51. & 52. Sed sistendo tantum in substantiali complemento, & integritate Sacrificij Missæ per Sacerdotalem sumptionem; ipse verò lectam meam ratiocinationem, & monumenta Ecclesiastica, quibus eam confirmauit, & quibus nunc adijcio Concilium Rothomagensis anno 1072. C. 4. apud Ordericum Vitalem *Lib.* 4. *Hist. Eccles.* statuens, vt nullus Missam celebret, qui non communicet; ipse, inquam, ampliauit ad essentialē constitutionem Sacrificij Missæ per sumptionem Sacerdotalem. Si igitur ipsi ex illo capite visum est probari rectè talem constitutionem, consequens est, vt ego bene ex contrario probauerim iuxta S. Thomæ doctrinam, sumptionem Sacerdotalem non componere essentiam Sacrificij Missæ, nempe ex eo quod aliquando fas sit Sacerdoti non exequi sumptionem.

1542 Tertiò ego in *Disp.* 3. num.

num. 56. & in *Disp.* 4. num. 5. attuli verba hæc Concilij Turonici apud Burchardum *Lib.* 5. Cap. 9. *Sacra oblatio semper sit super altare obseruata, propter mures, & nefarios homines, & de septimo in septimum diem semper mutetur, id est, illa à Presbytero sumatur, & alia, quæ eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur, ne forte diutius reseruata, mucida, quod absit, fiat.* Dixi, fauere in speciem verba hæc Authoribus, qui asseruerunt, Sacerdotem celebrantem posse recludere in Pastophorio hostiam, quam tunc consecrauit, & sumere aliam antea consecratam, ibique custoditam. Quorum assertio displicuit Quarto in *Rub. Miss. parte* 2. *tit.* 10. *sect.* 1. *dub.* 3. Landmetero *Lib.* 2. de *vetere Clericorum, & Monachorum victu, & disciplina* Cap. 81. pag. 215. Emmanuelle Mascarenhas *Tract.* 5. *Disp.* 1. Cap. 5. num. 37. Antoniò de Elcobar *Lib.* 21. *Theologia Moralis* Cap. 16. *sect.* 2. *problem.* 10. num. 209. Pasqualigo *quest.* 40. de *Sacrif. nouæ legis*, alijsque pluribus ab ipso, & à me citatis. Ideo addidi, posse quem interpretari verba Concilij Turonici, quatenus alia hostia, non quidē sola, sed ex duabus denuò consecratis, recondatur in Ciborio sacro, ita vt sumatur vna ex illis, & antiqua etiā. Cæterum Martinus §. 6. num. 72. pag. 697. timet, interpretationem esse uoluntariam; & ait, [potuisse falli in Concilio Prouinciali.] Ego tamen desidero in hoc Authore fundamentum illius timoris; & nisi manifestè constet de errore Patrum, interpretandi sunt in bonum sensum; nec est plausibile, si dicatur, potuisse falli, præsertim quando aliquid tradunt congregati in Concilij Prouincialibus, quorum tanta est auctoritas in Ecclesia Dei, etiam dum non sunt expressè confirmata à Summo Pontifice; faciunt namque argumentum adeò probabile, vt iudice Bellarmino *tomo* & *Lib.* 2. de *Concilijs* Cap. 10 plana sit temeritas eis non assentiri. Quippe [si aliquot SS. PP. casu in eadem sententiam conuenientes, faciunt argumentum probabile, quanto magis quinquaginta, aut sexaginta Episcopi simul conuenientes, & inuocato Spiritu sancto, aliquid communi consensu statuere?] Potuerunt absolutè errare S. Augustinus, S. Thomas, S. Bonaventura, non minus quam Concilium Prouinciale Catholicorum PP. exciperet ne ego bene,

si obiecta ipsorum auctoritate, aut uerius ex eis, quam possem sine uolentia interpretari, trahereque in sensum conuenientem, dicerem rotundè, Potuerunt falli?

1543 Quod si tam facilis est hæc responsio, cur tam difficile visum est non nullis doctis, & pijs uiris, exhibere externa signa assensus erga quandam opinionem maximè iam communem, & celebrem, eo quod inde deduceretur, falsum fuisse vnum, aut alterum S. Patrem olim in contraria? Cur iuramentum de defendenda uisus S. Patris doctrina tantam ipsis religionem mouit, ne præberent signa illa? Nam si potuerunt falli Patres in Concilio Prouinciali, & à fortiori vnus S. Pater seorsim, consecretarium est, vt possit non obligare iuramentum de sequendo eo S. Patre usque ad iota vnum, & in omnibus suis opinionibus pro omni tempore.

1544 Sed omisso hoc argumento, oportuit, vt Martinus approbaret nostram interpretationem, vel excogitaret aliam, vel diceret, Prouinciale illud Concilium loquutum esse probabiliter pro suo tempore, aut pro præsentia etiam, cum non desint graues Theologi eiusdem mentis, quos ipse meis armis inuadit in num. 73. Et quoad aliud punctum adeò ipsi placuerunt, quæ ego habeo in num. 3. vt §. 7. num. 82. pag. 699. transcribat totum cum numerum ex me sub aliorum nomine, nisi quod addit allegationem quandam ex Gauato.

1545 Quarto ego in *Disp.* 5. num. 4. præsentauit quædam verba S. Thomæ 1. 2. q. 101. art. 4. ad 2. in quibus clarè dicit, Sacrificia antiqua non fuisse simul Sacramenta; & cum in contrarium adducerentur alia eiusdem S. Doctoris verba 3. p. q. 73. art. 6. respondi, non exprimere *ibi*, etiam agni Paschalis fuisse Sacramentum; etsi tradat, consistisse in agno Paschali præcipuam figuram Sacramenti Eucharistici. Post eam, rō notauit, eundem S. Doctorem 1. 2. q. 102. art. 5. ad 2. & 3. videri loqui clarè de agno Paschali vt habente rationem Sacramenti, viderique loqui non admodum conuenienter ad dicta in *quest.* 101. art. 4. ad 2. Reclamat Martinus dub. 4. §. 2. num. 13. & applicas *quest.* 102. & 101. conciliationem à me datam inter *quest.* 73. 3. p. & *quest.* 101. 1. 2. inquit, [Vnde nulla est con-

traditio, vt aliqui inaduertenter obijciunt S. Thomæ.] Sic ille. Ego autem solum proposui difficultatem circa concordiam locorum S. Thomæ, & nulla tenus asseueranter obieci contradictionem.

1546 Nuncque repeto, concordiam esse valde difficilem. Nam 3. argumentum in 1. 2. q. 102. art. 5. fuerat huiusmodi, *Sacramenta veteris legis figuræ fuerunt Sacramentorum nouæ legis. Sed per agnum Paschalem significatur Sacramentum Eucharistiæ. Ergo etiam debuerunt esse aliqua Sacramenta in lege, quæ præfigurarent alia Sacramenta nouæ legis, sicut Confirmatio, & Extremam unctionem, & Matrimonium, & alia Sacramenta.* Cuius argumētum minor propositio aperte supponit, etiam agni Paschalis fuisse Sacramentum, & non meram figuram Sacramenti nouæ legis. Responsio verò S. Thomæ est, *Quaedam Sacramenta nouæ legis habuerunt in veteri lege sacramenta figurata sibi correspondentia, nam Circumcisio ni respondet Baptismus: Conuinctio agni Paschalis respondet in noua lege Sacramentum Eucharistiæ: Sacramentum autem Confirmationis non potest respondere in veteri lege aliquod Sacramentum: Similiter autem & Sacramento Extremæ unctionis: Matrimonium autem fuit quidem in veteri lege, prout erat in officium nature, non autem prout est Sacramentum conuinctionis Christi, & Ecclesiæ, quæ non dum erat facta.*

1547 In hac responsione concedit S. Thomas Maiorem, & Minorem syllogismi superioris, scilicet Sacramenta antiqua fuisse figuras nouorum, & inter antiqua etiam agni Paschalis fuisse Sacramentum figurale Eucharistiæ, sicut Circumcisio fuit Sacramentum figurale Baptismi. Negatque S. Doctor solam Consequētiam, nempe Sacramentis Confirmationis, Extremæ unctionis, & Matrimonij debuisse respondere sua etiam Sacramenta in lege veteri. Qui legerit S. Doctorē, nō poterit dubitare de cōcessa ab ipso in esu agni Paschalis ratione Sacramenti figuralis, ita vt non fuerit contentus sola figura Sacramenti Eucharistiæ. Non itaque ego loquutus sū inaduertenter. Quod exinde ulterius patet, nam Scriptores valde consideratē loquentes allegant S. Thomam in hoc loco pro sentētia, quæ est in agni Paschalis attribuit rationem Sacramenti, & in alio questionis 101. art. 4. ad 2. pro sententia,

quæ nouæ legis Sacrificijs (quale erat esus ille) denegat vniuersam rationem Sacramenti. Et hæc varietas potuit esse grata Martino, ne cogeret fateri, Catechismum Romanum à me ibi adductum, & ex me ab ipso, esse expressè contrarium S. Thomæ: quod maluit fateri, quam omittere notam mei de inaduertentia.

1548 Sed quid ego ad S. Thomam dicturus sim? Crediderim, S. Doctorem per condescendentiam concessisse Minorem syllogismi, utpote ad cuius scopum non intererat, si negaret, restabant enim alia, quæ in veteri lege erant Sacramenta figurata aliorum nouæ. Rursus quid dicturus sum ad Catechismum? Censeo, illius Authores (quos verisimile est contulisse loca S. Doctoris) prætulisse id, quod per cōdescendentiam admisit S. Doctor in quest. 102. cum potuissent optare illud aliud, quod tradiderat in quest. 101. vt rumvis enim probabile fuit iudicatum à S. Doctore.

1549 Satius fuisset Martino constituere sic concordiam inter dissonantes primo ad aspectu, quam vtrò, & conceptis verbis dicere, [Non desunt, qui velint, in agni Paschalis antiquæ legis manducatione vtramque hanc rationem Sacrificij, & Sacramenti fuisse aduinctam. Quibus fauet Catechismus Pij V.] Nam si illis fauet. Ergo debuit ipse consentire cum illis, deserendo S. Thomam, quem putat stare in contrarium. Patet Consequētia ex principijs ipsiusmet Martini Lib. 2. *Physicorum quest. 14. §. 5. num. 40. & 44. cuius vtriusque loci verba exaravi in num. 200. & 202.* Qui autem ea protulit aduersus repugnantes authoritati Catechismi in agnosceda prædeterminatione physica, se ipsum transigit eisdem verbis, cum authoritati eiusdem Catechismi in hac alia opinione de ratione Sacrificij, & Sacramenti simul importata ab agni Paschalis esu non cedit, eo quod talis opinio contraria sit S. Thomæ ex sua celsura. Vndique ergo tenetur Martinus, suis certè verbis coniectus in has angustias. Quare obsecro, velit, speculari multis oculis, quæ scripsit, & scribet, si tam decretorie, & maiestuose pronuntiaturus sit in alios sententiam de inaduertentia. Num autem qui negamus physicam prædeterminationem,

ad-

aduersi sumus Cathéchismo Romano, & num si aduersi essemus, taxari deberemus de audacia, & errore tractatum iam est in num. 199. & seqq. consulatur quæ quoad primum Ruizius Diss. 47. de Voluntate Dei sect. 1. ex num. 3.

1550 Modò in eruditorum gratiam liceat addere, dici in Catechismo Romano parte 2. Cap. 6. num. 12. esse Catholicæ Ecclesiæ perpetuam consuetudinē, vt ante Extremam unctionem Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentum administratur. At id antiquitate Ecclesiastica reperitur cōplura exempla præmissæ Extremæ unctionis ad Eucharistiā, vt in Vita S. Vilelmi Archiepiscopi Bituricensis, Ianuarij 10. S. Arnulphi Episcopi Sueuionensis, Augusti 15. S. Malachiæ Episcopi Hiberni, Nov. 5. S. Othonis Episcopi Bambergensis, Iulij 2. S. Remberti Archiepiscopi Bremaensis, Februarij 4. S. Hereberti Archiepiscopi Colonienis, Martij 16. S. Stephani Regis Hungarorum, Augusti 25. S. Bedæ apud Vincentium Bellovacensem Lib. 23. *Speculi Historia Lib. 75.* Alciadis Matris S. Bernardi apud Maurique in Annualibus Cisterciensibus anno Christi 1105. Cap. 3. num. 6. Monachi eiusdem Cisterciensis apud eundem anno 1140. Cap. 12. num. 6. ex Cæsario Lib. 7. Cap. 9. (ostenditque Maurique ibi num. 7. ex Statutis Ordinis Cisterciensis Cap. 9. fuisse morem familiarum Cisterciensibus) Guillelmi cuiusdam apud V. Petrum Cluniacensem Lib. 1. *Epistola. 4.* Henrici Regis Anglorum defū-

ti anno 1135. apud Ordericum Vitalē Lib. 13. *Hist. Eccles. pag. 901.* Videantur etiam S. Gertrudis Malfeldensis Lib. 5. *Institutionum diuinæ pietatis Cap. 24.* Theodorus in Pœnitentiā relatus Cap. 1. *Ab infirmis 26. quest. 7.* Eusebius Papa relatus ab luone parte 15. Cap. 35. & à Burcardo Lib. 18. Cap. 11. Riculfus Sueuionum Episcopus in *Constit. anno 889. pag. 987. tomi 3. editionis Biniana Conciliorum p. 2.* Sermo Synodalis *ibidem, pag. 172.* Capitularia Caroli Magni, & Ludouici Pij Lib. 6. Cap. 75. Bellarminus Lib. 2. *de Arte moriendi Cap. 7.* Landtmeter Lib. 2. parte 1. *de Vetere Clerico Monacho Cap. 95. pag. 276.* Menardus in *Lib. Sacramentorum pag. 334.* Suarez *tomo 4. in 3. p. Diss. 44. sect. 1. num. 8.* qui notat, posse explicari Catechismum Romanum, quatenus loquatur de communi consuetudine Ecclesiæ Romanæ, aut Catholicæ maiori ex parte, non verò de omnibus eius Prouincijs, vel Regionibus. Memini huius interpretationis, vt ij, quibus placeat, noscant, mei animi non esse, detrahere Catechismo Romano quidquam authoritatis; quanquam dicam cum Vazquo 3. p. *Diss. 268. C. 3. num. 32.* [Catechismus non habet tantam authoritatem, vt credamus, aliquid in eo fuisse definitum à Pontifice, sed solum Doctorum Theologorum authoritas ei tribuenda est: ac proinde non semel tantum contra ipsum alij Theologi Scholastici opinantur.]


(9)

PARERGON XVI.

PRO SVI DEFENSIONE AVTHOR DISCVTIT OPEROSIVS, ET INTENTIVS, QVAM OLIM,

AN SACRIFICIA ANTIQVÆ LEGIS PROFVERINT AD REMISSIONEM PŒNÆ temporalis? & quomodo?
Scholia fundamentorum, quæ denuò sunt adducta contra non improbatam ab Authore opinionem.

1551



AGISTRO Martino dub. 9. §. 5. ex n. 32. vsque ad 36. pag. 729. & duabus seqq. non arriserūt

dicta à me in *Diss. 10. num. 22.* Percurrat ea oculis Lector, ne ego cogar repetere, sed tantum exerceam munus glossographi verborum perdocti Magistri.
1552 In primis ait, de more esse, vt, cum agitur de effectibus Sacrificij Millæ, disputetur, an Sacrificia antiquæ

tiquæ legis infallibilitet, vel ex opere operato contulerint remissionem peccatorum temporalis? posteaque per compendium refert aliquos ex Authoribus, quos ego allegavi pro affirmativa parte, ipseque me allegat sub generali nomenclatura quorundam Recentiorum. Sed certe si huiusmodi questio tam de more est, me subit admiratio de parsimonia Martinij in ea locupletanda, nam excepto loco quodam Melchioris Cani, & nonnullis S. Thomæ non adducit alia vltra conquistâ, & allata à me, siue pro vna, siue pro alia parte.

1553 Deinde inquit, [esse iudicio suo certum, Sacrificia veteris legis ex opere solum operantis fidei, quæ per dilectionem operatur, profuisse meritorie illis, à quibus fiebant, & impetratorie alijs, & satisfactorie eo modo, quo satisfactio vnus iusti potest alteri applicari: neutiquam verò infallibiliter, & ex opere operato, eo modo quo nobis prodest Sacrificium altaris.] Hæc ille. In quibus & mihi cum Gabriele Alvarez in Cap. 1. Isaie v. 11. num. 209. certum est, Sacrificia antiqua fuisse ex opere operatiū meritoria de cōdigno ipsismet, qui in statu sanctitatis offerrebant illa. Non tamen mihi est certū, sed falsum, ad impetrationem siue respectu offerentium, siue respectu eorū, pro quibus offerebant, requisitum fuisse prædictæ sanctitatis statum. Nam ad impetrationē per orationem ad Deum nõ requiritur, & multò minus per orationem Sacrificijs coniunctam, quæ in se non sit peccaminosa; & quanuis sit, fiat nomine Ecclesiæ. Quod postremū cum de oratione in Sacrificio Missæ firmum sit apud Theologos, potest probabiliter extendi ad eam, quæ in Sacrificijs antiquis. Est etiam certum mihi, satisfactionem, quæ ex opere operantium iustorum inesset actioni sacrificatium antiquitas, potuisse applicari alijs, pro quibus litarent. Illud verò, quod de nõ alio modo applicandæ satisfactionis, & derivandæ in eos, pro quibus sacrificaretur, dicitur à Martinio, & pronuntiatur vt certum, mihi est valde incertum, & dubitabile.

1554 Probat ille suam certitudinem de Sacrificiorum antiquorum fructu non infallibili, neque ex opere operato penes satisfactionem pro peccata temporali, quia S. Augustinus quest.

57. in *Leuiticum*, vbi à me pro me est citatus, eam adstruit, inquit, *Multò est ab surdus, vt sanguis pecoris exoret pro anima hominis, quæ mori non potest, cum manifestè scriptum sit in Epist. ad Heb. 10. illum sanguinem victimarum nihil profuisse ad exorandum Deum pro peccatis hominum, sed significasse aliquid, quod prodesset. Impossibile est enim, inquit, sanguinem hircorum, & taurorum auferre peccata.* Ita S. Augustinus. Sed cuius ego hæc verba, & alia similia ad finem quest. 57. non exaravi, sed denotaui, vt dicerem, S. Augustinum indicasse, Sacrificia antiqua pro peccatis contulisse virtute fidei in Christum remissionem temporalis poenæ, aut quæcumque alium effectum eis attributū, ad quam ex fide in Christum virtutem, seu ad significationem, quam inuoluebant, Sacrificiorum crucis, & Eucharistiæ, respexit principaliter, cum allegauit S. Augustinum; etsi non expresse rim omnino clarè, adduci à me S. Augustinum principaliter in eum finē. Scilicet facit breuitatis amor, vt obscuri sumus.

1555 Probat rursus ex S. Augustino, quia Tract. 41. in *Ioannem* ait S. Doctor, *In Sacrificijs (antiquis) non erat expiatio peccatorum, sed umbra futurorum.* Et similiter idem S. Doctor in alijs locis, & plures alij PP. loquuntur apud eundem Martinū 3. p. q. 62. dub. 7. §. 2. & 5. Sed huiusmodi loquutiones, & quæ habetur quest. 57. in *Leuiticum*, intelligendæ sunt de expiatione peccatorū quoad culpam, & poenam æternam, & non debent intelligi de expiatione quoad poenam tantum temporalem: quam quidem expiationē, præsupposita aliū de facta remissione culpæ, & poenæ æternæ, non excludunt manifestè, si sit ex virtute fidei in Christum, & ex significatione Sacrificiorum crucis, & Eucharistiæ.

1556 Probat vlteriùs ex S. Thoma, quia S. Doctor 1. 2. q. 103. art. 2. in *Corp.* ex Apostolo ad *Galatas* 4. vocatè Sacrificia veteris legis egena, & infirma, ait, *Et ideo pro peccatis offerebantur Sacrificia quædam in veteri lege, nõ quia ipsa Sacrificia à peccato emundarent, sed quia erant quædam protestationes fidei, quæ à peccato mundabant.* Et hoc etiam ipsa lex innuit ex modo loquendi. Dicitur enim *Leuitici* 4. & 5. quod in oblatione hostiarum pro peccato orabit pro eo Sacerdos, & dimittetur ei: quasi

pec-

peccatum dimittatur non vi Sacrificiorum, sed ex fide, & deuotione offerentium. Sic S. Thomas. Sed fatetur de peccatorum remissione quoad culpam, & poenam æternam, quas eorum nomine significari communiter in Scriptura diuina, & Patribus Ecclesiæ, certo certius est.

1557 Aggregat alia loca S. Thomæ ex eadem 1. 2. q. 98. art. 1. in *Corp.* quest. 100. art. 12 in *Corp.* & in 3. Sent. Dist. 40. quest. vnica, art. 3. in *Corp.* Sed non faciunt ad rem presentem, nõ ex eis solum habetur, Sacrificia antiqua non contulisse infallibiliter, & ex opere operato gratiam siue sanctificantem, siue adiuuantem, id quod à nobis neutiquam negatur.

1558 Adiungit etiam locum ex 4. Sent. Dist. 12. quest. & art. 2. questuncula 3. ad 2. Sed ibi S. Thomas nobis fauet. Nam cum obiectum fuisset in quaestione de remissione poenæ peccati mortalis per Sacramentum Eucharistiæ, Hoc Sacramentum non minus valet viujs, quam mortuis. Sed mortuis valet ad remissionem poenæ, quia ad hoc pro eis offertur. Ergo multò magis viujs. Et iterum, Veritas est maioris efficacis, quam figura. Sed Sacrificia veteris testamenti in satisfactionem pro peccatis mortalibus offerebantur. Ergo multò fortius & hoc, cuius illa sunt figura, & sic remittit mortalium poenam. Respondet S. Thomas, Non totaliter semper aufertur poena per hoc Sacrificium illis, qui sunt in Purgatorio, nec auferebatur in veteri lege per antiqua Sacrificia. Id est, non totaliter semper. Is enim est sensus planus, & cohærens apprime cum sensu verborum antecedentium.

1559 Censuit itaque S. Thomas, per Sacrificia antiqua ablatam fuisse ex opere operato in animabus Purgatorij poenam, etsi non semper totaliter fuerit ablata per quodlibet Sacrificium. Et sic dissoluit obiectionem, quasi ad secundam partem eius concedat maiorem propolitionem; & minorem etiã, sed sub limitatione de non remissa tota poena semper per quoduis Sacrificium antiquum: tandemque concedat Consequentiam sub simili limitatione quoad remissionem per Sacrificium Missæ. Et tam de hoc, quam de antiquis admittit, esse, & fuisse efficaciam ad eam remissionem ex opere operato. Nam si de antiquis non admittit, opus non erat pro solutione obiectionis, recurrere ad po-

næ quantitatem, quæ per illa adimitur; cum facile posset, concessa Maiori; dici ad Minorem, antiqua Sacrificia nõ fuisse oblata in satisfactionem ex opere operato pro peccatis mortalibus siue viuorum, siue mortuorum, vt offerretur Sacrificium Missæ.

1560 Eandem quaestionem de remissione poenæ per Sacrificium Missæ tractat S. Thomas 3. p. quest. 79. art. 5. habetque ad 2. ea verba, quibus significari remissionem illã ex opere operato veterum Sacrificiorum, dixi olim. Ast Martinus ea in hunc modum declarat, [Quia infinitas rei oblatæ finita oblatione, & deuotione applicatur, & ex hac parte ex opere operatis; sicut inæqualiter Sacrificia antiqua debebat poenã ex deuotione inæquali offerentium, ita in Eucharistia, quanuis sit etiã ex opere operato, est inæqualis ex inæquali applicatione, & dispositione.]

1561 Quæ declaratio, ne dicã obnubilatio sensus S. Thomæ, reijcienda est. Nam S. Doctor proponit hoc argumentum, Per Sacrificia veteris legis homo satisfacerebat pro peccatis suis. Ergo cum in Sacrificijs nihil malus esse possit, quam corpus, & sanguis Christi, valebit hoc Sacrificium multò magis ad remissionem omnis poenæ. Respondet autem sic S. Doctor, Alia Sacrificia, & oblationes non operabantur remissionem totius poenæ, neque quantum ad quantitatem oblati, sicut Sacrificium Missæ, neque quantum ad deuotionem hominis; ex qua contingit, quod etiam per Sacrificium Missæ non tollatur tota poena

1562 In hac responsione S. Thomas non negat, sed concedit Antecedens de satisfactione pro peccatis per Sacrificia antiqua; solumque notat, eã satisfactionem nõ fuisse semper pro tota poena, tum ob defectum quantitatis rei oblatæ, tum ob defectum deuotionis in sacrificantibus, aut offerentibus, vel in eis, pro quibus sacrificaretur, aut offerretur, quoniam quantitas siue rei oblatæ, siue deuotionis, non superaret, aut non attingeret semper quantitatem poenæ debitæ. Vnde deueniens S. Thomas ad Consequentiam, ait, neque Sacrificium Missæ afferre semper satisfactionem adæquatam pro tota poena, reuocatque rationem non ad defectum quantitatis rei oblatæ, sed ad defectum deuotionis, nam quantitas rei oblatæ etsi in se sit infinita, proindeque excedat

dat

dat quantitatem poenae, sed non operatur nisi ut applicata per deuotionem sacrificantium, aut offerentium, vel non nisi iuxta praesuppositam dispositionem ratione deuotionis ex parte eorum, pro quibus sacrificetur, aut offeratur, talis autem deuotionis quantitatis non semper attingit, nedum superat, quantitatem poenae. Elegans is respondendi modus non diuersificat Sacrificia antiqua a Sacrificio Missae in eo, quod illa non esset satisfactoria ex opere operato; sed in quantitate rei oblatae. Et licet Sacrificium Missae non definit esse satisfactorium ex opere operato penes S. Thomam, etsi iuxta gradum deuotionis sequatur remissio poenae, ita similiter de Sacrificijs antiquis. Quod quo pacto intelligendum sit, explicauit quondam in *Disp. 18. sect. 2.*

1563 Declarationem suam conatur confirmare Martinus auctoritate Dominici de Soto. Ast hic Doctor in loco per me allegato notat, responsionem S. Thomae esse nimis compendiosam, adhibet suam, contrariam quidem meae sententiae, demumque refert S. Thomae responsionem sub his verbis, [Reliquae oblationes tam veteris legis, quam novae non solum non per se operantur ad remissionem totius poenae, verum neque adaequant virtutem huius nostri neque quantum ad quantitatem rei oblatae, neque quantum ad deuotionem offerentis, quae innititur intentione Ecclesiae. Et nihilominus ex defectu deuotionis offerentium, vel illorum, pro quibus offertur, euenit, ut nec hoc Sacrificium pro tota poena satisfaciatur.] Ita ex interpretatione Soti S. Thomas, eaque non est aduersa nostrae opinioni, sed nihil S. Doctori. Nam ipse loquutus est de Sacrificijs, & oblationibus veteris legis, & interpretatio extendit eius verba ad oblationes novae etiam legis. Falsus sum nunc, & olim, responsionem Soti esse oppositam meae sententiae. Sed si Sotus non fauet (de quo doleo, magni enim estimo eius auctoritatem) fauent alij mox allegandi.

1564 Post Sotum recenset contra me Martinus Henricum, Marchinum, & alios passim. Ego retuli duos illos, vnaque Bonfrerium; sed non eos, qui dicuntur *Alij passim*. Quinam enim sunt Doctores *Alij passim*? Ut ego opprimerer pondere auctoritatis, debuisset

Martinus, novas Doctorum copias contra me cogere, & non esse contentus eis solis, quorum notitia non me retardauerat ab opinione, quam ipse impugnat.

1565 Quod autem magis de me triumphet, monet, contra me stare Eminētissimū Card. Bellarminū, quem ego dixi tradidisse meam sententiam; dixitque idem ipsum Henricus *Lib. 9. Cap. 4. §. 6. lit. G. in Glossa, & Cap. 11. §. 3. lit. Y in Glossa*, his verbis, [Sed Bellarminus contendit, vetera Sacrificia expiaste temporales poenas ex opere operato, ut ianatur Leuitici 4. 5. & 6. & lobi ultimo dicitur, posito Sacrificio expiari peccatum: non quidem quoad culpam, & poenam aeternam. Ergo quoad temporalem. Respondeo, quantum ad legalem immunditiam sic expiabant; sed poenas non nisi ex opere operatis.] Sic Henricus exprimens Bellarmini mentem, & ab ea discedens in illo meo loco, vbi Martinus pro se laudat ipsum Henricum.

1566 Nec dubitare poterit de ea Bellarmini mente, qui legerit eius verba *Lib. 2. de Missa §. At etiam, Lib. 4. de Poenitentia Cap. 15. in 5. testimonio, Lib. 2. de Sacramentis Cap. 17. in 2. argumento*. Nihilominus Martinus, transcriptis verbis ex primo, & tertio loco, subdit, [Hae satis declarant, eum tenere cum D. Thoma, & omnibus Theologis, quod ex opere operato illa Sacrificia solum auferebant immunditiam legalem, & ex opere operantis, & ex fide, deuotione, & obedientia offerentibus erant meritoria de condigno, & alijs de congruo, & pro eis applicata, ut alia opera satisfactoria, conducebant ad remissionem temporalis poenae.] Ita interpretatur Bellarminum. Sed luce meridiana clarior est oppositus sensus Eminētissimi Cardinalis.

1567 Iuxta quem si Sacrificia vetera auferebant ex opere operato immunditiam legalem, eodem etiam modo auferebant poenam temporalem, nam in tribus locis superioribus vtramque ablationem coadunat, & eodem modo de vtraque loquitur. Quod tenet cum communi Theologorum in 4. sent. *Disp. 1. cum S. Thoma 1. 2. q. 103. art. 2. & cum Tostato in Cap. 1. Leuitici qu. est. 19.* non est, solam immunditiam legalem fuisse deletam ex opere operato per Sacrificia antiqua; sed quod expiata non

fues

fuerit culpa, & poena aeterna per ea Sacrificia, nisi quatenus praecise erant signa quaedam praestantia fide in Xptū. Et cum in primo loco inquit, [Sed tamen expiabant maculas legales, & etiam Deū propitiabant quoad poenas temporales, & etiam quoad culpam ex offerentium fide, cuius fidei praestantiones erant Sacrificia illa,] verba ex offerentium fide vel cadunt solum supra immediata & etiam quoad culpas; vel si cadunt etiam supra antecedentia, nomine fidei non significatur ibi fides formata per charitatem, sed fides in Xptū abstracta a formata; & informis. Et quidem; docentibus S. Bonavent. in 4. dist. 1. p. 2. art. 1. q. 3. in conclusionis fine, & Richardo ibidem, art. 3. q. 4. in Corp. & ad 4. fides in Xptū necessaria erat, ut antiqua Sacrificia quae vis effectum spirituale causarent ex opere siue operato, siue operatis, quippe omnis effectus eius generis in lege etiam veteri referri debeat ad virtutem Xpti; in qua fides qualis deberet esse, explicaretur nunc a nobis importunè. Nostri instituti tantum est dicere, fidem sufficientem ad effectum abstersionis poenae temporalis ex opere operato Sacrificiorum antiquorum, esse fidem informem in sacrificantibus, & offerentibus pro alijs.

1568 Idem, quod a Cardinali Bellarmino, doceri a Cardinali de Lugo, affirmat Martinus. Et ita sanè est, nam & posterior docet meam sententiam, etsi non tam clarè, & ideo ego referens vtrūq; & alios Doctores pro ea, dixi immo ab illis: quā vocem apposui non propter priorè, sed propter posteriorè, & propter alios, qui ex ibi a me citatis, & praeteritis a Martino, non ita clarè patrocinentur. Audiat iam Cardinalis de Lugo *Disp. 19. Sacram. Euch. sect. 9. n. 155.* [Sacrificium Missae institutum est, ut succederet Sacrificijs omnibus legis antiquae, in quibus aliqua erant propitiatoria pro peccatis, & quae effectum suum purgandi immediebat, & infallibiliter operabantur; expiando sordibus illis, & immunditia legali, quaeque illa esset. Debit ergo Sacrificium Missae iuxta doctrinam Tridentini illo Cap. 1. in fine habere hanc perfectionem, & virtutem purgandi etiam independenter ab impetratione, & omnino certo, ut illa vetera Sacrificia faciebant.] Huic vsq; ille, innuens, sed non exprimens meam sententiam, ut ego iudico; nam iudicio Martini ante eam in §. 2. n. 14. & 15. pag. 725 & 726. nedum innuit, sed exprimit, & quia sibi videbatur expressisse, exclusit illius sententiam in quibus,

[Nec in Sacrificijs antiquis fuisse illam infallibilem virtutem docet D. Thom. in 4. dist. 12. q. 2. 4. 2. quae sunt in 3. ad 3.] seu potius ad 2. Sic ille in n. 15. de sup. pro ex me in n. 14. praeter allegationem S. Thomae.

1569 De Melchioro Canone alii Martinus supponere eandem doctrinam, quam tradit Bellarminus. Quod est optime dictum. Nam Canus *Lib. 1. 2. de Locis Cap. 13. ad 9. argumentum V. Qui verò pag. 490. praenit Bellarminum in opinione, quam ego nunc defenso. Verba Cani sunt, [Qui sola vim impetrandi in altaris hostia ponit; hi in poenis peccatorum primum errant. Quas Sacrificio sanguinis Xpti, tanquam pretio exhibitò, redimi, quoniam res nota erat, perstrinxim⁹ breuiter paulò ante. Si enim elemosynis peccatorum poenae redimuntur, cur negemus, Xpti sanguine oblato in altari redimi? Ecquis autem referat, Sacrificijs veteris legis non retolui? An vilior est Deo sanguis Xpti, quam sanguis hirci? Ita Canus, qui agebat de vi, quae ad satisfaciendum ex opere operato habet Sacrificium Missae, & eam probat ab exemplo veterum Sacrificiorum: quod nullus esset efficaciae; si vetera Sacrificia tali vim caruissent. Quare Martino ago gratias ob designatum Cani locum. Et mihi ipse agat ob alium eiusdem Cani locum in *Relict. de Sacram. part. 5. §. Quartum discrimen fol. 62.* vbi ipse fauere videtur.*

1570 Quia verò litem non mouet Martinus circa sex AA. a me citatos pro mea sententia, non video, cur tam confidenter clamet, aduersos mihi esse omnes Theologos. Possè iam ab hoc pacto amouere manum, produxi enim in medium omnia, quae contra me scripsit perdoctus Magister, & ad ea respondit glossas (ni fallor) non importunas. *AFFERVNTVR AB AVTHORE fundamenta plura ab auctoritate contra opinionem a se non improbatam.*

1571 Verū tamē adiciam multa alia tū contra me, tū pro me: in prioribus ostendā meū ardēs desiderium, ingenuūq; studium explorandae veritatis; ex posterioribus constat amplius, certitudinē illā Martini cum S. Thomae, & cum omnibus Theologis de non remissione temporalis poenae per opus operatum antiquorum Sacrificiorum non esse sufficienter fundatā, neq; dignā, cui integra fides prebeatur, compellationē illā S. Thomae, & omnium Theologorum. Tāq; ex prioribus, quae ex posterioribus colliguntur, quam viles sint ad inquisitionem veritatis

ritatis Disputationes Theologicae Magistrorum inter se, & discipulorum (qualis ego sum) cum Magistris (qualis est, & mihi colendissimus Martinus) nam cum in hac quaestione positio siue affirmatiua, siue negatiua, parè, & angustè tradita sit ab antiquioribus, iam ex nostra concertatione longè, latèq; extenditur, & quasi extra ripas effluet, argumentis hinc, & inde aucta.

1572 Deueniendo ad primum, potuisset Martinus afferre aduersus me S. Thomam in 4. Dist. 1. quest. 2. art. 6. *questiuncula* 3. Dominicum Sotum ibi, *conclus.* 5. art. 3. Richardum ibi, *quest.* 2. art. 3. Ioannem Azorem *tomo* 1. Lib. 10. Cap. 17. *quest.* 4. qui præcedentes allegat, & quem contra me non militare, non contendam anxie. Sed S. Thomas in loco, quem citat, loquitur de Sacramentis, & Sacrificijs in lege naturæ, & ait, *Quantum ad adultos in lege nature sufficiebat sola fides: Sed ipsa fides, quando tempus habebatur, instigabat, ut se aliquibus signis exterioribus demonstraret. Quando autem illa signa adhibebantur, non erant efficacia remissionis culpæ ex illis signis exterioribus, sed ex interiori fide. Vbi vides, esse sermonem de remissione culpæ, & non de pœnæ. Huiusque remissio in eis Sacrificijs nunquam à me admittetur ex opere operato, nisi sit ex offerentium fide in Christum coniuncta signis exterioribus, ut cauet etiam Scortia Lib. 1. de Sacrosancto Missæ Sacrificio. Cap. 8. num. 3. In Richardo art. 3. non aduerto, fieri mentionem de remissa pœna temporali per Sacrificia antiqua. Concedit in *quest.* 3. curationem per ea ab immunditia corporali; & in *quest.* 4. negat collationem gratiæ sanctificantis per ea ex opere operato.*

1573 Potuisset etiam Martinus adducere contra me Suarium *tomo* 3. in 3. p. *Disp.* 10. *sect.* 3. in fine. Qui omnino est mihi contrarius. Non tamen S. Thomas ibi allegatus in 4. Dist. 1. q. 1. art. 5. *questiuncula* 2. ad 2. seu potius *questiuncula* 1. ad 5. nam in eo alio loco non agit de præsentia materia; & in hoc inquit, *Quantumvis illa Sacramenta peccata non diluerent, quantum ad maculam, quia gratiam non conferebant, diminuiebant tamen reatum, in quantum onerosa erant; & ideo satisfactoria esse poterant, præsupposita gratia ex fide Mediatoris ei collata.* Vocat S. Thomas Sacramenta, quæ in obiectione fuerant proposita nominali-

bus Sacrificiorum, & Sacramentorum, sic enim ea se habebat, *Impossibile est, sine gratia satisfacere. Sed Sacramenta veteris legis erant satisfactoria; unde pro diuersis peccatis diuersa Sacrificia in iungebantur in lege, ut patet Leuitici 16. & 17. Ergo gratiam conferebant: in responsione autem non inficiatur S. Doctor, Sacrificia præscilla fuisse satisfactoria ex opere operato in eis, pro quibus offerrentur à sacrificantibus non præditi sanctitate; tantummodo ait, fuisse satisfactoria ex opere operantis, si qui sacrificaret, aut offerret, esset ornatus iustificante gratia. Et nunc Sacrificium Missæ est modo hoc satisfactorium; ulteriusque ex opere operato in eis, pro quibus offerretur, etiam si sacrificans infectus sit peccato lethali.*

1574 Quam postremam vim satisfactoriam in antiquis Sacrificijs virtur negare rursus P. Suarius *Disp.* 73. eiusdem *tomi*, *sect.* 6. in fine. Vt & P. Vazquez 3. p. *Disp.* 224. Cap. 3. n. 22. P. Barradas *tomo* 4. in *Euangelia* Lib. 6. Cap. 1. §. Qualis verò, P. Salmerton *tomo* 3. in *Euangelia* Tract. 41. pag. 477. Cabrera 3. p. q. 62. art. 6. in *Commentario ad finem*. Guilicimus Estius in *Leuiticum* Cap. 4. v. 35. Cap. & v. 5. Leonardus Marius in *Prólogo* *genis ad Leuiticum* q. 6. Alfonso de Castro *Homil.* 22. Raphael de la Torre 2. 2. q. 85 art. & *Disp.* 3. n. 5. (qui Author introiuit in labores P. Suarij de *Religione*, sicut Martinus in meos de *Sacrific. Missæ*) Zacharias Pasqualigus *quest.* 17. de *Sacrificio nouæ legis* n. 6. Præiuerunt B. Albertus Magnus in 4. Dist. 1. a. 8. collatis §. *Itē si iustificabāt, & §. Ad aliud dicendū, quod virtus Sacrificij; Tostatus in Cap. 1. Leuitici* q. 16. & 17. in Cap. 5. q. 4. in Cap. 26. q. 15. in Cap. 15. Numerorum q. 42. in 2. Paralip. 2. q. 13. Gabriel Biel *Lect.* 21. in *Canonem Missæ* lit. B. & seqq. Hugo de S. Charo in Cap. 23. Exodi v. 13. Nec dubito, quin reperiētur alij, si quærantur.

1575 Sed neutri sunt annumerandi sine delectu, quod enim plures dicant, vetera Sacrificia non profuisse ex opere operato ad remissionem peccatorum id præcisè non sufficit, ut contra me conuocentur, quia [ut pœna non est propriè peccatū, sed peccati effectus; ita neque remissio pœnæ peccatis debitæ est propriè remissio peccatorum, quannis ita dicatur per tropū,] ut peritè aduertit P. Valentia *tomo* 4. *Disp.* 6. *quest.* 11. *punct.* 1. §. 22. col. 1086. Videaturq; Canus

nus Lib. 12. de locis Theologicis C. 13. ad 3. arg. pag. 477.

ALLEGANTVR AB AVTHORE multi Doctores pro opinione à se non improbata.

1576 Iam deueniendo ad secundum, possum ego pro me advocare Alensè aduersus à Suario *suprà* ex 4. p. q. 6. *memb.* 4. art. 3. seu in *editione anni* 1571. apud Venetias *quest.* 3. *memb.* 4. art. 1. fol. 25. vbi ait, [Sacramenta legalia non sacrificabāt, quā rū ad diminutionem culpæ, excepta Circūcisione: nihilominus sacrificabāt quodāmodo, scilicet quantum ad diminutionem reatus.] Sic in *Resol.* ex cuius, & articuli initijs constat, Alensē loqui de diminutione pœnæ temporariæ per Sacrificia vetera ex opere operato.

1577 Possunt etiā allegare multos alios Doctores non aded antiquos. Equibus est Gregorius Sayrus Lib. 5. de Sacramentis in *comuni* C. 7. q. unica, art. 4. dicens cū Bellarmino, promissionem de remissione peccati per Sacrificia præscilla habitā *Leuitici* 4. 5. & 6. intelligi de remissione quoad immunditiā legalē, & pœnam temporālē; quod repetit paulò post: & cum de remissione quoad prius loquatur, quatenus facta sit ex opere operato, idē intelligendū est de remissione quoad posterius. Michael de Palatio in 4. Dist. 1. *Disp.* 4. §. *Hinc itē discas* pag. 21. ita loquēs, [Omnia ista Sacrificia antiqua ex opere operato non conferebant gratiā, sed ex opere operantis, & non remittebant culpā sine pœnitentia interiori, ut supra cōmonefecimus: detergebant tamē pœnas peccatorū iam remissorū quoad culpā.] Et in *Isaiam* Lib. & *tomo* 1. fol. 30. [Oblationes huiusmodi, & Sacrificia mādabantur pro peccatis, idēst, pro satisfactione pœnæ, cui obnoxia erant peccata; pœnitentia verò interior mētē repurgabat à culpis.]

1578 Dicastillus *tomo* 1. de Sacramentis Tract. 1. *Disp.* 2. *dub.* 13. n. 422. subseribit Bellarmino, quoad ablationem pœnæ per Sacrificia antiqua ex opere operato. Lorinus in *Leuiticū* Cap. 4. v. 20. eundē Bellarminum laudat, & sequitur.

1579 Cornelius à Lapide in Cap. 1. *Leuitici* v. 4. rogatus, quomodo ibi dicatur vetus hostia proficere in expiationem? Respondet, [quia valebat ad expiationem pœnæ temporalis, & ad punitionem huius vitæ, quā Deus alijs eis irrogasset, auertendam.] Et ex sequentibus patet, ipsum loqui de expiatione ex opere operato, nā statim monet, ne similis vis ex opere operato extendatur ad ablationem culpæ, & pœnæ æternæ. Sed

aduertendū est, Cornelium in Cap. 4. v. 20. dicere, [Culpa, & pœna alterius vitæ non tollebat Sacrificio, aut prece Sacerdotis, sed contritione eorum, qui peccauerant,] cū tamen de pœna, [quā alioqui Deus in hac vita inflicturus esset,] dixisset, tolli priori modo. Vnde aliquis limitare posset sensū Cornelij ad temporarias pœnas huius vitæ. Quia tamē de vtriusq; ut à Deo infligendis eadē videatur esse ratio, ideo secundum locum Cornelij intelligo de pœna æterna alterius vitæ.

1580 Hieronymus Garcia de *Excellentijs Sacerdotij* Tract. 3. *diff.* 1. *dub.* 7. *punct.* 5. n. 40. Sacrificij Missæ vim ad remissionem temporalis pœnæ ex opere operato sic cōfirmat: [Hoc Sacrificiū successit antiquis, inter quæ erāt aliqua propitiatoria, & purgatiua. Ergo à fortiori hoc Sacrificiū habebit id.] Eodē modo argumentatur Sabertus 3. p. q. 83. *Disp.* 6. §. Tandē probatur, etli q. 6. *Disp.* 2. art. 6. & *Disp.* 25. de Pœnit. a. 7. videatur sensisse aliter. Eadē argumētatio grata fuit Didaco Tapię, qui q. 7. de *Euch.* art. 4. V. At verò, inquit, [Hoc Sacrificiū Missæ est ex opere operato satisfactoriū pro pœnis, quæ manēt, dimissa culpa. Nec vidē aliq; quē, qui hoc negaret. Et certè potissimus finis, propter quē Sacrificia omnia expiatoria instituta sūt, is est, ut homo, qui iā agnoscit peccatū suū, & peccauisse se dolet, habeat quid offerat Deo pro se, & quo reliquæ, idēst, pœnæ peccati expiētur. Quod si cetera Sacrificia id habebāt, quātō magis hoc vnicū Sacrificiū: Præterea Sacrificia veteris legis erāt satisfactoria pro pœnis dimissis ex peccatis. Ergo & hoc Sacrificiū est satisfactoriū.] Ioannes à Cruce *Dominicanus* q. 1. de *Sacr. Missæ* *dub.* 4. *concl.* 7. scribit, *Sacrificiū Missæ ex opere operato, & infallibiliter remittit pœnas viuorū. Ita ferè cōmuniter, cū id habeāt vetera Sacrificia.* Hæc Ioannes à Cruce, quē vel tyrones studiosi Theologiæ Moralis solent portare in manibus.

1581 Ruardus Tapperus art. 16. de *Sacrific. Missæ* pag. 382. sic fatetur, [Est igitur sacra Eucharistia holocaustū, Sacrificiū pacificū, & propitiatoriū, siue pro peccatis, & omnium horū vñū habet, veritatē, & virtutē, imò in immensū excedentē. Cū ergo in *Leuitico* dicat Dñs, quod oblato Sacrificio ab eo, qui peccauerat, Sacerdote pro eo, & peccato eius rogante, dimittebatur ei, quis dubitare potest, quia hoc oblato Sacrificio, in quo solo beneplacitū est Patri, & orante

re Sacerdote, peccata dimittantur? Certum est autem, quod olim ad oblationem Sacrificij, & Sacerdotis orationem reatus peccatorum remittebatur post dimissam culpam remanens, & propterea nihil dubitandum, quin ad huiusmodi peccatorum remissionem valeat. Sed an culpa mortalis, & reatus poenae aeternae per nostrum praecipue Sacrificium remittantur? non est consentiens Scholasticorum Doctorem sententia.] Et post relatam parrem affirmantem non modo de nostro Sacrificio, sed etiam de antiquis, subdit, [Vnde manifestum fit, quod hoc Sacrificium non solum est Eucharisticum, sed vere expiatorium, & propitiatorium super reatu peccatorum etiam mortalium; imò probabile est, quod super remissione culpae mortalis, & reatus poenae aeternae. Non tamen definire audeam, quod quasi ex opere operato ex Dei ordinatione semper peccata remittantur ei, pro quo sacra Eucharistia offertur, etiam si dispositus sit, sicut per Sacramenta Baptismi, & Poenitentiae remittuntur.] Haec Tapperus, quae omnia transcripsi, ut de eius sensu quantum ad remissionem poenae ex opere operato Sacrificiorum veterum ambigi non possit.

1582 Ioannes de Medina Codice de Satisfactione qu. 6. §. Tertio idem probatur fol. 132. haec habet, [In lege veteri Dominus instituit hostias pro peccatis offerendas, per quas ira Domini placabatur: placari autem contra peccatores, & hostias pro illis acceptare, nisi praehabita poenitentia cordis, de lege ordinata non poterat. Igitur illae hostiae proderant ad remissionem poenae, etiam post culpam dimissam. Vnde & David post veniam peccatorum obtentam, iussus est per Gaad Prophetam, ut super altare per eum extruendum, holocaustum ad Dei iram placandam offerret.] Eadem ferè habent Andreas Vega in Tridentini Decretum de Iustificatione Lib. 13. Cap. 39. pag. 536. Iacobus Latomus aduersus Erasmus tit. de Missa fol. 179. & in Opusc. de quibusdam articulis in Ecclesia controuersis tit. etiam de Missa, fol. 206. Ioannes Gerson in Serm. Dominicae 19. post Pentecostem de 4. domibus p. 2. col. 646. Michael de Palatio in 4. Diss. 15. Diss. 1. §. Et Hebraeis pag. 57. & in Epist. ad Hebraeos Cap. 9. pag. 167. & 170. Salmeron (et si non ita clare) tom. 11. in Euang. Tract. 24. pag. 57. Omitto Ioannem Baptistam Scortiam,

Franciscum de Lugo, Andream Saussarium, Iacobum Tirinum, iam olim allegatos, quin reclamarit Martinus. Qui eat nunc, & dicat, nostram sententiam esse contra omnes Theologos. Et iam satis de Authoribus, modica inquisitione inventis; quod si maiorem adhibere necesse esset, offerret se absdubio alij.

ARGUMENTA EX SCRIPTURA SACRA, ex Patribus Ecclesiae, rationibusque Theologicis pro opinione non improbatà ab Authore.

1583 Martinus non egit contra me argumentis petitis ex sacris litteris, ut videbatur exigere haec materies. Ego verò contra ipsū sic possum agere primo ex Lib. Iob Cap. 1. & 42. Nā Cap. 1. v. 5. dicitur, Cumque in orbem transissent dies cuius, mittebat ad eos (scilicet ad filios, & filias suas) Iob, & sanctificabat illos, cōsurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Dicebat enim, ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Et Cap. 42. v. 8. ait Deus ad amicos Iob, Sumite ergo vobis septē tauros, & septē ardetes, & ite ad seruum meum Iob, & offerete holocaustum pro vobis. Iob autē seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia, &c. Quo ex utroque loco notū est, ea Sacrificia destinata fuisse ad expiationem peccatorum. Et cum aliunde, seu ex alijs Scripturae locis, praecipue ex Epist. ad Heb. Cap. 9. & 10. cōstet, Sacrificia antiqua non fuisse ex opere operato, infallibiliterque expiatoria quoad culpā, & poenam aeternam peccatorum; imò ex priori loco colligatur, Sacrificia, de quibus ibi est sermo, praesupposuisse sanctificationem, seu emundationem à culpa in eis, pro quibus offerenda erant, verba enim illa, Sanctificabat eos, significant, Iob iussisse sanctificari, seu mundari, & praeparari ad fructus sacrificij percipiendos, ut appositè notat Tirinus ibi. Rursus cum Sacrificiorum à Iob factorum tempore defuerint legales maculae, quae remitterentur ex opere operato, atque infallibiliter, ea namque Sacrificia antecesserunt legem Moyse, quae decreuit de talibus maculis. Sequitur, Sacrificia à Iob facta vim habuisse remittendi ex opere operato, & infallibiliter poenam temporalem, cuius reatus, & debitum relictum erat ex peccatis. Et hinc intelligitur, cur S. Chrysostomus Homilia 41. in 1. ad Cor. 15. argumentatus sit ex eis Sacrificijs ad sacrosanctum Missae, dixeritque, Si Iob filios

expiabat patris Sacrificium, quid dubitas, an nobis pro eis, qui excefferunt, offerentibus, eis existat aliqua consolatio? Ne nos pigeat, eis opem ferre, qui excefferunt, & pro eis offerre preces. Est enim propositum orbis terrae commune piaculum. Ita S. Chrysostomus.

1584 Secundò sic possum agerè Sacrificia vetera oblatata sunt, ut à peccatis, seu ab eorum poenis soluerentur animae existentes in Purgatorio. Qui modus loquendi extans in Lib. 2. Machabeorum Cap. 12. v. 46. denotat remissionem infallibilem, & ex opere operato eorum Sacrificiorum. Et vndenam esset tanta confidentia de solutione à peccatis per ea, nisi ea fuissent satisfactoria infallibiliter, & ex opere operato, modoque specialiori, quam quo fuissent elemosynae, ieiunia, operaque; alia poenalia applicata pro liberatione animarum Purgatorij? Eorum namque iustitiorum fructus non potuissent non esse incertus valde, tum ob non certum sanctitatis statum illorum, qui offerrent talia Sacrificia, tum quia supposito etiam sanctitatis statu, non foret infallibile, quod Deus acceptaret illa, ut dici debet consequenter ad multorum Theologorum sententiam negantem operibus satisfactorijs exercitijs à iustis infallibilem effectum, si applicentur pro alijs personis, praesertim pro animabus Purgatorij. Et praeterea recursus ad Sacrificia maiori cum conatu, quam ad opera poenalia applicanda pro defunctis, signum est, persuasisse sibi veteres, quod Sacrificijs competere ad remissionem poenae maior vis, & efficacia, quam operibus poenalibus; & non quia Sacrificia putarentur esse opera magis poenalia, quam ieiunia, afflictionesque corporis.

1585 Si dicat quis, Sacrificia ultra id, quod commune habebant cum operibus poenalibus ad satisfaciendum, habuisse ratione orationis coniunctam vim ad impetrandum, ut proximè, & immediatè remitteretur in animabus Purgatorij poena temporalis. Contra est, quia in ipso etiam Sacrificio Missae negant huiusmodi vim Fagundez Lib. 4. in 1. praecipuum Ecclesiae Cap. 1. num. 11. & 12. Quattuor parte 1. in Rub. Missal. tit. 5. Dub. 6. Ruteus de Valore Sacrificij Missae Lib. 3. Disp. 1. quæst. 2. num. 3. Pasqualigus quæst. 73. de Sacrificio nouae legis n. 4. alijque à me memorati in Disp. 10. num.

30. qui multò magis negaret in Sacrificijs antiquis.

1586 Si rursus quis dicat, orationem coniunctam Sacrificijs, etsi non valuerit ad impetrandam proximam, atque immediatam remissionem poenae, valuisse tamen plus in bonum animarum, quam opera poenalia, quibus oratio non toleret esse tam coniuncta, quam Sacrificijs. Vnde in praecipuo Cap. Machabeorum facta in v. 43. mentio de oblatione Sacrificij pro peccatis, seu poenis mortuorum, dicitur in v. 44. Nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur, et vanum orare pro mortuis, & in v. 46. Sancta ergo, & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Sed contra est, quia semel concessa non impetratū fuisse per Sacrificia, & per orationem ei coniunctam, ut à Deo proximè, & immediatè condonaretur poena Purgatorij, non apparet quid in ordine ad poenae remissionem restaret obtinendum à Deo pro illis animabus per orationem solum in Sacrificijs, nisi ut summum quod Deus excitaret viuentes ad exequenda, & applicanda pro illis animabus opera aliqua satisfactoria, quae ipse acceptaret, & de quibus redit argumentum superius. Porro oratio bis repetita in eo loco Machabeorum vel sumitur pro Sacrificio, vel si pro precibus ab eo distinctis, sed cum eo coniunctis, agnoscenda est praedita infallibitate, & efficacitate ex opere operato, particepsque huius infallibilis virtutis ratione Sacrificij.

1587 Argumentum hoc desumptum ex verbis Lib. 2. Machabeorum promouetur valenter exinde, quod Patres Ecclesiae, Theologi, & fideles communiter confirmare solent vim Sacrificij Missae satisfactoriam infallibilem, & operis operati pro animabus Purgatorij ab exemplo Sacrificiorum antiquorum declarato eis in verbis. Quae confirmatio exilis esset, nisi Sacrificia antiqua putaretur praedita simili vi. Omitto probationem ex alijs locis Scripturae sacrae, ut ex Leuitico Cap. 4. 5. ac 6. et ex similibus locis Veteris testamenti, quia iam à Cardinali Bellarmino abundè est elucidata. Omitto etiam in contrarium ponderare loca Noui testamenti, praecipue ex Epistola S. Pauli

ad Heb. Cap. 9. & 10. nam iam semel, & iterum dixi, ea insufficienter intelligi de defectu virtutis infallibilis, & ex opere operato in Sacrificijs antiquis ad remissionem peccatorum quoad reatum culpæ, & poenæ æternæ. Unde multi indignes Interpretes eius Epistolæ, contenti eam explicare, quatenus præfatam virtutem excludat, sicut de defectu virtutis quoad remissionem poenæ temporalis, cuius reatus restet post ablatum reatum culpæ, & poenæ æternæ. Atque ita videre est in Ribera, in Iustiano, & multis alijs.

1588 Tertio sic possum agere: S. Gregorius Magnus Lib. 4. Moral. Cap. 2. relatus in C. Quod autem 5. de Conf. Dist. 4. ait, Quod verò apud nos valet aqua Baptismatis, hoc egit apud veteres vel pro parvulis sola fides, vel pro maioribus virtus Sacrificij, vel pro his, qui ex Abrahæ stirpe prodierant, mysterium Circumcisionis. Cum S. Gregorio concordant V. Beda, S. Bernardus, Hugo Victorinus locis à me designatis in Disp. 1. de Sacrif. Missæ num. 38. item Author antiquus, & grauis in Altercatione Synagoga, & Ecclesie C. 19. fol. 94. inquit, Sacrificia legalia futuri Sacrificij typus quidam, peccatis actualibus occurrerunt, originale malum non abstulerunt ramos peccatorum, & actualium criminum poenitentiae ferro præciderunt, truncum, & radicem cui originalis immobilem reliquerunt. Sic ibi. Sed Cap. 1. fol. 5. dixerat, Fœmine, quibus Circumcisio non competebar, in oblationibus, & Sacrificijs acceperunt remedium, quæ idem in ipsis operabantur, quod Circumcisio in masculis. Ut ut sit de illius Authoris inconstantia circa vim Sacrificiorum respectu peccati originalis, S. Gregorius, alijque PP. indicati, & Author ille agnoscunt virtutem in Sacrificijs oblati Deo vero in lege naturæ, & scripta, ut detergerent peccata commissa ab adultis. Cum autem ea virtus ad delenda peccata actualia quoad reatum culpæ videatur difficultatis assertu à prænominatis PP. quid verat, ne cum Michael de Palatio in 4. Dist. 1. Disp. 2. pag. 9. ipsos interpretemur de virtute ad expianda talia peccata quoad reatum poenæ temporalis? Vel si prior virtus asserta fuit ab illis PP. ita ut Sacrificia cum sola attritione habita ab eis, pro quibus offerrentur, obtinerent gratiam sanctificationem, cur mihi non licebit adscribere iisdem Sacrificijs posteriorem saltem

virtutem? Non me latet, P. Vazquez 3. p. Disp. 165. Cap. 3. num. 22. conari, non esse intelligendos PP. de priori virtute; dixerim tamen, interpretationem, quam adhibet, non magis in illos quadrare, quam quæ à me adhibita est in favorem posterioris virtutis.

1589 Vbi notandum est, Guilielmum de Rubione in 4. Dist. 1. q. 3. veritum non fuisse Sacrificijs in lege naturæ attribuerè priorem virtutem aduersus peccata originale, & actuale, in legeque scripta aduersus actuale. Notandum etiam est, Scorum cum affclis, compluresque alios Theologos agnouisse in Circumcisione priorem aduersus originale peccatum virtutem, vimque conferendæ gratiæ ex opere operato: quæ sententiæ etiam à me non probentur, ostendunt, eam aliam de posteriori virtute debere videri non adeo exoticam.

1590 Quarto sic possum agere: S. Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorum Epist. 2. scribit, Tunc hæc probabantur à Domino, quando Sacerdotes hostias immolabant, & sanguis pecudum erat remissio peccatorum; &c. venialium scilicet, adnotante Glossa ad Cap. 71. Gloria 12. q. 2. quia ceremonialia tollebat tantum venialia peccata, sicut hodie aqua benedicta. Rursus S. Alexander 1. Papa in Epist. 1. Cap. 5. relatus C. Aquam 20. de Conf. Dist. 3. dicit, Aquam sale conspersam populis benedicimus, ut ea culti adpersi sanctificentur, & purificentur. Quod & omnibus Sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ sanguine adpersus populum sanctificabat, atque mundabat, multo magis aqua sale adpersa, diuinisque precibus sacrata, populum sanctificat, atque mundat. Circa cuius C. verbum illud sanctificabat aduertit Glossa, Tunc sanguis vitulæ fuit remissio peccatorum; & circa verbum mundabat subdit, à venialibus supra, Dist. 50. C. In capite 63. infra Dist. 4. C. Nec quemquam 127. Nam Sacrificijs venialia delentur supra Dist. 2. C. Cum omne 7. C. De quotidianis 20. de Pœnit. Dist. 3. Nam si quæ tunc habebant, mortalia erant, de Pœnit. Dist. 6. C. 1. circa medium. Ita Glossa. Canon autem, quem postremo adducit, incipitque Qui vult, & qui desumptus est ex libro de Vera, & falsa pœnit. Cap. 20. inter Opera S. Augustini, habet hæc verba, Nam venialia semper remittebantur per ceremonias. Omnia hæc testimonia satis innuunt remissionem peccatorum

ve-

venialium quoad reatum culpæ ex opere operato Sacrificiorum veteris legis, tum quia ab eorum exemplo argumentantur ad Sacramentalia nouæ legis, quibus eiusmodi remissio videtur multis Theologis, & Canonistis significari ibi, tum quia respectu venialium admittunt remissionem, quam negant respectu mortalium; hæc verò non videtur posse esse alia, quam ex opere operato. Iam si Sacrificijs veteris legis competebar virtus ex opere operato remissiva venialium penes culpam, persuasione S. Hieronymi, S. Alexandri, Papæ, Authorisque libri de Vera, & falsa pœnit. uti eos exponit Glossa, tolerabiliter videri debet, quod ego præfatis Sacrificijs competere dicam virtutem remissivam venialium, & mortalium penes poenam temporalem, competereque ex opere operato. Si verò quisquam interpretetur eos PP. & Glossam de virtute ex opere operato remissiva venialium quoad poenam, quia iudicio Suarij tomo 4. in 3. p. Disp. 12. sect. 2. num. 9. debeat quoad culpam indubiè negari, negeturque ab Alberto Magno in 4. Dist. 1. art. 9. erit ipsissima nostra sententiæ saltem ex parte.

1591 Quinto sic possum agere: S. Augustinus Lib. 2. contra Epistolam Parmeniani C. 5. relatus in C. 98. Per Esaiam 1. q. 1. videtur significare, [quod, stante lege illa vmbatili, Sacerdotibus impijs celebrantibus legalia Sacrificia in populi favorem iuxta Domini præceptum, aut in remissionem peccatorum, ut erant hostiæ pro peccato, aut in gratiarum actionem, &c. non ex impietate Ministrorum evacuabantur effectus illorum Sacrificiorum. Non enim impietas offerentis, iustum erat, quod nocuisset inculpato, pro quo offerebatur Sacrificium: ut neque impietas Doctoris, si doctrina pia est, auctoritatem tollit doctrinæ, Matthæi 23. 2.] ut expedit Michael de Palatio in 4. Dist. 13. Disp. 1. §. Nos enim pag. 448. notatque breuius Ioannes Driedo tomo 4. Lib. 3. de libertate Christiana Cap. 6. fol. 95. col. 1. Et de remedio, quod in lege naturæ erat contra peccatum originale parvulorum, rursusque de Circumcisione deseruiente in lege Moylis contra idem peccatum solent dicere Theologi, non fuisse irrita ex ministrantium

prauitate. Si ergo Sacrificia, & Sacramenta vetera habebant vim ex opere operato, quatenus absque meritis ministrantium poterant suscipi et lucra eorum effectus; quidni eadem haberent vim ex opere operato respectu remissionis poenæ temporariæ, quatenus ut ipsam causarent, necesse præcisè esset, ne illi, pro quibus offerrentur, aut qui ea susciperent, ponerent obicem tali remissioni?

1592 Et hæc de questione, non contentions causa, quæ nulla est, cum veritas vel queritur, vel non pro vana gloria litigatur, ut ait S. Augustinus Lib. 4. contra Cresconium Cap. 65. sed ut responderem doctissimo viro asserenti tanquam certam, & ex omnium Theologorum mente sententiam contrariam ei, quæ ego non improbaui. Nisi autem me excitasset certitudo illa, & Theologorum omnium compellatio, punctum est, de quo ego parum disputarem, nam non iuravi in huiusmodi opinionem, nec tenaciter ipsi adhæsi, sed potius proposui temperatissimis istis verbis, [Argumentum hoc vrgentius erit, si Sacrificia antiqua profuerint infallibiliter ad remissionem poenæ temporalis. Videturque profuisse, &c.] Vnde nunc sine pudore, aut non cum graui reprobarem illam, si Magister Martinus improbabilitatis conuicisset. Et cuius quidem profidenti litteras gratissimum debet esse documētum illud S. Augustini Lib. 3. contra Cresconium, Sicut laudabile est à vera sententiâ non moueri, ita culpabile persistere in falsa: quam nunquam tenere prima laus est, secunda mutare, ut aut ex initio vera permaneat, aut mutata falsa, vera succedat. Illud etiam Senecæ Lib. 4. de Beneficijs Cap. 38. Non est leuitas, à cogitato, & damnato errore discedere. & ingenue fatendum est: Aliud putavi: Deceptus sum. Hæc verò superba stultitiæ perseverantia est: Quod semel dixi, qualecumque est, fixum, ratumque sit. Non est turpe cum re mutare consilium. Illud tandem Authoris Operis imperfecti in Matthæo Homilia 42. Qui pro veritate contendunt, si cognita veritate non consentiunt veritati, manifestum est, quoniam prius non pro veritate, sed contra veritatem certabant.

(9)

PA:

PARERAGON XVII.

Defensionis prosequutio, & ultra alia Miscellanea tractatur, an sola interior deuotio erga Sacrificium Missæ satis sit, vt fidelis dicatur offerre specialiter illud. An animæ Purgatorij sint computandæ inter offerentes? An Capellanus teneatur supplere Missas in infirmitate ommissas?

1593



MARTINIUS
dub. 10. §. i.
num. 4. & tri-
bus seqq. pag.
733. & 734.
post redacta in

compendium quæ ego dixi in *Disp.* 14. num. 1. & 7. tangit difficultatem, quæ quidem expressis verbis non tractauimus, nempe an interior deuotio alicuius fidelis erga Sacrificium Missæ satis sit, vt dicatur ille offerre illud specialiter, et si nec perat, nec procuret illud, nec det eleemosynam, seu stipendium Sacerdoti, neque huic sacrificanti inseruiat, neque prærens sit, ipso sacrificante? De qua difficultate adnotabo pauca quedam, quia est vnica, quam post lectum Opus Sapientis Magistri desidero in meo.

1594 P. Suarez *Disp.* 77. sect. 3. V. Sed difficultas, & V. In hac re respondet negatiuè, & cum eo Filliuci *Tract.* 4. Cap. 2. q. 3. num. 36. Trullench *Lib.* 3. de Sacramentis Cap. 8. dub. 3. num. 6. Marchinus *Tract.* 3. de Ordine p. & Cap. 2. n. 5. & alij quia vt aliquis dicatur offerre specialiter Sacrificium, quod est quid externum, & sensibile, necesse est, vt exhibeat quidpiam etiam externum, & sensibile circa ipsam actionem sacrificatiuam. Quam rationem latius à Suariorum adstructam nõ eneruat Martinus inquitens num. 7. et si non sufficiat actus internus deuotionis, vt fidelis dicatur offerre tam specialiter, quam alij fideles habentes etiam actum externum, sufficere tamen, vt dicatur offerre magis specialiter, quam quæ præcisè est membrum Ecclesiæ, & pars ipsius. Non, inquam, eneruat, quia per solum actum internum non pertingit impliciter ad gradum offerentis specialiter, tamen si habeat quidpiam plus, quam si careret eo actu interno.

1595 Vnde si rursus respondeatur ex Vazquio *Disp.* 226. Cap. 2. n.

10. Sacerdoti, vt pro omnibus offerat hoc Sacrificium, victimam illius à Christo relictam esse; quod perinde est, ac si singuli eam Sacerdoti tribuerent, vt pro se illam offerret; & ideo posse tribui specialiter oblationem huius Sacrificij ijs fidelibus, qui affectu solo interiori offerant Deo, vt ab ipso aliquid obtineant. Contra est, quia id non est offerre specialiter, sed communiter. Nam et si fidelis careat præfato affectu interiori, & nihil cogitet de hoc Sacrificio, adhuc verum erit, quod ait Vazquius.

1596 Vnde si tertio respondeatur cum Pasqualigo *quest.* 134. de Sacrificio nouæ legis num. 8. eo ipso quod affectus alicuius fidelis coniungatur cum affectu Sacerdotis, Sacrificium esse sensibile signum talis affectus existentis in eo fideli, cum Sacerdos offerat nomine omnium fidelium, & proinde procedat ex omnium tacita, interpretatiuaque commissione. Quare vbi interueniat specialis affectus, interueniet etiam commissio specialiori modo, nam à tali affectu proueniet aliqua specialitas influens in Sacrificium, & consequenter specialis aliquis concursus. Contra est, nam restat probandum coniungi affectum fidelis speciali modo cum Sacerdote, quando fidelis nihil externum, & sensibile præstat circa Sacrificium à Sacerdote confectum. Tacitaque illa, & interpretatiua commissio, cum sit eorum etiam fidelium, qui non concipiunt eum affectum ob incogitantiam de Sacrificio, non valet ad specialem oblationem, sed tantum ad communem, nisi accedat aliquid externum, & sensibile erga Sacrificium. Quapropter libes adhæreo sententiæ Eximij Doctoris.

1597 Martinus *ibidem* num. 8. & tribus seqq. pag. 734. & 735. refert nostra argumenta, quibus probauimus in num. 6. animas Purgatorij non esse computandas inter offerentes Sacrificium Missæ. Pro qua sententiâ allegat

Fran-

Franciscum Amicum, quia vidit citatū a nobis. Sed nos non adduximus illum, nisi ad excludendas animas beatas à numero offerentium, & inde intulimus debere etiam excludi animas Purgatorij. Sed de Amici sensu expectentur que dicemus mox, & videantur dicta in *Disp.* 15. num. 23.

1598 Producit contra nos Martinus Petrum Anellum Persicum de primo, & præcipuo Sacerdotis officio *Lib.* 2. Cap. & dub. 3. num. 23. & ex ipso Syluestrum V. Missa 1. q. 1. §. Sciendum est tertio, Caietanum *tomo* 2. *Opusc.* *Tract.* 3. q. 2. §. Vnum tamen, Cordubā *Lib.* 1. q. 3. opinione 4. initio, & corollario 4. Henriquez *Lib.* 9. Cap. 17. §. 3. in *Glossa* lit. N. & quod maioris ponderis est, S. Thomam in 4. *Dist.* 45. *quest.* 2. art. 1. *questiuncula* 3. in *Corp.*

1599 Ipse verò Martinus approbat hæc verba Domini de Soto in 4. *Dist.* 13. *quest.* 2. art. 1. V. Offerentes, [illi autem, pro quibus offertur, & non offerunt, sunt defuncti, atque illæ personæ, pro quibus, licet nihil subsidij cõtulerint, nec sint præsentis, tamen Sacerdos sua sponte Sacrificium offert. Defuncti verò cum non sint Ecclesiæ militantis, cuius est hoc Sacrificium, nõ offerunt, nisi largo modo illi, qui pecuniam pro Missarum oblatione reliquerunt.] Sic Sotus, cui cum assentiat Martinus, ignoramus, cur omnino fecernat sententiam Soti à nostra, & cur præbeat indicia volendi respondere ad argumenta nostræ posita in n. 6.

1600 Nos quidem in num. 8. inficiamur, animas Purgatorij posse largo modo dici offerentes in casu, de quo Sotus, idemque inficiatus est Amicus, vt constat ex alio eius loco in num. 190. sect. 6. *Disp.* 33. vbi egregiè confirmat, animas purgantes non posse proprie dici offerentes, quia sicut hoc Sacrificium est à Christo institutum, vt offeratur tantum ab Ecclesiâ militante, ita quicumque sūt extra illam, vti sunt animæ purgantes, non habent proximum principium offerendi; & quia sicut in eis animabus non potest esse actus offerendi immediatè more Sacerdotum, ita neque poterit esse actus offerendi mediatè more Laicorum. Postea tamen Amicus in num. 191. videtur velle conciliare Sotum cum sua singulari sententiâ memoratâ à nobis, & refutata in num. 23.

Disp. 15. Porro si à nobis in num. illo 8. discordare vult Martinus, disidium erit nominale.

1601 Ex Authoribus, qui citantur à Persico, Syluester non aliud dicit, quam quod S. Thomas, de quo statim. Caietanus tantummodò ait, purgantibus animabus conferri remissionem pœnæ temporalis iuxta mensuram deuotionis habitæ ad Sacrificium Missæ, quâdiu corporibus erant vnitæ, fueruntque causa ratione elemosynæ, vel alio modo, vt pro eis postea sacrificaretur. Corduba non assentitur opinioni 4. neque 4. eius corollario, vt patet ex §. Hæc opinio, & ex §. Sed ad hoc pag. 49.

1602 Henriquez allegatur rectè à Persico, scribit namque, [Animæ Purgatorij (quæ egent expiatione pœnæ, & necdum sunt in termino viæ) dicuntur offerentes simul cum Ecclesiâ, vt significant Chrysostomus *tomo* 3. Homilia de Euchar. Paschalis *Lib.* de Corp. & sang. Domini] Hæc Henriquez; qui traduxit ad animas Purgatorij, quod de animabus beatiss., & de Angelis significarunt Patres illi, necnon S. Gregorius Magnus *Lib.* 4. *Dialogorum* Cap. 58. videlicet offerre interiori affectu id, quod Sacerdos offert in altari; atque ita retulit Suarez *suprà* V. Sed difficultas, vbi notat, Patres non loqui de oblatione quasi Sacrificali, seu quæ sint animæ beatæ, & Angeli quasi consecrantes Sacerdoti. Idque est, quod nos negamus de animabus Purgatorij. Forsanque Henriquez, & Persicus noluerunt discordare à nobis in hoc sensu.

1603 S. Thomas illud ait, si aliquis in charitate decedens præcipiat, sibi suffragia fieri: illa suffragia valent defuncto, quanuis illi, per quos fiunt, in peccato existant. Et ideo valent, addit Persicus, quia Sacerdos agit vt instrumentum defuncti. Ergo supponit S. Thomas, defunctum offerre tunc ratione actus præcedentis. Sed quidem S. Thomas non supponit id, quia S. Thomas nõ agit ibi de suffragio, quod sit Sacrificium Missæ; & vt agat de suffragio vt comprehendente Sacrificium Missæ, stat, Sacerdotem agere tanquam instrumentum defuncti, & huius animam non esse tunc offerentem, quando Sacerdos agit: vti stat, beatam animam non esse offerentem quo tempore Sacerdos celebrat Missam ex iussu ip-

ipsius ante separationem à corpore: que celebratio fit proculdubio à Sacerdote rāquam instrumento animę iam beatę. Quoad S. Thomę verba illa consulatur Suarius *tomo 4. in 3. p. Disp. 48. sect. 8. ex num. 15.*

1604 Multum hic de nomine potest immisceri. Nos permissimus in sententia olim tradita, & denuò confirmamus breuiter, quia si animę Purgatorij essent in rigore offerentes, essent etiam merentes de condigno remissionem pœnæ pertalem oblationē. Quod si quominus merentes sūt tempore celebrati Sacri; obest status Purgatorij, vt in *lib. aduersus Ioannem Erigenam Scotum docet Ecclesia Lugdunensis pag. 1038. parte 1. tom. 9. Bibliotheca VV. PP. ex editione Colonia Agrippina anno 1618.* oberit etiam idem status, quominus offerentes sūt. Præterea si in rigore essent offerentes, & specialiter per concursum in Sacrificium ob relictam eleemosynam, sequeretur, respondere eis fructam remissionis pœnæ temporalis ex opere operato Sacrificij vtab eis oblari, posteaque vnam animam applicare alteri talem fructum; iuxta satis celebres sententias examinatas *in sect. 1. Disp. 15.* Quam vtramque sequelam hactenus non legi admittam ab vllō Theologo.

1605 Circa ea, quæ scripsi *Disp. 14. num. 3.* de incremento, vel decremento Missæ in valore, & dignitate accidentali ex maiori, vel minori dignitate Ecclesiæ offerentis, restringit breuiter mea fundamenta Martinius *ibidē, num. 12. & 13.* aitque *num. 14.* continere doctrinam valde probabilem, sed non certam: quod & ego dico. Sed ipse videtur velle discordare, & videtur nolle discordare. Recitat verba Domini de Soto, & Petri de Soto pertinentia ad hanc quæstionem, affert alia S. Thomę ad diuersas alias quæstiones, & concludit *in num. 18. pag. 736.* quod cum in Baptismo, & alijs Sacramentis, quanuis fiant à Ministris Ecclesiæ, si ipsi Ministri non sint sanctiores, nō resultat ex sanctitate Ecclesię maior fructus, vel perfectior effectus; similiter nō erit certū, quod valor Missæ crescat ex maiori sanctitate eorum, qui sunt in Ecclesia militantē, si actualiter, & specialiter non offerant. Ad quæ ego fatcor iterū, non esse illud certum, simulque addo,

inefficax esse exemplum desumptum ab alijs Sacramentis, nam ea non ministrantur à Communitate fidelium per Sacerdotem, aut Ministrum, à quo dispensantur, aut conficiuntur; aut Sacrificium Missæ offertur à Communitate fidelium per Sacerdotem, à quo fit. *Tūc que est efficacior, sanctiorque deuotio, quando in operibus pietatis totius Ecclesiæ vnus animus, & vnus est sensus. Publica enim præferenda sunt proprijs, & ibi intelligenda est præcipua ratio utilitatis, vbi vigilat cura communis, vt ait S. Leo Papa Serm. 4. de ieiunio 7. mensis.* Videantur Couarruias *in Cap. Alma mater p. 1. §. 5. num. 6.* Bartholomæus de Ledelina *in Summario de Euch. diff. 33. Conclus. 4. & 5.* Ruteus *Lib. 1. de fructu Sacrificij Missæ Disp. & q. 3. dub. 4. num. 17.* Palqualigus *de Sacrific. nouæ legis q. 109. num. 4.*

1606 Mirum est; quod cum *indub. 13. §. 4. num. 23. pag. 758.* Martinius citet quendam Recentiorē Societatis *Disp. 31. de Missæ Sacrif. sect. 11. num. 117.* & trāseribat eius verba, ap. probetque, taceat tamen eius nomen. Vnde forsā aliqui putabunt, nefarium illud esse, & ominosū. Similiter *indub. 14. §. 3. num. 31. pag. 777. & 778.* describit ex eodem Recentiore *sect. 10. num. 91. & 92.* lineas quadraginta septem, laudatque eas, sed ab illius nomine cauet; vt & *dub. 15. §. 2. num. 15. pag. 782. §. 4. num. 44. pag. 794. ex errore typi num. 59. & 71. pag. 791. dub. 17. §. 3. num. 17. pag. 802. dub. 18. §. 4. num. 22. pag. 809. §. 5. num. 34. pag. 812. dub. 20. §. 2. num. 23. pag. 829. §. 5. num. 46. pag. 834. §. 6. num. 55. pag. 836. dub. 21. §. 3. num. 14. pag. 839. §. 5. num. 36. & 37. pag. 843. & 844.* quibus in locis eundem Recentiorē de verbo ad verbū reddidit: imò singulis paginis non modò adumbrat quæ Recentior elaborauit, sed viuo quodam quasi pennicillo exprimit, exceptis paucis, ad quæ postea respōdebim⁹, & paucis alijs, in quibus ab eo discordat. Vnde rursus mirum est, quod sit tam versatus in opere Recentioris, cuius nomen tam voluit esse occultum, & incognitum. At Recentior non refert par pari quoad silentium nominis Magistri Martini, quin potius toties reperit illud, vt nisi hominis esset tam benemeriti de re litteraria, timeret Lectorum fastidium.

1607 Gra-

1607 Gratiam hanc sui nominis repetitionem debeo Martiniō ob singulare beneficium in me collatum ex emendatione cuiusdam erroris. Nā cū Typotheta *Disp. 19. num. 39.* in allegatione P. Ferdinandi de Castro Palao posuisset *Tract. 3. pro 13.* monet Martinius *dub. 15. §. 2. num. 21. pag. 783.* citari debuisse *Tractatum 13.* Sed *Non meus est error, nocuit Calcographus illis.*

Dicamque cum S. Hieronymo *in Epist. 28. ad Lucinum, Si paragrammata repereris, vel minus aliqua descripta sunt, quæ sensum legentis impediunt, non mihi debes imputare, sed imperitiæ Notariorum; Librariorum que (teu potius Calcographorum) incuriæ, qui scribunt (teu potius prælo mandant) non quod inueniunt, sed quod intelligunt; addo, & quod non intelligunt.* Curabo in secunda editione corrigere mendam illud; *ne si opulentia eruditionis tuæ negligens veritatis Compositor formularum displiceat, mihi fraudis emendationis incuria,* prout occasione libri mendosè exarati aiebat Symmachus *Lib. 1. Epist. 18.*

1608 Retuli *in illo num. 19.* opinionem Castri Palai afferentis; Capellanum obligatum; vt per se ipsum sacrificet, quātocumque tēpore ægrotet, nō teneri supplere Sacrificia ommissa. Adduxi eius sapientissimi Doctoris fundamenta, adieci alia ex meo pauperulo penu, & postremò dixi; [His tamē non obstantibus non omnino audeo suffragari Castro Palao, si Capellanus habeat alia bona, quàm fructuū Capellanie, vnde commodè sustentetur, nam si non haberet, non vereretur subscribere. Retardat me in priori circumstantia cōsensus Doctorum, qui duos menses vel timidè concedunt Capellano infirmo ob præsumptam voluntatem pij fundatoris; quanquam fatear, argumentum Castri Palai, aliaque à me adiuncta spernenda non esse.]

1609 Postquæ lecta in me, inquit Martinius *suprà num. 23. pag. 784.* [Hæc opinio, loquendo de Capellano non habente alia bona, vnde commodè sustentetur, posset vtcumque tolerari.] Repono ego, esse opinionem plusquàm tolerabilem, traditur enim à Laymano *Lib. & Tract. 5. Cap. 3. num. 7.* a Gibalino *quest. 18. de Simonia, Consectario 7. num. 29. V. Respondeo, à Ga-*

briele *Lect. 28. in Canonē Missæ Lit. M.* ab Honcala *in Opusc. 3. art. 17. Tract. 2. de Valore Missæ:* Legantur duo priores, nam de facili poterunt haberi ad manus. Quia verò duo posteriores nō solēt esse iam in promptu; præsertim verba postremi citantis penultimum; [Ex quo (inquit) videtur Gabrieli sequi, quod si Beneficium habens, puta Capellaniam; vnde tantum dūtaxat recipit, quantum status sui, & conditionis necessitas exigit; & non amplius; incedat in corporalem necessitatem; infirmitatem, aut captiuitatem, aut cetera id genus impedimenta, per quæ præstando officio redditur immunitas; postea, quando illa evaserit, ommissa non tenetur refarcire. Ita quod Missas, aut etiam Canonicas horas, si quas infirmitate, vel captiuitate districtus dicere non valuit; aut probabiliter opinatus nō posse dicere, pertoluere neglexerit, postquam conualuerit vel in libertatē redactus fuerit, non tenetur Missas repetere; aut persolvere. Quia necessitas eū sufficenter excusauit ab officio, quod pro certo tempore persoluendū fuit.] Ita Honcala cū Gabriele. Et ipse Martinius *in num. 24.* allegat Stephanum Bauny *tomo 1. Theologie Moralit Tract. 10. quest. 28.* qui cum *in conclus. 2.* dicat, [obligationē supplendi Sacramenta, esse in Capellano sub mortali,] addit; [nisi quid eum excuset, nam si pauper erit; data; aut accepta pro faciendis Sacrificijs stipendia vim habebunt eleemosynæ ei factæ ad subsidium inopiæ.]

1610 Prosequitur Martinius *in num. 23.* & inquit; [Sed quoad alios non video, qualiter possit hoc prudenter presumi de testatoris voluntate, quod si Capellanus obligatus ad quotidie celebrandum, assignato congruo, vel superabundantissimo stipendio, ægrotet per decem annos, quibus ipse fundator est in Purgatorio, rationabiliter præsumatur velle, quod non suppleat per alium, etiam si facillimè habeat stipendium, quod possit supplenti tribuere.] Hæc ille; in quibus non video aliam impugnationem Castri Palai, quàm quod ipse Martinius non videat, quomodo possit prudenter præsumi assertio illius Authoris. Ad quam impugnationē dicitur facillè id, quod in valde dissimili casu ipse mihi respō-

det

det *dub. 11. §. 1. num. 9. pag. 751.* [nullum apparet absurdum, quia id affirmat arguens, sed non probat.] Et quidem afferenda erant argumenta ab auctoritate, & ratione, quibus ostenderetur falsitas opinionis Castrici Palai, nã per non video nihil concluditur, redigeturque ad disputationem, quidnam sit maioris momenti, an quod non viderit Martinus, an quod viderit Castrici Palai, & non tantum viderit, sed etiam confirmarit ratione non inermi, neque incongruo exemplo?

1611 Sed in num. 25. ait Martinus, rationem Castrici Palai parum virgere, [quia in paucis diebus facile præsuntur rati habitio, & voluntarius consensus testatoris, secus verò in longa infirmitate.] Contra tamen, tum quia etiam difficilius præsuntur in longa infirmitate, cur absolute non poterit præsumi? tum quia opinio Castrici Palai non fundatur in præsumptione de voluntate fundatoris Capellani, sed in huius titulo: Vnde nisi titulus conferatur cum expresso onere supplendi Missas ob infirmitatem omittas, non tenetur Capellanus supplere per se, vel per alium. Atque hinc apparet, estimabile esse exemplum, quo vitur Castrici Palai de Præbendis, Canonicatibus, & alijs Beneficijs residentiam postulanti- bus, quorum fructus non amittuntur ab ijs, qui ob quantumcumque diuturnam infirmitatem residere non possunt, quia tales fructus respondent titulo Beneficiorum, etiam cum onere residendi. Gratissque à Martino assignatur illud discrimen de Capellani fructibus respondentibus præcisè oneri Missarum, nam ut dixi, respondent titulo Capellani sub onere Missarum, si impleri possit.

1612 Ad exemplum distribu-

PARERGON XVII

Processus defensionis. Declarantur duo privilegia altaris portatilis & aliud Missæ pomeridianæ.

1614



XPLICVI
egolate in Di-
spat. 23. num.
140. & duobus
seqq. quoddam
privilegium al-

tionum quotidianarum à me allatum inquit Martinus, [Manualia, & anniverfariæ distributiones in Ecclesijs non datur nisi presentibus, ut notat cum alijs Trullench Lib. 1. in Decalogum Cap. 8. dub. 1. num. 1. & 8. & videmus præxi Ecclesiarum receptum. Ergo nec elemosynæ Capellani debentur, nisi actu celebret vel perse, vel per alium: & sic videmus praticari.] Si Martinus legit Trullenchum *dub. 3. num. 2. & 9. totoque dub. 8.* notasset ad anniverfarias, & non modò ad quotidianas distributiones exceptionem absentium ratione infirmitatis, conformiter ad *Cap. vnicuique de Clerico non residente in 6. ad Cap. 1. de Clerico aegroto, vel debili, ad Cap. Significatiu 11. de Pretendis, ad C. Clericus. vnicuique 3. Dist. 91. & ad communem Canonistarum, Theologorumque doctrinam apud Alexandrum Monetam Tract. de Distributionibus p. 2. quest. 6. & apud Barbosam Tract. de Canonicis Cap. 24. num. 27. & seqq. salva consuetudine rationabili, quæ alicubi in contrarium sit, aut absentium ratione infirmitatis exclusionem factam expressè in manualium, aut anniverfariarum distributionum dotatione.*

1613 Quare iterum affirmo, fundamentum Castrici Palai, aliaque à me adiuncta non esse spernenda, loquendo cum Doctore illo de Capellano, qui obligatus sit celebrare per se ipsum, & qui à fundatore non sit expressè obligatus celebrare per alium, si per se ipsum non possit. Quam opinionem, de Capellano habente Capellaniam collatiam, & salvo meliori iudicio, non assertam absolute, sed examini propositam corroborat grauter, & doctè Pasqualigus *quest. 1123. de Sacrif. nove legis ex num. 7. usque ad 19. quem ut legat, obsecro Martinum.*

tatis portatilis concessam Domorum Prioribus, & Fratribus Monasteriorum de Vcles, & S. Marci Legionensis Ordinis Militaris S. Iacobi, dixique, esse privilegium personale, & non alligatum degentibus intra Monasteria. Explicue-

eneramque in *n. antecedenti* aliud concessum Canonicis Regularibus S. Salvatoris Lateranensis ad altare portatile in suis cellis tempore infirmitatis, & dixeram, esse commune alijs Religionis, qui cum Canonicis illis Regularibus communicationem habent privilegiorum. Quibus lectis, inquit Martinus *dub. 17. §. 3. n. 22. pag. 803.* Optarem, ut verba Bullæ Pij IV. (cuius est privilegium datum Canonicis illis) integra exhiberentur, quia fortè est privilegium personale, ut est aliud concessum Prioribus Domorum de Vcles, & S. Marci Legionensis: & idè alijs Religiosis non communicatur.] Ad hæc verba accepit ex meis occasione, quam ego non dedi. Examinavi ego *ibi*, num. privilegium Militaris Ordinis S. Iacobi posset deferri extra Monasteria prenominata Respondi, [esse privilegium personale, & non alligatum degentibus intra Monasteria illa.] Quam meam decisionem deflexit Martinus in id, ut tale privilegium ita esset personale Priorum, & Fratrum Monasteriorum illorum, ut non possent communicare in eo alijs Religiosi. Cæterum ex eo, quod sit personale modo præfato, neutiquam sequitur, non esse participes talis privilegij Regulares alios gaudentes privilegiorum communicatione cum Prioribus, & Fratribus Militaris Ordinis S. Iacobi, sed tantum sequitur, fore, ut possent Regulares alij uti tali privilegio non modo intra, sed etiam extra sua Monasteria. Num autem aliunde non communicent, vel communicent in tali privilegio aliæ Religionis? modò non tracto.

1615 Desiderium illud videndi integra verba alterius privilegij concessi Canonicis Regularibus S. Salvatoris Lateranensis conceptum est à Martino ad imitationem mei. Cum enim viderem eas privilegij scripturas graves nonnulli Doctores, posse quædam fieri, ego dixi, [Nos suspendimus censuram interim, dum non iustitiam oculis verba privilegij.] Quæ verba non sunt à me prolata, quia anceps est sem de communicatione aliorum Religiosorum in eo privilegio, erat enim mihi certum ex Authoribus *ibi* citatis, tum ex licentia R. P. N. Generalis ad eius usum in Societate, sed clarè in illis verbis respexi ad facultates non-

nullas, quas ex eo privilegio deducebant quidam Doctores.

1616 At ut gratiam restitutam conformandi se cum meis votis Magistro Martino, exhibebo illi integra verba privilegij. Pius IV. anno 1565. Canonicis Regularibus Congregationis Lateranensis, *Omnibus, & singulis quorumcumque tam virorum, quam mulierum, Monasteriorum, Privatuum, Præpositurarum, & aliorum locorum Regularium Congregationis, & Ordinis huiusmodi utriusque sexus personis, quibusvis infirmitatibus pro tempore detentis, quibus ob huiusmodi infirmitates vel per Medicum, aut Superiorem suum, è cubiculis suis exire prohibuitum fuerit, concessit, ut durantiis ipsis infirmitatibus tantum, Missam in proprio cubiculo super altari portatili, in loco tamen decenti, & honesto, per aliquem Presbyterum, per eos iuxta suum libitum eligendum, celebrare faceret, illique interesse, & eam etiam in eorum cubiculis iacentes audire: Sacrosanctumque Eucharistie Sacramentum confecti, & contriti, libere, & licite suscipere possint: Ordinariorum locorum, seu quorumvis aliorum licentia, de super minime requisita: illisque, ac Presbytero sic per eos eligendo, Missam huiusmodi respectuè audiendi, ac celebrandi plenam, & liberam licentiam, & facultatem impartitur. Non obstantibus generalibus Concilijs, &c.* Sic refert Augustinus à Virgine MARIA Reformatus Carmelita in *Privilegijs omnium Religiosorum V. Altare, num. 17. ex Bulla Exponi in Privilegijs eorumdem Canonicorum pag. 536.* Et Notet Mascarenhas *Tract. 5. de Sacramentis, Disp. & Cap. 5. num. 287.* De quo privilegio agunt novissimè Verricellus in *Tract. de Apolicis Missionibus tit. 3. quest. 135. num. 7.* Pasqualigus in *quest. 475. de Sacrif. nove legis num. 6. & duobus seqq.*

1617 Occasione huius privilegij retrocedo ad quædam verba Martinij *dub. 16. §. 3. num. 24. pag. 796.* ubi ait, [Si iuxta Suarez, & alios privilegiati ad Missam postmeridiè, possunt differre per unam horam, ultra totum illud tæpus, in quo eis liceret, si non essent privilegiati, iam acceditur ad tæpus vespertinum, utendo concessione Pauli III. & Gregorij XIII. Et sic Gauatus in Rub. Missalis p. 1. tit. 15. n. 1. lit. Y. per concessione factam PP. Societ. a prædictis

Pontificibus, posse ratione itineris, vel legitimi impedimenti celebrare ex hora secunda post meridiem, concedit. Sed an conformiter ad Bullam Pij V? non constat.] In quibus verbis attendit Martinus ad quædam mea in *Disp.* 21. num. 25. Sed omisit attendere ad tempus privilegij concessi PP. Societatis à Gregorio XIII. fuit enim concessum anno 1588. Non. Maij in Bulla *Quanta in vinea*; at Motus proprius Pij V. prohibens vespertinas Missas editus

fuerat anno 1566. die 29. Martij, incipitque *Sanctissimus in Christo Pater*. Quare difformitas à Bulla Pij V. nihil obesset doctrinæ illi nostræ de celebratione ex hora secunda vsque ad tertiam pomeridianam, potuit etenim Gregorius XIII. concedere privilegium ad id, quod vetitum esset à Pio V. Præterquàm quod si Missa non procedat ultra horam tertiam pomeridianam, non erit Missa, quæ vocetur vespertina, ut iudicat Pasqualigus *quæst.* 428. n. 1.

PARERGON XIX.

Defensionis, & Miscellaneorum continuata progressio.

Agitur de cruce signationibus factis à Sacerdote super hostiam, & vinum consecratum, an sint benedictiones? Agitur etiam de interruptione Missæ ad Eucharistiam Laicis ministrandam ante Introitum immediate, an liceat absque urgente necessitate?

1618



N Disp. 28. ex n. 597. scripsi ego, difficile esse responsionem S. Thomæ de cruce signationibus

factis à Sacerdote post consecrationem, quatenus admittit, non esse benedictiones, cum tamen Ecclesia in Officio Missæ, & Concilium Tridentinum eas cruce signationes vocet absolute benedictiones. Sensit eandem difficultatem Antonius de Molina *ibi* relatus, & remisit verba S. Thomæ examini Theologorum. Sed ego procuravi superare eam, dicendo, non esse necesse, quod Ecclesia in Officio Missæ, & Concilium Tridentinum intenderint, omnes cruce signationes in Missa factas esse strictim benedictiones; & postea proposui responsiones alias. Transcribit totum id Martinus *dub.* 21. §. 1. num. 3. 4. & 5. atque in num. 6. pag. 837 [non egere longo examine verba S. Thomæ, sed attendit lectione.] Quod ut declarer, distinguit ex Caietano 2. 2. q. 88. art. 11. §. *Verum quia*, [benedictiones in constitutivas, id est, constituentes res in esse sacro, & in invocativas, quibus ea, quæ benedicuntur, non propterea sunt sacra, ut sunt benedictiones mensæ, & domus, & navis, &c. Ita in presenti benedictiones mysticæ

aliæ sunt consecratiuæ, aliæ solum significantiæ. Panis, & vinum benedicuntur, & consecrantur, & ideo benedicuntur benedictione consecratiua. At vero Corpus Christi sub Sacramento benedicitur à Sacerdote Dei Ministro benedictione solum significantiua. Unde apparet clarè veritas vtriusque solutionis, & vtraque traditur à D. Thoma. Nā secunda in 1. ad Corinth. 10. Lect. 4. in Cap. 7. ad Hebræos lect. 2. verificatur de benedictione mystica significantiua, & prior in 3. p. q. 83. art. 5. ad 4. negatur de benedictione consecratiua.] Sic ille.

1619 A quo vellem scire, an distinctio benedictionum in constitutivas, & invocativas tradita à Caietano, eadem sit cum distinctio in consecratiuas, & solum significantivas, an sit diuersa quoad secundum extremum? Si sit diuersa, recurritur in vtiliter ad distinctionem traditam à Caietano. Si sit eadem, redeunt difficultates superiores, verba enim Ecclesiæ in Officio Missæ, & Concilij Tridentini indicant benedictiones, quæ snt consecratiuæ, & non tantum invocatiuæ, atque significantiæ. S. Thomas in 1. ad Corinthios 10. Lect. 4. & in C. 7. ad Hebræos lect. 2. concedit, cruce signationes post consecrationem esse benedictiones consecratiuas; quod negat 3. p. q. 83. art. 5. ad 4. sed sub diuersis considerationibus, ut constabit legenti ea loca S. Doctoris.

1620 Mar-

1620 Martinus *ibidem* §. 3. n. 28. pag. 840. inquit, [Monent aliqui (videlicet ego *Disp.* 28. n. 130.) communionem Laicam non recte fieri post inchoatam Missam post altare osculatum, quia nullo iure est concessum, nisi urgeat notabilis necessitas anticipandi administrationem Eucharistiæ è tabernaculo extractæ. Sed passim videmus hoc ita fieri, etiam non urgente notabili necessitate, nec audeo hanc consuetudinem improbare; cum nullo iure veretur. Nec deest ratio, quia si particule, seu formulæ licite ministrantur secularibus extra Missam, & ideo præconsecratæ seruantur:: non video, cur ex præconsecratis Sacerdos initio Missæ post confessionem, & ante Introitum, ex qualibet rationabili causa non possit adstantes communicare; siue hæc dicatur interruptio, siue extensio partium eiusdem Missæ.] Hæc ille. Ad quæ fateor, non haberi prohibitionem expressam iure speciali, sed tacitam, & implicitam iure generali de non interrumpenda Missa. Quod ius obstat communioni post primò osculatum altare à celebrante;

non autem communioni extra Missam: sicut non obstat auditioni sacramentali peccatorum extra Missam, obstat tamen intra, nisi notabilis occurrat necessitas ad talem auditionem post Missam exordium. Præterea si, quia licet distribuere diuinas epulas extra Missam, infert Martinus, licere perse post primò osculatum altare, æquè inferre poterit, licere perse post dictum proximè Euangelium, aut immediatè post consecrationem vtriusque speciei, monito Subministrato, vel ipso, qui coelesti pabulo reficiendus est, ut recitet Confessionem. Non nego, visam à me non semel distributionem Eucharistiæ post primò osculatum altare, eo quod aliqui tunc eam petierint. Sed, me suatore, surdas præbeat aures Sacerdos, nisi constet de notabili necessitate suscipiendæ tunc Eucharistiæ. Verendumq; est, ne, si postuletur communio sacrosancta ante Missam, differatur à Sacerdote ad prædictum tempus ex causa parcendi tæpori, quod insumendum esset in recitatione

Confessionis ante
Missam.

PARERGON XX.

Defensionis, & Miscellaneorum series continuata. Discutiuntur

correctiones multæ Aphorismorum P. Emmanuelis S. à S. I. pro Confessarijs factæ (ut dicitur) à R. Magistro Sacri Palatii Apostolici.

1621



MARTINIVS
dub. 21. §. 3.
n. 22. pag. 841
meminit hu-
i aphorismi
P. Emman.
S. à V. Missa n.

38. [Si Sacerdos non possit Missam absolute: si consecrauerat, & non communicauerat:: & desit alius Sacerdos, qui perficiat, sequenti die perficiatur, aut sumatur ab alio in alia Missa Sacramentum.] Meminit etiam in n. 23. correctionis adhibita à R. Magistro Sacri Palatii Apostolici, in hunc modum, [Quod si desit, qui perficiat, sequenti die sumatur ab illo in alia Missa Sacramentum.] Et in n. 25. & 26. ait, quendam Societatis Recentiorum (qui sum ego *Disp.* 28. ex n. 171.) sequi opinionem P. S. à, allegando pro ipsa S. Petri Cœlestini, & Soti, conqueriq; de correctione P. S. à Magistro Sacri Palatii, cum ta-

men Sotus maneat indemnis. Estq; mirum Martinio, [quod Magister Sacri Palatii correxerit ex Soto P. S. à, & ego querelas mouca de non emendato Soto. Insuper adijcit, me non percepisse S. Cœlestinum, neq; Sotum. Nā illi tantum docuerunt, cum hodie non inuenitur Sacerdos, & inuenitur die sequenti, indicandum esse ei, hostiam, vel calicem fuisse heri consecratum, ut ab illo sumatur in alia Missa, licet differant in modo loquendi, an hæc dicenda sit communio præsanctificatorum, vel consummatio Missæ præcedentis, ut vult Lugo supra.]

1622 Respondeo primò, me non sequi absolute eam opinionem, sed vèdicare ipsam à rigida absurditatis censura. Secundo, Magistrum Sacri Palatii ex doctrina Soti à se allegati non expurgasse S. à. Nā etiam in editione Andreæ Victorelli, vel in impressione Vallisolerana anni 1626. allegatur Sotus, ut & S. Thomas, Suarez, Azor, & Toletus, allegationes

P 22

illa

ista non sunt factæ à Magistro Sacri Palatii, sed à Victorello, aut alio, qui curauerit de impressione illa Vallis-Olerana; neque diriguntur ad controuersum nunc pñctum, de quo silent S. Thomas, & alij post ipsum nuper memorati, sed ad quædam alia in toto Aphorismo 38. contenta, componitur enim ex alijs punctis. Prefatus Victorellus nauauit operam indicandis locis Doctorum, qui ante, vel post Sateuerunt easdem sententias, significatas breuiter in eis Aphorismis. Similem operam impendit erga Sacerdotum Instructionem Cardinalis Toleti, & erga Librum Ioannis Baptistæ Bernardini Possuini de Officiò Curati. Et cum omittat ea, quæ in Sâ correxit Magister Sacri Palatii, non apponit loca Doctorum, ex quibus sunt correctæ, sed tantum illa, quibus contonant verba relicta in Sâ. Res est dignissima non modo admiratione, sed etiam stupore, quod additamenta allegationum, & notarum ad Sâ potuerint videri Martino fuisse elucubrata à Magistro Sacri Palatii.

1623 Respondeo tertio, S. Coelestinum docuisse quod dixi. Legantur iterum sincere verba exarata in n. 171. quæ manifesta sunt pro sacro prosequendo inde, vbi alter defecit, minimeque sunt contenta, si Sacerdos substitutus sumat relicto corpore, aut sanguinem, vel vtramque simul in alia Missa inchoata à capite. Sotus etiam docuit quod dixi. Ponderentur eius verba posita in num. 172. totusque contextus ex iustis articulis, & compertus erit procedere de Sacramento, seu Sacrificij perfectione, quam solus Sacerdos adhibere possit, & quæ fiat, prosequendo Missam, vnde cessatum est, vt inquit in principio paragraphi; & non quæ fiat in alia Missa. Respondeo quarto, vel differentiam illam in modo loquendi afferri extra rem presentem, vt & sine proposito fieri mentionem de eo, quod vult Cardinalis de Lugo; vel si cum proposito, esse maxime fauorabile P. Sâ id, quod ille vult, nam vult, Sacerdotalem assumptionem in die Parasceues cõplere Sacrificium celebratum precedenti die: assentiturque Martinus *quæst. 83. dub. 4. §. 2. num. 30. pag. 688.* vbi ait, [Neccausat suum effectum per modum noui Sacrificij, sed per modum noue partis non

dum consumptæ, quia Sacrificium durat in ratione Sacrificij vsque ad consumptionem, & ex intentione consecrantis, & suspendentis applicationem illius partis, potest moraliter continuari, & possunt esse moraliter vnũ, quanvis physicè possint esse Sacerdotes diuersi: sicut accidit, cum post consecrationem infirmatur Sacerdos, & alius eius loco consummat.]

1624 Eum, qui legerit hæc verba, parum mouebunt illa eiusdem Martinij in loco posteriori, num. 26. pag. 842. arguentis sic contra Sâ; [Cras alius dicet, ex parte Missæ huius diei, & alterius post tres dies, vel post hebdomadam celebratæ fieri vnã Missam: quod est contra praxim Ecclesiæ, nam intra eadem diem videmus, causis relatis, Missas interrumpi, non tamen in nouo Missali monemur, vt Missa vnus diei continuetur cum alia.] Parum, inquam, mouebunt, nam tota illorum vis eque vrget contra id, quod admiserat Martinus in pag. 688. vt responderet argumento à me facto in *Disp. 3. n. 36.* quod huiusmodi erat, [Sacrificiũ celebratũ in die Coenæ Dñi, & Sacerdotis sumptio facta in Parasceue nõ habet continuitatẽ physicã, nec moralem, tanta enim tẽporis distantia, totq; actionũ interpositarũ diuersitas videtur maximè opposita continuitati morali. Ergo Sacerdotalis sumptio facta in Parasceue nequit cõplere Sacrificium pridie celebratũ, nequit enim esse cõplementũ actionis, ex qua, & ipsa non resultet vna continuatiue physicè, vel moraliter.]

1625 Si huic ad hominẽ instantiæ occurrat Martinus in quibus, cõplementũ Sacrificij, celebrati in die Coenæ Dñi per Sacerdotalem sumptionẽ in die Parasceues esse dispositũ ab Ecclesia; nõ autẽ illud, quod affirmatur à Sâ. Replacabitur cõtra, tũ quia difficultas ex defectu cõtinuitatis rã physicæ, quàm moralis manet in sua vi: tũ quia si illud cõplementũ defenditur, quia presumitur esse cõforme dispositioni Ecclesiæ, eodẽ modo Sâ defendet suũ, nõ quia sit expressè dispositum ab Ecclesia, sed quia presumat esse cõforme eius dispositioni, sumetq; exemplũ ab eo alio cõplemento, dicerq; difficultatẽ continuitatis rã physicæ, quã moralis nõ magis vrgerẽ cõtra vnũ, quã cõtra aliud cõplementũ.

1626 Post

1626 Post transcripta verba ex pag. 842. succedunt ista in Martino; [Vnde potius ex eo, quod priuata auctoritate indicabatur in illo Missali oppositum, & nunc auctoritate Pape sic sublatum, fit, conformiter ad mentem Pontificis processisse Magistrum Sacri Palatii.] Quod dicit, quia ego allegauit Rubricam quandam Missalis Romani impressi Cæsaraugustæ anno 1519. concordem cum opinione P. Sâ. Ad quod respondeo, Rubricas Missalis Romani editi à Pio V. non descendisse ad casum, de quo disputatur, vii descendere ea alia Rubrica Missalis antiquioris; ideo que neque pro vna, neque pro altera parte posse argui convincenter ex Rubricis Missalis prouulgati à Pio V. & proinde conuenienter potuisse P. Sâ ex Missali antiquiori prescribere modum occurrendi defectui illi. Et tanẽ cum Martinus fateatur, Rubricam Missalis antiquioris fauere opinioni P. Sâ, debuit consequenter fateri, S. Coelestinum etiam fauere, nam veritate verba sunt penè eadem. In Rubrica dicebatur, [Si alius Sacerdos non sit presens, expectetur in crastinum, & Clericus, secundum quod poterit, alij, vbi debet incipere, indicet Sacerdoti:] & S. Coelestinus aiebat, [Si verò Sacerdos non sit presens, debet expectari vsque in crastinum, & Clericus, secundum quod potest, indicet ei.]

1627 Castigatio P. Sâ, facta à Magistro Sacri Palatii, multum valuit, & merito, apud Martinum. Sed quæro ab ipso, cur iubeat aliam correctionem eiusdem Authoris factam ab eodẽ Magistro V. Sacra n. 3? Dixerat Sâ, [Sacra tangi à Laicis sine contemptu, aut nullo peccatum est; aut leuissimum.] Reformauit Magister Sacri Palatii in hunc modum, [Sacra tangi à Laicis sine contemptu, non est peccatum mortale.] De hac emendatione altum est silentium in Martino *dub. 18. §. 5. n. 40. & 41. pag. 813. & 814.* Certè non alia de causa, nisi quia Dominicus Sotus ex Ordine Prædicatorio scripserat idem ipsum, ac Sâ, vt notauit in *Disp. 25. num. 33.* Magisterque Sacri Palatii correxit Sâ, reliquitque in emendatum Sotum. Et licet ego in num. 34. de hoc sim conquestus, nihilominus Martinus silet. Quare consequentiũ se ges-

sisset, si tacitam præterisset limam, quam idem Magister adhibuit ad V. Missa num. 38. quandoquidem quod ibi est abrasum, inueniatur in Dominico Soto, vt dixi. Et vltra duos illos Authores non improbat a Fagundez in 1. præceptum Ecclesiæ lib. 3. Cap. 18. n. 24. & Cap. 20. n. 17. probaturque ab Henriquez Lib. 9. Cap. 18. §. 2. Cap. 40. §. 1. à Thoma Tamburino, & Angelo Bossio; sed displicet Pasqualigo in *quæst. 328. de Sacrif. nouæ legis, n. 4.*

1628 Alterius emendationis in P. Sâ V. Missa. 18. mentionem facit Martinus *dub. 21. §. 5. num. 42. & 44. pag. 844. & 845.* Scripserat enim Sâ, [Potest quis, si desit Minister, ipse sibi respondere in Missa,] sed correxit Magister Sacri Palatii, [Non licet Missam celebrare sine Ministro iuxta Rubricam Missalis, & Ecclesiæ consuetudinem.] Iam tamen in *Disp. & n. 14.* recitui graues aliquos Doctores conuenientes cõ Sâ, qui nõ corriguntur. Nunc addo Turcrematã Dominicanũ in *Cap. Hoc quoque de Cons. disp. 1. Brunonem Challaing parte 2. de Regular. priuilegijs Tract. 3. Cap. & propos. 1. in sine, Archangelum de Priuilegijs lib. 3. V. Missa. cirato, sed non fideliter Iacobo de Graffijs Lib. 2. decisionum aurearum Cap. 43. n. 3.* qui solum loquitur in casu magis fecti, & in defectu alterius Sacerdotis, à quo Sacrum audire posset Eremita; aliàs non. Adducuntur etiam à Pasqualigo in *quæst. 339. n. 1.* Layman, Pellizarius, & Possuinus. Sed Layman Lib. & Tract. 5. Cap. 6. n. 13. tantum inquit, consuetudinem celebrandi sine Ministro in pagis Germaniæ debere emendari per Episcopos; interim verò dum videtur, ac toleratur, non posse Sacerdotẽ damnari, si ita celebret. Pellizarius in *Manuali Regular. Tract. 8. Cap. 2. n. 128.* testatur, referri à Petro Anello Perico verba Patris Sâ, & non reijci. Possuinus *Cap. 2. de Offic. Curati n. 9.* excusat celebrationẽ sine Ministro in casu solo necessitatis grauis. Vnde non bene à Martino num. 42. ex Verricello *Tract. de Apostolicis Missionib. tit. 4. q. 98. dub. 20. n. 206.* aggregantur Patri Sâ Possuinus, Pellizarius, & Pericus. Sed potest bene aggregari ipse Martinus num. 49. quatenus cum Verricello putat, probabile esse, quod Sacerdos possit celebrare sine Ministro,

si aliàs multis diebus ferialibus cariturus esset oblatione Sacrificij. Cur ergo non reformidauit Martinus correctionem per Magistrum Sacri Palatii? Ego, abstrahendo ab ea, non præbui assensum P. Sà.

1629 In *quest. 80. dub. & §. 4. num. 32. pag. 494.* recitat Martinus propositionem illam P. Sà *V. Eucharistia num. 23.* [Non dicitur, cum conscientia peccati accedere ad Eucharistiam, qui dubitat quidem, sed non putat,] notatque Martinus, fuisse P. Sà correctam à Palatii Sacri Magistro, adde[n]te, [practice dubium deponendo.] Quæ tamen non fuit emendatio, sed maior explicatio, vt censet Amadeus Guiménus in *propof. 3. ex Tract. de Eucharistia num. 2. & 3.* [quatenus formari debeat iudicium probabile, quòd cum dubio speculatiuo circa peccatū commissum, liceat, non præmissa illius confessione, communicare.] Hoc in sensu loquutus est P. Sà, vt & alij priores, ac posteriores, quos ipse est imitatus, aut qui ipsum sunt imitati, & inter priores non desunt nonnulli Dominici relati, & expensè ab eruditissimo Guiménio, exantlatè quidquid in hoc puncto posset dici à me, qui de propositione illa nunc suspendo iudicium. Et hæc de emendationibus P. Sà adnotatis à Martino in *tomo de Eucharistia, & de Sacrificio Missæ.*

1630 Quia verò tam Martinus, quàm quidam alij Moderni valde frequenter refutant memoriam eiusmodi correctionum, vt quas extorserit necessitas obviandi nouitatibus, quas in rebus Moralibus Author ille è Societate introducere voluit; idcirco iam olim, & nunc curauì ostendere, Authorem illam plerumque redegisse in compendium ea, quæ inuenerat in libris Doctorum è Prædicatorio Ordine sanctissimi, iuxtaque sapientissimi. Quod vt magis pateat, & vt de nouitatibus calumnià (quæ Theologiam Moralem Societatis his annis suprà modum vexauit) amplius retundatur, addam nonnullas obseruationes selectas circa eadem emendationes; sed quin in presentiarum fideiueam pro opinionibus emendatis, neque contra eas sim actor.

1631 Obseruo itaque primò,

fuisse à P. Sà dictum *V. Hora Canonica n. 1.* [Nō tenetur ad horas Canonicas, qui urgente negotio est impeditus, huic enim sufficit recitare horas temporis non impediti.] Deleta sunt posteriora hæc verba in correctione. At quòd qui vespere v. g. erit impeditus ab horarum Canonicarum recitatione, non teneatur hanc anticipare mane, sed præuidens impedimentum non voluntarium ex natura, aut violentia, aut urgente negotio satisfaciatur, si recitet horas temporis matutini, sententia fuit Humberti de Romanis, Ioannis de Turrecremata (qui Humbertum refert, & laudat) in *C. Presbyter. 2. Dist. 91. quest. 5. num. 6.* Melchioris Cani *Relect. 5. de Pœnit. fol. 170. V. Sed quid illi,* & approbata à Vincentio Cendido *tomo 2. Disquis. 24. art. 28. dub. 34.* cum Soto, Mancio, Nuño Cabezuco, & à Petro de Ledesma *Cap. 8. de Pœnit. pag. 497.* & à Martino in *qq. Moralibus Cap. 30. quest. & §. 8. num. 73.* et si *quest. 6. §. 2. num. 15.* dicitur circa urgentis negotij impedimentum; quàm conuequenter, ipse viderit, nam si negotium sit inuoluntarium, non apparet discriminè inter illud, & alia ex natura, aut violentia. Omnes hi Doctores sunt Dominici.

1632 Obseruo secundò, P. Sà *codem V. & n. 1.* censuisse tanquam probabile, et si non sit vltu receptum, quòd quidam dicunt de non obligatis Monialibus, eis que omnibus Religiosis, qui non sunt in Sacris, ad horas Canonicas. Sed correctio obliterauit centuram de probabilitate, acceptam à Sà ex Caietano, qui in *Summa V. eodem num. 1.* ait, [Certè nisi consuetudo illos (scilicet Religiosos professos) obliget (de qua nihil scio) non tenentur ex professione.] Cum Caietano concordat Bartholomæus Fumus in *Armillis V. eodem num. 4.* & alij apud Guiménium *propof. 2. ex Tract. de Hor. Canon.*

1633 Obseruo tertio, P. Sà *V. Religio num. 41.* scripsisse, [Religiones ducentium vxores non sunt simpliciter Religiones, nec secundum quosdam dissoluit matrimonium ratum.] Cuius aphorismi prior pars videbatur fuisse S. Thomæ *2. 2. quest. 186. art. 4. ad 3.* fuit que clarissimè, & latè Dominici Soti *Lib. 7. de Inst. quest. 5. art.*

3.

3. ad 3. Sed cum Opus P. Sà typis traderetur Madriti anno 1600. tunc fuit eius nomine sic correctum, [Religiones ducentium vxores aliqui dicunt non esse simpliciter Religiones, & non dissoluerunt matrimonium: Probabilius tamen cenfeo, Religiones prædictas militares esse simpliciter Religiones, et si non dissolunt matrimonium ratum ex privilegio.] Hæc correctio facta est Hispania, quia opinio Soti, approbata à Sà, notabatur ibi de nouitate tunc temporis, vt constat ex censura Nauarri apud alterum R. P. Magistrum Fr. Ioannem Martinez in *Discursuum Theologicorum, & Politicorum 9. §. 10. num. 24. pag. 587.* Qui certè Discursus Authore suo, munereque; quod modò exercet, audiendi confessiones Regis Domini nostri Philippi IV. sunt dignissimi, considerata sapientia, prudentia, pietateque, quibus excellunt, seque exhibent valde commendabiles. Iam verò ea Soti opinio multos habet intra, & extra Hispaniam assertores, sicut & contraria: quas inter diiudicare meum est extra propositum, tamen non omittam dicere, posse vtramque opinionem aprè conciliari, quatenus præfati Ordines sint simpliciter Religiones, non tamen omnes eis adscripti sint simpliciter Religiosi, nimirum Equites, quibus fas est ducere vxores; secus Fratres Clerici, & Domine Moniales.

1634 Obseruo quartò, P. Sà *V. Extrema vnctio n. 6.* scripsisse, [Materia est oleum benedictum ab Episcopo; quâquam etiam sine benedictio validum esse potest Sacramentum.] Quæ additio adempta est à correctore. Sed Martinus de Ledesma *2. 4. quest. 31. art. 6. fol. 395.* probabile censuit post Glossam in *C. Presbyteros 2. V. Sanctificata Dist. 95.* olei benedictionem ab Episcopo non esse de essentia Sacramenti; aitque, [Caietanum mouere dubium, & non fuisse ausum determinare nec in vnam, nec in aliam partem; sed potius inclinare in hanc partem, nempe quòd non est necessarium, oleum esse consecratum ad essentiam Sacramenti.] Victoria etiam in *Summa Sacramentorum ex editione anni 1570. n. 217.* inquit, [Credo probabiliter, quòd non est de necessitate Sacramenti consecratio olei.] Et dispensante Papa, posse cum

oleo non benedicto confici validum Sacramentum, affirmarunt Paludanus in *4. Dist. 7. quest. 4. art. 3. ad 1. num. 34.* Capreolus *ibidem, quest. 2. art. 3.* polleque ex commissione Papæ benedicti à simplici Sacerdote, tradit Victoria *n. 216.* cum Paludano, & Caietano. Qui *3. p. quest. 72. art. 3.* existimat, olei, & balsami consecrationem ab Episcopo non requiri ad essentiam Sacramenti confirmationis; atque adeò consecrationem chrismatis posse ex Papæ commissione fieri à simplici Sacerdote, imò & esse contentanèum rationi, si valida foret facta à simplici Sacerdote ex propria autoritate. Consentit Victoria in *num. 43.* quoad commissionem à Papa. Esseque sufficientem commissionem ab Episcopo, insinuat satis Martinus de Ledesma *1. 4. quest. 13. art. 3. V. Dubitatur pag. 209.* & in loco antè citato, discursitque eodem modo de benedictione olei infirmorum. Hi omnes Doctores sunt Dominici; sed ad Victoriam in *num. 216. & 217.* apposita fuit quædam nota iussu Inquisitionis Hispaniæ.

1635 Obseruo quintò, quòd cum in Soto *super 4. Dist. 26. quest. 2. art. 3.* legisset P. Sà, non fuisse post Concilium Florentinum de fide collationem gratiæ per Sacramentum matrimonij; & cum Sotus *ibi* non adduxisset definitionem Concilij Tridentini, siquidè non prodijisset tunc temporis, vt ipse met Sotus monet; forsan Sà oblitus definitionis illius reliquit sub dubio in *V. Sacramentum num. 1.* obligationem grauem recipiendi Sacramentum matrimonij extra statum peccati mortalis, quam debuisset tradere tanquam omnino certam cōuenienter ad definitionem illam. Et ita traditur sub eius nomine ab incerto quodam in editione Madritana anni 1600. P. etiam Thomæ Sanchez carè itetit authoritas adhibita dictis Soti, nam cum ex ipso retulisset, nec approbans, nec reprobens, *Lib. 2. de Matrimonio Disp. 10.* non fuisse de fide post Concilium Florentinum, sed post Tridentinum, conferri gratiam in hoc Sacramento, en Basilius Legionensis *Lib. 1. de Matrim. Cap. & num. 5.* scribit, [Valde errant Dominicus Soto, & Petrus Soto, & illos sequutus Thomas Sanchez, dum dicunt Dominicus Soto, & Sanchez, (vt & Barthol. de Ledesma,

desma in Summario de Matrim. diff. 5. §. Annotare col. 1218. Melchior Canus Lib. 8. de Locis Cap. 5. in initio, Cardinalis Gaspar Contarenus Lib. 4. de Sacramentis Cap. 2. §. Hacenus) non fuisse rem de fide post Concilium Florentinum; & Petrus Soto, suo tempore esse probabile, Sacramento matrimonij non conferri gratiam. Sed errant isti in hoc, &c.] Sic Basilius, cui respondentem Tancredum Lib. 2. Disp. 10. curiosus adeat, nec omittat legere Guimenium Tract. de Matrim. propos. 1. in cuius n. 4. narrat ex testimonio innominati cuiusdam viri, qui cum P. Sà conuixit, omissum fuisse à Calcographo quoddam verbum ex Authoris textu sapiente aliam etiam opinionem Dominici Soti, & Ludouici Lopez, & quorundam aliorum Dominicanorum apud Sánchez supra Disp. 11. num. 26. & 30.

1636 Obseruo sextò, P. Sà V. Falsarius num. 2. dixisse, [Falsare non est, nec peccatū mortale, amissæ scripturæ de hereditate, aut nobilitate aliã similem facere, nulli enim fit iniuria.] Qui aphorismus desumptus est ex doctrina Syluestri V. eodem num. 1. notantis, [Falsitas in proposito est mutatio veritatis cum dolo, & iactura. Vnde ad esse eius tria requiruntur prædicta, & si vnum defecerit, non est punibilis, secūdam Hosti. & Azon. et Tanc. in suis Summaris per textum in l. Quid sit falsum ff. ad l. Cornel. de Fals. iuncta l. Nec extra (seu potius, Nec exemplum) & l. Danus Cod. eodem,] & l. Cum filius §. Heres meus ff. de Legatis 2. iuxta quã non potest dici falsum, quod iuatur primordio veritatis. Hac autem ex doctrina generali Syluestri quã legitimè P. Sà intulerit decisionem particularis illius casus, cuius mediocri etiam Theologo erit notum. Præterea Caietanus dixit plus quidpiam, quàm P. Sà, nam V. eodem Eminentissimus Cardinalis hæc habet, [Falsarius scripturarum, seu litterarum, aut sigillorum peccat proculdubio mortaliter, quia interuenit ibi factum perniciosum ex suo genere. Posset tamen propter imperfectionem actus veniale tantum interuenire peccatum, vel ratione minimi nocumēti, vel, &c.] At P. Sà loquutus fuit, cum nullam interuenit nocumentum, & de non incurso peccato, quod sit mortale. Non tamen euasit correctionem se-

quentis tenoris, [Non licet, amissæ scripturæ de hereditate, aut nobilitate aliam similem facere, etiam si nulli fiat iniuria.]

1637 Obseruo septimò, P. Sà V. Confessio num. 30. scripsisse, [Quidã putant, cum vterque peccans est coniugatus, id exprimendum: Ego cum alijs sentio, sufficere dicere, fuisse adulterium.] Sed in editione Madritensi anno 1600. non dicitur, nisi, [Alij sentiunt, sufficere dicere, fuisse adulterium.] Et in Romana correctæ, [Cum vterque peccans est coniugatus, id exprimendum.] Quam fateor esse communem sententiam Doctorum post Nauarrum Cap. 6. Manualis num. 5. Nihilominus ea alia P. Sà habet pro se ex Dominicanis Michaëlem Zanardum, & Acacium de Velasco relatos ab Amadeo Guimenio propos. 11. ex Tract. de Matrim. Qui Author cõsulatur de hoc puncto.

1638 Obseruo octauò, P. Sà V. Debitū conjugale num. 4. dixisse, [Contrahens matrimonium post votum castitatis nõ potest vnquam petere, nisi in gratiam coniugis (est enim id quoddam reddere) au dispensante Episcopo. Quidam tamen aiunt, sola prima vice petentem peccare; postea verò licere ob statum matrimonij. Quod mihi de viro non videtur improbabile; fieret enim alioqui magnum vxori præiudicium, si ipsa cogatur semper petere.] Quibus ex verbis ommissa sunt in exemplari Romano correcto illa quidam tamen, & reliqua sequentia. Cæterum narratio P. Sà fuit verissima, vt compertum erit legenti Thomã Sanchez Lib. 9. de Matrim. Disp. 33. num. 4. qui ex Dominicanis allegat Ioannem de Friburgo, & Ioannem Viguerium. Et si verò Dominicus Sotus in 4. Dist. 38. quæst. 2. art. 1. Conclus. 3. horum, & complurium aliorum antiquorum sententiam omni probabilitate destitutam censeat; at S. Thomas Quodlib. 3. art. 18. in corp. probabilem eam agnoscit, nam oppositam vocat tantum veriore; & loquitur non solum de viro (vt P. Sà) sed etiam de vxore.

1639 Obseruo nonò, P. Sà V. Homicidium num. 15. scripsisse [Occidere in adulterio deprehensam vxorem, vel filiam, itemque adulterum, licere aiunt quidam, alij melius negant.] Quæ verba sic sunt expurgata in Ro-

Romano exemplari, [Occidere in adulterio deprehensam vxorem vel filiam, itemque adulterum, non licet in foro conscientie.] Verum tamen quòd quidam dicant licere; constat ex Sanchez de Matrim. Lib. 10. Disp. 8. num. 37. ex Pontio Legionensi Lib. 9. Cap. 15. num. 4. ex Diana part. 3. Tract. 4. Ref. 223. ex Thoma Hurtado tom. 2. Resolutionum Moralium Tract. vlt. Ref. 5. §. 7. num. 204. & 205. pag. 509. qui opinionem denotatam à P. Sà vt probabilem sequitur absolute; et si soleat inculare auctoritatem correctionum illarum; sequitur, inquam, quoad occasionem auctoritate publica concessa per leges Ciuiles: quo etiam in sensu loquutus fuerat P. Sà cum alijs, ad quos respexit, & quos si vidisset Dominicus Sotus, non dixisset Lib. 5. de Iust. quæst. 1. art. 3. ad 1. [nemini aut Theologo, iurisperito aut Iurisprudencium in dubium cadit, quia contra prohibitionem homicidij mortaliter peccet vir, qui vxorem in flagranti adulterio enecat.]

1640 Obseruo decimò, P. Sà V. Missa num. 32. scripsisse, [Qui coepta Missa recordatur, se non esse ieiunum, pergat, si alioqui sequeretur scandalum: Item si tunc aduertat, esse irregularem, aut excommunicatum, nec ideo fiet irregularis. Quòd si aduertat, se esse in peccato mortali, cõteratur; nec Missam omittat, etiam si possit sine scandalo.] Postquæ verba Corrector adiecit hæc alia, [Debet tamen illud confiteri ante Secreta, si possit sine scandalo, vel quàm primum cõmmodè poterit. Cuius additionis secunda pars per se supponebatur ex Concilio Tridentino Ses. 13. Cap. 7. & primam omiserat P. Sà motus auctoritate Soti in 4. Dist. 13. quæst. 2. art. 6. dicentis in 2. arg. [Si autem est in culpa mortali, etiam si in Introitu Missæ, quando est in altari, sit memor; satis est contritione, & proposito confitendi, vt possit inceptum perficere.] Adherent Soto non solum Sà, sed etiam Henriquez Lib. 8. Cap. 46. §. 3. Tollerius Lib. 2. Cap. 9. num. 2. Castrus Palus Tract. 22. Disp. unica; punct. 11. n. 4. Pasqualigus quæst. 194. de Sacrificio nouæ legis num. 7.

1641 Et quidem Rubricæ Missalis non tradunt expressè, quòd Missa deferenda sit, si ante consecrationem recorderetur Sacerdos, se esse in peccato

mortali. Nam verba illa in tit. de Defectibus §. 8. num. 5. Ante consecrationem autem in supradictis casibus si non timetur scandalum, debet Sacerdos Missam inceptam deferere, possunt intelligi ita, vt solum referantur ad casus immediate memoratos excommunicationis, vel suspensionis, aut loci interdicti. Et de casu peccati mortalis dictum fuerat absolute in num. 4. Si in ipsa celebratione Missæ Sacerdos recorderetur se esse in peccato mortali; conteratur cum proposito confitendi, & satisfaciendi: vbi nõ fit distinctio de celebratione post, vel ante consecrationem. Et vt non fiat, potest excogitari ratio specialis, quia nimirum impedimentum peccati mortalis potest tolli ab ipso solum celebrante, eliciendo contritionem, non sic autem de alijs impedimentis. Vnde fit, vt si deficiat Sacerdos celebrans, & concurrat duo alij, quorum vnus per centuram, & alter per peccatū mortale sit impeditus celebrare, debeat ille supplere defectum eius, qui post consecrationem nõ poterit prosequi Missam, quia etsi habeat impedimentum de iure diuino, proindeque grauius, quàm qui precise est innodatus centura, sed tamen habet impedimentum auferibile ab ipso et per attritionem cū Sacramento poenitentiae; vel per contritionem. Totum hunc discursum à nobis efformatū audient gratè Sotus, alijque præcitari, cõsentes, in casu peccati mortalis non esse nisi de contritione curandum post inchoatam Missam, sed in alijs hanc esse relinquendam, præsertim ante Canticum, secluso scandalo, & graui nota: quod non posse licite fieri vix quisquam asseruit ante Victoriam in Summa num. 79. & 101.

1642 Verba illa Rubricarum §. 8. num. 4. Si in ipsa celebratione, &c. declaraueram Disp. 29. num. 30. quali perinde sonarent, ac post consecrationem, vt sic conciliarem numerum 4. cum 5. Sed postea aduertit, fore, vt alicui videatur declaratio gratis excogitata. Placuit adnotasse nunc ista, ne quid difficultatis occurrentis dissimulareim. Non tamen recedo ab antiqua sententiã, quam tenui in illa Disp. 29. per totam Sect. 3. cū Aureolo in 4. Dist. 9. quæst. 2. art. unico, §. Sed quid si Sacerdos, Nauarro in Manuali Cap. 25. num. 76. Laymano Lib. 5. Tract. 4. Cap. 6. num. 5. & cum alijs ibi citatis. Et ex modo adiectis Layman obli-

obligat ad confitendum, si commodè, & sine vlla nota infamiæ possit Sacerdos, præsertim Canone nondum cœpto. Nauarrus non obligat, vt discedat ab altari, etiam si abique scandalo possit; sed vt, si sine scandalo possit, confiteatur ante Canonem. Aureolus in §. Sed quid de preparante vlt erit ait, Sacerdotem consciuum de nouo in Sacristia redditum peccati mortalis haud cōfessum non teneri exuere sacras vestes, vt adeat quæsiturus Confessarium, tamen si possit absq; nota infamiæ, ante egressum ad altare. In quo non assentior Aureolo.

1643 Obseruo vndecimò, P. Sà V. eodem num. 4. scripsisse, [Est & panis etiam, qui ex aqua non naturali fit, et si quidam non putent idoneum cōsecrationi: ego cum alijs puto.] Corrector autem sic mutauit, [Secundum aliquos est etiam panis, qui ex aqua non naturali fit, quem proinde putant idoneum cōsecrationi. Sed communis sententia est contraria.] Cæterum si ab ea recessit Sà, accessit ad Caietanum 3. p. quæst. 74. art. 7. ad 3. Et in Rubricis Missalis tit. de Defectibus §. 3. num. 2. panis confectus ex aqua rosacea, vel alterius distillationis non dicitur esse materia certò idonea, sed dubia. Quarum Rubricarum verba cum retulisset Martinus quæst. 74. dub. §. 3. num. 38. pag. 106. subiungit in num. 99. [Oppositum tamen tenendum cum D. Thoma art. 7. ad 3.] Quare, fatente Martino, Rubricæ Missalis non sunt omnino conformes cum Angelico Doctore.

1644 Obseruo duodecimò, P. Sà scripsisse in eodem V. num. 11. [posse fieri ex stola cingulum, & contra, sine alia benedictione] Expunxit verò Corrector illud & contra: quod quidè à Sà desumptum fuerat ex Paludano, & Syluestro, quorum verba exarat, & approbat Martinus quæst. 83. dub. 19. §. 3. num. 13. pag. 819.

1945 Obseruo decimò tertio, P. Sà scripsisse in eodem V. num. 17. [Potest quis ex causa aperto capite celebrare, vel amictu, vel pileolo, saltem vsq; ad consecrationem; vitandum tamen scandalum, & expedit fieri de licentia Episcopi.] Ex quibus verbis illud expedit mutatum est à Correctore in debet. Sed P. Sà strictior fuit, quam Nauarrus, qui dixit Lib. 3. Consiliorum in 4.

(vel 7. iuxta varias editiones) numero 6. [Licet ex iusta causa alijs nota, & manifesta celebrare, præsertim vsq; ad cōsecrationem, capite velato aliquo velamento honesto ad resistendum frigori, vel dolori capitis instari, etiam sine dispensatione.] Grauisimi huius Doctoris consilium illud breuiavit P. Sà, sed restrinxit, quatenus saltem expediret petere ab Episcopo facultatem. Quid post Nauarrum, & Sà sit præscriptum, dixi in Diss. 27. Sect. 2. Pro cuius illustratione addo, S. Pachomium num. 10. Regule dictate ab Angelo iussisse, vt nullus haberet opertum caput meditationis tempore; fuisseque de more omnium Christianorum, non exceptis etiam Imperatoribus, vt quotiescumque Dei Basilicam ingrederetur, aperto eas capite ingrederentur; quæ quidem Paulus Apostolus primus induxit, atque omnibus in Christiana Republica obseruandum mandauit, vt apud Baronium anno Christi 912. num. 2. ait Aretas Archiepiscopus Cæsariensis detestans ingressum Ecclesiarum ab Alexandro Imperatore capite cooperto, quem rerum sacrarum cōtemptum puniuit Deus horribili morte. Narraturque in Vita S. Melaniae Iunioris apud Surium 3. 1. Ianuarij viguisse apud Romanos legem, vt nullus vir, nec mulier ad Imperatorē, aut Imperatricem operto capite accedent.

1646 Obseruo decimo quarto, P. Sà scripsisse in eodem V. num. 19. [Super mare, aut fluvium, si timeatur sanguinis effusio, celebrare non licet; si non timeatur, putarim licere.] Corrector subiunxit, [Sed standum erit consuetudini receptæ.] Quod utique sub intelligebatur in P. Sà. Quæ verò iam sit consuetudo, exposui latè in Diss. 23. Sect. 8. Traduntque Antonius Valconcellus Lib. 5. de Angelo custode Cap. 12. p. 3. num. 9. Henricus Engelgraue in Pantheo cœlesti in octaua SS. Corporis Domini sub Sacramento mirabili in 1. mirabili pag. 379. virtute Sacrificij huius diuinissimi celebrati in nauibus mare mitescere, & ventos reddi pacatiores, vt sæpe fuit comprobatum experientia in nauigationibus ad Indiam Orientales, quàm Occidentales; ad has quidem postquam P. Ferdinandus de Villafañe, insignis è Societate nostra Missionarius in Noua Hispania Provincia, primus auspiciatus est facere rem sacram in nauibus, vt refert P. Andreas

Pe.

Perez de Ribas Lib. 5. Historia Proincia illius Cap. 23. pag. 355.

1647 Obseruo decimo quinto, P. Sà, V. eodem num. 23. scripsisse, fore, vt [Sabbato sancto, si abut scandalum, liceat quarta hora post meridiem celebrare.] Quæ verba cancellata sunt à Correctore; sed P. Sà accepit illa ex Nauarro Cap. 3. de Oratione num. 43. vbi ait, [Licet Sabbatis sanctis recepta iam consuetudine liceat sacrificare, siue celebrare Missam, & recitare Noham ante meridiem; non tamen est illicitum, etiam post id facere, etiam post tertiã, aut quartam post meridiem, modò sine scandalo fiat.] Similiter Sà in num. 51. retulit quæ legerat in Nauarro, sed quæ postea eidem Nauarro visa sunt minus vera, vt constat ex Cap. 19. de Oratione num. 88. & quæ nec Sà auderet facere, nec improbare, vt ipse ait; & quæ omituntur omnino à Correctore. Similiter Sà in num. 27. loquutus est ex doctrina Nauarri Cap. 25. Enchiridij num. 85. Verum tamen totus ille num. 27. conuersus est in aliam formam à Correctore. Videatur num. 19. nostra Diss. 21. & Authoribus ibi allegatis adiciantur Maiolus Lib. 3. de Irregular. Cap. 24. n. 1. Flavius Cherubinus in Scholio 1. ad Clementis VIII. Constitit. 108. Nec minore transformationem passi sunt nn. 43. & 44. et si siue approbando, siue referendo contineant opiniones satis celebres, & Authorum illustrium, & ex Familia Dominicana. Vnde Martinus quæst. 83. dub. 8. §. 2. num. 9. pag. 718. allegat P. Sà in num. 44. pro opinione, pro qua multos alios Authores ex suis, & extraneis. Mirabileque est, num. 44. P. Sà fuisse transmutatū in hunc sequentis tenoris [Illud certū est, Sacerdotem, si vni debeat vnam Missam, & alteri alteram, non satisfacere, si vnam dicat pro utroque simul.] Mirabile, inquam, est, nam si debitum non proueniat ex competente stipendio accepto seorsim ex vno, & altero, neutiquam certum est id, quod à Correctore dicitur, vt comperitum erit legenti Martinium supra toto §. 2.

1648 Obseruo decimo sexto, P. Sà V. Missæ auditio num. 9. scripsisse, [posse secundum quosdam audiri missam suspensū etiam denunciati, si abut scandalum, quod nullo iure id prohibeatur.] Corrector autem ultra scanda-

lum exclusit etiam cooperationem; & præterea dixit, colligi oppositum ex C. Vestra, & C. Quæsitum de cohab. & C. Nullus, & C. Præter hæc Dist. 32. Rursus cum in V. Suspendio num. 15. Sà scripsisset, [Nullo iure prohibetur quis vitare suspensos, & denunciatos in diuinis: quidam tamen dicunt, mortale esse, cum suspensio à diuinis, & denunciatio communicare,] Corrector emendauit sic, [Nullo iure iubetur quis vitare in diuinis suspensos, nisi denunciatos, &c.] At id, quod Sà dixit posse fieri secundum quosdam, & quod ex propria etiam mente dixit non prohiberi, est communissimum apud Doctores tam antiquos quàm recentēs, tam Canonistas, quàm Theologos. Legantur Leander Tract. 2. de Præceptis Ecclesiæ Diss. 2. quæst. 11. Tract. 4. de Censuris Diss. 3. quæst. 41. & 42. Gibalinus de Censuris Diss. 8. quæst. 1. num. 6. quo posteriori Authore lecto nulla remanebit cura de illis textibus. Oblitusque est Corrector emendare posteriorem partem num. 15. in V. Suspendio, cum deberet, priori emendata.

1649 Obseruo decimo septimo, P. Sà V. Eucharistia num. 20. scripsisse, [posse statim comedi post communionem, quidam dicunt: mihi non probatur, sed nec reprehenderim facientes,] [ex rationabili causa,] addit Corrector. Cæterum à Martino quæst. 80. dub. 10. §. 7. n. 61. & duobus seqq. pag. 346. & 347. probatur quod non à Sà, & cum in n. 64. idem Martinus alleget, nō esse peccatum veniale, etiam si fiat siue aliquali causa; non reprehenderet facientes siue cum, siue sine illa. Requebatur antiquissimis temporibus causa, & grauis admodum ob rigorem Canon. Tribus gradibus de Consec. Dist. 2. Vnde S. Proculus Episcopus Interamnenis delatus fuit apud Summum Pontificem, eo quod nocte Missas celebraret, ac repente post communionem sumptam, cibum acciperet, vt tradit S. Antoninus 3. p. Hist. tit. 24. Cap. 13. §. 3. Sed apparuit in visu nocte Angelus Pontifici mandans, vt Proculum non molester in quoquam, quia quæ ab eo gesta sunt, recte, & iuste facta sunt. Contraxerat enim vir Dei à temporibus retroactis inprimis rem quandam stomachi, propter quam oportebat, eum sic intempestiue cibum sumere, ne deficeret; & proinde cupidus non omitrendi Missam ob fractum ieiunium, peragebat eam in nocte: iam rigorem

Can.

Carr. illius contraria consuetudo leniuit.

1650 Obseruo decimo octa-
no, P. Sa eodem V. num. 31. scripsisse,
[Non est necesse, Sacerdotem, cum com-
municat extra Sacrum, habere stolam.]
Corrector adiecit, [Ita aliqui docent;
sed oppositum est in usu, & sequendum.]
Dixit idem ipsum, ac P. Sa, Nauarrus
Cap. 21. Enchiridij num. 54. cum Sylue-
stro V. Sacerdos num. 4. nec tamen his
quidpiam adijcitur.

1651 Obseruo decimonono,
P. Sa V. eodem num. 32. scripsisse, [pos-
se Laicum communicare se ipsam in
necessitate, quidam putant, alij ne-
gant.] Quae verba praeterita sunt a
Correctore ex causa mihi prorsus igno-
rata, nam questio de potestate illa Lai-
ci est valde vulgaris, & pro vna, ar-
que altera parte militant Doctores nu-
mero, & grauitate praestantes, vt vide-
re est in Martino quest. 82. dub. & §. 3.
pag. 637. & duabus seqq.

1652 Obseruo vigesimo,
P. Sa V. eodem num. 33. scripsisse, [Non
prohibetur bibi vnum dolij, in quod
forte ceciderunt aliqua sanguinis con-
secrati guttulae.] Haec etiam verba omis-
sa sunt a Correctore; sed a P. Sa sunt
accepta ex Dominico Soto in 4. Dist. 10.
quest. 2. art. 8. §. Ad haec vero, & forte
etiam ex sensu Petri Paludani, cuius, &
aliorum Theologorum sententiam co-
cordem cum approbata a P. Sa videre
est in Martino quest. 77. dub. 7. §. 2. n.
25. & seqq. pag. 360.

1653 Hactenus de selectis obser-
uationibus circa correctiones nonnul-
las P. Sa, omisis multis alijs, & non
interposita nunc censura nostra erga
opinionem ipsam. Sed non possumus non
monere, esse nobis ignotum, quemnam
ex illis correctionibus sint authenticae.
Vidimus editiones P. Sa iuxta corre-
ctum Romanum exemplar; sed quisnam

emendarit, latet nos. Si Magister Sacri
Palatii: magna dignum est estimatione
eius iudicium. Sed in Expurgatorijs
editis a S. Inquisitione Hispaniae anno
1612. & 1632. dicitur quod iam retu-
li Disp. 25. de Sacrif. Missae num. 34. & in
nouissimo anni 1640. iubetur tantum-
modo, vt apponantur duae notulae ver-
bis Absolutionum. 9. Confessio. num. 14.
sicut & multis alijs Authoribus, qui
scripserunt ante quoddam Decretum
Clementis VIII. Monemus secundo,
non magis fama esse vulgatum, quod
Magister Sacri Palatii emendauerit Pa-
rrrem Sa, quam quod iussu Pij V. abra-
sa sint aliqua de Commentarijs Caietani in
Summam S. Thomae; & tamen Marti-
nius quest. 82. dub. 7. §. 1. num. 3. pag.
655. suspicatur, [factam esse id poste-
rius nimio zelo eorum, qui editioni praer-
erant, & quorum diligentiae reuictio
erat commissa. Vnde impune postea
alios habuit sectatores Caietanus.] Et
quest. 78. dub. 5. §. 1. num. 8. pag. 388.
dixerat idem Martinus, [Doctrina Cai-
etani tam variam experta est fortuna,
vt in editione Romae facta anno 1570.
iussu Pij V. non extet totus iste Com-
mentarius, neque in alijs editionibus
subsequentibus. Nescitur, an principi-
te ipso Summo Pontifice, vel solum ex
ordine Eminentissimi Cardinalis Vin-
centij Iustiniani ex Ordine Praedicatorum
assumpti, & Magistri Thomae Manri-
que, Sacri Palatii Apostolici Magistri,
quibus cura editionis Operum D. Tho-
mae demandata est a Sanctissimo; vel
quia tunc temporis Magister Bartho-
lomaeus Spina, etiam Magister Sacri
Palatii, acriter hanc doctrinam impug-
nauit, & opposita nimis inualuerat. Sed
iam praesenti saeculo haec est in Scholis
communior, & receptissima.]

Sic ille. Nec ego plura de
re hac.

(?)



PARERGON XXI.

Defensionis in Opere de Sacrificio Missae terminus. Num Rubrica

Romani Missalis contineant aliquid contra, vel saltem praeter doctrinam S. Tho-
mae? Opportuna ad hominem illatio de non aduersa eidem S. Doctore
opinionem liberante Deiparam a noxa originali. Dicitur non-
nihil de attentione requisita in Sacerdote
celebrante.

1654



ARTINIUS
q. 83. dub. 22.
n. 2. pag. 846.
aduertit, Ru-
bricam Missalis
Romani re-
cognita a Cle-

mente VIII. titulo de Defectibus §. 4. n.
5. non praescribere quid contra S. Tho-
mam quest. 83. art. 3. ad 4. tunc quia S.
Doctorem non loquitur, vt Rubrica, in
casu de scandalo, tum quia hoc in 4.
Sect. Dist. 13. in Expos. litterae docuerat vt
probabile; quod in Rubrica praeteribi-
tur. Hanc aduertentiam videretur Mar-
tinus dirigere contra me Disp. 19. sect.
9. & quia ex errore Calcographi posi-
tus est apud me in allegatione Rubricae
numerus 4. pro 5. transcripsit etiam il-
le numerum 4. pro 5. Sed ego non dixi
xi, Rubricam esse contra S. Thomam;
et si reuera sit praeter, nam attingit ca-
sum de scandalo omissum a S. Thomae;
ideoque dixi in Sect. 30. num. 395. Ru-
bricam addidisse aliquid ultra dicta a
S. Thomae. Quo in loco monui de alijs
Rubricis discordantibus a S. Thomae,
& de vna ex illis fatetur Martinus ad-
ductus iam in num. 1643.

1655. Nec praetereunda
est Rubrica in §. 8. num. 5. vbi
dicitur, Si Sacerdos recordetur, se esse exco-
municatum, vel suspensum, aut locum esse in-
terdictum, similiter conteratur cum proposito
petendi absolutionem. Ante consecrationem
autem in supradictis casibus, si non timetur
scandalum, debet Missam inceptam, desere-
re. At S. Thomas quest. 83. art. 3. ad 2.
tantummodo dicit, esse tutius desere-
re Missam. Non me latet, affirmari a
Pasqualigo in quest. 194. num. 10. ver-
bum debet in Rubrica illa non significa-
re nisi solam decentiam, vt solent non
raro iuxta l. Non solum §. 1. ff. de Nouis
oper. nunciat, notatque Glossa in l. 3. V.

Debent C. de Pignoribus, & aliquando sig-
nificat solam facultatem, docente
Glossa in l. Obseruare §. Fori, ff. de Offic.
Proconsul. Quod verum est; sed simul
etiam est verum, significare sepe obli-
gationem; & hoc in sensu accipien-
dum ad numerum illum 5. ostendit
significatio ad numerum 3. vicinum,
in lecta communiter de obligatio-
ne, eaque graui, conformiter ad Con-
cilium Tridentinum Sess. 13. Cap. 7. fa-
tenteque ipso Pasqualigo in Sacra Mo-
rali Doctrina Disp. 116. Sect. & num. 1.
Sed hoc omissio.

1656 S. Thomas in 4. Dist. 13.
in Expositione litterae non exprimit ca-
sum de scandalo, vt expressit, & addi-
dit Rubrica; sed tantum ait absolute,
quod in casu de sumptione corporis,
vel aquae ante animaduersum defectum
vini in calice, probabile sit, non esse
opus consecrare nouam hostiam, sed
solummodo vinum aqua temperatum.
Id quod non dicitur absolute in Rubri-
ca, sed potius dicitur, consecrandam
esse nouam hostiam; & apponitur li-
mitatio de celebratione in loco publi-
co, vbi plures adsint, nam tunc ad-
euitandum scandalum conceditur, vt
non consecratur noua hostia. Sine
qua limitatione multi Doctores sua-
dent id, quod esse probabile dixit ab-
solute S. Thomas, in Expositione illa
litterae, & inter eos Iacobus a Viatri-
co Cap. 38. Hist. Occidentalis pag. 442.
Marsilius in 4. quest. 6. art. 1. fol. 513.
cum Thoma Argentiniensi, Nicolaus
Plovius in Tract. Sacerdotali tit. de Eu-
char. §. de Cautelis seruandis ex parte Sa-
cerdotis fol. 21. Martinus de Pines in
Speculo moralis, & practico parte 2. Cap.
& num. 5. Pasqualigus quest. 299.
n. 4. cum Ludouico a S. Ioanne, & cum
Hieronimo Garcia. Alij vero sequuntur

Qq

S.

S. Thomam 3. p. q. 83. art. 3. ad 4. vt Monaldus in Summa, tit. de Missa §. 2. Michael de Palatio in 4. Dist. 8. Disp. 5. §. Ceterum pag. 254. Holkot, & S. Antoninus, nam absolute inquirunt, consecrandam esse quam hostiam.


1657. Per me non sit S. Thomæ contraria Rubrica, eo quod S. Doctori in Expositione illa litteræ sit conformis, esto non sit concolor eidem S. Doctori 3. p. q. 83. art. 3. ad 4. Inde enim appositè inferam, opinionem de immunitate Deiparæ Virginis à peccato originali in primo instanti naturali sui esse non esse oppositam S. Thomæ, nã in 1. sent. Dist. 44. quest. 1. art. 3. ad 3. & alibi fauet ei opinioni, et si 3. p. quest. 27 art. 2. videatur non fauere. Sufficiat indicasse hoc argumentum ad hominem.

1658. Eodem Dub. 22. ex n. 4. usque ad 9. pag. 847. & 848. tractat Martinus, num peccet mortaliter Sacet-

dos celebrans sine vlla interna attentione? De qua quæstione ego in Disp. 30. ex num. 158. usque ad 171. Sed post me ipse nihil notabile addit, nisi tuum suffragium pro Thomâ Tamburino, & Antonio de Quintanaduënas, & quâdam censuras (de quibus videndus est Pasqualigus in quest. 1315. n. 5.) quendamque locum Nauarii Cap. 2. de Oratione num. 5. In cuius compensationem invito ego, vt legat hunc Nicolai Plouij Tract. Sacerdotali tit. de Sacramento Eucharistiæ fol. 14. [Licet intèrio tempore est necessaria de substantia, non tamen attentio. Vnde si mens rapitur, vel aliàs ex infirmitate, vel negligentia, vel incuria, non ideo est minus consecratum, quàm si fuisset attentio. Peccat tamen illè, qui consecrat, & non intelligit, & se non recolligit,

quantò attentius potest, ad consecrationem.]

Sic Plonius.



INGRESSVS AVTHORIS AD defensionem sui ipsius in Opere de Sacramento Eucharistiæ, sitque vnus, aut alter regressus ad Opus de Sacrificio Missæ.

1659



ERCVRRI ea, quæ in quæstionibus de Sacrificio Missæ à Magistro Ioanne Martinez de Prado elaboratis eminent contra me, dissimulatis multis minoris momenti, aut ad me specialiter non attinentibus. Gestiebar calamus glossare eodè modo quæstiones eiusdem Magistri circa

Sacramentum Eucharistiæ. Sed timeo Lectorum fastidium, si nimium immorer in his mei defensionibus. Quare breuior ero tum ex causa dicti timoris, tum quia istis in quæstionibus pauciora habet aduersus me, etsi non minori dignatione lectitarit meum de iisdem Opusculum.

PARER-

PARERAGON XXII.

Miscellanea ex varijs, in quibus se Aũthor defendit, pertinentibus ad Eucharistiam tum vt Sacramentum, tum vt Sacrificium.

1660



IXI ego in Disp. 2. de Sacramento Eucharistiæ num. 1. [Species consecratas panis esse Sacramentum

speciè totali infima diuersum ab specièbus cõsecratis vini, videntur docere Maior in 4. Dist. 8. q. 1. Gabriel ibidè q. art. cõclus. 2. & lect. 53. in Can. Missæ; Aureolus apud Capreolum Dist. 8. q. 1. argument. contra 2. conclus. Sed per imposturam, vt notat Tannerus Disp. 5. q. 1. dub. 2. n. 16.] Ad quæ Martinus ait quest. 73. dub. 4. §. 1. num. 2. pag. 31. [Id non affirmarent, si Capreolum legisent. Non refert Capreolus hoc; quod vtrique imponitur. Sed solum ait Capreolus, Contra secundam conclusionem arguit Aureolus probando; quod istud Sacramentum non sit dicendum vnum vnitate integritatis præcisè. Qui ergo imposturæ in hoc arguit Capreolum, ipse videat, ne impostor sit pronuntiandus, quia incidit in foueam, quam fecit, quia Capreolus non refert, quod ipsum referte ei imponitur.] Sic ille.

1661. Si responderem, meloquutum esse ex fide Tanneri, Theologi valde experti in lectione veterũ, petendamque esse ab eo rationem dicti illius, satis, superque esset. Sed quia legi, & relegi Capreolum, & non tantum adhibui fidem Tannero, respondeo, me non esse impostorem; neque incidisse in foueam, quam feci. Nam Capreolus proposuit sic secundam cõclusionem, [Eucharistia est vnum Sacramentum, & non plura Sacramenta.] Et postea contra hanc conclusionem refert Aureolum, eumque solum. Ergo denotat, Aureolum sentire, Eucharistiam esse plura Sacramenta. Et ita visum est non modò Tannero, & mihi, sed etiam Suarzio Disp. 39. sect. 3. V. Propter hæc, Vazquo Disp. 168. Cap. 5. n. 1. Cardinali de Lugo Disp. 2. Sect. 5. n. 1. Si sum lycophata, cum his sum, si decidi in foueam, erit misero solatiũ

socios habere tam magnos viros è Societate. Et extra eam habeo Araujum 3. p. q. 73. art. 2. dub. 1. n. 44. Cornejum ibi dub. 1. n. 3. Qui sũt Thomistæ. Omitto quære re alios. Quænam autem fuerit opinio Aureoli, si non fuit, Eucharistiã cõstare duobus Sacramentis (speciè infima totali diuersis, declarat Tannerus, nos ceterq; ex atrèta lectione eiusdem Aureoli in 4. Dist. 8. a. 2. §. Prima negatiua est.

1662. Dixi in Disp. 4. n. 19. probabile esse, quod cũ Martino de Ledesma Dominicano asseruit Ioannes Martinonus Iesuita de licita consecratione in vino non lymphato, si aquæ copia non sit in vrbe obfesa, vbi ciues grauitèr egeant communionè, aut si aliquis sit in articulo mortis subeundæ sine Eucharistiã, quia non suppetat aqua miscenda cũ vino in Sacrificio Missæ. Displicet Martino quest. 73. dub. 9. §. 2. n. 28. & 29. pag. 132. mea hæc censura de probabilitate, [quia est contra praxim Ecclesiæ, cõmunemq; Theologorũ, & quia nec moraliter deest aqua, &c.] Sed parcere mihi potuisset ob exhibitũ obsequium erga Dominicanũ Theologũ Martinũ Ledesmiũ. Et præterea cũ defectus aquæ non sciatur hætenus contigisse, & iuxta ipsum Martinũ moraliter nõ possit cõtingere, non intelligo, quo pacto possit esse contra praxim Ecclesiæ, vt mente cogitemus consecratione vini nõ lymphati, si (per possibile, vel impossibile moraliter) accideret defectus ille. Obijceretur bene praxis Ecclesiæ, si nõ fuisset intèrata consecratio vini nõ lymphati, etiam si sæpe euenisset illè aquæ defectus, cùm obfesa essent vrbes, aut fideles indigentes viatico periclitarentur extreme. Viretius quod moraliter nõ possit deesse aqua, non est ratio, quæ valeat quidquã ad improbandã eã opinionẽ procedentẽ non in euentu assertõ, sed excogitabili; siue per possibile; siue per impossibile; & vt solet dici, propositio conditionata nihil ponit in esse. Tandem etsi Theologi moderni cõmuniter non probent sententiam Ledesmi, sed non solent inuere re ei

Qq 2 no 2

notam improbabilitatis. Ait quidem Leander, contrariam esse sibi certissimam. Sit sibi certissima; sed ut persuadeat nobis tantam certitudinem, non videmus nisi allegationes Suarij, & Villalobi, atque Dicassilli non loquentium cum certitudine in gradu superlativo, imò neque in positivo.

1663 Martinius *quæst. 74. dub. 10. ex pag. 133. usque ad 151.* agit de celeberrima illa questione, an aqua infusa calici conuertatur per verba consecrationis in sanguinem Christi, si non fuerit præconuersa in viam? aitque §. 1. n. 6 se de ea agere, ut mihi inter alios affirmatiuæ partis Authores respondeat. Vnde in §. 3. n. 21. & duobus seqq. nec non in §. 6. n. 68. recitat nonnulla ex meis fundamentis, quæ dicit fuisse à me accepta ex anterioribus Authoribus, excepta una, aut altera ratione. Et certum est, me ex eis profecisse, nã ex nihilo non potest aliquid fieri nisi à solo Deo. Sed semper divulgo, & laudo eos, per quos proficio, semperque conor addere aliquid aut à auctoritate, aut à ratione, & cum nihil addendum occurrit, remitto me ad alios, qui materiam exhausterunt. *Frustris legendi est* (monebat Macrobius *Lib. 6. Saturnalium Cap. 1.*) *emulari ea, quæ in alijs probes, & quæ maxime inter aliorum dicta mireris, in aliquem usum tuam opportuna deriuatione conuertere.* Et ita procuravi in ea questione, de qua tractavi *Disp. 4. Sect. 3. & tribus seqq.* Et quãdo ipse Martinius necessariũ duxerit occurrere ijs, quæ nouissimè opposui contra suam sententiam negatiuam, timueritque, ne Lectoribus viderentur allicuius momenti in meis scriptis contra eam, signum non leue est, quod actum non egerim. Et ingenuè dico, omnia ab ipso fuisse pleraque à me opposita, & ad non omnia non videri à me nisi responsiones anteriorum Doctorum suæ opinionis transcriptas verbatim; cum tamen in meis argumentis post plerumque ex illis lectos fuerint præoccupatè. Sed de hoc in secunda editione Operis de Sacramento Euchar. Et iam questionem illam non nihil locupletauit *Disp. 29. de Sacrific. Missæ num. 106. usque ad 112.*

1664 Nè vero hinc abeam sine aliquo indicio nouæ industriæ circa illam, legantur verba hæc Synodi Diocesanæ Colonienis sub Adolpho Archiepiscopo in *Statutis tit. de Inquirendis*

*ab hereseos insinulatis, Vinum aqua mixtum transubstantiatur in sanguinem Christi: Hæc etiã Authoris Anonymi antiqui de Vidua Sareptana Lib. 2. Homilia, & Cap. 5. Qui aquam pro nobis figuratè oblatam, & vinum pro se oblatum in veritatem, & unitatem sui sanguinis mutat in suo, & nostro Sacramento, in hoc ostendit, quia multo magis nos secum vinum faciet in regno. Video, posse dici, eum Authorem aut loqui demutatione mediata aquæ, aut corrigendum esse, si de immediata loquatur. Sic enim ad alios antiquos PP. respondet Grauius *Lib. 4. Catholicarum præscriptionum art. 8. ad 29. pag. 62.* Sed priorem expositionem excludit loquutio omnino vniformis de mutatione vini; & posterioris correctionis remedium non esse necessarium ostenderunt satis Theologi multi, qui de illius opinionis sanitate persuadenda curarunt ante, & post Grauiam.*

1665 In *Disp. 8. n. 83.* scripsi, [Durandus, & Maior, non discernentes quantitatem ab extensione actuali locali partium substantiæ, accidentiũque materialium, aiunt consequenter, Christum in Eucharistia carere quantitate. Quorum causa etiam male audiat apud plures Theologos, & Sotus scribat,] *Quauis Aristoteles existimauerit, de intrinseca ratione, & definitione quantitatis esse extendere corpus in ordine ad locum, nihilominus Fides nos contrarium admonet, non video, quã ex meritis ira taxetur.* Transcribit has, & quadraginta nouè lineas sequentes Martinius *q. 76. dub. 53. n. 26. pag. 266. & 267. & subiungi in num. 27.* [Merito tamẽ Theologos omnes damnasse, & nunc damnare illã sententiã ad minus ut temerariã, quã adduximus à n. 9. satis demonstrant. Quauis enim existentia quantitatis corporis Christi in Eucharistia non habeatur in Sacra Scriptura, nec in definitione Conciliorum, non ideo tutè negatur.] Sic contra me sub nomine cuiusdam Neoterici Societatis IESV, citata *Disp. Sect. & num. mei Operis.*

1666 Sed in primis ego dixi, me non videre, quã ex meritis causa Durandi, & Maioris taxetur tanquam contra Fidem, [quia etiam nos admonet Fides, substantias corporis, & sanguinis Christi non existere extensas actualiter in loco specierum; at habere ibi quantitatem, nullo Scripturæ Sacra-

ora,

oraculo, aut Ecclesiæ decreto constat:] & cum inde non constare fateatur Martinus, ergo rectè illud dictum est à me; quidquid sit, an causa Durandi, & Maioris aliam censuram inferiorem mereatur; nempe censuram temeritatis. Deinde non omnes Theologi damnant in sensu à me declarato illam sententiã: Theologus est, & non gregarius, P. Petrus Fonseca, nec tamẽ damnat, sed potius approbat *ad Lib. 3. Metaphysicæ Cap. 13. quæst. 1. Sect. 3.* & respondens ad difficultatẽ de corpore Christi in Eucharistia inquit *Sect. 4. in fine,* [Quod obiectum est de sacro Eucharistiæ mysterio; facile hac ipsa distinctione diluitur, nempe distinctione ordinis partium in toto, & ordinis partium in loco. Nam magnitudo corporis Christi tantam habet extensionem prioris generis, quantum habet in Cœlo: Ceterum quod attinet ad posteriorem, nullam prorsus sub eis habet, cum modus existendi in eo Sacramento, non sit modus existendi in loco, ut obiectum est.] Ita Fonseca. Sed & Nicolaus Cabeus, Theologus etiam non vulgaris, *ad textum 9. Lib. 4. Meteorologicorum Aristotelis quæst. 4. pag. 150. tom. 4.* etiam dissentiat ab illa sententia, ait tamen, [posse sustineri absque villo periculo in rebus fidei, nullaque ratione esse censurandam,] Qui Theologi pro multis sufficiunt, ideoque non aggredior alios.

1667 Et quidem explicata hoc modo sententia Durandi, & Maioris nulli censuræ est obnoxia; solùmque disputari potest, an actualis localis extensionis defectus corporis; & sanguinis Christi in Eucharistia dicendus sit, necne; defectus quantitatis? Iuxta sententiam Durandi, & Maioris ita dicitur; salua prorsus Fide, omnibusque locis Theologicis, à quibus qui discedat, non sit immunis à censura aliqua: Iuxta aliorum sententias non ita dicitur. Nemoque vique ad Martinum censurauit defectum quantitatis corporis, & sanguinis Christi in Eucharistiæ Sacramento, sumpta quantitate pro actuali locali extensione; & quanvis plerique Philosophi, ac Theologi sumant quantitatem pro alio prædicato non involuente præfatam extensionem; ast hæc causa non pertinet ad Fidem, nec ad eas Theologiæ regulas, quas non obseruare sit temeritas. Non nego, aliquos loqui

asperè de opinione Durandi, & Maioris; sed eam non intelligunt eo modo, quo nos, & quo defenditur à Fonseca, ab alijsque Neotericis, respiciuntque; ad quosdam appendices insinuat, vel expressas à duobus illis Theologis, sed quas indistinctio quantitatis ab extensione actuali locali rei corporeæ non afferat ineuitabiliter secum:

1668 Virget Martinus, [nec existentia quantitatis corporis Xpi (quod est super omnes Cœlos, & de quo ait D. Thom. 3. p. q. 57. art. 4. ad 2. quod nihil prohibet corpus Christi esse extra totã continentiam Cœlestium corporum, & non esse in loco continente) tutè negaretur; & tamen non habetur in Scriptura, nec in Concilijs, quia habetur ratione Theologica.] Sed contra, nã ideo non negaretur tutè quantitas corpori Xpi existenti vel intra, vel supra Cœlum Emphyreũ, quia non tutè negaretur extensio actualis localis in loco extrinseco siue reali, siue imaginario. At in Eucharistia tutè, imò debite ex Fide negatur prædicta extensio, proindeque quantitas in opinione Philolophica non distinguẽt vnã ab aliã. Et sic etiam discurrit P. Arriaga *tom. 7. Theologiæ Disp. 37. Sect. 1. n. 3.* Postem plura dicere circa id, in quo offedit Martinus; sed hæc sufficiunt. Ego tamẽ loquẽ abertã à suspitione de offendiculo, ut potius putarẽ, me fecisse operẽ pretium conciliãdo sententias vulgatas de natura quantitatis cum Fidei principijs de Sacramento Eucharistiæ, sic enim hoc redditur minus difficile creditum.

1669 Dixi ego in *Disp. 10. n. 68.* [leuitatis non insinulandum à me Theologũ, qui ob argumẽta quẽdã expensa in numeris præcedentibus affirmaret, Xpi animã in Eucharistia non posse naturaliter, aut sine nouo miraculo elicere actum intellectus, & voluntatis. Præstat tamẽ, à cõmuni sententiã non recedere.] Legit hæc Martinus, & *q. 76. dub. 14. §. 3. n. 13. pag. 318.* inquit, [Vnde sine fundamento Neoterici insinuant, Christum in Eucharistia non posse sine nouo miraculo elicere actus intellectus, & voluntatis. [Quæ narratio non est fidelis, seu cõformis meis verbis. Et præterea subtrahuntur argumenta, ex quibus mihi visum est, mouendũ non leuiter aliquẽ Theologũ ad eã assertionẽ. Ratioque Martini in contrarium nullius est vigoris, cũ ait;] *opus est nouo miraculo, quãdo prius*

Qq3

mira-

miraculum existentiae Christi in Eucharistia sine modo quantitativo non affert impedimentum internis operationibus merè spiritualibus.] Ego cerè non ex defectu modi existendi quantitativè, sed aliunde argumentatus sum: nec possem, nisi stupidè, arguèntari ex defectu illo, quandoquidem illo non obstante animus noster intelligat naturaliter, & amet.

1670 Martinus *qu. est. 80. dub. 2. §. 3. num. 31. pag. 483.* notat, non rectè fuisse intellecta ab Alfonso Vazquez de Miranda quædam post S. Bonaventuram in 4. *Dist. 45. in expof. textus dub. 3.* à me scripta in *Disp. 14. num. 5.* Cuius beneficij memoriam benevolentia colam perpetua, nam et si in *Disp. 28. de Sacrif. Missæ, sect. 22. & 23.* saluum me servaverim à discrimine obliquæ illius intelligentiæ, magni refert approbatio tam docti Magistri. Qui in §. illo 3. *ex num. 25. usque ad 34.* se totum mihi adaptat; ut & in *dub. 10. qu. est. 79. ex pag. 453. usque ad 467.* prout contabit legenti quæ ego habeo in *Disp. 13. de Euch. ex num. 53. usque ad 58. & in Disp. 15. de Sacrif. Missæ n. 9.*

1671 Circa litam verò questionem, an Sacramentum Eucharistia maneat in Cælo? tractatam à Martino in *lib. illo 2. qu. est. 80. §. 2. ex pag. 478. usque ad 481.* videantur quæ prius fuit à me dicta in *Empyreologia, Exercit. 24. & in de Euch. Disp. 14. ex num. 6. usque ad 10. & in de Sacrif. Missæ Disp. 11. num. 13. Disp. 19. num. 3.* compertumque erit, quam uniformes sumus. Et ut accelsionem faciat ei quæstioni, consulat Ioannem Vitalem in *Speculo Morali totius Scripturæ sacræ fol. 89.* Petrum de Alliaco, & Goscalum, quorum verba refert Benedictus Verrierus in *Magn. Concilio Ecclesie militantis pro veritate Eucharistie fol. 92. & 100.* Carthagena *Lib. 9. Homilia 12. de Euch.* Authorem Destructorij vitiorum *p. 6. Cap. 46. lit. B.* Guilielmum de Rubione *prefatione in 4. Sentent.* Petram Aquilanum in *4. Dist. 1. qu. est. 2. §. Ex his, Maximilianum Sandæam in Theologia Medica Lib. 2. Commentario 1, in notis pag. 21.*

1672 In *Disp. 14. de Euch. n. 50.* attigi illam questionem, an infirmo, qui, non existens in periculo probabilis mortis, nequiret absque gravi salutis nocumento differre potionem

aliquam, liceret post hanc communicare, quando urgeat præceptum communionis annuæ? dixique, Præpositum respondisse negativè, & meritò, de ipsoque Leandrum *p. 2. de Sacramentis Tract. 7. Disp. 5. q. 41.* testari, quod referat *3. p. Tract. 4. Ref. 104.* utramque sententiam, & alibi fortitan declaraturum, cui adhæreat. Subiunxi autem, [Sed nisi ex incuria Typographi desint aliquæ lineæ, vides, quam parùm fidendum sit allegationibus modernorum Summistarum.] Et quia id subiunxi, inquit Martinus *qu. est. 80. dub. 11. §. 3. num. 18. pag. 551.* me iniuste reprehendere Leandrum, [quia poteram advertere, Leandrum non loqui de Præposito; nam et si in editione Complutensi anni 1644. mendosè legatur Præpositus; in editione Lugdunensi anni 1654. legitur Diana, quem Leander de indeterminatione taxat.] Sed in primis ego Leandrum non reprehendo; absit à me tanta audacia erga hominem tam sapientem, tantaque autoritate præditum. Deinde non est iniustitia monere de falsa allegatione, & cum cautela de subreptione falsitatis ex negligentia Typographi: qua sine cautela ipse Martinus non semel similem monitionem exhibet. Exempli gratia designo vnum locum in *q. 82. dub. 4. §. 1. num. 9. pag. 643.* Tertio, quando ego scripsi illud, editio sola Complutensis erat præ manibus, scripsi namque ante annum 1653. et usque ad 1654. Lugdunensis editio, quæ correxit priorem, non fuit in vi. Quarto, ego quidem non recordor, an adverterim, necne, Leandrum loqui de Diana, & non de Præposito; facile fuit non advertere, quia 3. pars, quæ citabatur, congruebat Præposito, qui ad 3. p. S. Thomæ tractavit de Sacramento Eucharistia, & de illa quæstione; sed Diana non egit de eam 3. p. suarum Resolutionum Moralium, idè quæ editio Lugdunensis correctior posuit non 3. sed 4. partem Dianæ. Siue verò adverterim, siue non (in quod secundum magis inclino) monitio mea fuit opportuna pro Lectoribus, nam cum in Summistis modernis vix aliud soleat reperiri, quàm allegationes Authorum pro vna, & altera parte quæstionum, Lectoresque vix ad aliud attendant, quàm ad eas, sæpe accidit, ut arripiant eam par-

partem, pro qua refertur stare doctus aliquis, & pius Author, cum tamen reuera non stet. Et ita pluries liberaui ab errore multos, qui fisi allegationibus similibus dicebant licere quædam, aut non licere, & allatis, lectisque Authoribus, agnitus fuit contrarius eorum sensus, aut quod loquuti fuerint sub alijs circumstantijs omnino diversis, quæ ut semper exprimantur, difficile est in Summarum brevitate.

1673 Martinus in *qu. est. 82. dub. 4. §. 1. num. 11. pag. 643.* pronuntiat, [est improbabile, quod in Bulla Cruciatæ concedatur facultas celebrandi, vel faciendi celebrare in Oratorio privato.] Dixerat idem ipsum in *qq. Moralibus Cap. 6. q. 4. §. 2.* contra Thomam Hurtadum *tomo 2. Resolutionum Moralium Tract. 12. Cap. 1. in Digressione de Oratorijs ex num. 2236. usque ad 2242.* Sed credebam ego, temperatum censuram post lecta, quæ scripsi in *Disp. 23. de Sacrif. Missæ ex num. 143. usque ad 146. & Disp. 30. ex num. 205. usque ad 215.* Sed forsitan non legit illa, et si tam diligens fuerit in evolvendis meis Operibus de Euch. & Sacrif. Missæ, ut quæ ego extra sedes ordinarias habeo, & quorum vbi extant, agrè iam recordor, videam reducta ab ipso ad loca communia.

1674 In exempla sint: *Disp. 28. de Sacrif. Missæ num. 772.* agens de communionem, dicta olim Laica, attuli selecta quædam de communionem visitata antiquitatis nostra Hispania, & in Ordine Cisterciensi sub vtraque specie panis, & vini; quæ conspicio transcripta à Martino in *q. 80. dub. 18. §. 3. n. 14. & 15. pag. 608.* & similiter in *dub. 19. §. 3. num. 23. pag. 615.* quæ ego habeo in *Disp. 13. de Euch. num. 22.* & similiter in *dub. 11. §. 4. num. 21. pag. 552.* quæ ego habeo in *Disp. 27. de Sacrif. Missæ num. 112. & in Disp. 28. num. 251.* & similiter in *dub. 15. §. 2. num. 12.* quæ ego habeo in *Disp. 20. num. 41.* & similiter in *qu. est. 82. dub. 2. §. 4. num. 25. pag. 633.* quæ ego habeo in *Disp. 15. de Euch. num. 23. in Disp. 13. de Sacrif. Missæ num. 33.* & similiter in *dub. 7. §. 3. num. 9. pag. 656.* quæ ego habeo in *Disp. 19. de Sacrif. Missæ num. 11. & 97. & 117.*

1675 Sed siue legerit, siue præterierit scripta à me pro facultate illa

per Bullam Cruciatæ, ego iam tertio dico, esse probabilem eam facultatem, assertam à Dominico Soto, Martino de Ledesma, Ludouico Lopez Dominicanis, Ludouico à Cruce, Alfonso Vinualdo, Hieronymo Llamas, Henrico Henriquez, Ioanne de Salas, Ferdinando de Castro Palao; quos allegavi in *locis designatis*, simulque Hieronymum Garciam dicentem, non carere fundamento. Nunc adiungo Lezanam in *Summa V. Oratoria, num. 5.* vbi ait, [Est maxime notandum pro illis Oratorijs, quod licet iuxta dicta supra, in illis non possit celebrari sine facultate obtenta à Sede Apostolica: stando tamen in vi privilegij Bullæ Cruciatæ non videtur requiri talis approbatio Sedis Apostolicæ: Eo quod in dicta Bulla Pontifex concedit, quod illam habens possit audire, aut celebrare Missam in Oratorio privato ab Episcopo designato, & visitato, etiam tempore interdicti, hoc est, omni tempore anni, præterquam in die Paschatis.] Adiungo etiam Patqualigum *qu. est. 638. de Sacrif. nouæ legis num. 4.* Et si ultra olim citatos dissentiant Mascarenhas *Tract. 5. de Sacramentis Disp. & Cap. 5. num. 292.* Amadeus Guimenes *propof. 5. ex Tract. de Sacrif. Missæ num. 8.* Videturque suspèdere iudicium Quintanadueñas *tomo 1. Tract. 7. singulari 33. num. 6.* Quare in quæstione de facultate illa per Bullam Cruciatæ probabilis est pars affirmatiua, & negatiua, non modò attèctis rationum momentis, sed etiam Authoribus vnius, & alterius partis.

1676 Thomas Hurtadus *tomo 1. de Ecclesiasticorum congrua sustentatione pag. 238.* conatur obliterare notam improbabilitatis iniustam à Martino in *qq. Moralibus.* Sed nihil aliud facit, quàm repetere potestatem Episcoporum ex privilegio Bullæ Cruciatæ ad designanda, & approbanda Oratoria in privatis Domibus post Decretum etiam Urbani VIII. At ego (ut & Patqualigus supra *num. 5.* loquens de Decreto alio anteriori Pauli V.) alia via procedo, dico namque, & dixi, eam potestatem fuisse post illud Decretum impeditam. Quare aduertus me non possunt dirigi argumenta Magistri Martinij. Fortanque cōtra partem in hoc sensu affirmatiuam cohiberet censuram improbabilitatis tam doctus vir.

1677 Cæterum ex desiderio inueniendæ veritatis non disimulabo argumentum, quod se mihi obtulit, eoque huiusmodi: Si Bulla concedebat Oratoria, dummodò accederet visitatio, designatioque ab Ordinarijs. Quid opus fuit, Summum Pontificem exhibere Commissario Apostolico Generali Bullæ Cruciatæ facultatem, ut posset dare licentiam Oratoriorum, visitandorum prius, & designandorum ab Ordinarijs? Exhibuisse autem talem facultatem tradunt aliqui, constatque mihi de eius usu ex authentica quadam licentia Oratorij data viro cuidam nobili anno 1631. die 23. Decembris ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Magistro D. D. Fratre Antonio de Sotomayor, tunc temporis Commissario, ut durante prædicatione Bullæ anni futuri 1632. fas esset audire, & facere celebrari Missam in tuo Oratorio decenti, & approbato ab Ordinario; tenor que concessionis in reliquis est iuxta Bullæ Cruciatæ verba.


1678 Huic argumento dicebam, concedi Oratoria per Bullam Cruciatæ, & non per aliud speciale privilegium ad arbitrium Illustrissimi Commissarij, nam talis privilegij nullum vestigium, aut instrumentum reperitur in

archiuo Consilij pro Bulla, ut ex testimonio Secretarij veratissimi in illius monumentis scripsit ad me vir quidam valde grauis, & fidedignus: sed quia ad Oratoriorum usum apponitur tanquam necessaria conditio visitatio, designatioque ab Ordinarijs, & hi volebant communiter exequi conditionem illam, ideo Commissarium interposuisse suam auctoritatem, ut exinde magis mouerentur Ordinarij ad assensum privilegij Oratoriorum ex vi Bullæ. Et nunc quidem, ut audio, & certa relatione compertum mihi est, nec Illustrissimus D. Commissarius dat eorum licentiam, nec Illustrissimi DD. Episcopi, aut ipsorum Vicarij visitant, designantque ea ex fiducia privilegij Bullæ, quia, ut credo, Illustrissimi DD. Episcopi existimant, per Decretum Urbani VIII. ablatam sibi esse potestatem visitationis, ac designationis, & Illustrissimus D. Commissarius recusat dare licentiam, quam notcit fore irritam, eo quod Ordinarij nolent visitationem, ac designationem exequi; cuius conditionis impletio est necessaria, ut licentia illa possit sortiri effectum.

(1)

FINIS PARERGORVM PRO DEFENSIONE Authoris.

1679



ACTENVS respondi R. P. Magistro Fr. Ioanni Martinez de Prado, non quidem ex estu contentionis (quæ est res illecebris plena, semperque gestit humanus animus rixari, atque litigare, ut ait S. Chrysostomus in Epist. 2. ad Timotheum Cap. 2. Homilia 5.) Sed ex studio sincerissimo

indagandæ veritatis. Hæc apud me adeò valet, ut si me monuisset præstantissimus Magister de aliqua sententia minus probabili in ijs materijs, de quibus ambo scripsimus, eam libētissime retractarem, gratiasque plurimas haberem monitori, uti in posterum habebobocumque alij, qui mihi tantum beneficium conferat. Egoque ipse

ipse continua lectione id curo, ut ad secundam editionem Operum de Eucharistia, & Sacrificio Missæ adnotem ea omnia, ex quibus possim aut reformare scripta, aut donare maiori luce: quare ad multas paginas excreuerunt aduersaria deferuitura pro secunda editione. Certe ex eorum numero esse conor, qui proficiendo scribunt, & scribendo proficiunt. Vnde si aliquid vel incautius, vel indoctius à me positum est, quod non solum ab alijs, qui videre id possunt, merito reprehendatur, verum etiam à me ipso, quia & ego saltem postea videre debeo, si proficio, nec mirandum est, nec dolendum, sed potius ignoscendum, atque gratulandum, non quia erratum est, sed quia improbatum. Nam nimis peruersè se ipsum amat, qui & alios vult errare, ut error suus lateat. Quanto enim melius, & utilius, ut ubi ipse errauit, alij non errent, quorū admonitu errore careat? Quod snoluerit, saltem comites erroris non habeat. Quæ sunt verba S. Augustini in Epist. 7. ad Marcellinum, & quæ pro meis haberi desidero, ut & illa, paulò post subsequuta, Vos autem qui me multum diligitis, si talem me asseritis aduersus eos, quorum malitia, vel imperitia, vel intelligentia reprehendor, ut me nunquam scriptorum meorum errasse dicatis, frustra laboratis, non bonam causam suscepistis, facile in ea, me ipso iudice, super amini, quoniam non mihi placet, cum à charissimis meis talis esse existimor, qualis no sum. Hæc S. Augustinus de se, & ego de me, iure potiori.

1680 Etsi verò sapientissimus Magister Martinus voluerit tam minutatim discutere quæ ego scripsi, ut vel errata præli correxerit, tribuendum id est benevolentie, namque mort alium animis vis hæc naturaliter inest, ut si quid perperam fiat, minus indolgeant plus amici, ut inquit S. Sidonius Lib. 9, Epist. 11. qui in Carmine 8. canit:

*Districtus semper censor, qui diligit, extat,
Dura fronte legit mollis amicitia.*

Et ad hanc quidem non est necessaria concordia sententiarum, ut docet Aristoteles 9. Ethicor. Cap. 6. cecinitque non nemo,

*Non sentire bonos eadem de rebus ijsdem,
Incolumi licuit semper amicitia.*

Quæ autem sunt concertationes inter amicos, & beneuolos, non lites appellandæ sunt, sed nomine apud veteres multò mitiore, iurgia, ut 4. de Repub. notat Tullius.

1681 Rursus etsi ego patefecerim vsum fructum, quem ex meis Opellis retulit sapientissimus Magister, non est id mihi vertendum vitio, cum possim exemplo PP. Ecclesiæ, & Doctorum omni

omni quo ostenderem licitum id, æquumque fuisse; meminique, P. Theophilum Raynaudum *in Erotematibus de malis, ac bonis libris* confessisse eruditè compluram in hanc causam; simulque aduertisse esse aliquos, qui nimia suarum elucubrationum æstimatione delusi suspicantur, desumptum ex se fuisse quidquid apud alios, qui posterius scripserint, reperiant conforme inuentis suis, Atque hinc ego tam accurate indigitavi loca sapientissimi Magistri, vbi præ oculis habuit mea scripta, vt qui velit, vtraque conferre, noscat, non esse vanam meam persuasionem de percepto ex meis vsu fructu à tam egregio Magistro; cuius doctrinam, & eruditionem vt veneror, ac dilaudo, sic etiam magni habeo, & operæ, laborisque quasi pretium non exiguum, quod alicui vsui fuerint tanto viro mei libelli.

ADITVS AD SELECTAS QVAS- dam quæstiones prætermittas ab Autho- re in Opere de Sacrifi- cio Missæ.

1682



VM in præcedentibus ex meæ defensionis causa iterarim multa de Sacrificio Missæ; addam nunc, cū bona Lectorū venia, nonnullas paucas quæstiones, quas de eo prætermisi in Opere illo, & quas postea cōtiguit ad colloquium adduci inter me, doctosq; aliquos viros, & quæ quia non nihil singularitatis continent, erunt, vt spero, gratæ Lectoribus.

PARERGON XXIII.

Num Sacrificium Missæ offerri possit pro animabus adultorum, qui baptizati sunt in fine vitæ perditæ ex morbo, vel supplicio strangulationis, aut iugulationis?

1683



IOANNES Sanchez *in Selectis Disp.* 40. num. 5. & 6. Malcarenhas *Tract.* 5. de Sacramē

tis Disp. 3. Cap. 5. num. 117. respondēt affirmatiuè, quia ab adultis illis potest

cōmitti peccatum aliquod saltem veniale impariētæ, aut iræ inter susceptum baptismum, & mortem, pro quo peccato restabit luenda in Purgatorio poena: & ideo vtile erit offerre Sacrificium ad huius remissionem. Sed limitat Malcarenhas, dummodò nō sequatur scandalum, aut error, quo putetur, baptizatos non remanere perfectè, &

om-

omnino purgatos per baptismum. Et tam is Author, quam Ioannes Sanchez mouent, dicendas esse Missas de Angelis, vel de gratiarum adione ob beneficium baptismi.

1684 Ceterum cum ratio responsionis suæ affirmatiuæ efficax sit meo iudicio, timor scandali, aut erroris illius non me retardaret; nō sequer, sed docerem populum de periculo perpetrati peccati post baptismum, seu de eius probabilitate; nec vereretur celebrare Sacrum commune de defunctis; vbi aut consuetudo, aut decreta Maiorum ex aduerso non occurrerent.

1685 Inquies, non est sacrificandum pro eo, qui superuiveret vulneri lethali inflictò ob fidei Catholicæ confessionem, etiam accidere possit, vt vltimo antè mortem instantè labatur in culpam aliquam venialem. Respondeo; lapsus præfatus aut non eveniet iuxta prouidentiam Dei ordinariam; aut si eveniet post vulnus, sed non, quin antè obitum retractet Martyr eam culpam. Quæ tanta prouidentia cum recenter baptizato; vt vel præseruetur à lapsu, vel doleat de ipso antè mortem; non habet fundamentum ad eò vrgens; & solidum.

1686 Consentit mecum Ioannes Niderus *in 7. præceptum Decalogi Cap.* 8. lit. C. quæstus licet orare, & proinde etiam sacrificare pro adulto mortuo, etiam post baptismum. Reddit rationes; quia forte nō poenituit nisi pro mortali. Cōsentit etiam Paludanus *in 2. Disp.* 12. q. 1. art. 2. num. 10. inquit; qui habuit vsu rationis, et fuit baptizatus, mox decelsit; quia potuit habere veniale non culpabile, potest habere aliquid purgandū. Vnde pro eo potest orari. Sic illi. Quorū ratio facile ipsa prima apparet difficilis ex antiquissimo Ecclesie vsu conuicta à S. Thoma. 3. p. q. 68. art. 5. non imponendi in baptismo poenam vllam satisfactoriam; itaque ab exemplo Martyrii, quod subiri potest cum actuali affectu ad peccatum leue, vel sine actuali poenitentia eius antea commisi. Et ita significat S. Ambrosius *in Epist.* 27. S. Augustinus *lib.* 21. de Baptismo contra Donatistas C. 28. Sicut autem hoc casu Martyr liberabitur à reatu seuis culpæ, & poenæ ob eam debite, elidendo, in primo instantè seu defensionis ani-

mæ è corpore, actum contritionis, per quem tollitur eius culpæ obex, cū quo toleratum est Martyrium, illudq; sublato obice, conferet remissionem eius culpæ quoad poenam; sic de baptizato cum peccato simili, & statim defuncto æquum est theologizere.

1687 Piacet itaque mihi conclusio Nideri, sed displicet ratio. Et de euentu, quem attingit, etiam subterminis baptismi parum loquatur Theologi, at subterminis Martyrii multum. Legantur S. Thomas *in 4. Disp.* 4. q. 9. art. 3. quæstioncula 3. in 3. p. q. 87. art. 1. ad 2. Caietanus, & Suarez *ibi*, Raynaudus de Martyrio per peccatum p. 2. C. 5. n. 17. Requesenius *in 1. 2. l. 4. disp.* 28. S. 2. ex n. 16. vsque ad 18. & Paludanus *supra*.

1688 Inquies rursus, homini adulto, proxime antè mortem ex egritudine baptizato, non est ministrandū extremæ vinctōnis Sacramentum, nam non præsumitur peccasse post baptismum, quæ verò peccata ante committit, iam per baptismum essent prorsus extincta. Ergo ob eandem rationem non erit offerendum Sacrificium Missæ pro tali homine. Nego Antecedens, tum quia non solus ille, qui actualiter peccauit, est subiectum capax Sacramenti extremæ vinctōnis, vt docent Suarez *tom.* 4. in 3. p. Disp. 42. sect. 2. ex hum. 7. Caietanus Palus p. 4. Tract. 26. Disp. vnica, punct. 6. hum. 9. multique alij ante, & post ipsos. Tum quia Syluester *Vinctio extrema num.* 3. §. Tertium ait, [Secundum Richardum post Petrum de Palude debet dari baptizatis in articulo mortis, quia licet eis sit remissa omnis culpa, & poena, remanet tamen pugna contra hostem; nec est mendacium in forma, licet non deliquerint post baptismum, quia remanet in eis debilitas mētis, scilicet causata ex prioribus delictis, quæ non tollitur omnino per baptismum.] Sic Syluester. Omitto alios tam antiquos, quam recentes videndos apud Illustrissimum Antistitem Alturicentem Fermosinum *ad tit.* 11. lib. 1. *Decretaliū quæst.* 6. de Sacram. extr. vinct. num. 23. & antecedentibus, & seqq. Tu quia probabilissimè præsumptio de peccato aliquo veniali, in quod incurrit bene illo tempore inter baptismum, & vinctōnem extremam, cū iam facile sit ea etiam intercapedine lapsus in leue quid, facit licet administrandū Sacramē-

ti

ti postremi. Dicastillus *Tract. 7. de Sacramentis Disp. 1. dub. 10. num. 140.* ut confirmet licitam esse administrationem eius Sacramenti in proposito casu, recurrit etiam ad aliquod peccatum veniale, quod forsitan præcesserit baptismum, quodque ob defectum debiti doloris forsitan non sit remissum per ipsam baptismum. De quo recursum indicavi iam meam perplexitatem in *num. 1686.* Tum denique quia saltem sub conditione expressa, *Si peccasti post*

baptismum, conferri poterit illi adulto Sacramentum extremæ unctionis, ut putant Dicastillus supra num. 156. & alij relati à Leandro p. 1. de Sacramentis Tract. 4. Disp. 3. quest. 6. Cuius conditionis similem expressionem debere fieri in oblatione Sacrificij pro adulto emortuo proxime poterit baptismum, si quis velit, non admodum reclamabo.

Hæc questio poterat desiderari in *Disp. 17. de Sacrific. Missæ sect. 3.*

(*)

PARERAGON XXIV.

An quocumque tempore fiat postea notorium crimen, cui est annexa violatio Ecclesie, debeat hæc reconciliari, priusquam in ea celebretur?

1689



IC videtur supponere communiter Theologi, & Canonistæ, quia quoad id eadem est ratio de lingo,

ac de brevi tempore. Sed Mascarenhas *Tract. & Disp. 3. Cap. 6. num. 301.* dixit, telum, aut quatuor mensium diuturnitate, quæ manserit crimen occultum, aboleri violationem, arripies ansam ex *ConincKo 3. p. quest. 83. art. 3. dub. 1. num. 229.* aiente, si quis in Ecclesia sit læsus graviter, sed sine sanguinis effusione, [non censeri Ecclesiam pollutam, donec mors sequuta fuerit: ea tamen sequuta, etiam post aliquot menses, statim censetur polluta.] Unde arguit Mascarenhas, sicut iuxta *ConincKum* Ecclesia non censetur polluta, quocumque tempore diuturno mors contingat post læsionem, sed si post aliquot menses moriatur ille, qui læsus fuerat in Ecclesia; ita similiter in nostro casu. Et in utroque per aliquot menses significantur nec multi, nec pauci, pro ut particulam aliquot explicat *Donatus in Andriam Terentij:* menses autem nec pauci sunt tres, aut quatuor.

1690. Cæterum *ConincKus* videtur longè fuisse, ut putaret, velletue significare quod præsumit Malca-

renhas. Et ut constans, perpetuaq; esset notio illa vocis aliquot; *ConincKus* non taxatiue, sed demonstratiue poluit aliquot menses, uti in *Enchiridio Navarrus Cap. 27. num. 236.* posuit octo dies, cum scripsit, [Fieri potest, ut effusio sanguinis, vel seminis facta ab hinc octo diebus in Ecclesia, hodie incipiat impedire celebrationem, & non ante: nam facta tunc, videtur duobus, & vlt; nunc tacentibus, nunc autem publicantur, us, ita ut fama gignatur, non impedit, ut ita dixerim, ex tunc, sed ex nunc.] Quare sicut ex his *Navarrus* verbis non bene ego inferrem, violationem templi desinere, si crimen non innotescat intra spatium octo dierum, sed post; ita neque legitime intulit *Mascarenhas* ex verbis *ConincKi* id, quod retuli. Estque res grauior, quam ut ex indicijs adeo remotis, & ex *Authore* adeo moderno possit prudenter, tutoque decidi.

1691. Ad hæc: nullum est præfixum spatium, post quod cesser obligatio vitandi percussorem Clerici, redditum notorium, cum antea esset occultus, neque post quod irregularitas non resultet, si mors vulnerati non statim fuerit sequuta. Et licet in *C. Preterea 2. de Clerico percussore* mulier, quæ ab Episcopo iusta fuit cardi crudeliter, & obiit post octo menses, non fuerit in

cau-


causa, ut Episcopus contraheret irregularitatem, ideo sic iudicauit Pontifex summus, quia distantia octo mensium persuadebat, non prouenisse mortem ex cassione illa, siue conualuisset mulier, & postea reciduaasset, siue nunquam conualuisset. De quo textu, & casu videantur *Gundisalvus de Villadiego Cap. 6. de Irregularitate, num. 35. ibique Didacus Perez, Auila 7. p. de Censuris Disp. dub. & conclus. 5.* Et de breui, vel longo spatio ad presumptionem mortis ex vulnere, vel non ex illo legitur *Franciscus Coriolanus Tract. de Casibus reseruatiss parte 2. casu 5. §. 9. num. 12. Farinacius de Homicidio quest. 127. p. 2. ex num. 28.* Sed non ita censuit *Papa*, quia præcisè per diuturnitatem tanti, vel tanti temporis impeditur resultantia irregularitatis. Igitur neque in nostro casu præsumendum est interval- lum trium, aut quatuor mensium, & non plurium.

1692. *Calsina* apud *Petrum*

PARERAGON XXV.

An si Episcopus hæreticus, aut excommunicatus vitandus aggredia- tur consecrare Ecclesiam, in valida sit consecratio? Et an saltem per hanc violetur illa?

1693



ONSECRATIONEM esse in validam censent *Alfonsus Castrensis lib. 2. de iusta hæreticorum punitio- ne Cap. 22. Emmanuel Rodriguez in Summa p. 1. Cap. 153. conclus. 2. num. 3. pag. 267. Sylvius 3. p. quest. 83. art. 3.* allegantque in sui fauorem *C. Ecclesijs 3. Dist. 68. repetitum in 20. de Conf. Dist. 1. & tria alia seqq. de Conf. Dist. 1.* necnon *S. Thomam*, qui *art. illo 3.* post verba *C. Ecclesijs* subiungit, *alioquin qui sunt extra Ecclesiam, consecrare non possunt.*

1694. Sed *C. Ecclesijs* persuadet oppositum, nam ad validitatem consecrationis requirit solummodò fidem sanctæ Trinitatis, id est, Ecclesie formam, quæ fidem illam explicat, ut meliores Interpretes de clarant cum *Glossa.* Est,

Franciscus Passerinus Disp. 3. de Pollutione Ecclesiarum Cap. 6. n. 5. non præfinit nisi interval- lum vnus mensis; sed audacter iudicio *Passerini.* Qui ex *Pace Iordano* refert, si fidelium scadalū vel sublatū, vel temperatum sit ex longi temporis lapsu, tunc ex facti circumstantijs posse prudentem Episcopum arbitrari, num prætermittenda esset reconciliatio, necne? Assentitur *Passerinus*; sed non ego, quia quod scandalum sit sublatum, vel temperatum, non facit, ne Ecclesia non fuerit polluta; supposita autem pollutione non residet specialiter penes arbitrium prudentis Episcopi, an sit, vel non sit adhibenda consecratio? Video, esse hinc consequens, ut si post quinquaginta annos fiat notorium scelus commissum in Ecclesia, debeat hæc reconciliari. At et si id admirationem parere alicui posset, expers est absurditatis, vbi certa fuerit pollutio, & vbi defuerit probabile reconciliationis supplementum. Questio hæc addenda est in *Disp. 23. Sect. 6.*

que dignum expensione adductum ibi exemplum baptismi, qui ab hæretico, aut excommunicato vitando seruante formam Ecclesie administratur validè. Alia *CC.* tractantia de hæreticorum Ecclesijs, quæ à Catholicis receptæ consecratae fuerunt Catholicè, & in fide Catholica dedicate, item de sacris altaris, sedisque velaminibus, quæ infecta sacrilegis *Anthimi* fabulis fuerunt abluta Catholicis præcibus *Agapiti Papæ*, non magis fauent. Nam *21.* incipiens *Ecclesijs* non declarat, Ecclesijs Ariano- rum fuisse antea attentatas consecrari ab ipsi; & ut fuerint, non constat, an sub forma requisita? Idem dicitur ad *22.* inchoans *Ariano- rum*; & dedicatio in fide Catholica saluari potest absque consecratione. *23.* cuius exordium *Agapitus*, cum præces *Anthimi* erga sacra altaris, & sedis velamina vocet fabulas, denotat manifestè, non fuisse

R r tales,

tales, que continerent statutam ab Ecclesiis formam: eumque precibus Catholicis Agapiti asserantur delecta, vel abluta, non tam indicatur consecratio, quam reconciliatio facta ab Agapito. Et forte de reconciliatio, appellata late consecratione, & dedicatione, explicari queunt antecedentia CC. quia Ecclesie quasi violata, & polluta fuissent per hæreticæ superstitionis in eis exercitia iuxta C. 61. Sic populus 1. quest. 1. ideoque à Catholicis recepta quasi expiantur ad dispersione aque benedictæ: quod & nunc oportere fieri, esseque in usu, ait Laymā Lib. Tract. & Cap. 5. num. 13. notauitque ego in num. 64. Disp. 23. Verba illa S. Thomæ intelligenda sunt, ut alia S. Gregorij Magni Lib. 3. Epist. 20. & plurimum SS. PP. de quibus ipse S. Doctor 3. p. quest. 82. art. 7. Et videantur n. 36. Disp. 23. n. 55. Disp. 24. n. 124. Disp. 26. n. 84. & 173. Disp. 27.

1695 Quoinum. 173. dixi, ut & Couarruias Lib. 1. Var. Cap. 10. num. 8. Marcellinus Tract. 1. de Ordine p. 2. Cap. 18. num. 19. potuisse Ecclesiam decernere id, quod Castrensis, Rodriguez, & Syluius consueverunt decreuisse actu. Reddiditque rationem, quia consecratio tempore est actus est potestate Ordinis Episcopalis, & non est potestate iurisdictionis; at ita est à priori potestate, ut non sit ob institutionem diuini iuris Christi, sed almæ matris Ecclesie: quæ proinde potuisset quod existimauerunt tres illi Doctores. Verumtamen ut Ecclesia non possit invalidare quæ fiunt à priori potestate ob institutionem priorem, sic neque solet invalidare quæ fiunt ex eadem potestate ob institutionem posteriorem. Rursum ut Ecclesia non potest rata habere ea, quæ cum sint à priori potestate ob institutionem priorem, sunt sine tali potestate, tamen et si adsit error communis cum titulo colorato, ita neque solet rata habere ea, quæ cum requirant priorem potestatem ob institutionem posteriorem, fiunt absque illa potestate, quanquam error communis cum titulo colorato adsit.

1696 Atque hinc intelligitur, cur Innocentius III. Papa requisitus ab Episcopo Lingonensi, quid deberet facere de quodam captiuo, qui se falso Episcopum asserens altaria consecrauerat, & alia plura exercuerat, quæ ad officium

pertinebant Presulatus? Responderit Lib. 3. Regest. XV. Epist. 116. illa, quæ rãliter egit, irrita nuntianda, & ipsum perpetuo carceri mancipandum, pane doloris, & aqua angustie sustentandum. Nimirum quia consecratio templorum, & altarium erat à potestate priori ob institutionem posteriorem, noluit Innocentius ratam habere eiusmodi consecrationem factam à fingente se Episcopum, & habito ut tali ex errore communi cum titulo colorato. Pro cuius responsionis Pontificiæ maiori luce conducent num. 9. Disp. 12. & num. 173. Disp. 27.

1697 Iam verò etsi non inválidè consecratur templum ab Episcopo hæretico, aut excommunicato vitando, polluit tamen per consecrationem ab eo factam, persuasio fuit communis veterum Canonistarum, Summistarum, & Theologorum, exceptis Hugolino de Offic. & potest. Episcopi Cap. 29. §. 6. in principio, & Selva p. 1. de Beneficijs quest. 5. num. 200. sed non concordant in n. 172. Et post P. Suárez tom. 3. in 3. p. Disp. 81. Sect. 4. V. Quarto violatur, communis illa persuasio valde desuevit, nam contrariam tuentur Card. de Lugo Disp. 20. Sect. 2. num. 57. Layman Lib. Tract. & Cap. 5. num. 9. Coninck 3. p. quest. 83. art. 3. dub. 1. num. 232. Franciscus de Lugo Lib. 5. Cap. 6. quest. 10. num. 68. Dicastillus Tract. 5. Disp. 4. dub. 7. num. 124. Mascarenhas Tract. & Disp. 5. Cap. 6. n. 307. Petrus Anellus Perficus de Officio Sacerdotis Lib. 1. Cap. & dub. 7. num. 75. Fagundez in 1. præceptum Ecclesie Lib. 3. Cap. 14. n. 56. Alterius Lib. 1. de Excommunicatione Disp. 10. Cap. 6. ad finem; retrocedit tamen Disp. 3. de Interdicto Cap. 1. pag. 339. Barbosa Lib. 2. de Iure Ecclesie Cap. 4. num. 25. quanquam non in p. 2. de Offic. & potest. Episcopi, Alleg. 27. num. 28. Quartus p. 3. in Rub. Missal. rit. 10. num. 2. dub. 5. Marcellinus Tract. 3. de Ordine p. 3. Cap. 10. num. 11. Antonius Hiquius in Commentario ad Scotum in 4. Dist. 13. quest. 2. num. 150. pag. 845. Thomas del Bene de Immunitate, & iurisdictione Ecclesie tomo 1. Cap. 2. dub. 11. Sect. 6. num. 14. & seqq. Mazuchell de Casibus reseruat. Disp. 2. Cap. 6. num. 41. Passerinus Disp. 3. de Pollutione Ecclesie. Cap. 3. num. 4. alijque posteriores Suario citati, subscriptique à me in Disp. 23. num. 36.

1698 Et

1698 Et quod de templo dicitur, extendendum est ad altare. Vnde consequentiùs, quæ verius scripsit Sà V. Ecclesia num. 17. [Si Episcopus denunciatus excommunicatus altare consecrauit, non in illo ante reconciliatio nem celebrandum.] Expresserunt idem ipsum Abbas Panormitanus, & cum illo Syluester V. Consecratio 2. quest. 5. §. Quintus casus est, pluresque alij antiqui. Etsi in Cap. A nobis 2. de Sacramentis non iterandis clare tradatur, non exsecrari altare à Sacerdote degradato, qui in eo Sacrum faciat. Vnde aptè fieri potest illatio ad non pollutionem per degradatum, & hinc ad non pollutionem per excommunicatum denunciatum, nam huius, & illius, nempe degradati, videretur esse eadè quoad id ratio, ut notauit in n. 55. Disp. 24. cõsentiente Lezana in Summa V. Altare num. 23. & alijsibi allegatis. Traditur etiam clare in Cap. illo A nobis, non debere benedici iterum vestes, cum quibus degradatus Sacrificat. Quæ etiam ex doctrina fieri possunt illationes similes proximis. Et tam ex secunda hac, quàm ex priori illa doctrina Pontificia fieri potest vltima illatio pro non pollutione Ecclesie, & altaris, si consecrentur ab Episcopo excommunicato denunciato.

1699 Oppones, ordinati ab Episcopo excommunicato vitando carent executione Ordinis suscepti, C. Daibertum 1. q. 7. C. Ordinationes, C. Ab excommunicatis 9. q. 1. C. Quod à prædecessore 1. C. Fraternitati tuæ 2. de Schismaticis, C. Cum Clericis 2. de Ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit. Ergo similiter Ecclesia, quæ fuerit consecrata ab Episcopo excommunicato vitando, carebit consecrationis usu, qui est celebratio Missæ. Ita argumentatur Alterius supra pag. 339. & 340. Estque similitudo accommodatior, quàm quæ desumitur à Nuño Cabezudo 3. p. q. 83. art. 3. pag. 974. & à Petro de Ledesma Cap. 20. de Eucharistia pag. 268. ex suspensione eius, qui Ordines suscipit ligatus excommunicatione maiori, C. Cum illorum 32. de Sent. excommun. Respondeo, non esse in præsentiarum nimis cõfidenter agendum paritatibus, sed iuribus, quæ certè delunt Aduersarijs, ut fatetur Azor tom. 1. Lib. 10. Cap. 26. q. 13. in fine. Præterea exëplo illo ut summum probaretur, Ecclesiam consecratam ab excommunicato Episcopo manere subiectam Interdicto, aut celsationi à diuinis, non tamen violatam.

PARERAGON XXVI.

Vtrum si perturbator Reipublica occideretur in loco sacro, quia non aliter, nec alibi posset capi, actolli: & vtrum si quis percuteret hostiam consecratam, & inde sanguis effluere videatur, pollueretur locus ille?

1700.



D. primum respondeo negatiue, esset namque excusationi necessitas Reipublicæ, prudenterque præ-

sumeretur consensus Ecclesie, ut sentiunt Sà V. Ecclesia num. 13. Henriquez Lib. 11. Cap. 16. §. 4. Abilap. 5. de Censuris Disp. 7. dub. 1. conclus. 2. Perficus de 1. Sacerdotis officio Lib. 1. Cap. 7. dub. 1. n. 15. Thomas del Bene p. 1. de Immunitate, &

iurisdictione Ecclesie Cap. dub. & Sect. 2. num. 35. Passerinus supra Disp. 5. Cap. 46. indicatque Franciscus de Lugo Lib. 5. Cap. 6. quest. 7. num. 44. contra Dianamp. 6. Tract. 1. Ref. 35. & contra Fagundez tom. 2. in Præcepta Decalogi Lib. 6. Cap. 3. num. 14. qui immeritam improbabilitatis notam inuenerunt præelectæ à nobis opinioni: quæ erit addenda ad num. 44. Disp. 23.

1701 Ad secundum respondeo etiam negatiue, tū quia sanguis, qui tūc appareret, non esset verus sanguis humanus, ut probauit in Disp. 11. de Euch. sect. 2. tū quia

Rr 2 cor.

corpus Christi latens sub hostia consecrata, et si re ipsa, & concomitanter sit vivum, tamen formaliter, & ex vi verborum viuum non est, & ibi sic moraliter se habet, quasi esset mortuum: tum quia ibi non existit per modum mortalis, & passibilis corpus Christi, unde nec verè vulnerari potest ibi: nec intèrata vulneratio erit corporis humani, ut neque effusio sanguinis subinde facta, prout benè obseruat Passerinus supra Disp. 6. Cap. 12. Hæc resolutio addenda erit ad num. 47. Disp. 43.

1702 Quo in num. dixi, non sufficere ad loci sacri pollutionem ef-

fusum sanguinem cadaveris humani, etiam si ab falsè putante, hominem non esse mortuum, infligatur vulnus, ex quo sanguis effluat. Ita Doctores moderni communiter contra Guiliel- mum Durandum Lib. 1. Rationalis diu- norum Officiorum Cap. 6. num. 41. Seluam supra num. 197. Bachonum in 4. Dist. 10. quæst. 2. art. 3. Hugolinum de Offic. & potest. Episcopi Cap. 29. §. 2. num. 1. & contra P. S. V. Ecclesia n. 13.

PARERCON XXVII.

An etsi obierit persona privilegiata, celebrari adhuc in eius

Oratorio possit inuamine Bullæ Cruciatæ? An cedat in præiudicium iurium Parochialium, si Missa cum Diacono, & Subdiacono canetur in Oratorio priuato.

1703



RIMÆ quæ-
stioni respō-
det affirmā-
do Mascaren-
has Tract.
Disp. & Cap.
5. n. 290. quia

cum illud Oratorium sit approbatum ab Ordinario, ut supponitur, & Bulla concedat, ut in Oratorio sic approbato possit celebrari, nihil est cause, quominus possit, quantum morte domini Oratorij finitum sit tempus præfixum à Summo Pontifice: Si Sacerdos sit Regularis, posse litare in tali Oratorio ducit Mascarenhas à fortiori, siquidem, permittente Episcopo, queat uti priuilegijs concessis ad Missas in altari portatili peragendas. Multò ergo melius poterit in Oratorio approbato ab Episcopo, tamen morte cum vita commutarit persona privilegiata.

1704 Non subscribo, quia approbatio Episcopi non censetur facta, nec durare nisi pro tempore designato à Papa, & proinde non nisi pro vita domini Oratorij. Itaque moriente domino, desinit Oratorij approbatio respectiue ad quemcumque Sacerdotem. Qui autem Religiosus sit, poterit

quidem in tali Oratorio sacrificare, si queat in quouis loco honesto, & decenti, quando Episcopus non vetarit. Quo de puncto aperui meam mentem in Sect. 10. Disp. 23. ad cuius num. 166. in Sect. 12. addenda erit hæc decisio.

1705 Secundam quæstionem proposuit nuper mihi quidam pius, nobilissq; Laicus, qui optabat cantari solemniter Missam in quasi dedicatione prima Oratorij, cuius à Papa adeptus erat priuilegium: & respondi, videri quibusdā, non fore in præiudicium iurium Parochialium, quandoquidem sic canetur in Oratorijs Regularium absque tali præiudicio. Nani autem aliunde fas esset, necne? silent Doctores, & ad praxim deductum ego nunquam vidi, aut audiui, neque suaderem fieri, et si gratis admitterem non cedere in iurium Parochialium præiudicium. Nani mens Summi Pontificis videtur esse, ut in Oratorio priuato Missa tantum priuata, seu recitata (recitata solemus dicere lingua vernacula) peragatur. Si quis aliud suaderet in solemnitate saltè quasi dedicationis primæ Oratorij, æquū esset, ut iniungeret peredā ab Ordinario licentiā, nec sultorē exponeret,

icu

seu potius celebrantem poenæ alicui in foro externo sumendæ, ut suspicor, per Ordinarium ob rei nouitatem, & ob indecentiam, quæ videtur apparere, si Missa solemniter, cum cantuque celebretur in domibus secularibus.

1706 Et vel quoad Missas recitatas eis in domibus habet hæc verba valde notanda Cardinalis Stanislaus Hosius, vir optimè meritis de Ecclesia Catholica, in Defensione Fidei Cap. 9. [Qui nulla necessitate adacti in illis ipsis locis, ubi potantur sæpe, saltatur, peregratur, Sacrificium hoc tremendum peragi iubent; nulla ratione iustam reprehensionem effugere possunt: Qui si hunc honorem habendum Deo non putant, ut in domum Dei, domum orationis conueniant. (quæ non alij rei, quam Deo placando, sacrata est) neque submissum pij Centurionis illius ani-

sum imitati volunt, (qui se indicabat indignum, sub cuius rectum Christus intraret) sed quasi pro imperio Christum ad se venire iubent, multò rectius facerent, si ab audienda Missa abstinerent, quæ profanari certè videtur, cum in profanis ædibus extra necessitatem celebratur. Exciterent isti pigritiam, factum que suum abijcerent potius, ac quantumque dignitate præditi sint, ita tamen se superiorem esse Deum sibi persuaderent, ut cum illo comparatione sint quidem, aut siquid sint, cinis, & puluis sint. Qui hanc animi submissio- nem ad Deum non affert, inane Sacrificium, inanis est omnis illius oratio.]

Hæc pijsimus Cardinalis, quæ cum temperamento quodam sunt accipienda, & reponenda hæc quæstio in num.

172. Disp. 23.

PARERCON XXVIII.

Qualiter competat Episcopis, & Abbatibus facultas ad consecrationem altarium, & calicum in Diocesi aliena, vel extra Monasteria Ordinis? Vbi & de facultate ad benedictionem Corporalium, ac similibus aliarum rerum, de que defectu facultatis in Abbatibus ad consecrationem Ecclesiarum quarũcumque.

1707



CRIPSI ego
Disp. 27. num.
70. cum Hie-
ronymo Ro-
driguez in Co-
pendio Resolu-
tionum qq. Re-
gularium Resol.
1. num. 7. & cum Thoma Tamburino

Lib. & Cap. 1. de Missa §. 2. num. 4. ut extra Monasteria Ordinis; vel Ecclesias illis annexas vtantur Abbates priuilegio consecrandi altaria, & vasa sacra, opus fore licentiâ Diocesani. Nam talia consecrare est exercere Pontificalia. Id autem nulli etiam Episcopo licet, cuiusvis priuilegijs pretextu, in alterius Diocesi, nisi de Ordinarij loci expressa licentiâ, prout intimatur in Concilio Trident. Sess. 6. Cap. 5. de Re- form.

1708 Quoddam autem siue Episcopus, siue Abbas in consecrandis altaribus, & vasis possit non uti insignibus

Pontificalibus, per accidens est; & consecratio est per se semper actus dignitatis, ac Ordinis Pontificij; exercitiumque Pontificalium non tam supponit pro vtu insignium, & vestium materialium, quam pro authoritatio consistente in actibus, qui cum eis insignibus fieri solent, ut notat Bonacina Disp. 3. de Censuris quæst. 2. punct. 12. num. 2.

1709 Incimatio verò illa Concilij est sub poena suspensionis ab exercitio Pontificalium. A qua poena non excusari Episcopum ex inaduertentia, vel bona fide, iudicat Barbosa p. 2. de Offic. & potest. Episcopi Alleg. 6. num. 7. cum Zerola, & Francisco Leone, & ante eos Nauarrus in Consilijs Lib. 5. Cõsa 69. assentiturque Gauntus in Enchirid. Episcoporum V. Functiones n. 3. Ast eum sit poena, & censura non possum non dissentiri cum Squillante p. 2. de Obligatione Episcoporum Cap. 3. n. 17. & cum Quarto p. 2. in Rub. Missalis tit. 1. Sect. & dub. 3. V. Diso secundæ.

Rr3 1710 Sed

1710 Sed quocumque modo Episcopus irrat in Diocesim alienam, ibique sine licentia Ordinarij loci consecret altare, aut Ecclesiam, valida erit consecratio, vt que sit actus pertinens ad potestatem Ordinij Episcopalis, & non ad potestatem iurisdictionis. Que ratio facile intelligetur ex dictis in n. 1695. Habemusque textum expressum in C. 28. Episcopus 7. q. 1. vbi dicitur, Episcopus in Diocesim alienam ad alienos Clericos ordinandos, vel consecranda altaria irruere non debet. Quod si fecerit, amotis his, quos ordinauit, altaris tamen consecratione manente, transgressor Canonum vno anno a Missarum celebratione cessabit.

1711 Verum tamen etsi hæc omnia bene fundata videantur, & doctrina tradite in num. 1707. suffragentur Bonacina supra, & plerique Authores laudati in num. 709. Thomasque Sanchez Lib. 7. Consiliorum Cap. 1. dub. 50. num. 7. loquentes de Episcopis; & Quartus in V. Pro resolutione loquens de consecratione facta in Diocesi aliena ad usum pro personis sibi non subditis, seu pro Ecclesijs alienis: qui omnes Authores eodem modo opinantur de benedictione rerum deferuentium ad Missam: adhuc doctrina illa non caret difficultate.

1712 Tum quia si iurisdicatio voluntaria exerceri potest à Iudice extra proprium territorium, sed erga proprium subditum, & sine publicitate, atque strepitu, quidni poterunt ab Episcopo, aut Abbate consecrari altaria, & vasa extra suam Diocesim, aut Monasterium, sed ad usum proprium, & absque solemnitate, insignibusque Pontificalibus? Non enim magis in hoc casu infertur præiudicium, & iniuria Episcopo Diocesano, quam Iudici loci in altero casu comprobato communiter à Doctoribus, & inter eos à Sanchez L. 3. de Matrim. D. 19. num. 7. Laymano L. 1. T. 4. C. 5. num. 4.

1713 Tum quia Episcopus potest in aliena Diocesi sine licentia Diocesani conferre primam tonsuram subdito suo in priuato aliquo cubiculo, aut Oratorio, quin vtatur insignibus Pontificalibus, vt docent Barbatius, Cucchus, Reduffus, Albericus, Courruvias, Ludouicus Lopez, Henriquez apud Sanchez in loco præcitato Consiliorum, multisque alijs, quos referunt, & sequuntur

Diana p. 4. T. 4. Ref. 143. Marchinus T. 1. de Ordine p. 5. C. 10. num. 9. Sed à quibus discesserat p. 5. n. 13. Cur ergo similiter, aut à fortiori non poterit Episcopus priuatim, & sine insignibus Pontificalibus consecrare in aliena Diocesi altaria, & vasa ad usum proprium, vel Ecclesiarum suæ Diocesis, non petita facultate ab Ordinario loci?

1714 Tum quia rerum benedictio, quæ consuevit ordinari sine apparatu Pontificali fieri, non videtur prohibita à Concilio Tridentino in aliena Diocesi sine licentia obrenta ab Ordinario loci; nec Prælati Religionum Mendicantium, quando benedicunt vestes, & res alias sacras, dicuntur exercere Pontificalia. Nam horum quidem nomine intelliguntur tum vsus insignium Episcopaliū, vt mitræ, baculi, &c. tum consequutiue Episcopalia solemnia officia, quæ debent non exerceri absque talibus insignibus, vt docet Glossa V. Pontificalibus in Extrauag. Summi regiminis de Electione, & cum Glossa Alterius Disp. 16. de Suspensione C. 3. V. Quæret aliquis, Layman Lib. 1. Tract. 5. parte 3. C. 1. num. 6. Fillucius tomo 1. Tract. 17. C. 2. num. 27. & 28. Barbotia supra, alijque passim, qui inter ea officia non recensent benedictiones distinctas à consecrationibus: Et non video cautum ab Authoribus, ne Prælati Religionum Mendicantium benedicant vestes, & res alias sacras extra suos Conuentus, vti videtur debuisse caueri, si eiusmodi benedictiones essent exercitium Pontificalium.

1715 Tum quia Concilium Tridentinum prohibet exercitium Pontificalium, quod fiat ab Episcopo in alterius Diocesi, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantum; quæ verba procedere videntur de vsu Pontificalium super personas, vt de chrismatione frontis, consecratione Virginum, collatione Ordinum, &c. non autem super res inanimatas, vt de consecratione templorum, & altarium, &c. Atque hinc opinio est multorum apud Dianam parte 3. Tract. 6. Ref. 36. parte, & Tract. 4. Ref. 143. non agi ab Episcopo contra illud Concilium, si in alterius Diocesi celebret Pontificalibus indutus.

1716 Argumenta hæc non adeo

adeo valent apud me, vt circa rerum consecrationes dimouear à doctrina præiacta, & fundata non modo in Concilio Tridentino, sed etiã in antiquioribus textibus præcitatis Disp. 23. num. 10. Disp. 24. num. 26. etsi Quartus supra v. Dico tertio excitatus ab eorum nonnullis pronuntiet, esse probabile, quod possit Episcopus in aliena Diocesi consecrare v. g. vasa, & aras ex propria auctoritate ad usum proprium, vel Ecclesiarum suæ Diocesis, modo priuatim hoc faciat, & sine insignibus Episcopaliibus. Non fatetur expressè nisi de benedictione Corporalium, & similibus; sed contextus monstrat, comprehendi consecrationes rerum prædictarum. Idemque Quartus in V. Huius opinionis dixerat, esse speculatiue probabile quod possit Episcopus ea, quæ retuli, ad usum etiam personarum, vel Ecclesiarum sibi non subditarum, seu pro Ecclesijs alienis.

1717 Rursus ego circa rerum benedictiones iudico probabile ab intrinseco id esse. Et confirmo denudò, nam iuxta Gibalinum Disquis. 7. de Censuris q. 12. num. 42. pag. 338. cum Sayro suspensus à Pontificalibus, etsi obligetur non exercere ea, quæ solemnem ornatum Pontificalium requirunt, secus alia omnia Pontificalia, si quæ sine eo apparatu præstari soleant. Ergo cum benedictiones rerum, vt vestium Sacerdotalium, Corporalium, &c. soleant etiam ab Episcopis fieri absque Pontificalibus insignibus, cumque inter Pontificalia quasi priuatiue non recensentur, videntur non comprehendi sub generali prohibitione exercitij Pontificalium. Verum tamen vt id, quod dixi probabile ab intrinseco, euadat probabile ab extrinseco, & practicè meo iudicio, expectanda est discussio, quæ ab hominibus doctis instituat.

1718 Sermonem non habui de Ecclesijs ab Abbatibus consecratione, nam cum hæc sit actus è potestate Ordinij Episcopalis (vt tradit S. Hieronymus ad Rusticum Narbonensem Episcopum de 7. gradibus Ecclesie in 6. c. v. vsu verba ad icu pertinentia omnia sunt à Gratiano in C. Ecce ego 6. Dist. 95. confecti ab ipso ex S. Hieronymi Epistola illa, attributa etiam eidem S. Doctori à Micrologo Cap. 21. de Eccles. obseruationibus, & ad cuius etiam verba ref-

pexerunt Berno Cap. 2. de quibusdam rebus ad Missam spectantibus, Stephanus Eduensis de Sacramento altaris Cap. 9.) cumque Abbates non gaudeant priuilegio Summi Pontificis, vt eis possit delegari actus illè consecrationis Ecclesiarum, consequens est, vt nequeant Episcopi concedere licentiam, vt in suis Diocesijs exercent Abbates eum actum. Suppositionem secundam nuni in Disp. 30. num. 217. fauente Lezana in Summa V. Ecclesia num. 4.

1719 Sed post scripta ibi notauit, dici à Ioanne de Cruce in Epitome de Statu Religionis, priuilegijsque eius lib. 2. Cap. 5. dub. 9. conclus. 3. [Prælati Regularium possunt consecrare Ecclesias, vel altaria Chrismate sacro ab aliquo Antistite Catholico recepto. Ita concessit Innocentius VIII. & Urbanus II. locis citatis, Insuper Innocentius in Bulla pro Ordine Cisterciensi anno 1489. 5. Idus Aprilis, Urbanus pro Congregatione S. Iuliane Ordinis Benedictini anno 1092. Kal. Octob.

1720 Cæterum in Bulla Innocentij nihil traditur de consecratione Ecclesiarum ab Abbatibus Cisterciensibus; & circa Bullam Urbani ait Alcanus Tamburinus tomo 2. de Iure Abbatum Disp. 3. quæst. & numero 2. hallucinatum esse Ioannem de Cruce ex mēdota impressione dicti priuilegij, quod est apud nouam collectionem Bullarum Apostolicarum pro Regularibus factam ab Emmanuele Rodericio in principio, constareque id ex Originali, quod habetur in Monasterio Cauensi, cuius Abbati Petro, & successoribus est concessa ea Bulla, legique correctè impressam in tom. 1. Bullarum nouè editi à Laertio Cherubino.

1721 Ego tamen in Bullario Laertij, & Angeli filij inuenio aliam Bullam diuertim concessam ab Urbano anno 1090. pro Monachis Vallis Umbrosæ Ordinis S. Benedicti, vbi indulget, vt possint Chrismate, oleum sanctum, consecrationes altarium, siue Basilicarum, Ordinationem Clericorum à quocumque voluerint Episcopo Catholico, Romane Ecclesie gratiam, atque communionem obtinente, percipere. At posterior Bulla eiusdem Urbani pro Abbate Petro, & successoribus iuxta impressionem Rodericij continet hæc verba, Concedentes, & edicto perpetuo confirmantes, vt tam tu, quam successores tui Mo-

nasterij habitas, & habendas libere possis Ecclesias construere, cum cruce signare, aliaque Pontificalia, & spiritualia exercere, sacrorum Ordinum collatione, Basilicarum, & altarium consecratione, & chrismatismis confectio- ne tibi, tuisque successoribus dumtaxat, applicata penitus potestate. Sic ibi.

1722 Existimandum nihilominus est cum Ascario Tamburino supra, & cum Ioanne Martinez de Prado 3. p. quest. 72. dub. 3. §. 5. num. 40. Librarianum, vel Calcographum omisisse verbum *exceptis* post aduerbium *dumtaxat*.

1723 Dicet quis, Armillam V. Abbas §. 8. docere, [Abbatem posse consecrare Ecclesias: si habeat à Papa ex commissione, vel ex iure, vel ex privilegio, vel ex consuetudine scita, & approbata per Papam:] & V. Calix n. 4. docere, [Calicis consecratione videri fieri posse ab Abbatibus, qui utuntur insignibus Pontificalibus, quando habent hoc ex consuetudine.] Quæ verba laudantur à Laymano Lib. & Tract. 5. Cap. 16. num. 12: aluntque Bonacina Disp. 4. de Sacramentis quest. ultima, punct. 9. n.

17. Quartus in Rubricis Missalis p. 2. tit. 1. sect. & dub. 2. V. Quidam, Matca- renhas Tract. & Disp. 5. de Sacramentis Cap. 9. num. 355. consulendam esse in hoc, & seruandam consuetudinem: tandem que Fagundez Lib. 3. in 1. præceptum Ecclesiæ Cap. 21. num. 14. inquit, posse præscribi consuetudine consecrationem vasorum factorum. Respondeo, Armillæ priora verba de consecratione Ecclesiarum ab Abbatibus non esse absoluta, sed conditionata, seu non supponere, quod Abbates habeant ad eam consecrationem facultatem à Papa ex commissione, vel ex iure, vel ex privilegio, vel ex consuetudine scita, & approbata per Papam, sed tantum in eis dici, quod si habeant facultatem illam vno ex relatis capitibus, possent utique illam exercere. Quod non est contra nostrum intentum. Neque item siue priora, siue posteriora in sensu legitimo Armillæ, aliorumque Authorum præcatorum sunt contra intentum nostrum ad Disp. 30. Sect. 16.

vt declaravi ibi in num. 219.

(§)

PARERAGON XXIX.

An licita sit applicatio triginta v. g. Missarum pro triginta animabus Purgatorij, quarum singulis una tantum debeat- tur à Sacerdote.

1724



DEST, an Sa- cerdoti, qui à diuersis personis habeat triginta v. g. Missas com- mēdatas pro totidem ani-

mabus Purgatorij, cum facultate, & extensione, vt possit celebrare eas intra totidem dies, fas sit, singulas Missas singulis animabus applicare coniunctim, & in confuso, ita vt singulæ animæ participant de fructu singularum Missarum; quo fiet, vt trigésimo die singulæ animæ retulerint integrum fructum æquiualentem vni Missæ?

1725 Posseuius de Officio Cu-

rati Cap. 22. num. 25. quest. 5. respon- det, non satisfieri promissioni, [quia hic modus est inauditus in ecclesia Dei, & repugnat promissioni tacite factæ in stipulatione, maxime si Missæ illæ dicantur pro mortuis] Citat Syluestrum V. Suffragium quest. 8. & eodem iure posset citare Paludanum in 4. Dist. 45. quest. & art. 2. conclus. 4. S. Antoninum 1. p. Summæ Theologicæ tit. 10. Cap. 2. §. 5. Martinum de Frias in Tract. de Valore Missæ Corollario penultimo fol. 96. Antonium Honcalam in Tract. de Valore eodem art. 12. fol. 37. Nam Syluester, & reliqui presserunt vestigia Paludani, vt & Paulus Conitulus Lib. 1. Respons. Moralium quest. 42. num. 9. Giblinus quest. 18. de Simonia Confectario 7. num.

38.

38. Fraxinellus adductus à Leone, & ab Auerta infra. Sed certe Paludano fuit sermo, quando vni animæ debetur vna Missa prius, quam alteri, secus quando intra latitudinem rot dierum est concessum, vt siue prius, siue posterius pro qualibet earum celebretur.

1726 Et in hoc sensu respondent affirmatiue, ac bene Bonacina Disp. 4. quest. ultima punct. 7. §. 3. n. 1. Afontus de Leone quest. 8. de Officio Capellani Sect. 16. Auerta quest. 11. Sect. 17. §. Hinc inferunt, tamen tunc primò consulat in praxi, vt pro vnaquaque anima seorsim sacrificetur. E contra tamen cōsultat Ioannes de Cruce quest. 1. de Sacrif. Missæ dub. 8. conclus. 1. vt Sacerdos semper celebret pro omnibus, pro quibus vsque tunc accepit stipendia.

1727 Quicquid autem sit de secundo hoc consilio tam generali, & limitando sermonem ad casum propositum, cum non detur obligatio ad applicandam integrè pro anima Petri Sacrificium, quod fiat prima die Aprilis;

sed posset licitè differri Sacrificium, & applicatio vsque ad diē trigésimam, & similiter posset licitè pro anima Pauli anteponi Missa die prima, aut postponi die trigésima, videtur è bono vtriusque esse, & alienum ab omni iniustitia. vt Missa dici primæ offeratur pro animabus Petri, & Pauli, pariterque pro viginti octo alijs, disperciendo fructum eius Missæ, & ceterarum in triginta illas animas, sic enim nihil cuiquam detrahitur, & in singulas tribuitur, antequam debeat, pars fructus: quæ esse diuisibilem suppono vt prorsus manifestum. Adhæc: si Missa pro multis specialiter oblata tam proficit vnicuique animæ, quam si pro ea sola offerretur, vt fert plurimum sententia, de qua in Disp. 8. quantum interfit singulis illis triginta animabus, vt omnes triginta Missæ pro eis singulis offerantur

specialiter, nullus est, qui ignorare valeat. Hæc quaestio addenda erit in Sect. 6.

Disp. 31:

(§)

PARERAGON XXX.

De potestate Capellani ad disponendum de redditibus, fructibus, & designatis pro stipendijs Missarum.

De reductione harum ad minorem numerum ob earundem multitudinem, & Sacerdotum paucitatem.

1728



Vo ad primū queritur, an Capellanus possit iuxta suum libitū disponere de redditibus, fru-

ctibusque destinatis in stipendia Missarum, si ex eis redditibus superfluat aliquid pro cōgrua sua sustentatione? Respondeo, posse, si Capellania sit Laicalis, seu non collatiua, eius enim redditus computantur inter bona quasi patrimonialia, etiam si acquirantur intuitu Ecclesiastici ministerij, & hoc præteretur ex obligatione: sunt quippe

fructus propriæ industriæ, & laboris, danturque à fidelibus in stipendium operis impensū, quin explicitè, neque implicitè imponant onus expendendi superfluum in vltus pios. Idque ipsum contingit circa stipendia pro sacrificijs data mercenarijs Sacerdotibus. Sic Doctores communiter.

1729 Sed si Capellania sit Ecclesiastica, seu collatiua, cum iam habeat rationē beneficij Ecclesiastici, videtur discurrendum aliter, atque ita discurrunt plures memorati à Cardinali de Lugo como 1. de Iustitia Disp. 4. §. 3. num. 28. Ipte tamen, relatis Soro, Driedone, Nauarro, Sanchez, Gabriele Vaz-

Vázquez, probabile censet *num. 29.* & 30. eandem militare rationem in posteriori hac Capellania. Consentiant Diana *parte, & Tract. 4. Ref. 171.* Quartus *parte 3. in Rub. Miss. tit. 6. Sect. 1. præcep. 2. affirm. dub. 5.* quia etiam sit beneficium Ecclesiasticum, sed eius redditus retinent conditionem meri stipendij pro labore exhibito, atque adeo computari debent inter bona quasi patrimonialia; nec est, cur obtinens huiusmodi Capellaniam debeat sortiri peiorem conditionem, quam qui aliam assequitur; neque Fundatores intendunt imponere vni maius onus, quam alteri Capellano. Hanc opinionem non esse securam in praxi, pronuntiat Thomas Hurtadus *tomo 1. de Ecclesiasticorum congruentatione l. 2. num. 677. pag. 130.* Sed nihil affert, quod non sit iam edotatum. Hæc quæstio addenda erit ad *Sect. 7. Disp. 31.*

1730 Quoad secundum, cum iuxta Concilium Tridentinum *Ses. 21. Cap. 4. de Ref. vna ex duabus causis potest fieri Missarum ad maiorem numerum reductio; altera multitudinis ipsarum, & paucitatis Sacerdotum, altera tenuitatis stipendij, prior ea causa videtur mihi non intelligenda tanquam sufficiens ad reducendas Missas in maiorem numerum, si illæ relicte sint cum indifferencia, ut vbiuis, & à quibusvis Sacerdotibus celebrentur, tunc enim po-*

PARERCON. XXXI.

An per auditionem Missæ, in qua loco vini infusa sit aqua calici, satisfactum fuerit præcepto de audienda Missa? Et an si ante consecrationem noscatur infusam fuisse vino aquam artificialem, apponi debeat aliud vinum cum aqua naturali?

1732



PRIOR quæstio sic fufius proponitur, an videlicet si Sacerdos aqua pro vino iniecerit in calicem, aduertatque id tempore cõsumptionis, quin emendet defectum vini, neque consecret illud vel ob ignorantiam, vel ob

perturbationem ex inopinato euentu, sicque finiat Missam, debeat post eam, si sit dies festus, audire aliam, & admonere eos, qui fuerint præsentés suæ Missæ, ut aliam audiant, eoquod non fuerit satisfactum præcepto per consecrationem cum consecratione vnius tantum speciei panis, siue factam, siue auditam?

terant quæri Sacerdotes aliarum Ecclesiarum intra, & extra Diocesim; quibus committantur, tradita competente elemosyna, designataque à defunctis. Nec probo Episcopos, aut Parochos, qui Missarum ex testamentis ad Ecclesias Parochiales pertinentium commendationem diu differunt ob paucitatem Sacerdotum in iisdem Ecclesijs, cum facile queant inuenire alios Sacerdotes siue Sæculares, siue Regulares, siue intra, siue extra Diocesim suam; nec est, cur debeant coarctare se ad propriam Ecclesiam, vel Diocesim.

1731 Scio, fuisse alicubi tam ingentem Missarum numerum reseruarum, ut in mentem venerit cuidam Prelato conuerrere stipendia in aliquod piissimum opus fundandum. Sed recte sententium iudicio contra ius, & pietatem debitam defunctis, ideoque inaserrunt, ut si intra Diocesim deessent Sacerdotes, qui exhaurire possent tantam Missarum copiam, quærentur extra; & statutum, si quod erat, non commendandi eas extra, iudicatum est inuolidam, utpote respiciens utilitatem paucorum illud sancientium, & non utilitatem publicam, ideoque iudicatum est ambitiosum iuxta *l. Ambitiosa 4. ff. de Decretis ab ordine faciendis.* Hæc decisio addenda erit ad *Sect. 9. Disp. 31.* (P)

1733 Respondeo, per se, & ab intrinseco debere audire aliam iuxta meam de essentia Sacrificij Missæ

coarctare se ad propriam Ecclesiam, vel Diocesim.

coalescente ex vtriusque speciei consecratione sententiam traditam in *Disp. & Sect. 4.* cum multis Doctoribus in *n. 22.* relatis, quibus adijci possunt Quartus, Ioannes Poncius; Mercerus, Petrus à S. Iosepho, Lezana, Kellisonus; Syluius, Pasqualigus, Hieronymus Garcia, Trullench, Alfonso de Leone; Villalobus, Marchinus, Puteanus, Serra, Marcus de los Huertos; Ioannes Martinéz de Prado; Reginaldus; Bernal, Raynaudus, Petrusque Anellus Persicus. Dixi, per se, & ab intrinseco, nam per accidens, & ab extrinseco probabile est non debere iuxta complurium opinionem de essentia illa salua in consecratione alterutrius speciei. Et ob probabilitatem eius opinionis, timoremque scandali excusabitur Sacerdos ab admonendo populo, ut postea sit præfens alteri Missæ. Hæc quæstio addenda erit ad *Sect. 4. Disp. 30.*

1734 Ad posteriorem quæstionem ait Araujus *3. p. quæst. 74. art. 8. dubio 2. num. 44. pag. 281.* non debere refici calicem alio vino cum aqua naturali, quia etiam in *Missalis Romæ*

ni Rubricis tit. de Defectibus §. 4. num. 2: dicatur, peccari grauiter, si consecratur vinum, cui admista fuerit aqua rosacea, seu alterius distillationis; in nihilominus neque *ibi*, neque *inferius* dicitur, ut si ea admistio noveretur ante consecrationem sanguinis, infundatur aliud vinum cum aqua naturali. Sed non est asserendum Doctori illi, nam cum in *n. 3. Rubricarum* mouetur celebrans, ut si ante consecrationem sanguinis aduertat, aquam non esse in calice, adhibeat eam, subintelligendum est, non modo si desit in calice omnis aqua, sed etiam, si quæ adest, sit talis, cum qua si conficiatur, peccetur grauiter, uti de rosacea, seu alterius distillationis traditum fuerat in *num. 2.* simulque de vino inceptum acescere, vel corrumpi, vel quod sit aliquantum acre, vel mustum de vuis tunc expressum. Quibus in casibus si ante consecrationem sanguinis obseruetur, tale vinum fuisse calici infusum, debet illud effundi, & aliud apparari; ut consecratur. Hæc quæstio addenda est ad *Sect. 20. Disp. 29:*

PARERCON XXXII.

An si Sacerdos ex metu hostium appropinquantium cõsumpserit hostiam statim, ac eam consecrauit, teneatur postea ipse, vel alius ad calicis consecrationem, & consumptionem? An item si Sacerdos obeat in altari, & dubitetur de consecratione hostiæ, reseruari hæc possit, ut in integrâ alia Missa post calicem consumatur?

1735



PRIMO casu Zacharias Pasqualig^o *q. 47. de Sacrific. nouæ legis n. 13.* existimat non teneri, quia iam tunc non adesset Sacrificium, quod perficeretur.

1736 Sed contra, quia alioqui Christus non perfecisset Sacrificium sui corporis, & sanguinis, quandoquidem consecrauit sub speciebus vini post consecrationem, & sumptionem sub speciebus panis; potuissetque Ecclesia disponere, ut sic etiam sacrificarent Sa-

cerdotes, sumendo corpus inmediate post consecrationem sub speciebus panis, & sabinde consecrando sub speciebus vini, sumendoque sanguinem. Præterea si hostia consecrata dispareat ante consecrationem calicis, datur obligatio consecrandi aliam hostiam, ut constat ex Rubricis *tit. de Defectibus §. 3. num. 7.* sentiuntque vna nimirum omnes Theologi. Ergo à fortiori vigebit obligatio consecrandi calicem, si hostia sit consecrata, atque sumpta. Et quid est consecratio, sumptioque vnius speciei postulat ex institutione Christi consecrationem, sumptionemque alterius; postulat, inquam, cum existit physice, pro tempore quo non existet physice, sed

sed tantum moraliter, nam iam est tractata physice, quando fit consecratio, sumptioque alterius speciei. Et ut Sacrificium perficiatur, opus non est, quod duae consecrationes, & sumptiones coexistent physice, imò opus est, ut sic non coexistent, cum sint transeuntes, & successivae una post aliam. Neque est, cur, nisi sit physice praesens species una consecrata, non detur obligatio consecrandi aliam.

1737 Ex quibus patet ad rationem Pasqualigi: ad quam paucis verbis dico, Sacrificij perfectionem esse ut entis successivus, proindeque non requirere coexistentiam physicam partium sese mutuo perficientium, quales sunt duae consecrationes, & sumptiones; nihilque esse caute, ob quam una species consecrata debeat esse physice praesens, quoties urgeat obligatio consecrandi aliam, Haec questio addenda erit ad Sect. 1. Disp. 29.

1738 In secundo casu censet idem Pasqualigus quest. 326. num. 4. referuari posse, quia in dubio de consecratione hostiae nihil certo obligat ad perfectionem Missae inceptae.

1739 Sed non placet mihi, nam in eo dubio melior est conditio hostiae possidentis. Et urgeo ad hominem, quia si Sacerdos post prolata consecrationis verba supra materiam putatam panis,

& vini aduertat, panem, & vinum esse corrupta substantialiter, tenetur iuxta Pasqualigum quest. 300. num. 3. expectare materiam habilis, si brevi tempore possit haberi, quia ad id obligat praecipuum Ecclesiae de perficienda inchoata Missa. Similiter iuxta eundem Pasqualigum quest. 320. num. 1. & 2. si Sacerdos ante consumptionem aduertat, se non protulisse consecrationis formam super panem, & vinum, vel protulisse aliqua verba, sed non omnia necessaria ad valore consecrationis, debet repetere formam utramque, quia cum totus ritus Missae sit ordinatus ab Ecclesia ad cultum patriae, mediante Sacrificio, & proinde incipiendo obligaverit Sacerdos munus suum Deo in exhibendo Sacrificio, tenetur perficere quod incoepit. Et in uno, atque altero casu debet absolute Missam. Ergo eiusdem de causa tenebitur in praesenti casu consecrare priorem hostiam conditionate, postque absolute calicem, & ad finem usque deducere Missam; imò multo urgentius tenebitur ob praemissam consecrationem hostiae, etsi dubiam,

cum in alijs casibus nullae certò fuerint consecrationes praemissae. Haec questio addenda est ad Sect. 2. Disp. 29.

PARERGON XXXIII.

Nonnulla scitu digna de consecrationis materia venenata.

1740



Pasqualigo in quest. 48. n. 6. visum est probabile, quod species consecratae, si postea veneno inficiantur, defendant ob hanc praesens causam continere suble corpus, aut sanguinem Christi, etiam si per venenum non corrumpantur physice; & quod panis, aut vinum non sit valide consecrabilis, si veneno sit infectum, ut addit in num. 7.

Sed cum tam clare in Rubricis Missalis rit. de Defectibus §. 10. à num. 5. usque ad 7. supponatur non desinere corpus, aut sanguinem Christi sub speciebus panis, & vini, eo praesens quod venentur, utque haec fixa persuasio fidelium omnium, qui incunctanter adorarent species venenatas, in quibus non apparet corruptio, non possum non mirari assertam à Pasqualigo probabilitatem.

1741 Et non minus miror motivum huius Autoris. Estque id: Species venenatae non sunt species cibi,

bi, aut potus habilis pro nutritione, aut refectione, sed potius pro tollenda vita. Eandem rationem conficit in pane, vinone venenato, ne sit valide consecrabilis. Sed contra, quia panem, aut vinum esse habile ad summptionem innocuam non est requisitum essentiale pro materia consecrationis; & quia ut species consecratae permanent in statu sacramentalium, non debent posse sumi sine nocimento. Quis ante Pasqualigum cogitavit tale quid? Praeterea species venenatae, aut panis, viaeque venenatarum nutrient, vel reficient, etsi nutriendo, vel reficiendo per breve tempus, interficient postea, vel saltem redigent ordinariè vitam corporalem in periculum. Postremo, ut species contineat sub se corpus; aut sanguinem Christi, sufficit, quod sint species cibi, aut potus habilis per se pro nutritione, aut refectione, quia obiter, quod aliquando per accidens, ut ratione veneni, non ut habilis.

1742 Martinus de Funes in Speculo morali, & pratico p. 2. Cap. & num. 5. scribit, [Quando post consecrationem accidit, ut utraque, vel altera species Sacramenti sumi, non possit à celebrante; quia veneno infecta, non est necessarium, iterum consecrare, & sumere.] Sic Funes, cui adhæreo, quando utraque species post consecrationem apparet venenata. Nam consequens id est addicta à me in Disp. 29. n. 154. & seqq.

1743 Sed Paulus Maria Quar-

ti p. 3. in Rub. Miss. tit. 10. num. 6. dub. & conclus. 1. affirmat, debere tunc consecrari novum panem, & novum vinum, quia sumptio Sacramenti est absolute necessaria vel ad essentiam, vel ad integritatem Sacrificij.

1744 Idem tamen Quartus tit. & sect. 3. dub. 5. conclus. 3. sentit, si utraque species post consecrationem appareat mutata in carnem, & sanguinem, vel dispereat ab oculis Sacerdotis, non dari obligationem consecrandi novum panem, & vinum, nam id non esset perficere prius Sacrificium, sed offerre aliud omnino distinctum, ad quod non obligat prior consecratio, imò potius obligat ad eius carentiam, ea nimirum de causa, ne bis eodem die ab eodem Sacerdote sacrificetur, quia in prohibitione non est cur putetur dispensatum ob mutationem miraculosam, aut ob disparitionem utriusque speciei consecratae. Qui discursus aequè valet contra iteratam consecrationem panis, & vini, si manifestetur esse venenatas ambas species iam consecratas.

1745. Ceterum si non nisi una esse venenatam innotescat, tunc pro ea erit debita alterius similis speciei consecratio, & sumptio. In qua assertione discedo à Funes supra, & à Pasqualigo quest. 304. num. 8. & seqq. Sed ob rationem, quae me convincit, scilicet ne Sacrificium remaneat substantialiter imperfectum ob defectum consumptionis specierum panis v. g.

PARERGON XXXIV.

Diluuntur obiectiones aliqua, & finitur tractatio de materia venenata.

1746



Equè inde sequitur, fieri Sacrificium sub una tantum specie. Nam cum supponatur facta consecratio sub specie vini, non sequitur confici Sacrificium sub una tantum specie, etiam postea fiat consecratio sub specie panis.

1747 Neque rursus sequitur, supposito uno Sacrificio essentialiter perfecto, procedi ad aliud essentialiter imperfectum manurum. Nam consecratio nova sub speciebus panis constituit unum Sacrificium essentialiter perfectum cum praecedentibus consecratio-

nibus sub speciebus panis, & vini.

1748. Quod si paulò scrupulosius percontaris, vel consecratio nova sub speciebus panis pertineret ad idem numero Sacrificium prius, vel ad distinctum posterius? Non primum, quia unum numero Sacrificium non potest consistere triplici consecratione, actioneque sacrificativa, nisi monstruosum sit, & contra Christi institutionem. Non secundum, quia novum distinctum Sacrificium requireret ultra novam consecrationem sub speciebus panis novam etiam sub speciebus vini, ne salvum staret novum Sacrificium sub solis speciebus panis: cum tamen aliunde altera con-

secratio sub speciebus vini nō deseru-
ret ad complendum vilo modo Sacri-
ficiū, nam sine ea daretur cōsecratio,
& consumptio sub speciebus vini, quæ
consecratio, & consumptio simul cum
consecratione, & consumptione sub
speciebus panis componeret Sacrifici-
um perfectum essentialiter, & substan-
tialiter.

1749 Si, inquam, sic perconte-
ris, annuo priori parti, quia tertia con-
secratio potest sine monstrositate, &
sine violatione institutionis Christi co-
alescere cū prima, & secunda in vnum,
idēq; Sacrificiū essentialiter, & sub-
stantialiter perficiendum, si dirigatur
ad supplendum defectum consumptio-
nis, quæ sit impedita sub speciebus, sub
quibus facta fuit prima cōsecratio. Pos-
sem etiā annuere posteriori parti, quia
novum distinctū Sacrificiū sub specie-
bus panis non postulat novam consecra-
tionem sub speciebus vini, quando in
eadem Missa præsupponitur facta conse-
cratio sub his iisdē speciebus: quæ præ-
suppositio est in causa, vt absolute non
sit verū, stare saluum novū Sacrificiū
sub solis speciebus panis.

1750 Si vrgeas, contra præceptum
saltem Ecclesiæ est offerre sub iisdem ri-
tibus, seu sub eadem Missa vnum Sacri-
ficiū perfectum, & alterum imper-
fectum. Occurro inquit, non esse cō-
tra præceptum Ecclesiæ, quando imper-
fectum adiungitur, ne aliud, quod iam
est essentialiter perfectum, relinquatur
sine substantiali perfectione consistente
in consumptione vtriusque speciei. At-
que hinc patet disparitas ad casum, in
quo post consecrationem, & consump-
tionem hostiæ rogaretur Sacerdos, vt
consecraret formulam ad communicā-
dum moribundum, non enim liceret
Sacerdoti in Missa corrente adiungere
perfecto Sacrificio imperfectum aliud
consecrationis formulæ illius, quia Sa-
crificij substantiale complementum,
quod tanti momenti est, quodque desi-
deratur in casu hactenus discussio vene-
natarum specierum panis, nō ita requi-
reretur in eo alio casu. De quo legantur
Quartus *quæst. proximali in Rub. Missalis*
sect. 5. punct. 1. conclus. 4. Pasqualigus
quæst. 47. num. 7. post Præpositum 3. p.
quæst. 83. art. 1. dub. 8. num. 56. Estque
obiter notandum cum Quarto, si Sacer-
dos admoneatur de necessitate mori-
bundi, quando non est locus seruandi

partem hostiæ consecratæ, debere cele-
brare aliā Missam, præsertim si sit ieiun-
nus, & non lumpsit purificationem.

1751 Si rursus vrgeas, eo ipso quodd
sint venenatæ species consecratæ panis,
indebita iam est, imò & illicita consu-
ptio integra Sacrificij primò cōpleti per
consecrationē vtriusq; speciei ad quod
Sacrificiū sicut non pertineret conse-
cratio speciei substitutæ in locum vene-
natæ, ita neque pertineret consumptio.
Porro si non est necessaria consecratio,
& consumptio nouæ speciei, neque erit
licita. Cū enim de iure diuino sit, quodd
non consecratur vna species sine alia, &
solum videatur consecratio vnius pos-
se separari à consecratione alterius, in
quantum id est necessarium pro cōple-
mēto substantiali prioris Sacrificij (quia
hoc non tam est separatio, quam con-
iunctio cum priori Sacrificio ad ipsum
complendum) dum cessat hæc neces-
sitas, cessat etiam facultas consecrandi
vnam speciem absque alia.

1752 Sed hæc difficultas coincidit
cum proposita, & enodata in n. 1749.
Ideoq; non immoror in repetenda eius
solutione, etsi Pasqualigus iam sub his,
iam sub illis verbis eam inculcet in *quæ-
stionibus de suppleendis defectibus occurrenti-
bus in oblatione Sacrificij, vt quæst. 304. n. 8.*
& seqq. agens de defectu ob venenationē
specierum consecratarū panis, vel vini,
quæst. 303. n. 6. & 7. agens de defectu ob
apparitionē miraculosā carnis, vel san-
guinis sub speciebus panis, vel vini, *quæst.*
302. n. 6. & trib. seqq. agēs de defectu ob
disparitionē consecratarū specierū pa-
nis, vel vini, qui defectus si accidat, cō-
secrandā esse speciem similē ei, quæ dis-
paruit, traditur conceptis verbis in *Ru-
bricis Miss. Roman. tit. de Defectibus. §. 3. n. 7.*
Et cum Rubricis concordant Doctores,
præsertim moderni, apud ipsū Pasquali-
gū n. 3. *quæstionis illius 302.* In cuius n. 5.
ait, fore, vt ob propositā difficultatē af-
firmaret, non consecrandā speciem similē
ei, quæ disparuit, nisi obitaret aut hori-
tas cōmunis tam Doctorū, quā Rubrica-
rū. Sed aut mei ingenij obrusa acies dif-
ficultatē nō penetrat, aut ea tāta nō est,
quantam exaggerat Pasqualigus.

1753 Si vini consecratæ species in-
fectas esse veneno cōperiat post sup-
tionem etiam hostiæ consecratæ, non
est opus consecrare, & sumere aliam
hostiam, sed tantummodò opus est
consecrare, & sumere species alias

vi-

vini. Ita tradidi in *Disp. 29. Sect. 11.*
num. 148. cum multis, quos citauit, &
quibus aggrego Bartholomeum Le-
desmum in *Summario de Eucharistia dis-
sic. 42. V. Secundus defectus*, Nicolaum
Plovium in *Tract. Sacerdotali tit. de Eū-
char. §. de Cautelis seruandis ex parte Sā-
cerdotis fol. 22.* Bonacium *Disp. 4. quæst.*
ultima punct. 10. num. 8. Auerlam *quæst.*
11. Sect. 16. V. Tertio, Fillucium *Tract.*
5. num. 164. Castrum Palatum *Tract.*
22. Disp. unica, punct. 11. num. 7. Tho-
mam Tamburinum *Lib. 2. de Missa Cap.*
8. §. 3. num. 2. Franciscum de Lugo
Lib. 3. de Sacramentis Cap. 10. quæst. 2.
num. 21. contra Armillam *V. Missa num.*
14. Alfontum de Vega in *Sylua, & pra-
xi fori interioris Lib. 4. casu 17.* & contra
alios ibi recēditos:

1754. Hactenus de casu-
bus tam extremè execrabilibus. Et
utinam mente tantum sint cogitabi-
les, nunquamque deinceps in angustias

deducant Sacerdotes celebrantes! Fu-
ere præteritis sæculis infanda nonnul-
la exempla immitti veneni hostiæ, ca-
licique facti; & circa nostrum I. Ber-
nardus Diaz in *Practica criminali Cano-
nica Cap. 89.* testabatur, [Clericum
Clerico, & Religiosum Religioso in
calice, dum sacra Mysteria celebraret,
miscuisse venenum; quanvis diuina
misericordia, aut debilitate veneni
neminem mori contigerit.] Sed &
abique humana malitia venenari pos-
sunt species consecratæ, vt si fulmine
tangerentur, tunc enim habendæ es-
sent pro venenatis, vt monēt Gauantius
in *Rub. Missalis p. 3. tit. 10. num. 7.*
Genuensis, Thomas Tamburinus,
Pax Iordanus, Quartus, & Pasqualigus
quæst. 304. num. 13. tuncque utilis

foret huius Parergi doctrina:

quæ addenda erit ad *Disp.*

29. Sect. 7. vel 11.



PARERAGON XXXV.

*Quidnam facturus sit Sacerdos, qui dubius, utrum vinum cum
aqua apposuerit in calice, paululum cum digito gustans
probet, quod sit aqua pura? Adiunguntur
corollaria nonnulla.*

1755



OTIDEM
verbis propo-
nit hanc quæ-
stionem Iaco-
bus de Vitria-
co *Cap. 38.*
*Hist. Occiden-
talis pag. 428.*

& responderet, debere apponere vinum,
& consecrare; sed non communicare,
eo quodd soluerit ieiunium naturale
gustando aquam, transmittendoque,
vt supponitur, per fauces in sto-
machum. Quæ responsio grata fuit
viro cuidam docto tum ob anti-
quam authoritatē Iacobi de Vitria-
co, qui obiit anno 1240: fuitque S. R.
E. Cardinalis, & Episcopus Tusculanus,
tum ob rationem ab eo præstitam.

1756 Sed mihi fuit ingrata, tum

quia non bene cohærent consecratio
vini denouo appositi, & abstinentia ab
illius sumptione: tum quia si non erat
peruentum ad consecrationem panis,
debebat desisti à Missa, si erat peruentū,
debebat apponi vinum lymphatum, &
consecrari, posteaque sumi corpus, &
sanguis, non obstante ieiunij fra-
ctione, de qua non esse tunc habendam
rationem docemur à S. Thoma 3. p.
quæst. 83. art. 6. ad 4. quia *preceptum de
perfectione Sacramenti, maioris est ponderis,
quàm preceptum, quod hoc Sacramentum
à ieiunio sematur.* Cum Angelico Do-
ctore consonant communiter Theolo-
gi posteriores, & Rubricæ Missalis Ro-
mani rit. *de Defectibus §. 3. num. 5. §. 4.*
num. 3. Quare tam ab authoritate, quā
à ratione præualet posterior hæc para-
priori alij Iacobi Vitriacensis.

Sf 2

1757 Et

1757 Et prævalere etiam debet alij parti Alexandri Alensis Lib. 6. *Compendij Theologiæ*, ubi ait, [Si aquam sumperit Sacerdos, priusquam aduertat, non esse vinum consecratum, debet poenitere de negligētia commissa, sed non vinum de nouo ponere, aut cōsecrare, quia ieiunus non est: vt scilicet præceptum Ecclesiæ intelligatur cum superadditione ieiunij, & ita non ieiunus excusetur propter impotentiam, quam ignoranter incurrit.] Sic apud Adrianum in 4. *quest.* 6. §. *Pro responsione fol. (mibi) 26.* Hoc Opus Alexandri Alensis non fuisse à se lectum declarat Vazquez tom. 3. in 3. p. *Disp.* 223. *Cap.* 1. num. 3. Ego legi illud, sed inter alia B. Alberti Magni *tomo 13. editionis nouæ*, & inter alia S. Bonauenturæ *tomo 7. in Appendice*; nec solum tribus his parentibus, sed compluribus alijs adscribitur à varijs Scriptoribus, vt iam non nemo discussit. Cuiuscumque sit, ego non inuenio verba, aut opinionem cōtentam in verbis extantibus apud Adrianum.

1758 Quæ quidem locum iam non habet, videturque processisse ex difficili suppositione de non obligatoria ex præcepto diuino consecratione, & sumptione vtriusque speciei panis, & vini à Sacerdote celebrante. Et permittit gratis tali suppositione, deberet Sacerdos ponere de nouo vinum, consecrare, & sumere, non obstante fractione ieiunij, quia præceptum de perfectione Sacramenti, & Sacrificij per consecrationem, & sumptionem vtriusque speciei à Sacerdote celebrante, et si foret merè Ecclesiasticum, haberet maius pondus, vrgeretque magis, quam alterum præceptum, merè etiam Ecclesiasticum, de ieiunio ante Eucharistiæ sumptionem.

1759 Ex dictis sequitur primò, non esse approbandum quod ait Richardus Mediavillanus in 4. *Dist.* 11. *art.* 2. *quest.* 6. de Sacerdote, qui post sumptionem sanguinis notarit, hostiam non fuisse consecrationi aptam, vt pote corruptam, aut non triticam, ait quippe, illum, cum iniuius sit, non posse curare de alterius hostiæ consecratione, & sumptione: refertque, aliquos eadem ratione motos iudicare, abstinendum esse à

sanguinis sumptione, si ante hanc noscatur hostiæ ineptitudo: [Quauis alijs videatur contrarium, quia hic casus est necessarius: In casu autem necessitatis non ieiunus potest communicare.] Posteriores hi memorati à Richardo attrigerunt veritatis scopum, siue noscatur hostiæ inhabilitas ante sumptum, siue post sumptum sanguinem. Concordat cum posterioribus Robertus Holkot in 4. *quest.* 3. *dub.* 2. loquens expressè in casu deprehensæ ineptitudinis hostiæ ante sumptionem sanguinis; tamen paradoxè, & contra rationem, ac Rubricas *tit. de Defectibus §. 3. num.* 5. addat, consecrari tunc debere non modò aliam hostiam, sed etiam aliud vinum lymphatum, si habeatur ad manum alius calix, ex quo, & ex altero hauriatur sanguis post corpus sumptum.

1760 Sequitur secundò, non esse iam intellectu difficilem discursum prænominati Iacobi Vitriacensis *Cap. illo 38. pag.* 442. nam agens de animaduerso defectu vini in calice post hostiæ sumptionem inquit, abstinendum esse à susceptione Sacramenti eo die, siquidem fractum sit ieiunium iuxta quorundam cogitationem de formis consecratorijs se se mutuo expectantibus, vt operentur: quam etsi refutet, non audeat damnare omnino, & quæ si vera sit, hostia non erit consecrata, cum non fuerit consecratus calix: addit tamen, apposito vino lymphato, repetenda esse cōsecratoria verba super hostiam, & calicem. At si animaduertatur defectus vini ante hostiæ sumptionem ait, esse securius, si consecratur alia hostia, quæ cum speciebus vini, aqua misti, post illam consecrati, sumatur. Sic discurret iuxta cogitationem prænotatam. Sed iuxta contrariam, quam ipse approbat, inquit, apponendum esse vinum lymphatum, illudque solum modò cōsecrandum de nouo, & postea procedendum ad sumptionem specierum panis, & vini, vel ad vini tantum, si præcesserit sumptio specierum panis.

1761 Hoc vltimum arripet nobis, qui in cogitatione illa de formis cōsecratorijs sese vicissim præstolantibus, vt suos tortiantur effectus, ne vestigium quidem probabilitatis iam

iam agnoscimus, vt diximus in *Disp.* 4. num. 11. in *Disp.* 29. n. 19. & 120. contra Petrum Cantorē Parisiensem, illius inuentorem: quem tamen magnis elogijs eohonestant idem Iacobus Vitriacensis *suprà Cap. 8.* Vincentius Bellouacensis *Lib. 29. Speculi Histor. Cap. 39.* S. Antoninus 2. p. *Summe Hist. tit.* 17. *Cap.* 9. §. 29. Thomasque Cantipratanus *Lib. 1. Boni vniuersalis Cap. 19. num.* 8. *Lib. 2. Cap. 1. num.* 9. & pag. 538. ex *editione Georgij Coluenerij.* Postemutque, si cogitatio illa in aliquo pretio esset habenda, moram facere in examinando, num omnino consequenter ad illam discurreret Iacobus Vitriacensis?

1762 Sequitur tertio à fortiori, si post cōsecrationē hostiæ deprehendatur defectus vini in calice, & nullo modo reperiri illud possit, vt cōsecratur, debere procedi in Missa, absoluique eam, præmittēdo verba, & signa pertinentia ad speciem vini. Ita in *Rubricis Missalis Romani tit. de Defectibus §. 4. num.* 8. Ita etiam Suarius *tom. 3. in 3. p. Disp.* 85. *Sect.* 1. *V. Prima regula;* sicut Paqualigo *quest.* 298. num. 7. videatur, sic sentire ob auctoritatem Rubricarum, & non ob momenta rationis, refertque tanquam rationem Suarij, ne tunc deberet absolui Missa, quòd cū tunc non possit saluari verum Sacrificium, vt pote cuius essentia consistat in consecratione vtriusque speciei, non adesset necessitas perficiendi id, quod est impossibile. Sed de tali motiuo nullum verbum lego in Suario, nec potuisset tanto Doctori arripere vel leuiter, nam vt non posset Sacrificium perfici tunc essentialiter per alteram consecrationem, at posset perfici substantialiter per sumptionem speciei consecrate, idque satis esset ad obligationem absoluendæ Missæ inducendam. Suarius quidem disputando tantum proposuit difficultatem prosecutionis Missæ eo in casu, desumptisque difficultatem exinde [quòd sine presentia sanguinis vix pos-

set vlla ex sequentibus cæremonijs ritè, & verè peragi.]

1763 Sequitur quarto, posse Sacerdotem Latinum consecrare in fermentato, si post consecrationem calicis aduertat, hostiam fuisse consecrationi ineptam, si tamen expectando in altari azymum per hōram vnam, & amplius deperetur de eo inueniendo, & habendo ad manus, si tandem nullum, vel minus saltē immineat scandalum ex consecratione in fermentato, quam ex dimisso Sacrificio imperfecto essentialiter. Fauet huic corollario Paqualigo in *quest.* 47. num. 5. vel 6. omittens postremam conditionem, quam necessariam iudico. Ratio corollarij est, quia potentius est præceptum de consecratione, & sumptione sub vtraque specie, quam præceptum Ecclesiæ Latinæ de consecratione non nisi in azymo, sicut potentius est, quam Ecclesiasticum de naturali ieiunio ante consumptionem. Porro si ante consecrationem panis aduertatur à Sacerdote Latino defectus azymi, debet non procedere in Missa, multoque minus incipere eam. Hildebertus Episcopus Coenomanensis, & postea Episcopus Turonensis (qui floruit circiter annum Domini 1100.) in *Epist.* 44. censuit, non dissimulandum in Sacerdote, sed puniendū, quòd dum ministraturus sacris adstaret altaribus, nec in his preparatum panem inueniret, de communi pane, id est, fermentato, Sacrificium obtulit. Addit Hildebertus, *Qua in re licet potius consuetudo, quam fides impugnetur, nos tamen in eo nonnullam culpam attendimus, arbitantes, grauius puniendum esse Ecclesie scandalum, quam delictum, & Sacerdotis iniuriam, quam reatus qualitatem.* Sic ille. Sed nunc delictum, & reatus debet admodum grauis iudicari.

Hæc quæstio addenda erit in *Disp.* 29. *Sect.* 8. vel in aliqua ex seqq. ante 13.



PARERAGON XXXVI.

Quidnam faciendum sit de hostia, quæ ante, vel post oblationem appareat confracta?

1764



N Rubricis Missalis Romani tit. de Defectibus §. 10. n. 9. dicitur, Si ante oblationem hostia appareat confracta, accipiatur

altera integra, si citra scandalum, aut longam moram fieri poterit. Sed Pasqualigus quest. 306. num. 2. ait, [Non video, quale scandalum timeri possit, dum mutatur materia, quia adstantes præsumere debent, quod talis mutatio sit rationabilis, & ex causa. Unde ex hoc capite non crederem esse omittendam mutationem.] Quibus in verbis Pasqualigus aduersus cit Rubricis, & sibi ipsi ad quest. 297. num. 11. ubi cum S. Thoma, & cura Suario scripserat, [In supplendis defectibus debet celebrans eligere quod magis expedit ad infamiam admirationem, & commotionem in adstantibus. Nam semper cauenda sunt, quæ offendunt populum, & debemus nos ostendere irreprehensibiles, præsertim in actionibus tanti momenti; qualis est oblatio Sacrificij; & proinde tollere, quantum fieri potest, causam admirationis, & commotionis.] Sic ille. Et sæpe quidem cauendum est populi scandalum, etsi non sit omnino rationabile.

1765 Eodem in loco Rubricarum dicitur, Si illius hostiæ (quæ apparet confracta) iam sit facta oblatio, eam post ablationem sumat Sacerdos: qui admonitus fuerat, ut si ex apparente fractura hostiæ scandalum populo esse posset, acciperet aliam, atque offerret. Hinc Quartus putauit, fore graue sacrilegium, si confractam hostiam, quæ debuisset sumi post ablationem, proijceret Sacerdos conculcandam. At Pasqualigus supra num. 7. inquit, probari non posse persuasionem Quarti, [secluso enim contemptu, si non curaretur de ea hostia, non esset grauis irreuerentia.]

1766 Ego verò non intelli-

go, quo pacto possit seclusio contemptus componi cum proiectione hostiæ conculcandæ. Et præterea Ecclesia vult, ut hostia, quæ sit oblata, & quodammodò per oblationem sanctificata, tractetur reuerenter, & ita saltem, ut, si non sumatur vsu sacro, remoueat à conculcationis periculo.

1767 Replicat Pasqualigus, non est graue sacrilegium, non curare, quod reuerenter tractentur Sacramentalia, quorum sanctificatio maior est, quam ea, cuius particeps est hostia oblata. Non exprimit Pasqualigus, quænam sint illa Sacramentalia, neque quænam sit modus negligentis, qua si tractentur, non incurratur graue sacrilegium; debuissetque exprimere vtrumque ad sui argumenti vim manifestandam. Benedicuntur quidem aliqua ab Ecclesia, ut rami palmarum, candelæ, &c. quorum benedictio non est introducta ab Ecclesia ad usum sacrum cum tanto rigore, quanto aliorum, ut agnorum cereorum, vestium Sacerdotalium, &c. prout notat Taburius Lib. 1. de Missa Cap. 2. §. 3. n. 3. & 6. Cum his posterioribus computanda est hostia oblata & qui legerit adnotata à nobis in Disp. 27. Sect. 15. circa Ecclesiæ curam de tractatione decenti vestium Sacerdotalium, ornamentorumque altaris, non poterit non iudicare, fore graue sacrilegium, si ea proijcerentur conculcanda. Et quidni idem indicandum sit de hostiæ oblata proiectione?

1668 Ecclesia in eodem Rubricarum tit. §. 3. num. 5. tantam habet curam erga hostiam corruptam, aut non triticam, attentatam ex errore consecrari, ut prouideat, quod si non fuerit comesta, sumatur post summptionem corporis, & sanguinis, vel alij sumenda tradatur, vel alicubi reuerenter conseruetur; quia scilicet etsi caruerit habilitate ad consecrationem, tamen ab hac, & ab oblatione ex errore prolatis adquisiuit quandam velut sanctificationem, & quoddam velut esse sacrum. Quare esset graue sacrilegium proijcere eam conculcandam. Ergo po-

potiori, vel æquo iure existimari idem debet de proiectione hostiæ, quæ habens aptitu-

dinem ad oblationem, sit iam oblata.

PARERAGON XXXVII.

Quædam quæstiuncula spectantes ad defectus contingibiles in consecratorijs formis.

1769



D RIMA, num si ex malitia, vel ex inadvertentia non sint prolata formæ consecratorie super

panem, & vinum, liceat repetere eas super materias appositæ de nouo, consuptis iam prioribus? Respondent negatiuè Suarez, Gauantus, & Quartus adducti à me in num. 138. & 178. Disp. 29. rursusque idem Quartus p. 3. in Rub. Missal. tit. 3. Sect. 2. dub. 4. Franciscus de Lugo Lib. 5. Cap. 10. num. 3. & apud ipsum Henriquez, Reginaldus, & Bonacina, Aueria quest. 11. Sect. 16. V. Quarto, Emmanuel Rodriguez, p. 1. Summe Cap. 246. seu potius 249. conclus. 2. pag. 442. Michael Ayguanus in 4. Disp. 9. quest. unica, art. 3. v. Ad cuius evidentiam. Nam non est incœptum Sacrificium per consecrationem vel vnus speciei, & ideo non vrget obligatio perficiendi illud per consumptionem, imò huius est obex fractum Ielanium.

1770 Sed Pasqualigo in quest. 321. num. 6. probabile est, non debere haberi rationem eius obicis, quia alioqui cultus, qui exhibitus fuit Deo in Missa, euaderet vacuus, simulatus, & falsus. Quam etiam obrationem idem Author in quest. 300. num. 5. ait, placere sibi satis, quod Sacerdos possit, & debeat consecrare de nouo, si post consumptionem vnus, aut vtriusque speciei aduertat, se, defectu materiæ habilis, non consecrasse validè vllam speciem: quippe si non fiat consecratio noua, cultus ille ritualis Missæ, ordinatus ex sui institutione ad Sacrificium, remaneret vacuus, simulatus, & falsus.

1771

Verum tamen hæc ratio inefficax est ad nos dimouendos ab antiqua sententia. Rogamus namque, etiam si ille ritualis vel fuit antea vacuus, simulatus, & falsus, eo quod positus fuerit cum intentione non consecrandi, vel antea talis non fuit, eo quod positus fuerit bona fide cum intentione consecrandi? Si primum, non poterit iam talis non fuisse, cum ad præteritum non detur potentia. Si secundum, non exurgit talis postea, etiam si accedat consecratio, & consumptio vtriusque speciei.

1772

Secunda quæstiuncula, an qui omisit verba aliqua, quæ penes probabilem Theologorum sententiam sint requisita ad consecrationis valorē, ut verba noui, & æterni testamenti, &c. in forma consecratoria vini, teneatur repetere sub conditione integram eam formam? Pasqualigus in quest. 319. n. 2. & seqq. iudicat, non modò non teneri, sed nec posse licite repetere. Probat prius, quia stante conflictu opinionum verba illa non acceptantur ab Ecclesia tanquam necessaria ad validitatem consecrationis, aliàs, si acceptarentur, non permetteret opinionem negantem, esse necessaria. Ideoque apud Ecclesiam remanet consecratio certa sine eis verbis, & proinde non est debitum supplere quidpiam. Præterea eo ipso quod Ecclesia acceptat aliqua verba tanquam substantialia pro formis Sacramentorum, & Sacrificij, & alia non acceptat tanquam substantialia, statuit illa, quæ sunt acceptata, sufficere tanquam substantialia, cetera verò relinquit sub opinione; & ideo Sacramenta, & Sacrificium remanent certa, quatenus sunt sub dispositione Ecclesiæ. Probat postea, nam in tantum repetitio esset licita, in quantum

rum esset debita pro consecratione. validitatis consecrationis. Atqui non est debita, ut probatum est modo. Ergo neque licita.

1773 Sanè si ratio prioris partis esset solida, staret inconcussa posterior pars. Sed ea ratio expers est soliditatis. Verba namque illa, etsi non acceptentur ab Ecclesia tanquam certò necessaria, acceptantur tamen tanquam probabiliter necessaria, sententiaque negans esse necessaria auditur tanquam probabilis, & non tanquam certa. Unde fit, ut consecratio sine eis verbis habeat in estimatione Ecclesie statum valoris, non quidem certi, sed tantum probabilis, & ut si consecratio facta sit sine eis, relictet quidpiam debiti, suppleri ad cavendum probabile periculum irriti Sacramenti; quod periculum non potest dispositione sua impediri ab Ecclesia, si re ipsa sint necessaria verba illa ex institutione Christi, uti probabile est, necessaria esse, fatente Pasqualigo. Nam si diceret, improbable esse, adeoque sententiam de non necessitate eorum verborum esse certam, vel ferè certam moraliter, nullam cum hoc Authore haberemus de hoc puncto altercationem.

1774 Dicta de verbis illis novi, & veteri testamenti extendenda sunt ad illa qui pridie, quam pateretur, &c. Simili modo postquam carnatum est, &c. quæ iuxta probabilem Theologorum sententiã necessaria sunt ad validam consecrationem panis, & vini: quam Scoti in 4. Dist. 8. quest. 2. art. 1. num. 4. Angeli V. Euch. 1. quest. 24. & plurimum aliorum Scotistarum sententiã legutus est Pasqualigus in Doctrina Morali sacra Disp. 95. Sect. 2. cessim tamè in quest. 323. de Sacrif. nove legis. Sed de hac questiuncula videantur quæ scripsi in Disp. 29. num. 171. & 172.

1775 Caveatque qui formam consecratoriam iterarit, ne desinat apponere conditionem verbis expressam, vel saltem mente tacite retentam; alioqui Incurret probabile periculum iterandi consecrationem super eadem materia. Contra quam iterationem legantur Maiolus de Irregularitatibus Lib. 3. C. 15. num. 4. Franciscus Peña in Additionibus ad Lucernam Inquisitorum V. Sacerdos, Petrus Cenedus Collectanea 98. ad Decretales num. 3. & in Concilio Rothomageni anno 1072. Cap. 6. dicitur, Sūt alij, qui nō

habentes hostias, consecratas iterum consecrati: quod terribiliter interdictum est.

1776 Tertia questiuncula, an licitum sit Sacerdoti, ut euadat comminatum mortem, proferre consecratoriam formam simulate, seu sine intentione consecrandi? Egi latè de hac questiuncula in Disp. 29. Sect. 16. & 17. promouique diligenter negatiuam partem. Sed non defuit vir ingeniosus, & eruditus, qui argueretur contra me ex licita velatione, & consecratione foeminae, quæ occultè sit violata, quin Episcopum lateat; sed si negaret consecrationem, haud quaquam foret sine scàdalo, aut infamatione foeminae, vel sine ipsius Episcopi gravi nocimento. Ita Suarez tom. 4. de Relig. Tract. 9. Lib. 1. Cap. 11. ex num. 8. usque ad 11. Lessius Lib. 4. de Iustitia Cap. 2. dub. 18. num. 118. V. Idem videri possit, Layman Lib. 3. Sect. 4. num. 9. V. Quapropter, Castro Palao Tract. 30. Disp. 3. punct. 6. num. 4. alijque. Et in hoc quidem casu interuenit falsitas, seu fictio in Sacramentali. Cur ergo in eo alio non poterit interuenire in Sacramentali?

1777 Respondi cum S. Thoma in 4. Dist. 38. q. 1. art. 3. ad 5. nullo modo esse velandas illas foeminas, quæ sunt corruptæ occultè sine à viris, siue alio modo, quia propter vitandum scàdalum non debent Ecclesie Sacramenta, vel Sacramentalia variari. Sed, sicut quidam dicunt, quod potest aliqua cautela adhiberi ad vitandum scàdalum, ut scilicet illa, quæ nō sunt de substantia virginalis veli; ut accensio candelarum, & alia huiusmodi sicut, mutatis occultè his, quæ sunt de substantia virginalis veli, puta, ut quod nomen virginitatis in castitatis varietur. Ita S. Doctor post Albertum suum Magistrum apud Ioannem de Friburgo infra, vbi & Albericus allegatur ab eodem. Consonantque Gofredus, & Hostiensis adducti à S. Antonino 3. p. Summe Theologiae tit. & C. 2. §. 1. Angelus, Syluester, Summe Pisana, Rosella, Tabiena V. Consecratio Virginum, vel Virginum consecratio, Ioannes de Friburgo in Summa Confessorum Lib. 3. tit. 3. q. 17. Altensis, & communiter alij antiqui; ex quibus Paludano in 4. Dist. 38. q. 5. art. 3. Conclus. 7. S. Antonino supra, Bartholomæo Fumo in Summa armilla V. Virginum consecratio num. 3. Caietano in Summa V. eodè displicet mutatio quænis, quia esset saltem mentiri factio, etsi non verbo, &

& [quia si Officiū consecrationis virginum perspiciatur, apparebit, quod aut oportet, virginē cōsecrare per illud Officiū, aut illud ommittere,] ut ait Caietanus addēs, [nec puto Doctore aliquē, qui Officiū huiusmodi viderit, hoc cōtuluisse; sed solū modò, quod aliqua cēremonie illi Officij, & aliqua illius orationes, mutato virginitatis nomine in nomen castitatis, fieri, vel dici possunt, ut vel sic appareat, illam benedici ad vitandum scàdalum: quod à ratione alienum non est.] Caietano assentitur Conradus in Responsis casuum conscientie q. 260. & Paludano Maiolus Lib. 1. de Irregularitatibus C. 29. num. 32. Iuxta has veterum doctrinas uobis non officit superior argumentatio, sed potius prodeit.

1778 Adhuc tamen vrgeri exinde possumus, si solū per confessionem Sacramentalem nota sit Episcopo violatio foeminae; imò etsi aliter nota sit, si est occulta alijs, fatetur Paludanus, nō posse publicè repellere foeminam. Unde, veit, nolit, admittit exemplum in circumstantijs, sub quibus proponitur. Et videtur, debere proferri nomen virginitatis, si prolatio castitatis, sequeretur incommoda scàdali, aut infamationis foeminae; posseq; proferri, si alias Episcopus timeret sibi graue damnum temporale. Præterea si dispenset Episcopus, ut sentit Ioannes de Friburgo supra, & cum eo multi antiqui, necnon Nauarrus in Enchiridio Cap. 16. num. 3. Dicastillus Lib. 1. de Iustitia Disp. 3. dub. 14. num. 175. Bassæus V. Virginitas n. 5. fas est consecrare foeminam illam. Quare necdum in tuto sumus, nec liberi ab instantia exempli.

1779 Ideo dicimus, consecrationis foeminae in eis circumstantijs significationem extendi ex Ecclesie institutione, à qua vnice dependet, ad communiter reputatam virginem, etsi re ipsa virgo non sit. Quæ ratio accomodari nequit significationi verborum consecrationis panis, aut vini, ut pote dependenti à sola Christi institutione.

1780 Potest etiam probabiliter dici, licitam esse consecrationem foeminae extra vrgeres etiam eas circumstantias, dummodò foemina iudicetur Virgo estimatione communi, quam solam requirit Ecclesia, & verborum ab ipsa institutorum pro consecratione

significatio. Non igitur tunc interuenit in Sacramentali consecrationis vlla falsitas, aut fictio, & proinde adductum exemplum non conducit ad intentum. Posterior is respondendi modus patronum habuit quendam Guillelmum memoratum à Syluestro supra, indicaturque à Soto in 4. Dist. 19. q. 2. art. 5. in fine, vbi ait, [Est etiam nunc in more, ut mulieres, quæ virginitatem amiserant, non velentur, si modò crimen publicum fuerit.] Cum Soto refert in nominatos quosdam recentiores, & nō improbat Henriquez Lib. 10. Cap. 24. §. vnico, lit. M. in Glossa. Tentat multa Viualdus in Candelabro p. 3. C. 5. ex num. 33. ut modum hunc promoueat, sed cōcludit, malens succumbere communi opinioni, quàm singularitatis vitio notari. Et absolutè idem modus approbatur à Suario, Lessio, & Castro Palao supra citatis in n. 1776. Filiucio Tract. 30. Cap. 1. quest. 10. n. 25. Pellizario Tract. 10. Manualis Regularium C. & S. 3. num. 78. Alcanio Tamburino de Iure Abbatissarum Disp. 27. questio 4. dub. 7. & ab alijs modernis. Quæ fuit sententia Emmanuelis Saientis V. Consecratio num. 6. in antiquis editionibus, [Puto etiam, posse consecrari corruptas occulto itupro, nam etiam tales virgines putantur; nec peccatum suum tenentur prodere.] Recētes editiones admittunt verbum puto, & addunt, [ut dicunt aliqui; sed cōmunis sententia est cōtraria.] Cōsideret Lector, num fuerit necesse mutare verba Emmanuelis Saientis?

1781 Alio modo respondere quis posset ad argumentationem superiorem, reddendo discrimen inter Sacramentorum, maximèque Eucharistici, & Sacramentalium formas, ut in Sacramentalium liceret simulatio, ex graui admodum causa, non autem in Sacramentorum, & ut in alicuius ex his, quemadmodum de Sacramento poenitentiae contendit Verricellus tom. qq. Moralium Tract. 1. quest. 11. num. 3. & seqq. non autem in Sacramenti Eucharistici, ibi enim est potior ratio, ut constat ex dictis in nostra illa Sect. 16. præcitata: uti est potior ratio ibi penes formam consecratoriam, quam penes alia verba non consecratoria. Et ideo Nauinus Cabezudas, & Quartus allegati à me in eiusdem Disp. Sect. 11. num. 141. dixerunt, Sacerdotem, qui omisit vel

vel ex malitia, vel ex inadvertentia consecrare panem, & vinum, licere potest, vitandi scandali causa, exequi cetera Missæ, saltem à *Postcommunione*. Quam Pasqualigo in *quæst. 300. num. 7.* visum id sit satis difficile, quia cum cetera illæ ex institutione Ecclesiæ dirigantur ad ornatum, decorem Sacrificij vt iam oblatis, continerent in eo casu ex Sacerdotis vltu, vel potius abusu falsam significationem, & cultum contra Ecclesiæ intentionem. Vnde censet Pasqualigus, satius fore, si voce satis demissa recitarentur preces aliquæ priuatæ, quibus adiuncta benedictio populi non censeretur pars Missæ. Sed, meo iudi-

cio, neque hac industria vincitur difficultas, nam preces illæ priuatæ, benedictio populi, & ceteræ actiones tunc exercitæ, estimatione presentium, eaque prudenti, reputarentur significantiæ Sacrificij vt oblatis. Ceterum ne nouis alijs nodis implicer, non recurro nunc ad eam responsionem; quanquam & nunc dicam, militare maiorem rationem, ne licita sit simulatio in forma consecratoria Sacramenti Eucharistici, quam in aliorum Sacramentorum, & Sacramentalium; quicquid sit, an in horum non sit licita ob sufficientem aliam rationem, quæ semper

valeat?



PARERGON. XXXVIII.

Difficultates nonnullæ circa repetitionem alicuius partis formæ consecratorie, & circa consecrationem non licitam unius speciei sine alterius, & circa Missam interruptam.

1782



DIFFICULTAS prima, vtrum, si, incepta forma consecrationis vini, adhibetur a Sacerdote defectus aquæ in

calice, posset Sacerdos non procedere, sed supplere præfatum defectum, & postea pronuntiare totam formam? Respondeo, posse, quia hæc repetitio satis honestatur ex fine seruandi grauissimum de admissione aquæ cum vino, estque repetitio, quæ neque supponat significationem formæ, effectumque eius, cum non fuerit antea integrè prolata, neque item supponat susceptam gratiam, & abique vrgenti causa imperfectionem formæ inchoatæ. Pasqualigus in *quæst. 308.* iudicat contrarium, si Sacerdos exorsus sit vel ea verba simili modo. Sed illius motivum debilitatum manet ex nostro.

1783 Et in proposito casu consulerem Sacerdoti, vt mente saltem fa-

ceret oblationem aquæ demud admittendæ cum vino. Contrarium consulit Quartus p. 2. in *Rub. Missal. tit. 7. Sect. 1. dub. 4.* tum quia non iubetur in *Rub. illis tit. de Defectibus §. 4. num. 7.* tum quia ex admissione cum vino iam oblato redditur particeps præparationis ad Sacrificium, non secus ac minor quantitas aquæ, iniecta maiori benedictæ, ceteretur benedicta: tum quia non aqua, sed vinum est materia, quæ oblatione sit propriè, & perse præparanda ad consecrationem. Hæc indicia videntur mihi insufficientia: Primum quidem, quia etsi admonitio de faciendâ oblatione omittatur ibi, at non omittitur in §. 3. num. 4. tribusque alijs seqq. neque in §. 4. num. 3. & §. neque in §. 10. num. 5. 9. atque 13. agendo de materia nouiter apposita ad consecrationem ob defectum, qui in antiqua sit animaduertus: & cum non sit potior ratio, vt adhibeatur oblatio in alijs casibus, quam in hoc §. 4. n. 7. subintelligi tacitè debet præscripta in hoc, sicut & in §. eodem 4. num. 4. rursusque in §. 10. num. 6. & 7. quibus in

ca-

casibus non ait Quartus supersedendum esse ab oblatione. Secundum, quia illud exemplum gratis adscitur. Tertium, quia minus verum in mea sententia de aquæ in Christi sanguinem conuersione, etiam si in vinum non sit præconuersa. Hæc quæstio addenda est ad num. 7. Disp. 3. vel ad num. 75. Disp. 28.

1784 Difficultas secunda, numquam ex metu mortis, aut damni alterius grauis summi possit licitè offerri Sacrificium sub vna sola specie, intentione directa per se, dummodo minæ non sint iniectæ in contemptum religionis? Hæc in difficultate negatiuam partem sustinui Disp. 4. num. 20. Disp. 28. num. 245. Ast in contrarium se offert grauis obiectio: Potest Pontifex summus, dispensando, aut interpretando præceptum Christi, concedere, quod offeratur Sacrificium in vna tantum specie, aut declarare, quod præceptum conficiendi illud sub vtraque non extenditur ad casum de defectu alterutrius in tota aliqua Prouincia. Ita multi, quos recensui priori loco, num. 21. & quibus addo Enimanelem Mascarenhas Tract. 5. Disp. 1. Cap. 7. num. 44. Ioannem Poncium Disp. 44. quæst. 10. num. 122. Pasqualigum in *Doctrina Morali sacra Disp. 93. Sect. 3.* (sed qui recantauit id in *quæst. 46. de Sacrif. nouæ legis*) Thomam Hurtadum *tom. 2. Resolutionum Moralium Tract. 12. Cap. 1. pag. 300.* Solentque referri Author Compendij Theologicæ veritatis *Lib. 6.* Sed cum Compendium illud legatur inter opera B. Alberti Magni, & S. Bonauenturæ, nihil in illo inuenitur quoad hoc punctum. Iam ergo quod faceret circa Christi de vtriusque speciei consecratione præceptum dispensatio, aut interpretatio Pontificis summi, videtur factura summa necessitas vitæ, aut ingentissimi alterius boni temporalis. Quæ consideratio reddidit Pasqualigum ancipitem in *quæst. 190. num. 10.* imò videtur traxisse, vt in *quæst. 191.* manus daret Cõsequentiæ, si verum esset Antecedens.

1785 Sed nos, hoc concessio, negamus Consequentiæ cum ipomet Pasqualigo in *quæst. 47. num. 3.* & cum Francisco de Lugo *Lib. 4. Cap. 1. quæst. 2. num. 22.* Quia necessitas honoris, aut fortunarum, aut etiam vitæ priuati alicuius præponderare neuiquam potest perfectioni essentiali Sacrificij, vt potest præponderare commune bonum totius

alicuius Prouinciæ ex participatione Sacrificij. Sacramentiue Eucharistici: quæ præponderantia validæ, & licitam faceret dispensationem, aut ostenderet, rationabilem esse interpretationem Summi Pontificis. Et præterea sicut cõmune illud bonum totius alicuius Prouinciæ non sufficeret ad concedendum sub vna sola specie, nisi accederet dispensatio, aut interpretatio Summi Pontificis, ita non sufficeret priuatum quoduis bonum honoris, fortunarum, aut etiam vitæ, nisi eadem accederet dispensatio, aut interpretatio: & hæcenus quidem non accessit. Relegantur *nn. 18. & 19. Disp. 4.*

1786 Difficultas tertia, an qui ab inimico iniustus reliquit Missam post consecrationem, excedensque moderamen inculpatæ tutelæ occidit aggressorem, & proinde incurrit irregularitatem, possit, præmissa confessione, vel saltè contritione, redire ad absoluedam Missam? Pasqualigus in *quæst. 191. num. 5.* censet, posse, quia impedimento nouo irregularitatis præualet præceptum de integritate Sacrificij, vt præualet, quando Sacerdos post consecrationem recordatur similis antiqui impedimenti. Ego verò suaderem, vt alter Sacerdos perficeret Sacrificium, cum iam discesserit ab altari, qui ob excessum in sui defensione contraxit illud impedimentum. Ad dendum est hoc consilium in *Disp. 28. n. 133.* vbi de non excedente moderamen inculpatæ tutelæ dixi contrarium, vt & ibi citatus Henriquez, Alfonso Encus Valdesius in *Tract. de Ellemofyna parte 3. fol. 50.* allegans multos alios antiquiores, nec non Franciscus de Lugo *Lib. 5. Cap. 10. quæst. 4. num. 67.*

1787 Difficultas quarta, an ob ministrandam Extremam vntionem infirmo existenti intra tẽplum, & adiuto alijs Sacramentis possit Sacerdos interrompere Missam post consecrationem, si desit alius, qui ministret? Castus Palao Tract. 22. Disp. unica, punct. 11. n. 5. existimat, posse; & prolixa existimatione laudat Zambrano, ac Laymanum, Contentit Pasqualigus *quæst. 197. num. 7. & duobus seqq.* laudans tres memoratos, & multos alios. Sed, quidquid sit de Zambrano non lecto à me, & excepto Castro Palao, ceteri non loquuntur nisi de Vlarico. Addit Pasqualigus ibidem contra Thomam Tamburinum, Franciscum

ciscūq; de Lugo, qui pro se vltim al-
leger, posse ante consecrationem inter-
mitti Missam, vt moribundo posito
extra templum, & donato alijs Sacramē-
tis conferatur Extremam vntio.

1788 Punctum est, in quo ne-
que ab auctoritate Maiorum, neque à
ratione habemus quidpiam valde vr-
gēs siue ad assensum, siue ad dissentum.
Videantur quæ dixi in *Disp. 28. n. 141.*
noteturque, S. Maurilium Episcopum
Andegauentem doluisse magnopere de
non administratâ Confirmatione euidâ
puero delato à matre in Ecclesiam, vt,
antequam obiret ex egritudine, confir-
maretur à S. Antilitate. [Quo paululum
remorante in sancta corporis, & sangui-
nis Christi consecratione, puer excelsit,
] vt dicitur *Cap. 13. vita S. Maurilij*
apud Surium 13. Septembris. Non constat,
an inconsolabilis maror; quem traxit,
pœneque, quas de se sumpsit S. Præsul;
fuerint ob non intermissionem, siue an-
te, siue post consecrationem, vel potius
ob moram multò longiorem in Myte-
rijs sacris, quam quæ toleret fieri ab
alijs Sacerdotibus etiâ pijs, similem-
que factâ de more à B. Ioanne de S. Fa-
cundo; vt narrat S. Thomâs Villanô-
nanus in *Côcione 2. de Sacramento altaris, &*
à V. Gofvino Abbate Aquiscincenti, vt
refertur in eius Vita Lib. 2. Cap. 3. ? Sed
vtralibet ex causa fuerit, & siue ante,
siue post consecrationem omisio Sacra-
menti illius, non videntur Theologi iu-
dicari in præfètiarum esse materiam
culpæ, dolorisque; aut saltem tantę cul-
pæ, & doloris.

1789 Si Sacerdos peruenit
ad Canonem Missæ, & moribundus, ab-
solutus iam sacramentaliter, existat in-
tra, vel extra templum, dixi *Disp. 28.*
num. 138. constitutum esse in Sacerdo-
tis arbitrio interrumpere Missam, vt in
defectu alterius Sacerdotis dispētet Via-
ticum. Sed Pasqualigus in *quæst. 198.*

num. 3. & 4. obijcit: Si Parochus non
celebraret actu, teneretur ex officio mi-
nistrare Viaticum illi moribundo. Er-
go nō liberatur ab hac obligatione, etiâ
si celebrans interrupturus sit Sacrum.
Namque obligatio ex officio vrget in
ipso semper, & pro semper; in tantum-
que possit suspendi, in quantum possit
occurrere impedimentum ex celebra-
tione. Cum ergo Parochus possit inter-
rumpere celebrationē, culpabilis erit,
si non tollit impedimentum hoc, cum
possit. Eodemque modo argumenta-
tur Pasqualigus de Sacerdote, qui, si nō
celebraret, obligatus aliàs esset ex cha-
ritate ad dispensandum Viaticum: quē
dicit teneri ad intermissionem Missæ,
nisi adesset alius, qui adstrictus simili-
ter ex charitate careret impedimento
celebrationis.

1790 Est tamen argumentum
enerue, tum quia obligatus ad aliquid
siue ex iustitia, siue ex charitate, non eo
præcisè obligatur semper, & pro omni
casu occurrenti. Parochus quidem de-
bet excipere confessiones annuas suo-
rum Paræcianorum, si ad ipsum accedat;
sed non debet inter celebrandum, si pe-
tant eo tempore. Tum quia supponi-
tur in argumento, posse licitè Parochū,
vt dispenset Viaticum fidei iam cōfeso;
interrumpere Missam; id quod nō
debuisset supponi vt certum; sed pro-
bati. Tum quia supposito, posse licitè
Parochum, restat probandum teneri,
possumus enim licitè præstare multa
siue ex officio, siue ex charitate, ad quæ
strictè non obligamur. Et concludo cū
S. Thoma *Quodlib. 9. art. 15. in Cor-
poræ, cum Biele in 4. Diss. 15. quæst. 13.*
*art. 2. Corollario 1. inquit, omnem quæ-
sitionem, in qua de peccato mortali quæri-
tur, nisi expressè veritas ha-
beat, determinari
periculose.*
(1)

PARERGON XXXIX.

*De supplendo defectu Episcopi celebrantis, siue vt conferat Ordines;
siue vt exerceat Pontificalia. De consecratione altaris fixi in Eccle-
sia non consecrata, altarisque, cuius mensa sit compacta ex
duobus lapidibus. De alijsque annexis dubijs.*

1791



RIMUM du-
blum, num si
Episcopus cō-
ferendorū Or-
dinum causâ
celebrās mo-
tiatur, desi-

clatvè ante consecrationem panis, & nō
reperiatur alius Episcopus, possit sim-
plex Sacerdos supplere illius vicem, con-
secrâdo vnâ cum Neomytis? P. Frâcis-
co Amico *tomò 7. Cursus Theologici Disp.*
27. Sect. 3. num. 19. non videtur cere-
monia illa itâ propria Episcopi, vt ne-
queat tunc fieri per simplicem Sacerdo-
tem. Verumtamen quia necesse est re-
currere ad alium Episcopum, vt impo-
nat manus, detque potestatem remit-
tendi peccata, ego luaderem, vt postea
cum eodem cōsecrarent Neopresbytē-
ri. Imò quia deficientem simplici Sacer-
dote ante consecrationem panis, allus,
prout dixi in *Disp. 29. Sect. 1.* nō est sub-
stituendus, vt prosequatur Missam, ita
similiter in casu proposito. Si autem
Episcopus peruenisset ad consecrationē
panis, æquum apparet, vt Missæ cele-
britas expleatur dirigente antiquo Sa-
cerdote nouos ad consecrationem san-
guinis, formidabilè certe, nisi expertus
alius instruat, & animum addat. Si verò
Episcopus peruenisset ad consecrationē
sanguinis, censent Auersâ *quæst. 10. Sect.*
2. V. Si ergo, & Diana p. 8. Tract. 1. Resol.
44. non advocandum alium Sacerdotē
antiquum. Rationem ex ipsis tradidi in
Disp. 4. num. 6. in Disp. 29. num. 20. Et
disparitas ad secundum casum exinde
apparet, quod ad cōsumptionem, Neo-
presbyteri, utpotè iam assueti commu-
nicare, non adeo egent duce, ac ad con-
secrationem.

1792 Vbi eū Diana p. 12. *Tract. de*
Cōsecratione Episcoporum Res. 65. noto, nō
posse quem eodem die ordinari in Pref-

byterum, & consecrari in Episcopum;
quia alioqui bis celebraret. Et cum tã
Neopresbyter, quàm Neopiscopus cō-
municent tunc more Sacerdotali, pos-
sent illomet die ordinationis, & con-
secrationis celebrare secundò, si non
sumptâ purificatione occurrat cau-
sa, quæ licitam redderet alij Sacerdoti
iteratam celebrationem. Ita idem Dia-
na *suprà Res. 94.* post Quintanadue-
ñas allegatum iam à me in *num. 64*
Disp. 4.

1793 Si Episcopus in Pontifi-
calibus celebrans nequeat cōtinuare Sa-
crum post cōsecrationem, iam cum He-
riquez obseruauit in *num. 20. Disp. 29.*
sufficiendum esse simplicem Sacerdo-
tem in eius locū, sed qui celebret ordi-
natio modo, si desit alius Episcopus. Cō-
sonant Maiolus *de Irregularitatibus Cap.*
16. num. 5. Bertachinus *de Episcopo 2. p.*
Lib. 4. quæst. 42. Mauricius de Alcedo
p. 1. de Præcellentia Episcopalis dignitatis
Cap. 13. num. 19. Franciscus Amicus *su-
prâ.* Circa modum autem, quò supple-
ndus est defectus Episcopi, qui conse-
crationem Ecclesiæ non potuit absolue-
re, consultatur Barbosa *Lib. 6. Cap. 2. de*
Iure Eccles. num. 52. & 53.

1794 Secundum dubium, pa-
rata estant omnia ad templi cōsecratio-
nem ab Episcopo, is verò ex insperato
fuit impeditus, licuitne tunc delega-
te Abbati, vt aliqua altaria fixa cōsecra-
ret eo in templo, ne in eorum deficeret
condicta sollemnitas? Cum instaret con-
secratio altarium, quin occurrisset apud
viros doctos, & pios ratio in contrâ-
rium, monui, reperiri scriptum à Bar-
bosa *suprà Cap. 7. num. 12.* & ex ipso re-
latum à Thoma Taburino *Lib. 1. de Missa*
Cap. 5. §. 1. num. 2. à Quarto *p. 1. in*
Rub. Missal. tit. 20. dub. 2. conclus. 3. &
à me in *Disp. 29. num. 23.* necessarium
esse facultatem Summi Pontificis, vt al-

T r tare



PA

tare fixum consecratur in Ecclesia non consecrata, argumento ducto ex CC. Nullus Presbyter, & Placuit, 25. & 26. de Conf. Dist. 1.

1795 Sedle&is, & ponderatis eis CC. non apparuit, quo fundamento argumentum exinde ductum sit, nam in 25. solummodo præscribitur, ut absque Episcopi permittu non erigatur altare apud Ecclesiam consecratam, & in 26. ut destruantur altaria, quæ sine Sanctorum reliquijs sint erecta. Et præterea, deficientia expressa Sacrorum CC. autoritate, sunt etiam desiderati Canonistæ, & Theologi, qui aut Barbosam tradiderint obligationem illius recursus ad Papam. Imò potius inventus est Eximius Theologus Suarius, qui tom. 3. in 3. p. Disp. 81. Sect. 5. V. In tertia parte, scriptum reliquerit, [Et in hoc est aliqua differentia inter hæc duo altaria, quia altare fixum nunquam est consecratum, nisi sit intra Ecclesiam consecratam, aut benedictam, &c.] Et quod caput est, inventus est Theologorum Princeps S. Thomas, qui 3. p. quest. 83. art. 3. ad 2. dixerit, *Nunquam Ecclesia sine altari consecratur, tamen sine Ecclesia quandoque consecratur altare.* Cuius S. Doctoris, & Suarii verba etsi non excludant expressè necessitatem dispensationis, tamen cum de ea sileant, indicant tacitè exclusionem.

1796 Ob hæc docti illi, & pii viri coniecerunt, procedendum esse ad altarium fixorum solemnem consecrationem. Et ego nunc presentio quæ in utramque partem tunc sunt adducta, ut excitentur alij ad maiorem antiquitatis circa hoc punctum investigationem, aut saltem ad comparandam maiorem notitiam exemplorum siue pro vna, siue pro altera parte. Interim consulam cunctationem in consecrando sine dispensatione Pontificia altari fixo in non consecrata Ecclesia.

1797 Occasione proximè dicta exortum est aliud dubium, quod sit tertium huius Parergi, cum enim inter altaria illa fixa vnum constaret mensa ex duobus lapidibus nigris (*piarras* vocamus) adnatis, ita ut iunctura teneret in parte media, cui solèr superimponi calix, & hostia, dubitabatur, an posset consecrari cum alijs, quorum mensæ erant integræ, & indivisæ? De-

cisio fuit *negativa*, conformisque doctrinæ a nobis traditæ in Disp. 23. num. 8. de lapide in altare non consecrando, si sit bipartitus, præsertim quoad plantæ partem sustentaturam calicem, & hostiam. Quam doctrinam commendant autoritate sua Vazquez, Bonacina, Fagundez, Amicus citati ibi, necnon Lezana in *Summa V. Altare num. 8.* Casilientus in *Polianthea Seraphica V. eodem diff. 5.* (tamen si addat, esse fortè non improbabilem contrariam Pasqualigi opinionem in *Decis. 50. qq. Moralium*, & Thomæ Hurtadi p. 1. *Resolutionum Moralium Tract. 2. Cap. 6. Ref. 23. num. 257. & 258.*) Passerinus de *Pollutione Eccles. Cap. 23. num. 11.* Ioannes Martinez de Prado 3. p. quest. 83. dub. 18. §. 1. num. 8. Averta quest. 11. sect. 13. V. *Primo ergo*, Quartus p. 1. in *Rub. Missal. tit. 20. dub. 1. illatione 2.* Leander *Tract. 8. de Sacramentis Disp. 7. quest. 5.* Dicastillus *Tract. 5. Disp. 4. dub. 8. num. 145.* Cardinalis de Lugo *Disp. 20. sect. 2. num. 67.* Franciscus de Lugo *Lib. 5. Cap. 7. quest. 2. num. 21.* Gaspar Hurtadus *Disp. 4. Diffic. 8. V. Observandum est primo*, Castus Palaus *Tract. 22. Disp. unica, punct. 9. num. 2.* Mascarenhas *Tract. & Disp. 5. Cap. 7. num. 324.* Tamburinus *Lib. 1. de Missa Cap. 5. §. 1. num. 3. & 6.* alijque post Sylvestrum V. *Altare quest. 3.* quæ huiusmodi est, [Tertio dubitatur, virum insitum possit altare portatile ex duobus lapidibus interitis duobus lignis invicem colligatis ad modum tabulæ altaris, quæ claudi potest, & aperiri ad instar libri, ut in vno lapide hostia, in alio calix collocetur. Et dico, hoc fieri non posse licitè, &c.] Ita Sylvester. Cuius verba cum retulisset Thomas Hurtadus *suprà*, inquit, [Etsi hoc verum teneat, si lapides illi seorsim, & per modum plurimum consecrarentur, & in vno ponatur calix, & in alio hostia: tamen si duo illi lapides fibulis ferreis in ligno iuncti consecrarentur tanquam vna ara, vel altare, non dubito, quod in illis possit fieri consecratio.] De quo cum non dubitet Hurtadus, non video, quomodo veram iudicet relatam ex Sylvestro decisionem, nam hic loquitur de duobus lapidibus, qui, cum parvi essent, non possent simul capere hostiam, & calicem; ideoq; colligati, sicque redditi capaces simul capiendi, consecrarentur tanquam vna ara

ara, aut altare: Quare à Sylvestro recedit extremè Thomas Hurtadus, nisi in colligatione per fibulas ferreas sit aliquod mysterium, quod me lateat.

1798 Eiusdè Sylvestri hæc sequentia verba sunt notatu digna, [Et præterea idè esset, ac si in vna Ecclesia cōsecraretur corpus, in alia sanguis; nec esset differentia, nisi maioris, & minoris distantia: quod nō videtur bene sonare:] quodq; magni sacrilegij nota inviritur à Maiolo *Lib. 3. de Irregularitatib. Cap. 16. n. 12.* quia talis mutatio, vel diastoloci significaret duas personas in Christo, quod est hæreticum. Et ni fallor, extenderent hæc censuras Sylvester, & Maiolus, si in eiusdè Ecclesiæ vno altari consecraretur corpus, & in alio sanguis: si etiam in vno eiusdè Ecclesiæ cōsecraretur hostia magna ad cōmunionē Sacerdotis, & in alio vicino consecrarentur simul formulæ ad cōmunionem populi, ut si super vnam portatilem aram hostia, & formulæ constitutæ super aliam approximatam consecrarentur eodem tempore, eademque verborum forma.

1799 Excipit Mascarenhas *suprà num. 330.* casum, in quo integer exercitus suscepturus esset Eucharistiā, & pro eo tot formulæ essent consecrandæ in vna Missa, quot contineri nō possent in vna ara, tunc enim fas fore ait, apponere plures aras, quibus superimponantur formulæ consecrandæ. [Ita vtilis est, inquit, doctissimis viris, Sacræ Theologiæ Professoribus, a me consultis. Et ratio huius resolutionis est; quia cum sit de iure humano, ut super vnicam petram aræ Sacrificium fiat, in casa necessitatis cessat hoc ius, cum non detur irreverentia erga Sacramentum, & aliunde urgeat præceptum charitatis subveniendi proximis in extremo vitæ periculo, cui expositi sunt milites, statim prælium inituri, Eucharistiæque suscepta facilius corroborantur, uberiorisque grātiā recipiunt ad mortis tentationes superandas.] Et addit, [Ob hanc etiam rationem existimo sufficere in hoc casu multiplicata Corporalia in isto altari ligno absque petris aræ, si fortè non inventiantur, ut fiat multarum formularum consecratio. Cui sententiæ pariter adherent viri do-

cti à me citati.] Hactenus Mascarenhas.

1800 Sed fortè alij viri docti dicent, si desit ara, cui formulæ, dum consecrantur, superexistant, perinde fore, ac si omnino desset ara ad Sacrificium, aut quæ simul posset habere superimpositum calicem, & hostiam: ut autem huiusmodi ara deficiente celebrare non liceret, etiam si urgeret necessitas conferendi Viatici (quæ est communis Doctorum sententia approbata à Quarto p. 1. in *Rub. Missal. tit. 20. dub. 7.* à Ioanne Martinez de Prado 3. p. quest. 83. dub. 18. §. 3. num. 16. & à nobis in *num. 27. Disp. 24.* cum alijs ibi citatis) ita dicitur, non esse fas in casu à Mascarenhas proposito celebrare consecrando tot formulæ, quot intra aram contineri non possent tempore consecrationis, etiam si consecratio earum dirigeretur in finem subveniendi exercitui præsidio tam salutari.

1801 Video, quanti momenti sit, ne exercitus, consecrurus illico manus, careat Sacramenti Eucharistici subsidio, quod hominibus periclitantibus vitæ necessarium vocatur in *C. 6. Si quis, in C. 9. De his 26. q. 6.* ob maximam eius utilitatem, ut doctè advertit magni nominis Iurisconsultus Antonius Gama in *Tract. de Sacramentis præstandis ultimo supplicio damnatis quest. 1. num. 4.* Rursum etiam video, quod etsi in præfato casu ara non posset sustentare omnes formulæ tempore consecrationis, posset tamen aliquas, & præcipue hostiam, atque calicem: quare quæ extra, sed iuxta consistèrent, non desinerent pertinere ad vnum, idemque Sacrificium, neque desinerent componere vnam, eandemque victimam. Tandem video, quod etsi hostiam, & calicem toto Sacrificij tempore debeat sub obligatione graui Sacerdos retinere super aram, non tamen ea sub obligatione debet retinere formulæ consecratas, ut *num. 10. Disp. 24.* notati ex Thoma Tamburino, consentitque Quartus p. 2. in *Rub. Missal. tit. 8. Sect. 1. dub. 8. §. An autem.* Imò Dicastillus *Tract. 5. Disp. 4. dub. 8. num. 148.* nullam obligationem agnoscit. Immemor Rubricarum Missalis Ro-

mani rit. de Ritu seruando §. 2. num. 3. §. 8. num. 5. §. 10. num. 5. & 6. Vnde sicut quoad id inuentum est discrimen inter hostiam, calicemque ex vna parte, & inter formulas ex alia; quidni etiam appareat quoad tempus consecrationis, sic saltem vt imminens tot hominum internecio excuset ab omni obligatione, quæ alias vrgeret nõ consecrandi formulas nisi contentas super aram ipso consecrationis tempore?

1802 Et hæc in vtramque partem sint disputata pro casu difficultet contingibili. Nam plurimæ numero formulæ aliæ super alias in altum accumulari queunt versus latitudinem, & longitudinem aræ, et si valde paræ. Si tamen non queant omnes, quæ sint necessariae, nõ culpabo Sacerdotem retrahentem se à consecrandis formulis, quæ nõ possent coaceruari super aram: sed neque culpabo eum, qui aggredere- tur consecrare, vtervis namque probabiliter se gereret.

1803 Iam colligo ex dictis, præcipue ad num. 1797. non modò non esse consecrandum altare, siue fixum, siue mobile, cuius non nisi in vna parte calix, & in alia sustentari possit hostia; sed neque, si frangatur, censendum esse retinere consecrationem penes partem non sufficientem sustentare simul calicem, & hostiam, etiam si vtraque pars artificiosè iuncta sufficiens esset sustentare. Ita scripsi in num. 31. Disp. 24. contra Hieronymum Llamas, cuius verba ibi transcripsi, & ex me videtur transcripsisse Ioannes Martínez de Prado loco proxime citato, adiungens ex se Emmanuelem Sà V. Altare Hieronymo Llamas.

1804 Sed non benè. Nam Sà non dicit nisi [Altare multis modis amittere consecrationem vulgò traditur: ego, quamdiu illud formam suam retinet, non puto amitti consecrationem vlla aut fractione, aut motione. Itaque amoto ligno ab ara consecrata, non perditur consecratio. Quòd si lignum sit sigillum, in quo Reliquiæ, & amotum, suo loco statim reponatur, nec tunc opus est noua consecratione.] Quibus in verbis restrictio illa, quamdiu illud formam suam retinet, denotat formam quantitatiuam, seu magnitudinem, sufficientem sustentare calicem, & ho-

stiam, vt post Franciscum de Lugo Lib. 5. Cap. 7. quest. 3. num. 23. declarauit in num. 41. Scopusque Emmanuelis Sà fuit, neque cornuum, etiam omnium, neque ligni, cui inserta sit ara, aut quod sit sigillum, in quo contineantur Sanctorum reliquiæ, mera fractione, aut dissolutione, motione ve consecratione deperdi: quicquid communiter alij assererent cum multis antiquis Doctoribus, et si non decissent aliqui reclamantes, & modò reclamant plerique moderni Theologi. Quare Emmanuel Sà non fuit eiusdem sensus cum Hieronymo Llamas.

1805 Nec pro huius sensu valet paritas cereorum agnorum, in quorum fragmentis, quantumcumque paruis, durat consecratio. Non, inquam valet, nam ex fractione non cessat usus, & finis, ob quem sunt consecrati agni cerei. Cessat verò in frustis aræ, vt potè quæ sit consecrata ad ipsi superponendum calicem, & hostiam. Atque ita notauit Raynaudus Cap. 8. de Agno cereo num. 17.

1806 Si replices, obtineri posse finem, colligatis per artificium frustis aræ. Respondeo, cum partes ille, vt seorsim diuisæ, redditæ sint ineptæ ad usum, & finem, pro quo est consecrata ara, & proinde amiserint consecrationem, non posse recuperare eam per colligationem artificiosè factam.

1807 Si rursus replices, ara, quæ per modum vnus consecrata fuerit, si postea frangatur in duas partes, quarum quilibet apta sit sustentare calicem, & hostiam, potest postea deservire per modum duplicis aræ, vt contra Nuñum Cabezudum, & Marcum de los Huertos tenet cum communi Doctorum Ioannes Martínez de Prado supra num. 17. & 18. Ergo sicut ex diuisione consurgit quasi duplex consecratio, cum antea non esset nisi vna, ita, & à fortiori, poterit ex colligatione fragmentorum aræ redire consecratio, quæ erat antea. Respondeo, aram magnitudinis diuisibilis in duas partes seorsim sufficientes, totam, quæ est, consecrari, vt ad Sacrificium deseruiat siue vt indiuisa, siue vt diuisa eas in partes. Quare quando iam est diuisa, non consurgit consecratio, quæ antea non existeret.

1808 Et

1808 Et quidem si contenditur conturtere, quia per diuisionem alterutra pars sit apta ad sustentandum calicem, & hostiam, aderat proculdubio eadem aptitudo ante diuisionem, nam si ara esset quatuordecim palmis longitudinis, & quinque latitudinis v. g. poterunt modo in his duobus, modo in duobus alijs sustentari calix, & hostia, imò & absolute poterunt eodem tempore duo calices, & duæ hostiæ, ita vt vno cu calice, & cum vna hostia celebretur ab vno Sacerdote, & alio cum calice, aliaque cum hostia celebretur ab alio.

1809 Si tertio replices, cingulum scissum in duas partes, quarum neutra sit sufficiens ad suam usum, & finem ligandi vestes Sacerdotales, potest sine noua benedictione reallumi, si partes ille nodo, vel filo coniungantur. Ergo similiter dicendum est de ara. Respondeo, neque Antecedens esse verum vt visum est in num. 97. Disp. 27. neque, si esset, paritates in his materijs semper convincere.

1810 Quo etiam modò respondendum foret, si quis ab exemplo rerum aliquarum consecratarum, aut benedictarum trahentium ad se nõ consecratis, aut benedictis, contenderet cū Glossa ad C. Si motum V. Altare de Conf. Disp. 1. ad C. Ad hæc V. eodem de Conf. Eccles. vel alt. mensam altaris consecratam, postea que passam diminutionem aliquam in partibus ad ministerium sustentandi calicis, & hostiæ non requisitis, si reficiatur adiuncto alio lapide, qui conglutinetur calce intrita, trahere illud alium ad se, ita vt illi communicet esse sacri, faciatque aptum, vt ritè super illum consecretur calix, aut hostia, ritèque consistat tempore Sacrificij, & quod plus esset, vt vtrumque ritè consecratur, & consistat simul. Videantur Layman Lib.

Tract. 5. Cap. 6. num. 5. Card. de Lugo Disp. 20. Sect. 2. num. 68. Franciscus de Lugo Lib. 5. Cap. 7. quest. 2. num. 22.

1811 Sed iniques, in postremo hoc casu pars diminutæ mensæ non exsecratur per additionem alterius lapidis, atque ad eam parti post additionem potest ritè superponi materia Sacrificij. Ergo & primò potuisset consecrari mensa illa, et si à lapida fuisset primò constructa cum altero lapide. Ergo potest ritè consecrari altare, cuius tota planities coalescat ex duobus lapidibus copulatis. Id autem videtur esse contra dicta in num. 1797. Respondeo, non esse, si quæ ibi dixi, considerentur attentè. Quare ex mensa constante duobus lapidibus posset consecrari vnus solus, ita vt eius solius extremitates vngerentur, & in eius solius planitie collocarentur calix, & hostia tempore Sacrificij; proindeq; alter deseruiet tantummodo ad proportionem, aut ornatum. Communiter tamen non expedit, vt consecrandum altare, siue stabile, siue mobile, habeat huiusmodi compositionem, tum quia ordinariè solet consecrari tota eius mensa, tum quia non facile potest postea notū esse, quamam in parte præ alia fuerit consecratum; quamamque in parte præ alia collocari debeant calix, atque hostia. Et ob priorem causam et si in casu, de quo ad num. 1797: vnus altaris fixi mensa haberet in longitudine quatuordecim palmos, decem vnus lapidis, & quatuor alterius, & idè in eius mensæ medio ante diuisionem poni possent calix, & hostia, deliberatum tamen fuit, ne consecraretur.

His, non inutilibus, vt reor, commentationibus occasionem dedit casus ille.

*



It 3

CLAV

CLAVSVLA PARERGORVM.

Continentium selectas aliquas quæ-
stiones de Sacrificio
Missæ.

1812



Tiam sit finis horū Parergorū. De quibus vt initio deprecatus sum veniam à Lectoribus, sic & nunc obsecro. Enimvero si Operi de Sacrificio Missæ secundam lucē faciam, adiciam multò plures quæstiones repertas post primā in Authoribus, aut in colloquio cū eruditis viris motas, quas si in

hoc Opere apposuissem superioribus, fuisset bona Lectorum gratia planè abusus.

CONCLUSIO

ETIAM EVENTILATIONVM DE

historia Scientiæ Mediæ. Serua-
tum in toto Opere detegitur
consilium, & ob-
firmatur.

1813



VCVSQVE de Scientiæ Mediæ historica defensione, ne, si taceremus ad sinistras narrationes, dicerent earū Authores quod Ioannes Thomasius confirmans nonnullas illarum 1. p. Disp. 20. art. 6. §. Carmelitani pag. 688.

* Rem hanc ab aliquibus in suspicionem vocari, aut pro indicta haberi velle audiui; quæ certè si falsitatis vitio laborasset, profectò fatis temporis euolutum est (sex anni sunt) ex quo liber (Antonij de Matre

Matre Dei) est publicatus, vt posset ab aduersarijs tale testimoniū, & historia infringi, vel redargui. Sed factum non est; & ita factum tenet. * Sic Thomasius. Quasi silentium haud potuisset esse modestia, & non malè conscientia, vt aiebat de se S. Hieronymus Lib. 1. aduersus Rufinum in principio; & quasi aliquando non sit plena victoria ad clamantem acere, & non respondere prouocanti, vt aiebat Valerianus Cemeliensis Homilia de Bono conseruanda pacis. De Christo ad calumnias silente dicebat S. Augustinus Serm. 118. Taceat lingua, necesse est, ubi ipsa veritas sibi adest. Sciuit Saluator, quomodo tacendo vinceret, quomodo non respondendo superaret. Hæsit Augustino Gregorius Magnus inquitens Homilia 18. in Evangelia, Gloriosius est, iniuriam tacendo fugere, quam respondendo superare. Et ante vtrumque scripserat de Christo S. Ambrosius Lib. 10. in Lucam ad C. 23. Bene tacet, qui defensione non indiget: non ergo accusationem tacendo confirmat, sed despicit non refellendo. Idem S. Doctor de Interpellatione Iob, & David C. 3. Tacere debet, qui non recognoscit crimen obiectum: quod si referat, suum facit; sit acet; retorquet, & conuitiantem vulnerat. Authores, quibus respondimus, tam graues sunt, tantæque æstimationis in litteris, & gravitate, * vt foliorum sonitum, & inanes vmbrae esse; * quæ in nos obijciunt, vt de obiectis in ipsos à nobis affirmat Thomasius art. 1. §. Vt in hac parte pag. 607. nec nos posse mus dicere, nec, si diceremus, crederetur ab audientibus, nisi post multas probationes, eaque euidentes.

1814 Ni fallimur, non fecimus * ex minutis, & parui momenti argumentis grandem ponderationem, * prout de Nostris inquit Thomasius art. 6. §. De ipsorum pag. 690. Sed curauimus, quantum in nobis fuit, efformare ponderationes conuenienter ad argumentorum merita, atque conditionem. Nudis, explicatisque rationibus causam simpliciter egimus, satius enim id est ex Plutarchi censure in Politicis ad Traianum, quam cõgestis maledictis undique, ac iurgijs quasi veneno tela inficere. Et sanè, admonente Claudiano Mamercio Lib. 5. C. 1. de Statu animæ, qui malevolentia in alios tela moliuntur, ipsi magis proprijs transfixi ictibus vulnera, quæ inferre conantur, excipiunt; & sui hostes sunt, antequam suos hostes feriant. Nostram sententiam redditis conuiijs vindicare nolimus. Non enim vt in beneficijs honestum est meritum a meritis repensare, ita iniurias iniurijs. Illic vinci turpe est; hic inhumanum vincere, vt aduertit Seneca Lib. 2. de Ira C. 32. Rursusque in C. 34. Si utrinque certabitur, ille melior est, qui priorem pedem retulit;

victus est, qui vicit.

1615 Verumtamen si aliquod verbum minus mite excidit nobis, quibus propositum huc vsque fuit

parcere personis, dicere de vitijs

in Scientiam Mediam obiectis, vt ea eluamus, consideret prudens Lector, nos prouocatos scripsisse ad Sciētię Medię irrogatas calumnias propellendas. Refert autem magni, num quis sit laesissus, vel aggressor, huius enim culpa grauior est, quam illius; imò illius nulla est, si non excedat moderamen indemnitate suę tuendæ. Hinc l. 1. §. *Cum arietes ff. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Ibi: Cum arietes, vel boues commisissent, & aliter alterum occidit, Quintus Mutius distinxit, vt si quidem is perisset, qui aggressus erat, cessaret actio. Quamobrem eum sibi aut noxam sarcire, aut in noxam dederē oportet.*

1816 Adhibuimus stylum Scholasticum, adeoque non cultum, neque exquisite elegantem. *Nam cum non alios accusamus, sed nos ipsos a maledictis purgare contendamus; ideo studuimus, vt non tantum sermo, quantum veritas luceret. Eloquētia copia requiratur ab eo, qui ad culpandum, vel vituperandum cucurrit. Qui verò obiectas à se depeilere maculas cupit, necessitate sibi responsionis imposita, non quam eleganter, & ornate sed quam verè respondeat, cogitabit. Quod est Ruffini consilium lib. 1. Inuestiuarum in S. Hieronymum. Notabatque Seneca in Epist. 49. simplicem esse veritatis orationem, ideoque illam implicare non oportere.*

1817 Sed tamen stylum sordidum, & abiectum refugimus, licet enim veritas possit sine eloquentia defendi, vt est à multis saepe defensa; tamen claritate, & sermonis nitore illustranda, & quod ammodo differenda, est, vt potentiùs influat in animos, & vi sua instructa, & luce orationis ornata, quemadmodum Lactantius suadet Lib. 5. Cap. 1. Inuit. diuinar. & vt ait Dacrianus Abbas, seu potius Ludouicus Blofius in Speculo Monachorum, elegantia sicut anxie quærenda non est, si absit; ita etiam cum contemptu reiicienda non est, si adsit, nam & ipsa donum Dei est.

1818 Exasperant non nihil stylum, minusque placidum reddunt, sui que dissimilem efficiunt tot citationes Authorum, tot transcripta, & interposita verba tam ex libris editis, quam ex secretis MSS. At susceptæ tractationis materies suo iure id exposcebat. Et quidem * vt omnium oculis veritas rei innotesceret, operosius regestam e suis fundamentis protuli, vt non amplius ex deceptione, & ignorantia veritatis contingat aliquos à veritate deuiare, * vt ait Tho-

Thomafius art. 1. §. *Ex quibus pag. 608. & cum ipso ego, curans, ne me in diligentia superaret, sicut enim artium in suo quoque opere inuenitur mater instantia, ita nouerit caeteruditionis est negligentia, vt dicitur C. Nihil 6. Dist. 83.*

1819 Idem Thomafius art. 6. §. *Igitur pag. 685. aduertit, non licere circa Scientiam Mediam, vt conducit ad tractandum materiam de Auxilijs, censurare, nec qualificare, ideoque se supersedisse ait ab omni censura, & qualificatione. Quod & ego cautissimè præstiti circa sententiam PP. Dominicanorū, cōtrariam nostræ, tum quia sic iussum est à Summis Pontificibus, tum quia cum in alijs materijs non sint præcipitandæ censuræ, multo minus in hac, in qua quem non remoretur authoritas Dominicanæ Scholæ elleboro opus habebit ad recuperandam mentis sanitatem.*

1820 Dixerat Thomafius in §. anteriori proximè, amputanda etiam esse dicteria omnia, scōmata, irrisiones, aculeos verborum, & se patēre referre aliqua dicta à Nostriis; velleque potius patienter ferre, * ne disputationem felleam, sed pacificam faceret, vt decet sanctos, vt decet graues, & doctos viros in re seriōssima, in disputatione plena iudicij, & authoritatis. * Hæc Thomafius; quæ nos exequi studuimus, etsi fateamur nos peccatores, humiles, & ignorantes. Quantum autem ille refecerit verba insuauia, iudicent alij, qui ad sequentia attendant. Art. 1. §. *Hanc pag. 606. inquit, * Sanè vel ex hoc ipso venit expungēda Scientia Media, quòd tanto factu, & commendatione sui introducta est. Vides, quantum ambulet in magnis, & mirabilibus super se Molina. * Articulū 3. in quo Angelorum linguis loqui optat, inseribit * Scientia Media expungitur: * quod verbum repetitum etiam in art. 6. pag. 691. nec humanum quidem est; vt neque illud in art. 3. pag. 644. * Planè iugulauit Augustinus Scientiam Mediam. * Sed cum nostri Authores stupide argumententur ex censura Thomafij art. 5. pag. 677. nihil mirum, si expungatur, & iuguletur eorum sentētia. Art. 1. §. *Ex quibus pag. 608. ait, * Nostros chartas consumere, & inanem victoriam decantare, vt persuadeant ignorantibus: §. Ceterum pag. 609. Nostros legisse festināter, aut legerē omisisse Authores: §. Quod attinet pag. 610. Nostros legere oscitanter, & tumultuariè libros sibi nō placētes: §. Certe pag. 611. manifestè cōstare, quam parum sinceræ veritati, sed solū tumoti, aut famæ attendatur à Nostriis: §. Ex hoc pag. eadē, Nostros inaniter loqui. * Si hæc est disputatio pacifica, seu mellea, quæ namalia fellea esse potest?**

1821 Sed non deest, qui nihilominus scribat, Thomam esse loquutum modestissimè; è contra verò Paulum Leonardum Sherlogum contumeliosè, & conuitiosè, peperisseque scandala, ac dissensiones in Ecclesia Dei. Ita Thomas Hurtadus *parte posteriori Resolutionum Moralium Tract. ult. Res. 7. §. 3. & 4. num. 334. & 335. ac seqq. pag. 530.* Legi, & relegi totum Opus Sherlogi, visumque mihi est, scriptum fuisse magna cum circumspetione, & temperantia, laudaturque de simplici, & fideli narratione ab Antonio Moraines in *Anti-Iansenio pag. 709.* Non animaduerti in Sherlogo verbum vllum, quod redoleat contumeliam, aut conuitium. Exarat quidè acres quasdam aliorum censuras in sententiâ contrariam; at non eas confirmat suo assensu, & suffragio: imitatusque est exemplum Thomasi, qui *art. 1. §. 5. Si Scientia Media pag. 612. art. 4. §. Quapropter pag. 659. art. 6. §. Carmelitani pag. 688. & pag. 689. §. Hoc etiam pag. 690. & 691. §. Et quia usque ad §. Igitur cum a pag. 692. usque ad 695. scetet non minus rigidis in nos censuris alienis.*

1822 Illud, quod de scandalis dicitur, abest à vero, etiã in pusillis: nos saltem nulla scandala exorta notauimus eis in locis, vbi degimus, postquam Sherlogus publicauit suum Opus; quin potius æqui, bonique cõsultum est ab hominibus non ductis vlla animi affectione, atque perturbatione; quod sapiens ille, modestus, & pijsimus vir curam habuerit de bono suæ Religionis nomine in ea doctrina, quæ est quasi tessera; & insigne Scholæ Iesuiticæ, & quam antonomasticè vocauit *opinionem Societatis* Cornelius Iansenius Episcopus Ipræsis in *Statera*, ideoque contra eam omnes suas machinas direxit, vt & ipsius sectatores; à quibus auidè arreptum est quidquid in Hispania minus benignè aduersus nos prodijt in Theologorum Catholicorum, & Religiosorum scriptis: quæ est valde vrgens ratio, ne hoc tempore dissimulemus, vt fecerunt Maiores nostri. Si autem alicubi (quod non credo) orta sunt scandala, examinare oportet; num ex Responõibus Sherlogi, vel ex Expostulationibus recentium Theologorum Hispanorum contra Scientiam Mediam, quæ Responõnes illas extorserunt. Et nouum non est, vt multi ad ipsam correptionem, quæ modeste fit; quid respondeant non inuenientes, nec tamen veritati acquiescentes; orose, ac moleste ferant eos, qui secum sedulo agunt, nec ab eorum conuincendo errore (quoad historiam nunc intellige) dissimulent, litigiosos, & contentiosos vocent. *Falsitas enim, quæ nudari, & redargui metuit; eorum vitiorum nomine, quæ veritas damnat,*

dili-

diligentiam veritatis accusat. Numquid ideo tamen ab hac instãtia desistendum est? Ita S. Augustinus *Lib. 1. contra Cresconium Cap. 6.* Quare vt S. Augustinum non retraxit a respondendo timor, quem iniecerat Cresconius de scandalo phantastico, aut de apparète nota litigiosi, & cõtentiosi; sic neque ab his Euentilationibus auocare nos debuerunt ea, quæ de Sherlogi Responõibus dixit Thomas Hurtadus tanto cum acore. Miserima certè esset conditio Societatis nostræ, si alijs licuisset de primaria eius opinione mandare libris omnia illa, quæ euentilauimus, & in nobis esset culpa scandali, fomesque dissensionum excernere triticum à palea, verum à falso.

1823 Obmutuerant Maiores nostri ex amore pacis ad multas suæ sententiæ rigidissimas censuras in libris sparsas, sed cum ipsorum patientia nimis abuterentur alij, & censurarum loco, quas a Summis Ecclesiæ Præsulibus inhibitas videbant, subrogarent narrationes multò magis noxias eius probabilitati, & quibus quasi eius iugulum petebatur, doctrineque sine periclitaretur fama, redacta iam ad extremam lineam, visum est posterioribus, rumpere silentium, ne exitiale esset. Nam, vt dicitur à S. Hilario *Lib. 5. de Trinitate, Non aliter veritas intelligi potest, quam si falsa ea esse, quæ veritati obiecta sunt, detegantur; & hoc quidem mentientium absolutiore dedecore, si mendacia ipsa proficiant veritati, et vt etiam dicitur C. Error 3. Dist. 83. Veritas, cum minimè defensatur, opprimitur.* Aiebaturque S. Athanasius in *Apologia ad Imperatorem Constantium, Qui lapide feritur, querit Medicum, ictus autem ex capillumia grauius, quam lapides, feriant: sed his veritas medici potest, quæ ubi negligitur, vulnera accepta acerbiora fiunt.* S. Cyprianus in *titulo libri ad Demetrianum, Vltra tacere non oportet; ne iam verecundia, sed diffidentia esse incipiat, quod tacemus; & dum criminationes falsas contemnimus refutare, videamur, crimen agnoscere.* S. Basilus in *Epist. 63. Ad calumnias tacendum non est, non vt contradicendo nos ipsos ulciscamur; sed ne mendacio inoffensum progressum permittamus, aut eos, qui seducti sunt, damno, quo afficiuntur, inherere sinamus.* Opportuna alia habet in *Epist. 73. & in 79. Arnobius Lib. 1. contra Gentes, Statui pro captiui, ac mediocritate sermonis contraria inuidia, & calumniosas dissoluere criminationes, ne aut illi popularia verba dũ depromunt, magnū aliquid dicere, aut si nos talibus cõtinerimus à litibus, obtinuisse se causam putet, victã sui vitio, nõ assertorū silentio destitutam.* S. Gregorius

Nyl.

Nyssenus *Oratione in dictū Pauli Omne peccatū, &c.* Ibi: *Teditur arcus calumnia, et ille est, auersa fronte cōgredi cū mendacio.* Petrus Cellensis Abbas *Lib. 5. Epist. 13.* *Vterque peccat, & qui mentitur in sui accusatione, & qui dedignatur falsa obiecta verā relatione diluere.* *Reproba humilitas est, plusquā in corde tuo sentias, vanē te deijcere: detestanda presumptio famā suam negligere, & suspicionis nēvum non abolere.* Conspirant S. Hieronymus *in Epist. 61. ad Pammachium*, S. Gregorius Magnus *Homilia 9. super Ezequielem*, S. Thomas 2. 2. q. 72. art. 3. *& in Opusculo 19. Cap. 14.* S. Bonaventura *in Apologia*, S. Parens Ignatius *in Epistola ad Apostolicam virum Magistrum Ioannem de Auila*, quae habetur in huius vita Hispanē edita à pio, diligentique Scriptore Luisio Muñoz *Lib. 1. Cap. 28.* & in qua verbatim refert multos PP. de quibus etiam eruditē, & copiosē P. Theophilus Raynaudus *in Hoplotheca cōtra rētum calumnia Sect. 3. Cap. & quest. 1.* breuiusque, sed valde grauitē Illustrissimus Episcopus Segobienfis D. D. Fr. Franciscus Araujus 1. p. *Disp. 2. de Attributis Theologiae* *dub. 4. §. 2. num. 24. pag. 86.*

1824 Vnde non debet videri insolens, quod pro nostrae de Scientia Media opinionis bona fama vindicias adornauerim, cū potius presserim Sanctorum vestigia, hēserimque Patrum montis, & ipsorum autoritate, rationibusque praēdicatis motus hāc scripserim Tractationem. Et quidem licitum esse, imō & debitum repellere calumniarum vim ingestam in bonum vitę, aut doctrine nomen, quando alioqui sequerentur grauiā detrimēta; concors est PP. atque Doctorum vox. At vergeret in magnum dispendium Scholę nostrę, si tacuissemus ad calumnias, quās contra ipsius princeps dogma, qualis est Scientia Media, moliti sunt multi Theologi moderni. Vbi enim deprimi, obruique sinamus ignauia nostrā eam doctrinam, quę, quia initio videbatur noua, tantos excitauit motus in Ecclesia Dēi, qui quanvis tandem fœliciter sedati fuerint, cesserintque in nonnullam Theologię vtilitatem, tamen grauisimum tunc in diferimen Societatem adduxerunt: pro qua propugnanda coram duobus Summis Pontificibus Clemente VIII. & Paulo V. tam strenuē, tamque pręclare laborarunt Maiores nostri: quam tanto studio, zelo, & fructu adstruere conati sunt: quam iam tunc & semper tanquam speciali titulo propriam amplexa est Societas, & veluti lumen oculorum suorum tuita est (quibus ferē verbis R. P. N. Ioannēs Paulus Oliua Prępositus Generalis Societatis ipsam nobis commendat *in recentissima Epistola*

memorata ad num. 1282.) actum erit de Scholę nostrę existimatione in cęteris suis placitis non susceptis tanto cum ardorē, neque vno totius Religionis ore acclamatīs, si pauca quędam alia excipias. Quare equitatis, imō & iuris ratio postulabat, vt ab illis calumnijs redimeremus Scientiam Mediam; sed modeste, leniter, sine conuictijs, & lædorijs.

1825 Quauis autem Thomasius *supra* dicat, se tacita pręterire aliqua dicta à Nostris, malleque ferre toleranter. Me certe latet, quęnam illa sint. Nam si quę à Nostris prodierunt, illa sunt, in quibus coniecturalis noticia futurorum contingentium conditionatorum narratur adscripta Dēo à nonnullis Theologis Dominicanis, aut illa, in quibus argumentandi ergo infertur ab absurdo coincidentia cū doctrina aliqua ab Ecclesia damnata. At quę posterioris generis sunt, neminem prudentem virum offendere debent, eiusmodi namque arguendi modus tritus est inter Theologos, & nobis etiam à Dominicanis Doctoribus passim eodem modo obijcitur consensus eum Pelagianis, & Semipelagianis. Quę prioris generis sunt, non dissimulantur à Thomasio, exagitat namque ea, & in seclatur non transcursum *in locis praēdicatis*. Si Nostris inculcant, esse SS. Augustini, & Thomę sententiam, quam sequuntur, applaudendum magis eis est, quam subiraendum, siquidem tanti habeant SS. illos Doctores, vt nolint inire viā hanc sine tam magnis dueibus, & pro ipsorum patrōe in dō pugnent quasi pro aris, & focis: à qua contentione proculdubio desisterent, nisi de ipsorum autoritate tam altē cogitarent.

1826 Quod si aliquis ē Nostris excessit in suę causę defensione, & patientiam Thomasi sui exercuit verbis, siue improuide, siue de industria (quod posterius non credam) tam mihi displicebit, quam ipsi Thomasio. Scio enim ex S. Ambrosio *Lib. 1. de Officijs Cap. 22.* quod, *cum sermo in duo diuidatur, in colloquiū familiare, & in tractatum, disceptationemque fidei, atque iustitię, in utroque seruandum, ne sit aliqua perturbatio, sed tanquam mitis, & placidus, & beneuolentię plenus, & gratia, sine vlla sermo ducatur contumelia;*

1827 Iam cum *veritas sapiens exagitata magis splendet in luce iuxta C. 7. Graue 35. q. 9. & cum ventilata plus rutilat, vt inquit Cassianus Lib. 1. de Incarnatione Cap. 6.* & vt Seneca *Lib. 2. de Ira Cap. 29. magis eluceat, quō sepius ad manū venit, spero equidem, veritatem narrationum de Scientiæ Medię disputationibus clarius in posteram effulsuram. S. Hilarius Lib.*

7. de Trinitate dixit, *Magna est veritatis vis, quæ cum per se intelligi non possit, per ea tamen ipsa, quæ ei aduersantur, elucet, ut in natura immobilis manens firmitatem naturæ suæ quot idie, dum attentatur, adquirat:* quæ S. Patris sententia quam recta sit, ostendet forsitan harum Disputationum historia, quò enim eius veritas magis est attentata sinistris narrationibus, eò maiorem firmitatē adquiret, & per eas ipsas narrationes aduersas elucebit micantius, ni fallor. Quare qui Scientiam Mediam non probauerint, velintq; impugnare, posthabitis illis narrationibus, assumant argumenta ex Scripturæ diuinæ, Cōciliorum, Patrum, ac Theologorum veterum autoritate, ne non ex rationibus Theologicis, gaudebimusque vinci veritate, si nos errasse monstrauerint. Sicque qui primas non potuimus habere sapientiæ, secundas habebimus partes modestiæ: ut qui non valuimus omnia impænitenda dicere, saltem pœniteamus quæ cognouerimus dicenda non fuisse, ut loquitur S. Augustinus de Ie, & ad nostram instructionem in proœmio ad Libros Retract. et ut Casianus Lib. 1. de Incarn. Cap. 4. *Primum est, errorem penitus non incurrere, secundum, bene repudiare.*


1828 Absitque procul, ut de nobis dicatur, quod de contentiosis à S. Ambrosio, vel ab antiquo alio sub eius nomine, in 2. ad Timotheum C. 2. v. 15. *Nemo patitur se vinci, licet sciat veram, quæ audit.* Et Origenes Lib. 1. contra Gelsum scripsit, *Molestares est contentio, destinata quæ voluntas resistendi etiam manifestis pudore d'cedendi à consuetis opinionibus, quibus iam imbuta est anima; nec ab ullis consuetudinibus homo difficilius duellitur, quam ab his, quæ ad opiniones pertinent.* Cum autem iuxta S. Augustinum Lib. 4. de Doctrina Christiana Cap. 28. contentio consistat in eo, quòd non curetur, quomodo error veritate vincatur, sed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius, euitabitur à Nostris contentio nota, dummodò exequantur quod præscribit S. Parens Iguatius in Regula 28. *Communium, Si qua in re nobis est diuersa sententia, eaque videtur manifestanda, rationes modeste, & cum charitate afferantur eo animo, ut suus veritati sit locus, non ut in ea re superiores videantur.* Et licet, fatente S. Augustino in Lib. de Magistro Cap. 10 *difficillimum omnino sit, non perturbari, cum ea, quæ prona, & proclivi approbatione tenebamus, contrarijs disputationibus labefactantur, & quasi extorquentur è manibus;* consentaneū tamē est, ut qui ratione, & veritatis amore ducuntur, compescant eos naturæ corruptæ vitiosos motus. Audiant, & imitentur S. Hieronymum scribentem ad S. Augustinum

in Epist. 89. *Te quoque hoc ipsum orare non dubito, ut inter nos contendentes veritas superet. Non enim tuam quaris gloriam, sed Christi. Cumque tu viceris, & ego vincam, si meum errorem intellexero: & è contrario, me vincente, tu superas::: Et in Paralipomenon libro legimus, quòd filij Israel ad pugnandum processerint mente pacifica: inter ipsos quoque gladios, & effusiones sanguinis, & cadauera prostratorum, non suam, sed pacis victoriam cogitantes.*

1829 Præterea æquum est, ut tam qui propugnant, quàm qui Scientiam Mediam oppugnant, gerant morem Angelico Doctori monenti ex Aristotele Lect. 9. ad 11. Lib. Metaphys. *In eligendis opinionibus, vel repudiandis non debet homo duci amore, vel odio introducendi opinionem, sed magis ex certitudine veritatis; ideo oportet amare utrosque, scilicet eos, quorum opinionem sequimur, & eos, quorum opinionem repudiamus, utriusque enim studuerunt ad inquirendam veritatem, & nos in hoc adiuuerunt; sed tamen oportet persuaderi à certioribus, id est, sequi opinionem eorum, qui certius ad veritatem peruenierunt.*

1830 Ego verò quoties considero Scientiam Mediam tam agitatam eius generis narrationibus, quas cōtūdi, toties occurrunt mihi huc reuocanda illa Iulij Firmici Materni verba in Prefatione ad Matheſim, *Quantò vehementius pugnant, quantòque magis omnes persuadendi vias querunt; tantò fidem Scientiæ Mediæ (sic substituo loco Astrologiæ) vehementius, fortiusque communiunt; neque enim esset vera eius substantia, nisi contra eam tantis argumentorum viribus niterentur.* Occurrunt etiam illa Theodoricæ ad Antonium Polensem Episcopum Lib. 4. Var. Casiodori, Epist. 44. quæ non immeritò accommodati possunt Ludouico Molinæ illustranti Scientiam Mediam, *Non grauetur vester animus, nec se fallacibus verbis doleat accusatum. Multo maior est opinio purgata, quàm si desinentibus querelis non fuerit impetita.* Vbi non possum non me gratum præstare Deo, quæ mihi persuadeo inspirasse Nostris, quorum tempore contigit Controuersia de Auxilijs, & Scientia Media, ut scriptis, & tabularijs domesticis commendarent accuratissimè res tunc gestas, quali diuina rent subiturum tempus, quo postea indigeremus earum notitia ad causæ, & opinionis nostræ defensionem. Presimus eas silentio, quovsque Antonius de Matre Dei, Patres Dominicani Duacencenses, & Ioannes de S. Thoma alijque coegerunt nos loqui.

1831 Tandem si in posterum alicui libeat scribere de historia Scientiæ Medicæ, adhibendo veritati vim, spargendoque commentitia in Scholas Theologicas, non deerunt in Societate diligentes, strenique Scriptores, qui historicam eiusdem Scientiæ defensionem prosequantur, nullum non laborem infuentes in exploranda veritate; sic enim fiet, vt absque præiudicio ex narrationibus, non dignis Theologica grauitate, disputetur de hac Scientia non secus, ac de alijs, in quibus exercentur Theologorum ingenia, & scripta, innocuè, & sine rigida censura alterutrius partis, quoadusque Sacrosancta Romana Ecclesia (cui me, meaque omnia Opera subiecta ex debito voueo, & ex animo volo) decernat quid probandum, tenendumque sit.



CEDANT HAEC IN LAVDEM Dei Optimi, & Maximi, Omniscijque, necnon Deiparæ Virginis conceptæ sine peccati Originalis labe in primo instanti sui esse, SS. item Gabrielis Archangeli Cognominis mei, & Patroni, Ignatij Patriarchæ, & Fundatoris Societatis nostræ, Frãcisxi Xauerij, vnius exprimis Decemviris eiusdem Societ. & Apostoli Indiarum.



IN:

INDEX.

**EVENTILATIO
NUM HISTORICARVM DE
Scientia Media contentarum
in hoc Opere.**



INGRESSVS ad Euentilandas Francisci Felicis, & Recetium aliorum narrationes. Quid, & qua occasione per integrum Opus sit differendum aperitur breuiter. pag. 1.
EVENTILATIO I. narrationum Felicis. An antiquiores Dominicani negarint cognitionis diuinæ erga futura contingentia conditionata infallibilitatem? Consuluntur grauisima multorum Doctorum testimonia. pag. 3.
 Eius cognitionis fallibilitatem ex parte obiecti propugnatam fuisse ab antiquioribus Dominicanis, fatetur Felix, Idque, & non aliud ipsis attribuerunt Nostris. pag. 10.
 Eius non prorsus infallibilis cognitionis recensentur aliqui Patroni. pag. 12
 Plurium Theologorum centuræ contra assertionem de ea cognitione non omnino infallibili. pag. 13.
EVENTILATIO II. narrationum eiusdem Felicis. Num cognitionis diuinæ de futuris contingentibus conditionatis omnimoda infallibilitas discussa sit coram Clemente VIII. Papa? Repellitur Felicis in Ripaldam sugillatio. Dicitur nonnihil de Francisco Peña. pag. 15.
 Questio 1. coram Clemente VIII. agitata de ea cognitione. pag. 15.
 Questio 2. Centuræ aliquorum aduersus opinionem de diuina scientia futurorum contingentium conditionatorum iniqua decreto. pag. 17.
 Quid in questione 4. tractatum sit? pag. 19.
 Quid in questione 5? pag. 19.

Ex præcedentium recensione defecatus veritatis splendor eruitur. Variæ Dominicanorum sententiæ circa Dei notitiam de futuris contingentibus conditionatis; & censuræ aliorum circa illas. pag. 21.
EVENTILATIO III. narrationum eiusdem Felicis. Resecatur ad vivum trita de tringenta Censuris contra Scientiam Mediæ fabella. Arguitur insufficientiæ testimonium quoddam. pag. 23.
 Num parum in liti alienius decisione præponderet, quod illa a Iudice, vel a Centore prodierit? Vbi vtri ex istis ad Scientiæ Mediæ causam cognoscendam admissi fuerint? pag. 24.
 Quid etiam conducat fida, vel infida testimonii commemoratio? Expenditur Ripaldæ, & Sherlogi in supputandis Censuris concordia. pag. 25.
 Catalogus Centorum, qui ad ferendum de Molina iudicium priuatis in Congregationibus adfuerunt. pag. 26.
 Examinantur adamusissimi aliquæ quæ censuræ de Scientia Media auctoritatem vel omnino, vel magna ex parte labefactant, vt quod non subscripserint duo Theologi, alter Augustinianus, alter Carmelita sequens vestigia Reuerendissimi sui Generalis, neque duo Prelati. pag. 27.
 Nullam falsitatis notam Scientiæ Mediæ opinioni ex ea censura accrescere, exemplo S. Thomæ abundè comprobatur. pag. 28.
 Circumstantiæ, sub quibus asseritur prolata censura, non leuiter obnubilant veritatem.
 Collatio eiusdem centuræ cum alia in tomo quodam M.S. reperia. pag. 29.
 V v 3 36.

Semipelagianismi suspicio, quam Scientiæ Mediæ inuenerunt Censores, pluribus ex capitibus amouetur. pag. 30.

Non magni pendendam duorum ex Sorbona Doctorum à Scientia Mediæ defectionem, cum perillustrium SS. Benedicti, & Bernardi Cæterum, quorum alter vitæ tenuit institutum, nobilitetur patrocinio. pag. 31.

Clarissima Sorbonensium pro nostra opinione suffragia.

Reponuntur ex aduerso Nunnij Coronensis censura alia primariorum ex eisdem Augustiniana Familia vitorum laudatissima iudicia. pag. 33.

Quanti habenda sit Illustrissimorum aliquot Episcoporum lata aduersus Molinam sententia. pag. 34.

Ratio aperienti occulta aliqua de Censoribus. Deuoluitur in Modernum quædam Theologum. pag. 35.

Contra Dominicanos etiam pronuntiarunt Censores. Quinam illi olim opinarentur de medio scientiæ diuinæ conditionatæ? pag. 36.

Nimia in concludenda causa festinatio non leuem inconsiderationis notam Censoribus appingit. Redarguuntur aliquæ ipsorum censurae. pag. 37.

Paucitas propositionum, intra quas demum pensator trutinæ stetit. Censuræ ortæ ab aliena mente suspicio non exigua. Repellitur noua alia censura. Percurruntur contemptim fatiles quædam de Scientia Mediæ fabellæ compositæ ab innominato Authore quæstionis Historiæ. Acta Francisci Penæ non sunt authentica. pag. 38.

An ex confessione Bastidæ liquida sit Censorum contra Molinam subscriptio? Deuisset Felix non esse tam credulus. pag. 39.

Adnotatio de leui quadam discordia inter MSS. quibus utimur.

Author quæstionis memoratæ ineptiæ indecorè in multis quoad numerum Congregationum, & quoad præsentibus eis. pag. 40.

Propulsatur calumnia nouitatis obiecta à Felice, qui ab insigniorum Scotistarum deuoluit semitis, horumque Duce subtilissimo. pag. 41.

EVENTILATIO IV. narrationum Vincentij Lenis. Summi Ecclesiæ Pastores definiti uim aduersus Molinam diploma non confecerunt. pag. 43.

Gemella alia fabella traducitur. 45.

An Clementi VIII. ut Doctore priuato ingrata fuerit opinio Molinæ? Quidam ei dixerint duo Cardinales? Eius tempore sparsi falsi rumores de condemnatione Molinæ. pag. 46.

EVENTILATIO V. narrationum Ioannis Martinezi Præsentis. An aliqui è Societate, ut Michael Marcus, & Baltida (cuius gesta memorantur) Henriquez (cuius vita describitur) Pererius, & Azor Scientiæ Mediæ ualedixerint? pag. 47.

EVENTILATIO VI. narrationum eiusdem Martinezi Præsentis. Num Illustrissimus Araujus phisicis prædeterminationibus bellum indixerit? Vindicatur à plagiarij nota. pag. 51.

EVENTILATIO VII. narrationum eiusdem Martinezi Præsentis.

Quis pro Araujo concessus nobis sit ab illo? Reuocatur ad calculum nobiles aliquot Thomistæ phisicarum præmotionum desertores. pag. 55.

EVENTILATIO VIII. nouæ cuiusdam narrationis;

Authentico instrumento depellit à se Author accusationem de maledicio circa quædam uerba Reuerendissimi P. Fr. Thomæ Turci Magistris Generalis Ordinis Prædicatorum. pag. 58.

EVENTILATIO IX. narrationis Dominici à S. Theresia.

Extra controuersiam non patet in Schola SS. Augustini, & Thomæ opinio, cui contradicunt Societatis Theologi. pag. 61.

Non ab similitè dicebatur, sed perperam, à Iansenistis, opiniones Societatis, aduersas propositionibus Cornelij Iansenij Episcopi Ipresis, militare apertè contra SS. Augustinum, & Thomam. Explanantur propositiones illæ. pag. 63.

EVENTILATIO X. narrationum eiusdem Quæstionarij innominati, & Petri Matthei Historici.

De authoritate Catechismi Romani quidnam dixerint Patres Societatis? Declaratur, quanta ea sit. pag. 65.

Censura Academicarum Louaniensis, & Duacensis contra opiniones P. Leonardij Lessij exauthoratur. pag. 67.

Fauorabilis censura Vniuersitatis Coloniensis pro Societatis opinione, & de alijs remissiuè.

Discutitur, num quidam è Societate docuerint, Clementem VIII. Papam posse errare, & de Fide non esse eius Pontifici.

ficatum maximum? pag. 68.

Quid de confessione Sacramentali per litteras, aut internuntium dixerit vnus, aut alter è Societate ante declarationem Clementis VIII? Quid ante illum vnus, aut alterum dixerint multi, & graues Theologi? pag. 70.

Quonam pacto P. Franciscus Suarez interpretatus sit Decretum Clementis VIII? Qui etiam interpretationem delerit iusserit, non tamèn ipse, neque Paulus V. improbavit doctrinam, ad quam fuerat adhibita. pag. 71.

Describuntur quædam Petri Matthei uerba circa Controuersiam de Auxilijs, & Scientia Mediæ, reijciturque in illum locum responsio ad ea, inter alia tantum adnotatis quibusdam alijs B. Francisci de Sales pro nostra opinione. pag. 73.

EVENTILATIO XI. narrationum eiusdem Quæstionarij.

Dissoluitur sycophantiarum striga, quam ipse in se tenet nexus loquens de Assertionibus defendentis Vallis Oleri, in quibus efferuere coepit Controuersia, de Auxilijs, & Scientia Mediæ. Afferunt fidele instrumentum de Actis earum Assertionum. pag. 74.

Ex instrumento descripto deteguntur imposturæ Quæstionarij. pag. 78.

Alia spectantia ad Assertionem Vallis Oleranas; præmittiturque causa, quæ ad eas mouit. pag. 79.

Commendatio Concordiæ P. Molinæ, quæ eis in Assertionibus proposita est, ut defenderetur. pag. 80.

Reliqua de eis Assertionibus. pag. 81.

Elogium Collegij Ambrosiani Societatis Iesu apud Vallis-Olerum. pag. 82.

EVENTILATIO XII. narrationum eiusdem Quæstionarij.

Quid Romæ in Congregationibus peculiaribus, Papa non præsentem, actum sit. Præuia nonnulla ad eas. pag. 82.

Recurrunt Patres Dominicani, & Societatis ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis in Hispania. Quidnam utrisque iniunxerit Inquisitor Generalis? Epistola Episcopi Legionensis ad Papam. pag. 83.

De dissensionibus præfatis certior factus Papa causam ad se auocat Romam. Quidnam scripserit suo in Hispania Nuntio, & Inquisitori Generali? Quidnam ipse Nuntius, Quæstiones Eidei, & Rex Catholicus scripserint Prouincialibus utriusque Ordinis, & Castellano Societatis, Præpositus suus Generalis? pag. 84.

Quidnam à Rege Catholico præscriptum sit utrique Religionis per suum Confessarium? Academia Complutensis res approbat doctrinam P. Molinæ. Inquisito Vallis-Oletana, & Nuntius Pontificius, siue Inquisitor Generalis quidnam commonefecerint Prouinciales utriusque Religionis? pag. 85.

Dominicanus quidam Magister Romanam ex Hispania missus causam agit contra P. Molinam, quem, non accersito, neque audito eius procuratore, damnant aliquot Consultores. Romam etiam perueniunt ex Hispania duo è Societate defenturi partes P. Molinæ, intercedunt damnatoris censuræ, quasdamque Dominicanæ Bañez propositiones mutuo accusant. pag. 87.

Intercessio auditur benignè à Papa. Consultores recognoscunt censuram, temperantque eam nonnulli semet, & iterum, alijque, ut ab initio, ei omnino contradicant.

Decernit Papa adesse per se ipsam disputationibus inter PP. Dominicanos, & Societatis, uult tamen, prius uiam iteri, habitis, se absente, Congregationibus, in quibus capita disputanda prænotarentur. pag. 88.

Tractata in Congregationibus priuatis PP. Dominicanorum, atque Societatis, assistente primùm vno Cardinali, deinde duobus alijs. Prima Congregatio. pag. 89.

Secunda Congregatio. Producent Nostræ quæstiones sex, ut eis responderent Dominicani.

Finitur Congregatio 3. quin potuerit obtineri responsio ad eas quæstiones. Proponunt Dominicani alias octo, ad quas Nostræ responderunt. pag. 90.

Quarta Congregatio. Profertur Nostræ capita octo, in quibus non dissentiebant à Dominicanis. pag. 91.

Soluta Congregatione 4. afferunt Nostræ capita quinque, in quibus dissentiebant à Dominicanis. Hi autem tergiversabantur suam ex promissa sententiam de prædeterminatione phisica. pag. 92.

Propalatur declaratio sententiæ Nostrorum redacta ad quinque propositiones.

Responsio Dominicanorum post uisa quinque illa capita, & sex has propositiones. pag. 93.

Præ-

Propositæ responsionis redargutio à Nostris facta. Finis haram Congregationum. pag. 96.

Selectæ aliquæ adnotationes de rebus ad causam difficultam pertinentibus. Quo pacto Societas tota assumpserit patrocinium Molinae. pag. 100.

Quædam litteræ Card. Bellarmini, & Ioannis Garlæ Coronelis ad P. Antoniũ Padillam.

Epistola Academicarum Herbipolensis, & Moguntinæ, Inquisitionisque Lusitanæ ad Papam. pag. 101.

Epistola Episcopi Legionensis ad Papam. pag. 103.

Obitus Molinae. Ante acta vita virtutibus conspicua. Eius liber de Concordia quantum fuerit examinatus, & quam sine novo repertus. Molinae Antagonista Magister Bañez super vixit quatuor annos. Delibantur ipsius Elogia. Falsus est in extremis magna nostræ opinionis probabilitatem. pag. 104.

Ex insinuatione Clementi VIII. Pontificis Maximi Generales Dominicanus, & Iesuita scribunt ad suos litteras circulares, quibus exhortantur ad animorum concordiam. pag. 105.

In solio aëro percitus quidam in Germania spargit horrendas calumnias aduersus doctrinas, & mores Societatis, Romanam delatus punitur. pag. 106.

EVENTILATIO XIII. narrationum eiusdem Questionarij.

Liquidum sit, Societatis Theologos nunquam, quam semel tenuere erga S. Thomam obseruantiam, coram Summis Pontificibus deseruisse. Quantum illi doctrinam S. Thomæ excoluerint. pag. 107.

EVENTILATIO XIII. narrationum eiusdem Questionarij.

Vera, fidelisque propositio eorum, quæ in publicis Congregationibus sunt discussa coram Clemente VIII. & Paulo V. Primus articulus continens septem P. Molinae propositiones pag. 108.

Octo disputationes, in quibus examinatae sint septem præfatæ propositiones. pag. 110.

Secundus articulus continens duas propositiones Molinae, de quibus agitur vna in disputatione.

Tertius articulus continens quatuordecim conclusiones, in quibus an Molina conueniret cum Cassiano dubitatur. pag. 113.

Circa præmissas conclusiones agitur in octo disputationibus, ostenditurque discrimen Molinae à Cassiano.

Quartus articulus dissectus in quinque questiones. pag. 114.

Six disputationes circa prædictas quinque questiones, quarum doctrina contenta in prima parte quartæ confirmatur à nobis ex quadam Synodo Colonienſi. pag. 115.

Quintus articulus distributus in nouem questiones. pag. 116.

Nouem disputationes, in quibus discutiantur totidem questiones propositæ. pag. 117.

Sextus articulus, & quinque disputationes circa illum habitæ. pag. 119.

Septimus articulus tributus in quindecim propositiones.

Vnica disputatio de supra scripto articulo. pag. 120.

Octavus articulus, & vna circa illum disputatio. pag. 121.

Octo disputationes pertinentes ad eundem articulum. Remouetur quinta inuidia, quæ posset oriri ex facta à disputatore, per argumentum ab absurdo, collatione prædeterminationis physicae cū Caluini damnatis erroribus. pag. 124.

Quidnam post finitas Congregationes decreuerit Summus Pontifex Paulus V? pag. 127.

Aliquorum Congregationibus præsentium dissensus à sententia Societatis nū sit præiudicium? pag. 128.

Quidnam dicat Magister Balthasar Nauarrete de victorijs suorum in concertationibus literarijs? Afferuntur aliqua exempla in contrariam, & indicantur alia. pag. 129.

De Summis Pontificibus, & de Eminentiſſimis Cardinalibus, qui Congregationibus adstiterunt: de Episcopis etiam Illustriſſimis, atque Theologis Censoribus, sed remissiuè. pag. 130.

Quidnam è Predicatorio Ordine, & à Societate interfuerint præfatis Congregationibus? Elogia priorum. pag. 131.

Elogia posteriorum. Gregorij de Valentia. pag. 132. Petri de Arrubal. pag. 133. Ioannis de Salas. Ferdinandi Balthæ. Num Ferdinandus Balthæa saposuerit P. Francisco Suarez quoddam Opus? Detergitur veritatis spongia vitium, cuius posthuma Scriptorum Societatis Opera insinuat Ioannes Martinezius Pratenſis. pag. 134.

Num

Num datum sit gratia Societatis, quod eius opinio non fuerit damnata? pag. 135.

EVENTILATIO XV. narrationum eiusdem Questionarij.

Num Societatis doctrinam displicuerit Concilio Tridentino? Omittitur examen responsionum. Questionarij ad ea, quæ pro doctrina illa solent ex Concilio adduci. pag. 137.

Enumeratur cursum argumentum contra Scientiam Mediam desumptum ex illo Concilio, priusque notantur carbones ineptiæ quædam intermixtæ ei argumento à Questionario. pag. 138.

Debilitantur etiam breuiter tria alia argumenta ex eodem Concilio de prompta à Hieronymo Viues. pag. 139.

Concilij illius sententia fauorabilis doctrinæ Societatis peruestigatur ex testimonio Ioannis à Bononia, qui præsens ipsi fuit. pag. 141.

Idem sensus indagatur ex disputatione, quam in eodem Concilio dicitur habuisse Dominicus Sotus cum Alouio Caneo.

Pro doctrina Societatis loca multa exarantur, & expenduntur Dominici Soti, qui claruit in eodem Concilio. pag. 142.

Franciscus Romanus, qui præsens fuit eodem Concilio, suppetias fert doctrinæ Societatis. Similia habet Matthæus Orius. pag. 148.

Ioannes Antonius Delphinus, qui adstetit eodem Concilio, auxiliatur doctrinæ Societatis. Referuntur alij Theologi conformes cum Delphino. pag. 149.

Petrus Aurellus Sanzulus, qui videtur conuenisse in idem Concilium, studiosus est doctrinæ Societatis, alijque eum eò concordet. pag. 151.

Franciscus Horantius, qui in eodem Concilio excellit, fauet doctrinæ Societatis. pag. 152.

Franciscus Belcarius, qui eodem Concilio adfuit, consignat Societatis doctrinam.

Ferdinandus Velloſillus, qui eodem Concilio interfuit, præsignificat doctrinam Societatis. pag. 153. Respondetur ad testimonia aliquorum Theologorum Concilio eadem præsentium, qui dicuntur stare contra Societatis doctrinam. pag. 154.

EVENTILATIO XVI. narrationum eiusdem Questionarij.

Num aliquæ Societate auersati sint

de Scientia Media sententiam post, vel antea traditam à P. Ludouico Molina? Quidnam senserit P. Alphonſus Salmeron? pag. 156.

Patres Colonienſes quidnam senserint? Vbi & de Diego Payua Doctore Conimbricensi, nobili eorum defensore. pag. 157.

Quidnam senserit P. Benedictus Pererius?

Quidnam senserit Cardinalis Tolerus? pag. 159.

Quidnam senserit Cardinalis Bellarminus? pag. 160.

Quidnam senserint Patres Petrus Canſius, & Franciscus Colterus? De P. Ioanne Azor remissiuè, & de P. Michaeli Marco additur nonnihil diſcis supra. pag. 162.

EVENTILATIO XVII. narrationum eiusdem Questionarij.

Quid de S. Thomæ mente facti sint Noſtri. Num alitubi S. Præceptor tela aduersus Noſtros subministrat? pag. 163.

Diluuntur ea, quæ ex authoritate S. Thomæ obijcit Ioannes Thomasi? pag. 168.

Refellitur Lelij Ballionij exultatio de S. Thomæ à Societatis sententia dissentiu, desideraturque in Lelio nostram sententiam tuente verecunda quædam cunctatio in proferendo suo iudicio aduersus S. Doctorem, cuius duo encomia recitantur. pag. 173.

Cur Dominicani Patres, prætermisso Lelio Ballionio, conuerterint arma contra Ludouicum Molinam? pag. 175.

Responsio ad alia S. Thomæ testimonia, quæ contra Societatis doctrinam obijciuntur, reseruat in alium locum, reserata interim confirmatione, quæ ex Ioannis Alfonso Gurielis confessione affertur à nonnullis. pag. 176.

EVENTILATIO XVIII. narrationum Hieronymi Viues.

Num sententia de Scientia Media affinitatem habeat cum propositionibus damnatis Cornelij Ianſenij Episcopi Iprensis?

Præmittitur huius, & sequacium inueterata acerbitas aduersus Scholam Societatis? Quidnam ipse in Hispania molitus sit contra eam? pag. 177.

Ostenditur, opinionem de Scientia Media nullatenus coincidere cum propositionibus damnatis Ianſenij. pag. 180.

Dubitationes nonnullæ, quæ post damnatas propositiones Ianſenij videntur exti-

exigere maiorem declarationem ab impugnantibus Scientiæ Mediæ. pag. 186.

Opportuna quædam animaduersiones prolatæ in nouis placitis discernendis à principijs PP. Dominicanorum, & Societatis. pag. 189.

EVENTILATIO XIX. narrationum eiusdem Hieronymi Viues.

Vocantur in examen multa, quæ ipse ait siue aduersus defectores Scientiæ Mediæ, siue aduersus eandemmet Scientiã.

pag. 192.

An in exordijs Controuersiæ dixerint Societatis Theologi, absolutam rerum contingentium futuritionem saluam cõsultere ante actuale Dei decretum?

pag. 193.

Qualem futurorum contingentium conditionatorum diuinam cognitionem probabilem, atque coniecturalem adstruat Viues; & quid contra talem cognitionem influent multi PP. Ecclesiæ?

pag. 194.

An initio Controuersiæ Theologi Societatis allegarint pro se Doctores tantummodos, eo quod sibi pertuaderent, Scientiam Mediã fuisse incognitam S. Augustino, alijsq; priscis PP. pag. 197.

EVENTILATIO XX. narrationum eiusdem Hieronymi Viues.

PP. Molina, & Suarez irreligiosi non fuerunt erga S. Augustinum, exponentes quædam eius testimonia, quæ tonare videbantur, Deum esse authorem, & causam peccati. Adducuntur varia exempla probatorum Doctorum similiter loquentium, ac illi.

pag. 199.

Ex loco Matthæi 11. v. 21. pro sententia Societatis expendi solito nõ euidet prosperè Viues.

pag. 202.

Quonam sensu dictum sit à P. Suarez, modum, quo Deus cognoscit futura contingentia, præternolare caprum humanum?

pag. 203.

S. Augustini censura, notans impiam desipientiam quoddam dictum, nec personam videri potest percellere P. Suarezium.

pag. 205.

Afferta à Vive decreta diuina, quorum vnum prædeterminet ad materiale peccati, & alterum cum formali conexum permittat illud, continent plurimum difficultatis.

Viues fatetur, fuisse à se valde festinãter elaboratam magnam sui Operis partem.

pag. 206.

EVENTILATIO XXI. narratio-

num Alfonsi Michaelis.

Affecta valetudine scribit contra Scientiam Mediã. Num hæc officiat, quod ea abusi sint Semipelagiani? An pro ea Nostri sine duce pugnent? pag. 207.

Aliud fuisse, repudiari Scientiam Mediã a S. Augustino, aliud, eam non adhiberi ad conciliandum nostram libertatem cum prædestinatione: quod secundum dicens, & non faciens Molina, non meretur notam inobseruantiam erga S. Doctorem.

pag. 208.

Num fallatur Molina asserens, S. Augustinum, & alios PP. addituros albun calculum suæ sententiæ?

Verum nescit, Neotericos Societatis non premere vestigia Molinæ siue quoad substantiam, siue quoad modum? Quinam in causa fuerint commotionis, & pugne litterariæ exortæ inter PP. Dominicanos, & Societatis?

pag. 210.

P. Molina aduersissimus fuit S. Augustino. De quo quædam verba ab iplo dicta liberantur à calumnia, ut & à singularitate, prolatis exemplis aliorum Scriptorum.

pag. 212.

Sit ne communis omnium Thomistarum opinio de decretis subiectiue absolutis, & obiectiue conditionatis pro cognoscendis à Deo futuris contingentibus conditionatis?

EVENTILATIO XXII. eorum, quæ idem Alfonsus Michael obijcit contra Scientiam Mediã.

pag. 213.

P. Ioannes Martinez de Ripalda obijcit eximetur nota, qua fuit affectus ab Alfonso Michael.

pag. 217.

EVENTILATIO XXIII. elucidationum Ioannis Lallemandet contra Scientiam Mediã, cum antea præbuisset indicia standi pro ea.

pag. 218.

Imminuitur vis argumentorum duodecim, quæ contra Scientiam Mediã Lallemandet recitat ex Zanardo.

pag. 220.

EVENTILATIO XXIV. discutiens sententiam Zachariæ Pasqualigi, qui est quasi amphibius, & neque adhæret opinioni de Scientia Media, neque alij de Conditionata in decreto prædeterminatio.

pag. 223.

EVENTILATIO XXV. sententiæ Ioannis Caramuelis, qui neutralis etiam est.

pag. 225.

EVENTILATIO XXVI. ostendens, eundem Caramuelem non explicare aptè Oracula Scripturæ diuinæ.

pag. 229.

EVENTILATIO XXVII. con-

mi-

minum aliorum eiusdem Caramuelis in punctis controuersis inter PP. Dominicanos, & Societatis.

pag. 231.

EVENTILATIO XXVIII. cogitationum aliarum eiusdem Caramuelis.

pag. 234.

EVENTILATIO XXIX. examinans Didaci de Sylua opinamenta, neutro etiã inclinata.

pag. 237.

EVENTILATIO XXX. auctorum opinamentorum eiusdem Didaci de Sylua.

pag. 240.

EVENTILATIO XXXI. inquirens sententiam Ioannis Alfonsi Curieles.

pag. 244.

EVENTILATIO XXXII. indagans sententiam Basilij Poncij Legionensis.

pag. 248.

EVENTILATIO XXXIII. periclitans mentem Alfonsi de Mendoza, Francisci à Christo, & Leonardi Coquæi.

pag. 250.

EVENTILATIO XXXIV. inuestigans placita Michaelis de Palatio, Ioannis de Medina, Andreæ Henriquez de Villegas, Hieronymi de la Rúa, Ioannis de Roa Danila.

pag. 251.

EVENTILATIO XXXV. explorans animum Petri de Lorea. Incidenter dicitur nonnihil de quodam testimonio P. Henriquez.

pag. 253.

EVENTILATIO XXXVI. Ferrur, aut suspenditur iudicium de triginta, & quatuor Authoribus.

pag. 257.

EVENTILATIO XXXVII. Censura de viginti quatuor Authoribus succenturiatis.

pag. 266.

EVENTILATIO XXXVIII. Detrudentur quidam, qui ab aliquo possent incautè adduci contra Scientiam Mediã, & alij, qui pro ea.

pag. 272.

EVENTILATIO XXXIX. Trium Sacrarum Religionum; & Academiæ Louaniensis, quorumdamque iudicium Romanorum suffragia contra Scientiam Mediã ponderantur.

pag. 274.

EVENTILATIO XXXX. Recitantur, & expenduntur decem, & octo Authores Dominicani, Dominico Bañez anteriores, qui contra Scientiam Mediã stare dicuntur.

pag. 275.

EVENTILATIO XXXXI. Recensentur quadraginta duo Authores Dominicani, qui cum Dominico Bañez pugnarunt libris editis contra Scientiam Mediã. Notatur discordia nonnullorũ inter se.

pag. 281.

EVENTILATIO XXXXII. Fit gratia commemoratio duorum Dominicanorum, qui in Lecturis contradixerunt Scientiæ Mediæ.

pag. 284.

EVENTILATIO XXXXIII. Præmissis quatuor punctis principalibus sententiæ Societatis de Scientia Media, prænotatoque ordine procedendi, tribuntur in multas classes Theologi, Scriptores, qui præluxerunt Nostri.

pag. 285.

Prima classis Scriptorum quinquaginta duum ex Statu Ecclesiastico seculari.

pag. 287.

Secunda classis Scriptorum quinque ex Sacro Ordine Benedictino, ut diuiso in varias Congregationes.

Tertia classis Scriptorum duorum ex Sacro Ordine Carthusiano.

pag. 290.

Quarta classis Scriptorum triginta trium ex Sacro Ordine Prædicatorum.

pag. 291.

Quinta classis Scriptorum triginta duorum ex Sacro Ordine Minorum.

pag. 293.

Sexta classis Scriptorum terdecim ex Sacro Ordine Augustiniano.

pag. 297.

Septima classis Scriptorum sex ex Sacro Ordine Seruorum Beatæ Mariæ.

Noni classis Scriptorum duorum ex Sacro Ordine Hieronymiano.

Decima classis ex veteribus Theologis Academiæ Parisiensis, & ex Concilio Senonensi.

pag. 298.

Recapitulatio Authorum, de quibus in hæc Euent.

pag. 301.

EVENTILATIO XXXXIV. Referuntur Scriptorum extensissimi, qui post divulgatam Molinæ Concordiam adhæserunt sententiæ Societatis.

pag. 302.

Prima classis Scriptorum triginta septem ex Statu Ecclesiastico seculari. Agitur diffusius de B. Francisco Salecio, & incidenter de S. Theresia alessu.

pag. 302.

Secunda classis Scriptorum sex est Sacro Ordine Benedictino, & Congregationibus Cisterciensium.

Tertia classis Scriptorum sexdecim est Sacro Ordine Minorum.

pag. 308.

Quarta classis Scriptorum decem est Sacro Ordine Augustiniano.

Quinta classis Scriptorum septem est Sacro Ordine Carmelitano.

pag. 312.

Ex eodem Sacro Ordine Carmelitano multi alij voce, & MSS. fauore summo protequantur sententiam Societatis.

pag. 313.

Appendix de Francisco Bonalpei Carme-

me,

melioris, qui est neutralis. pag. 314.
 Sexta classis Scriptorum duorum è Sa-
 cro Ordine Sanctissimæ Trinitatis.
 Septima classis Scriptorum quatuor
 ex Sacro Ordine Minorum.
 Octava classis Scriptorum duorum è
 Sacro Ordine Clericorum Regularium
 Theatinorum.
 Nona classis Scriptorum duorum ex Sa-
 cris Ordinibus Clericorum Regularium
 Minorum, tum Somaschorum.
 Collatio memoratorum in hac Euent.
 Scriptorum fauentium sententiæ Socie-
 tatis cum numero refragantium.
 EVENTILATIO XXXV. Illustris-
 simatum quàm plurimum Academiarum
 suffragia pro sententiâ Societatis. Vbi
 simul de Sacris Religionibus. pag. 320.
 Valentiniæ in Hispania. Vbi de D. D.
 Ludouico Crespi. pag. 322.
 Incidenter de D. D. Gaspare Nemio.
 Conimbricensis.
 CæsarAugustanæ in Hispania.
 Colontensis, Heribolenis, Mogun-
 tinæ, Complutensis. pag. 323.
 Vallis Oletanæ, Granatensis, Bea-
 ticensis.
 Salmanticensis. pag. 324.
 Recollectio antedictorum in hac Euent.
 pag. 327.
 EVENTILATIO XXXVI. Recen-
 sionis Scriptorum Societatis Iesu pro sua
 sententiâ præmittantur ea, quæ præce-
 serunt editionem Concoctæ P. Molina.
 S. P. N. Ignatii præmonitio circa gra-
 tiam Dei, & liberum arbitrium creatum.
 Quàm vtilem operam impenderint PP.
 Iacobus Laynez, & Alfonso Salmeron
 Decretis Concilii Tridentini de Iustificatio-
 ne. Quidnam de Scientiâ Conditionata in-
 dicarit S. Franciscus Xaverius? pag. 329.
 Salmanticiæ, & Colonie tuetur quidã
 è Societate gratiam non prædetermi-
 nantem physicè.
 PP. Molina & Fonseca incipiunt do-
 cere Scientiam Mediam. Quidnam prius?
 pag. 330.
 PP. Hieronymus Torrensis, Franciscus
 Turrianus, Henricus Henriquez, Petrus
 Canisius, Michael Marcus, Alfonso De-
 za, Ioannes de Montemayor, Ioannes
 Maldonatus, & Leonardus Lessius con-
 cordarunt in doctrina cum Molina.
 pag. 332.
 Societatis doctrina in sui exitu acri-

ter vexatur Louanij, sed non proteritur.
 pag. 334.
 Animaduersio de lentis, difficilibusque
 inijs, ac progressibus opinionis Socie-
 tatis.
 Quàm iam manifestè constet, nonnul-
 los è Societate deuenisse seorsim, pro-
 prio Marte, in eandem cogitationem.
 Num singulari etiam prouidentia, & be-
 neficio Dei? pag. 336.
 EVENTILATIO XXXVII. Re-
 cententur Scriptores Societatis pro sua
 sententiâ ex anno 1588.
 Prima phalanx Scriptorum sexaginta
 vnus. Elogia Molinæ, & an dicendus sit
 Author, Inuentorue opinionis de Scien-
 tia Media? pag. 338.
 Secunda phalanx Scriptorum viginti
 vnus. pag. 341.
 Tertia phalanx Scriptorum viginti
 vnus. pag. 342.
 Quarta phalanx Scriptorum tredecim.
 Quinta phalanx Scriptorum octo.
 Summarium Scriptorum Societatis
 pro sua sententiâ, adnotaturque consen-
 sio circa illam. pag. 343.
 Quanti momenti sit Scriptorum è So-
 cietate conspiratio pro Scientiâ Media.
 pag. 344.
 Conclusio Euent. adductis Litteris
 trium Præpositorum Generalium Socie-
 tatis. pag. 345.
 EVENTILATIO XXXVIII. Nū-
 meritò accusetur nouitatis nomen Scien-
 tiæ Mediæ. Non debet esse offensionis no-
 uitas nominalis, si res significata antiqua
 sit. pag. 347.
 Prædeterminationis physicæ nomen
 introductum est nouiter ab aduersarijs,
 multa que alia sunt de nouo constructa in
 Ecclesia Dei. pag. 348.
 Quàm fuerit vel significatæ congruës
 nouitas nominis Scientiæ Mediæ.
 pag. 349.
 De nomine Scientiæ Mediæ octo in-
 stantiæ ad homines aduersus Dominica-
 nos. pag. 351.
 EVENTILATIO XXXIX. Num
 res Scientiæ Mediæ vocetur meritò in
 iudiciū de nouitate? pag. 353.
 Scientiæ Mediæ opinio iam nõ est no-
 ua, cum sit plusquam centenaria.
 Scientiâ Mediâ nõ est noua, quæ est noti-
 tia diuina certa, & infallibilis de futuris
 contingentibus conditionatis.
 Scientiâ Media non est noua negati-
 uè quoad medium, in quo a Deo habe-
 tur.

tur. pag. 355.
 Scientiâ Media non est noua negati-
 uè quoad medium illud.
 Nouitas competens Scientiæ Mediæ
 non est vituperabilis, sed potius lauda-
 bilis. Vbi multa pro nouitatibus huius-
 ce generis. pag. 356.
 Si medium, in quo a Deo habetur Scien-
 tiâ Media, inuentum est nouiter à Theo-
 logis Societatis, antiquius non est, quod
 pro Scientiâ conditionata nunc assigna-
 tur à Theologis Ordinis Prædicatorum.
 pag. 361.
 Exemplis è S. Thoma, & Caetano peti-
 tis ostendimus, neque Nostros, neque
 Scientiam Mediam debere audire male,
 eo præcisè quod ipsam de nouo cogitas-
 sent. pag. 364.
 In rebus profundissimis (qualis est hæc
 de concordia liberi arbitrij nostri cum
 gratiæ donis, diuina præscientia, prouid-
 entia, prædest. & reprob.) aliquid no-
 uum tentare ad eas pro humano captu per-
 nadendas; excusabile; imò & laudabile
 est. pag. 365.
 Insolitum non est, vt tribus exemplis
 probatur, concitare prius rebus nouita-
 tis inuidiam, idèoque hæc non est perti-
 nescenda, cum de illa non omnino cõ-
 stet circa Scientiam Mediam. pag. 369.
 Nihil mirum, si iugillatam fuisse de noui-
 tate Scientiam Mediam, cum & alle-
 res Societatis eandem subiecit fortunã,
 et si antiquæ essent. pag. 371.
 Coronis Euentilationis. pag. 373.
 PARERGA AD EVENT. 49.
 Proœmium. pag. 375.
 PARERGO I. continens defensionem
 Societatis Iesu aduersus quendam
 Modernum.
 Agitur de defectu Chori in Societ. de
 aliquorum omissione ex ea; diciturquè
 non nihil de duobus ex ea Scriptoribus.
 pag. 376.
 PARERGO II. Continuatio eius-
 dem defensionis.
 Num qui in Societ. emittunt simpli-
 cia vota biennij, possint impunè dici Re-
 ligiosi ex privilegio? Num ordinariè
 vnus, idemque multas faciat in Societ.
 professiones? Num omnis opinio S.
 Thomæ infallibili potatur probabilitate?
 Referuntur tres, quæ iam non potuntur.
 Num dominij retentio, quæ cum
 præfatis votis componitur, faciat, vt fri-
 gidas voces meum, & tuum usurpare va-
 leant Religiosi illi, & vt appellari queat

pauperes ex privilegio? Repudiatur pra-
 ua intelligentia Instituti Societ. circa
 stipendiorum pro ministris spirituali-
 bus prohibitionem. pag. 380.
 PARERGO III. Prosequutio eius-
 dem defensionis.
 Liberatur à falsitatis calumnia pro-
 cessus, & finis causæ inter Illustrissimum,
 Reuerendissimumquè D. Episcopum
 Angelopolitanum, & PP. Societ. com-
 inorantes in illius Diocesi. Eliminatio
 illius de Instituto Societ. & prope finem
 vitæ fabor erga viros ex ea testatus sit
 multis illius Epistolis. pag. 383.
 PARERGO IV. de nouitatibus eius-
 dem Moderni in materia Confessorum
 sollicitantium. pag. 389.
 PARERGO V. de alijs nouitatibus
 eiusdem Moderni in puncto dispensatio-
 num Missæ. pag. 393.
 PARERGO VI. de alijs nouitatibus
 eiusdem Moderni. pag. 397.
 PARERGO VII. Delibatur alle-
 nouitates eiusdem Moderni. pag. 401.
 PARERGO VIII. Aliæ nouitates
 eiusdem Moderni magis ex professo dis-
 curriantur. pag. 403.
 PARERGO IX. Alterius Moderni
 germanicæ nouitates perscringuntur.
 pag. 406.
 PARERGO X. Declarat Author,
 quantam recesserit à prænotatis nouita-
 tibus in suis scriptis. pag. 408.
 PARERGO XI. de nouitate quadã
 prioris Moderni pertinente ad materiã
 consecrationis Episcoporum. Assertor
 Declaratio Sacre Congregationis Cardi-
 naliū contrariæ sententiæ Moderni il-
 lius, illustraturque de cretò Concilij Re-
 gentis in Gallia Narbonensi. pag. 411.
 PARERGO XII. de nouitate eius-
 dem Illustrissimi, & Reuerendissimi Do-
 mini Episcopi sacrisseantissimæ, & Itæ-
 rum ordinariè eodem die in Provincia
 Paraquariensi ex causa insufficiente. Addu-
 citur Declaratio Sacre Congregationis Car-
 dinalium aduersus eam nouitatem.
 pag. 413.
 PARERGO XIII. Sparsa per Indias,
 & Hispanias fabulæ de PP. Societ. Pro-
 uincie Paraquariensis, attribuentibus
 Deo in Indorum Catechesi nomina
 damnata Dæmoniorum, confutatur, &
 irridetur. pag. 419.
 Introductio Authoris ad defensionem
 sui ipsius in Opere de Sacrificio Missæ.
 Laudantur duo Moderni, qui de eo

de materia scripserunt, & quorum vnus ex Authore profecit, sed tacuit eius nomen. pag. 420.

PARERAGON XIV. Miscellanea de punctis pertinentibus ad Sacrificium Misse. Author liberat se a nota longitudinis; confirmat que olim dixit, & examinat obiecta in contrarium. pag. 422.

PARERAGON XV. Continuat de defensione Authoris, & Miscellanea de Sacrificio Misse. pag. 425.

PARERAGON XVI. Pro sui defensione Author dicitur operosius, & intentius; quam olim, in Sacrificia antiqua legis profuerint ad remissionem peccati temporalis; & quomodo? Scholis fundamentorum, que denotant ad ducta contra non improbatam ab Authore opinionem. pag. 429.

Asteruntur ab Authore fundamenta plurima contra opinionem a te non improbatam. pag. 433.

Allegantur ab Authore multi Doctores pro opinione a te non improbatam. pag. 435.

Argumenta ex Scriptura sacra, ex PP. Ecclesie, rationibusque Theologicis pro opinione non improbatam ab Authore. pag. 436.

PARERAGON XVII. Defensionis prosecutio; & ultra alia Miscellanea tractatur, antea interior de uoluntate erga Sacrificium Misse satis in, ut fidei dicatur offerre specialiter illud? An anime Purgatorij sint computande inter offerentes? An Capellanus teneatur supplere Misse in infirmitate omittas? pag. 440.

PARERAGON XVIII. Procelus defensionis. Declarantur duo privilegia altaris portatilis, & aliud Misse pomeridiana. pag. 444.

PARERAGON XIX. Defensionis, & Miscellaneorum continuata progressio. Agitur de crucelignationibus factis a sacerdote super hostiam, & vinum consecratum, an sint benedictiones? Agitur etiam de interruptione Misse ad Eucharistiam Laicis ministrandam ante Introitum in medietate, an liceat absque urgente necessitate? pag. 446.

PARERAGON XX. Defensionis, & Miscellaneorum series continuata. Discutuntur correctiones mulse Aphorismorum P. Emmanuelis S. S. I. pro Confessarijs facta (ut dicitur) a R. Magistro Sacri Palatii Ap. n. d. c. pag. 447.

PARERAGON XXI. Defensionis in Opere de Sacrificio Misse terminus. Num Rubrica Romani Missalis contineant aliquid contra, vel saltem preter doctrinam S. Thomae? Opportuna ad hominem illatio de non aduersa eidem S. Doctore opinione liberante Deiparam a noxa originali? Dicitur non nihil de attentione requisita in sacerdote celebrante. pag. 457.

Ingressus Authoris ad defensionem sui ipsius in Opere de Sacramento Eucharistie, sitque vnus, aut alter regressus ad Opus de Sacrificio Misse. pag. 458.

PARERAGON XXII. Miscellanea ex varijs, in quibus te Author defendit, pertinentibus ad Eucharistiam tum ut Sacramentum, tum ut Sacrificium. pag. 459.

Finis Pareragonum pro defensione Authoris. pag. 464.

Aditus ad selectas quasdam quaestiones pretermittas ab Authore in Opere de Sacrificio Misse.

PARERAGON XXIII. Num Sacrificium Misse offerri possit pro animabus adultorum, qui baptizati sunt in sine vita perditae ex morbo, vel supplicio stragulationis, aut lugulationis? pag. 466.

PARERAGON XXIV. An quocumque tempore fiat postea notorium, criminis, cui est annexa violatio Ecclesie, debeat hac reconciliari, prius, quam in ea celebretur? pag. 468.

PARERAGON XXV. An si Episcopus hereticus, aut excommunicatus uisandus aggrediatur consecrare Ecclesiam in ualida sit consecratio? Et an talem per hanc uoletur illa? pag. 469.

PARERAGON XXVI. Vtrum si perturbator Reipublice occideretur in loco sacro, quia non aliter, nec alibi potest capi, ac tolli: & vtrum si quis percuteret hostiam consecratam, & inde sanguis effluere uideatur, pollueretur locus ille? pag. 471.

PARERAGON XXVII. An si obiecta persona privilegiata, celebranti adhuc in eius Oratorio possit inuamque Bullae Cruciate? An cedat hi praeiudicium iurium Parochialium, si Missa cum Diacono & Subdiacono cantetur in Oratorio priuato? pag. 472.

PARERAGON XXVIII. Qualiter competat Episcopis, & Abbatibus facultas ad consecrationem altarium, & calicum in Diocesi aliena, vel extra Monasteria Ordinis? Vbi & de facultate ad benedictionem Corporalium, ac similia aliarum rerum, deque defectu facultatis in Abbatibus ad consecrationem Ecclesiarum quarumcumque. pag. 473.

PARERAGON XXIX. An licita sit applicatio triginta v. g. Missarum pro triginta animabus Purgatorij, quarum singulis vna tantum debeat a sacerdote? pag. 475.

PARERAGON XXX. De potestate Capellani ad disponendum de redditibus, fructibusve designatis pro stipendijs Missarum. De reductione harum ad minorem numerum ob eandem multitudinem, & Sacerdotum paucitatem. pag. 477.

PARERAGON XXXI. An per auditionem Misse, in qua loco vini infusa sit aqua calici, satisfactum fuerit precepto de audienda Misse? Et an si ante consecrationem noceatur infusam fuisse vino aquam artificialem, apponi debeat aliud vinum cum aqua naturali? pag. 478.

PARERAGON XXXII. An si Sacerdos ex metu hostiam appropinquatum consumpserit hostiam statim, ac eam consecrauit, teneatur postea ipse, vel alius ad calicis consecrationem, & consumptionem? An item si Sacerdos obeat in altari, & dubitetur de consecratione hostie, reservari hac possit, ut in Integra alia Missa post calicem consumatur? pag. 479.

PARERAGON XXXIII. Nonnulla scitu digna de consecrationis materia uenenata. pag. 480.

PARERAGON XXXIV. Diluuntur obiectiones aliquae, & finitur tractatus de materia uenenata. pag. 481.

PARERAGON XXXV. Quidnam facturus sit Sacerdos, qui dubius, vtrum vinum cum aqua apposuerit in calice, paululum cum digito gustas prober, quod sit aqua pura? Adiunguntur corollaria nonnulla. pag. 483.

PARERAGON XXXVI. Quidnam faciendum sit de hostia, quae ante, vel post oblationem appareat contracta. pag. 486.


PARERAGON XXXVII. Quaedam quaestiones et spectantes ad defectus contingibiles in consecratorijs formis. pag. 487.

PARERAGON XXXVIII. Difficultates nonnullae circa repetitionem altius partis formae consecratoriae, & circa consecrationem non licitam vnus speciei sine alterius, & circa Misse interruptionem. pag. 490.

PARERAGON XXXIX. De suppleendo defectu Episcopi celebrantis, siue ut conferat Ordines, siue ut exerceat Pontificalia. De consecratione altaris fixi in Ecclesia non consecrata, altarisque cuius mensa sit compacta ex duobus lapidibus. De alijsque annexis dubijs. pag. 493.

Clausula Pareragonum continentium selectas aliquas quaestiones de Sacrificio Misse. 498.

Conclusio etiam Euentilationum. Seruatum in toto Opere detegitur, & obfirmatur consilium. pag. 498.



Xx 2

IN

INDEX RERUM ET VERBORUM.

Numerus qui designatur, est marginalis.



- CADEMIARVM**
suffragia siue pro; siue
contra Societatis opi-
nionem, in Praefatione
n. 14. in Opere n. 109.
110. 205. & tribus seqq.
257. & tribus seqq.
298. 299. 849. 852. 966. 1205. vsque ad
1225. 1252.
- Adamus Godhamus** pro opinione
Societ. 1019.
- Adrianus VI.** 928.
- Adrianus Hecquetius.** 1057.
- Aegidius Romanus.** 1042.
- Aegidius Lusitanus** partim pro ea-
dem. 1157.
- B. Albertus Magnus** quam utilis fue-
rit S. Thomae ad aliqua Opera, 167.
Idem pro opinione Societ. 856. 874. 976.
- Albertus Pighius.** 937.
- Alberto Austriaco** dicata fuerunt Affir-
mationes Vallis Oletanae defensores Mol-
inae librum de Concordia. 238. & seq. Di-
carat eidem eum librum Molinae, & de
eiisdem facultate ediderat.
- Alexandri Alensis** esse nonnulla, qua
in S. Thomae Operibus reperiuntur, sunt
qui dicant. 167.
- Idem pro opinione Societ. 441. 1008.
- Alexander Pelantius.** 1110.
- Alexius Gomez.** 418. 962.
- Alfonso Salmatorum** Inductus fue-
rit a Socijs ad opinionem de Scientia
Media? 113. 465.
- Quidna senserit? 463. & duobus seqq.
1231. vbi de eius opera pro Decreto Co-
cilij Tridentini de Iustificatione.
- Alfonso Toftatus** quas habuerit dif-
ceptationes cum quibusdam Doctoribus
Salmanticensibus. 375.
- Idem pro opinione Societ. 922.
- Alfonso de Auendaño** inclinatio ad cog-
nitionem coniecturalem Dei de futuris
contingent. condit. 38.
- Eiusdem Concilio habita Vallisoleti. 245.
- Alfonso de Mendoza** mens. 739. 1051.
1153. 1255. 1341.
- Alfonso Bricefi** mens. 135. 791. 1148.
- Alfonso de Luna** Opus. 9. verba amara.
1284. 1311.
- Alfonso Rulzius Viruensis** pro opi-
nionem Societ. 968.
- Alfonso de Castro.** 445. 1036.
- Alfonso de Vargas.** 1046.
- Alfonso Deza** insignis Theologus Societ.
1247.
- Alfonso Michaelis** narrationes euentu-
rum, ex 604. vsque ad 636.
- Affecta valetudine** scribit contra Scie-
ntiam Mediam. 604.
- Diluntur** quae obijcit contra eam. ex
623. vsque ad 635.
- Aloyisii Lippomani** mens. 459.
- Aluarius Pelagius** pro opinione Societ.
815. 1018.
- Ambrosius Catharinus** indicare vide-
tur cognitionem coniecturalem Dei de
futuris conting. condit. 38.
- Idem videtur stare pro opinione So-
ciet. 458. 866. 884. 996.
- Ambrosij de Spiera** mens. 824.
- Ambrosij Machini** mens. 808.
- Andrea Henriquez de Villegas** mens.
744.
- Andrea à Cruce** reijcit Scientiam
Mediam. 795.
- Andrea de la Moneda** fauet physicis
praedeterminationibus. Ponderantur
eius verba 820.
- Andrea Vega** pro opinione Societ.
460. 461. 1034.
- Andrea Duvallius.** 1096.
- Andrea de Nouocastro, vel de Castro**
nouo. 442. 1020.
- Angeli Manrique** elogium, & scripta.
9. Testimoniū eius de Authoribus defen-
santibus Scientiam Mediam intra, quam
extra Societ. necnon de Primarijs Pro-
fessoribus Theologiae in Academia Sal-
manticensi. 108.
- Angelus Montepilosus** excedit in vna
relatione, & in altera censura. 21. Non
recedit omnino ab opinione Societ.
791.

791. 1145. Theologos Socier. vocat
Thomistas. 560.
- Antiquitas** multum roboris ad auto-
ritatem addit. Quod illa excellit venerationem
habet. 1390.
- Antiquis rebus** conquirentis nouitatis in
uidiam non est insolitum, vt tribus exē-
plis comprobatur. 1374. & tribus seqq.
- Antiquae** cum essent res aliqua, ad vlti-
mum reuocatae in Societ. nihilominus accusa-
tae sunt de nouitate a nonnullis. ex 1379.
vsque ad 1389.
- Antiqua** adeo est opinio de Scientia
Media iudicio Gasparis Ram, vt repre-
hendat Modernos dicitates inuentam a
se fuisse. 1378.
- S. Antoninus** pro opinione Societ.
857. 875. 985.
- Quid dixerit** de nouis inuentis S. Tho-
mae in Theologia. 1355.
- Antoninus Moraines** pro opinione
Societ. 1103.
- Antonius Trombetta.** 1025.
- Antonius Caignot.** 1102.
- Antonius Cordubensis.** 442. 788. 1033.
- Antonius Perez Benedictianus.** 105.
1124.
- Antonius de Matre Dei, seu de Oli-
uera** ante Religiosum statum, repro-
bat Scientiam Mediam. 797. Multa
contra eam dicit, quae singulis ferè pagi-
nis examinantur.
- Antonius Bernaldus de Quirós** lauda-
tur, referturque elogium, quod de ipso
habet Franciscus Bougepei. 1279.
- Antonij de Padilla** laus. 230. Affir-
mationes, quibus Vallis Oleti praesedit: alia,
contra quas argumētatus est: quo se mo-
do in vtriusque gesserit; vtrarumque hi-
storia. ex 226. vsque ad 247.
- Antonij Pajni Illustrissimi Archiepi-
copi Hispalensis** encomium. 1435.
- Argumentis, & collationibus** veritas
latens aperitur. 149. 1526.
- Ariani** agnouerintne Scientiam Me-
diam, aut Conditionatam?
- Arminiani heretici** in Hollandia quid
de ea sentiant. 844.
- S. Augustinus** remissiuè pro opinione
Societ. 1039.
- S. Augustini** in Schola extra cōtrouer-
siam patere opinionem, cui contradicunt
Theologi Societ. scripsit Dominicus à
S. Theresia, qui refutatur. ex 184. vsque
ad 190. & in hoc adducitur contrarium
omnino assertum Francisci Araui.
- S. Augustino** aduersas esse opiniones

- Societatis, dixere Iansenus Iprensis, &
seguaces, sed tempus ostendit diuinitus
solūtatem. 1916.
- S. erga Augustinum** non fuit irreligio-
sus Molina, exponens eius testimonia,
quae sonare videbantur, Deum esse au-
thorem, & causam peccati. Afferuntur
varia exēpla probatorum DD. similiter
loquentiū, ac ille. ex 578. vsque ad 589.
- S. Augustinum, & alios PP.** addituros
album calculum suae sententiae, afferunt
Molina, non bene impugnatus à Hiero-
nymo Viue. 613.
- S. erga Augustinum** non metetur in
obseruantiae notam Molina. ex 607. vs-
que ad 612. in quo recitantur quadam
Abulenſis verba dignissima lectu circa
doctrinam S. Augustini.
- S. Augustino** addicissimus fuit Mo-
lina, qui in quadam circa hanc proposi-
tione liberatur à calumnia, vt & à regu-
laritate, prolatis exemplis aliorū Scrip-
torum. ex 618. vsque ad 621.
- S. Augustini** quaedam censura nec per
sonnam videtur percellere Suarium.
599. & seq.
- S. Augustino, alijsque VV. PP.** incog-
nitam fuisse Scientiam Mediam Theo-
logi Societ. non sibi pertuauerunt, sed
potius S. Doctorem cognouisse eam, &
probasse. ex 573. vsque ad 577.
- S. Augustino** cognitam non fuisse pre-
determinationem physicam, nec ef-
ferentem venisse, scripsit Ioannes Mar-
quez. 95.
- Augustini Antolinez** elogium. 95. Epi-
stole in fauorem Molinae. 95. & 112.
- Augustiniani** fauores Scientiae Mediae,
112. ex 1039. vsque ad 1052. ex 1152.
vsque ad 1161. ex 1217. vsque ad 1220.
- Author innominatus** quæstionis histo-
ricæ, Theologicæ, & Iuris Pontificij, de
Scientia Media componit fuitiles qual-
dam fabellas circa Congregationes Ro-
mæ habitas de ea Scientia. 123.
- Eiusdem narrationes euentulantur. 121.
123. 129. & tribus seqq. ex 197. vsque
ad 518.
- Author innominatus** libri de Ordine nec
Dominicanis, nec Iesuitis suffragatur.
36. 812.
- Author innominatus** Antipologie pro
opinionem Societ. 945.
- Author huius Operis** fuit fidelis in re-
ferenda assertione Araui de aliena men-
te S. Thomae apud determinationem phy-
sicam, in Praefatione 17. & duobus seqq.
X 2 5 Aug

Author depellit à se accusationem de mendacio circa quædam verba Thomæ Turci Magistri Generalis Prædicatorum. 178. 182.

Author defendit se contra Ioannem Martinez de Prado. 155.

Author quantum recesserit à nouitatibus in materia stipendiorum pro Missis. ex 1484. vsque ad 1494.

Author liberat se à nota longitudinis, confirmat quæ olim dixit in Opere de Sacrificio Missæ, exarmat obiecta in contrarium, & sui in eo Opere, & in alio de Eucharistia defensionem prosequitur diffusè. ex 1323. vsque ad 1681.

Authores quidam inculcati de plagio. 165. 168.

Authoribus de triginta quatuor, qui recententur contra opinionem Societ. ferrur, aut suspenditur iudicium. ex 766. vsque ad 811.

Authoribus de alijs viginti quatuor. ex 812. vsque ad 837.

Authores quidam, qui ab aliquo possent in cautè ad iudicium contra Scientiam Mediã, & alij, qui pro ea. ex 838. vsque ad 846.

Authores externi qui præluxerunt Nostris in opinione de Auxilijs, & Scientia Mediã, diuiduntur in decem classes. ex 909. vsque ad 1077.

Authores externi, qui potest divulgatam Molinæ Concordiam, adheuerunt Nostris, tribuantur in nouem classes. ex 1078. vsque ad 1204.

Authores Societ. pro sua sententia partiantur in quinque phalanges. ex 1257. vsque ad 1279.

Authores non sunt ægrè latari, quod impugnetur: abstinere debent à maledictis, & conuictis, in Præfat. 12.

Authores iacessiti si quæ dicant, probabiliora sunt, quam si priores. 1391.

B

Balthasar Paez pro opinione Societ. 1194.

Balthasar Mosconi Eminētissimi Cardinalis, & Archiepiscopi nunc Toletani, Epistola in fauorem Societ. contra Iansenium ad Vniuersitatem Beatensem, cū esset Episcopus Giennensis. 523.

Balthasar Nauarreti verba insuauia contra doctrinam Societ. 360. 1312.

Quidnam dicat de victorijs suorū in concertationibus litterarijs? Afferuntur

aliqua exempla, & indicantur alia in contrarium. 371. & quatuor seqq.

Bartholomæus Sybilla pro opinione Societ. 988.

Barth. Camerarius. 938.

Barth. de Medina ambiguus est sensus pro eadem, & pro contraria. 872. 890. & tribus seqq.

Basilij Poncij Legionensis indagatur sensus. 108. 177. ex 732. vsque ad 738. 1154. 1217.

Beatensis Academiæ Professores aliqui fauentes opinioni Societ. 1214.

Benedictus Pererius nō desinit ab ea. 159. 470.

Benedictini fauentes Societ. opinioni, ut quæ fuerit S. Anselmi. 105. & seq. 568. 1124.

S. Bonaventura pro opinione Societ. 1009.

S. Bernardus. 971.

S. Bernardinus Senensis notatus est honoratis ob adorationem nominis Iesu. 375. 1375.

S. Bruno pro opinione Societ. 973.

C

Cæsar Baronijs non suauis, ut Societas desisteret a defensione Molinæ. Ponderantur Epistolæ ab ipso scriptæ verba testantia suam erga Societ. beneuolentiam. 295.

Cælestinus Brunus pro opinione Societ. 1138.

Cæsar Augustana Academia in Hispania quantum faueat doctrinæ Societ. 1212.

Calumniæ aliquando sunt taciteurnitate superandæ, aliquando responsione. 1813. 1823.

Carmelitanae suæ Religionis expresserunt mentem Henricus Syluius Henrici Prior Generalis, & Ioannes Antonius Bobius illustris Theologus, cum nō subscripserunt aliorum centuræ contra opinionem Societ. 96.

Ex eadem Religione multi libris editis, M SS. & vna voce tuentur Scientiam Mediã. ex 1053. vsque ad 1058. ex 1162. vsque ad 1173.

Carolus Franciscus de Abra de Raonis pro opinione Societ. 1099.

Carthusiani. 973. & seq. Fœdus spirituale inierunt cum Societ. Commendatur eorum solitudo, & vita contentiua. 1393.

Ca.

Catechismus Romanus non est aduersus doctrinam Societ. 197.

De illius autoritate quidnam dixerint PP. Societ. Quanta casti, declaratur. Cum illo non semper concordat Ioannes Martinez de Prado, etsi aliquando loquutus sit valde asperè de Nostris, quos putauit non esse cum illo concordantes in puncto de Auxilijs. ex 197. vsque ad 204. & 1549. ac seq. ubi & quid tradat Catechismus de consuetudine Ecclesiæ, ut Extremæ vntionis sacramentum recipiatur post Eucharistiã, notantur complura exempla contrariæ consuetudinis.

Centorum triginta contra Scientiam Mediã fabella resecatur ad viuũ, & arguitur insufficienti testimonio quoddam de illis. 83. & duobus seqq.

Centores isti non fuerunt iudices, sed Consultores. 86.

Centoribus in supplicandis concordia Ripaldæ, & Sherlogi. 89. & seq.

Centorum, qui ad ferendum de Molinæ iudicium priuatis Congregationibus adfuerunt, catalogus. 91. & duobus seqq.

Centuræ de Scientia Mediã auctoritas labefactatur exinde inter alia, quod non subscripserint duo Theologi, alter Augustinianus, alter Carmelita sequens vestigia sui Generalis, neque duo Prælati. ex 94. vsque ad 97.

Centuræ ex illa non accrescit Scientiæ Mediæ vlla falsitatis nota, vti neque doctrinæ S. Thomæ ex centurâ antiqua Academiæ Parisiensis. 98. & seq.

Centuræ auctoritas prolata eis sub circumstantijs, quibus non leuiter obnubilatur veritas. 100.

Centuræ collatio cum alia reperta in tomo quodam MS. 101.

Centores, quæ parte calumniam de Semipelagianismo texunt in Scientiam Mediã, repelluntur. 102. & seq.

Centorum duorum non magni pendenda defectio à Scientia Mediã. 104.

Centorum aliorum quanti habenda sit lata aduersus Molinam sententia. 113.

Centorum occultas aliquas qualitates aperendi ratio, deuoluiturque in quendam Modernum. 114.

Centores pronuntiarunt etiam contra complures Dominicanos, sed & ad aliorum Dominicanorum sententiam. 115. & tribus seqq.

Centoribus non leuem inconsiderationis notam appingit nimia in conclu-

denda causa festinatio. Redarguuntur alia ipsorum centuræ. 119. & seq.

Centores restrinxerunt se ad ferendas sua virgula viginti, tandem que sex tantum, aut septem propositiones. 121. 266. & seq.

Censura alla noua reijcitur, & circa eam narrationes Authoris, qui scripsit questionem historicam de Scientia Mediã. 122. & seq.

Centorum contra Molinam subscriptio an liquida sit ex confessione Ballidæ? 125.

Centoribus de iisdem. 853.

Christophorus a Capite fontium pro opinione Societ. 1028.

Christophorus Syluestranus. 1162.

Christophorus Columbus etsi fuerit primus inuentor noui orbis, cur is sit vocatus America? 1259.

Christophori Colombi ovum. 1378.

Christophorus de los Cobos Romanum mittitur à Prouincia Castellana Societ. ut causam Molinæ agat. 265. 388. Agit eam. 266. 269.

Eidem scribit notabilem Epistolam, valde quæ laudatoriam Molinæ Augustinus Antolinez. 112.

Cistercienses fauentes Scientiæ Mediã. 3. 107. & seq. 970. & duobus seqq. 1123. & quatuor seqq. 1222. 1224.

Chrysolomus Caberus pro opinione Societ. 1129.

Chrysolomus Iauellus non est aduersus ei. 860. 878. 992.

Eiusdem aggredientis explicare concordiam prædestinationis diuinæ cum libertate creata exarantur verba notabilia: ait, tuam explanationem, licet non sit contra Magistri Sent. & S. Thomæ vias, esse tamen præter nosque dicimus, esse cautè legendam. 1370.

Claudius Dauinquius pro opinione Societ. 1108.

Claudius Rangolius. 1196.

Claudius L. Anu in laudatur. 15. Præfationis.

Claudius Aquavina Præpositus Generalis Societ. per Epistolam admonet Viceprovincialem Castellæ de vita vocis Oraculo Pontificio in Controversiã de Auxilijs, & Scientia Mediã. 140. Per aliam admonet Provinciale de affectu concordia, & linguarum modestiã erga Dominicanos. 255. Ad effectum consultationibus circa eam Controversiam. ex 266. vsque ad 294. Scribit etiam Epistolam in

inculcans quod supra. 305. quidnam dixerit de S. Thomæ doctrina defendenda in Societ. 309. Quidnam ad Societ. scripserit quoad doctrinam de Auxilijs, & Sententia Media. 310. 1274. 1280. Adfuit Congregationibus, in quibus coram Clemente VIII. & Paulo V. disputatum est de ea doctrina. 366. 381.

Clemens VIII. Papa aucto animo à Molina opinione num fuerit tanquam Doctor priuatus? Quidnam ei dixerint Cardinales Perronius, & Bellarminus? Quam attentè se gesserit. Eius tempore sparsi falsi rumores de damnatione Molinae. ex 148. vsque ad 152.

Eo præsentè discussa est omnimoda infallibilitas cognitionis diuinæ de futuris conting. condit. ex 51. vsque ad 82. & 349.

Prohibuit prius, sed postea permisit disputationes de punctis controuersis inter Theologos Dominicanos, & Societ. 143.

Ipsam posse errare, & de fide non esse ipsius Pontificatum maximum, num quidam Societ. docuerint? ex 209. vsque ad 215.

Damnauit propositionem afferentem licere per litteras, seu internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere. Quae de propositione ante præfatam damnationem quid dixerit vnus, aut alter Societate, & extra hanc multi, & graues Theologi. ex 216. vsque ad 219.

Huiusmodi decretum quoniam pacto interpretatus sit Suarez? Cuius interpretationem etiam Clemens deleri iussit, non tamen ipse; neque Paulus V. improbauit doctrinam, ad quam fuerat adhibita. ex 220. vsque ad 223.

Clemens certior redditus de dissidijs inter Dominicanos, & Iesuitas præscribit multa. 252. 262. 266. 267.

Statuit adesse per se ipsum disputationibus inter Dominicanos, & Iesuitas, vult tamen, prius viam sterni, habitis, se absente, Congregationibus, in quibus capta disputanda prænotarentur. 268.

Eiusdem ex insinuatione Generales Dominicanus, & Iesuita scribunt suis litteras exhortatrices ad animorum concordiam. 305.

Exequitur quod statuerat de sui præsentia in disputationibus, ex 312. vsque ad 330.

Cognitionis diuinæ de futuris conting. condit. fallibilitatem num propugnauerint antiquiores Dominici? ex 2. vsque ad 29.

Eius cognitionis fallibilitatem ex parte saltem obiecti propugnata fuisse ab antiquioribus Dominicanis fatetur Franciscus Felix, Idque & non aliud ipsi attribuerunt Nostri. ex 30. vsque ad 35.

Cognitionis illius non prorsus infallibilis recententur aliqui Patroni. ex 36. vsque ad 39. & multi rigidi Centores. ex 40. vsque ad 50. De illa est disputatum coram Clemente VIII. Papa. ex 51. vsque ad 82. & 349.

Cognitionem diuinam coniecturalem, & probabilem de futuris conting. condit. qualem adstruit Hieronymus Viues, & quid contra eam influent multi PP. Ecclesiae. ex 565. vsque ad 572.

Cognitionis diuinæ de futuris conting. condit. innixæ decreto subiecti in eoditio nato, & obiecti in absoluto celsura multiplex Doctori priuati. ex 570. vsque ad 67.

Coloniensis, quaedam synodus agnoscit, liberum arbitrium concurrere tanquam partiale agens ad actus salutares supernaturales. 337.

Coloniensis Academia, seu Coloniae PP. Societ. nomine Academiae illius quidnam fenserint, & scripserint in materia de Auxilijs? 208. ex 466. vsque ad 469. 966. 1213. 1235.

Coloniense Euchiridion merito expurgatum. 966.

Complutensis Academia ter approbat doctrinam Molinae. 241. 257. & tribus seqq. Referuntur aliqui, qui olim, & nunc in ea Academia pro opinione Societ. 1213.

Conceptio immaculata Dei paræ Virginis decretata est defendi a Nostri in Collegio Salmanticensi anno eodem 1559. quo publicè primùm tulli sunt gratiam efficacem non prædeterminantem physicæ. Quid tunc in Concione domestica acciderit Alfonso Rodriguez, qui postea fuit de Perfectione libris magnum nomē adeptus est. 1234.

Conceptionis in fauorem Iacobus Esynez Generalis Præpositus Societ. pugnavit strenue coram Concilio Tridentino. 374. & in antecéd. sermo est de Trithemio Abbate Benedictino, qui eandem gloriosè propugnauit.

Eisdem opinio contraria num habeat infallibilem probabilitatem, vt asserat

Tho,

Thomas Hurtadus? 1406. Videantur etiam 1543. 1657.

Concordia liberi arbitrii cum gratiæ donis, diuina prouidentia, prædeterminatione, & reprob. res est profundissima. ex 1361. vsque ad 1373.

Concordia illius liber editus à Molina commendatur. 145. 239. & seqq. Quærat alia in V. Ludouicus Molina.

Confessio sacramentalis per litteras, aut internuncium. Vide in V. Clemens VIII.

Confessores sollicitantes. ex 1423. vsque ad 1430.

In quibus multa de eorum crimine notatur contra Thomam Hurtadum; asserturque noua Bulla SS. D. N. Alexandri VII. Papa, ne omittatur eorum denuntiatio ex fraternæ correctionis, vel alio quouis prætextu.

Congregationes priuatæ habitæ sunt circa Molinae causam, Papa non præsentata. 248.

In 1. quid actum sit, & quibus præsentibus. 269. & seq. Quid in 2. 271. Producant in 3. Nostri quæstiones sex, vt eis responderent Dominici. 272. Finitur 3. quin potuerit obtineri responsio ad eas qq. Proponunt Dominici alias octo, ad quas responderant Nostri. 273. & duobus seqq. 104. proferunt Nostri capita octo, in quibus dissentiebant à Dominicanis. 276. Solura Congregatione afferunt Nostri capita tantum quinque, in quibus dissidebant à Dominicanis. Hi tergiverabantur suam expromere sententiam de prædeterminatione physica. 277. & seq. Referuntur quinque propositiones, ad quas redegerunt Nostri suam sententiam. 279. Responsio Dominicanorum post vita quinque illa capita, & quinque has propositiones. ex 280. vsque ad 284. Eius responsionis redargutio facta à Nostri. Finitæque sunt hæ Congregationes vlllo absque fructu. ex 285. vsque ad 294.

Congregationes publicæ habitæ sunt circa Molinae causam, Clemente VIII. Papa primùm præsentè, post Paulo V. 312. Referuntur disculsi in eis articuli.

1. continens septem Molinae propositiones. ex 313. vsque ad 320. Quæ sunt examinata in octo disputationibus. ex 321. vsque ad 327. Art. 2. continens duas propositiones, de quibus agitur vna in disputatione. ex 328. vsque ad 331. Art. 3. continens quatuordecim conclusiones,

in quibus an Molina conueniret cum Cassiano? dubitabitur. 332. Quæ circa conclusiones agitur in octo disputationibus, ostenditurque discrimen Molinae à Cassiano. 333. Art. 4. dissectus in quinque quæstiones. 334. Sex disputationes circa eas qq. ex 335. vsque ad 339. Art. 5. distributus in nouem quæstiones. 340. Noue disputationes, in quibus discutuntur nouem illæ qq. ex 341. vsque ad 348. Art. 6. & quinque disputationes circa illum habitæ. 349. & ex 53. vsque ad 74.

Art. 7. tributus in quindecim propositiones. 350. Vnica disputatio de eo. 351. Art. 8. & vna circa illud disputatio. 352. Octo disputationes pertinentes ad eundem art. 357. 358. 361. 362. Harum nouem disputationum momentum, nam si excipiantur, quæ circa art. 6. ceteræ fuerunt tantum quasi prælusive. 356.

Excusatio ab exemplo Ioannis de S. Thoma, si ex disputationibus transcripta sint à nobis verba continētia censuram rigidam, aut quidpiam acre. 263. Post finalitas Congregationes quid decreuerit Paulus V. 364. quid ei dixerint Cardinales Perronius, & Bellarminus. 365. quid scribat Ripalda de modo, quo ferebatur censura post vnanimamque Congregationem, necnon de maiore parte suffragiorum pro Nostri. 366. Aliquorum his Congregationibus præsentium dissentus à sententia Societ. num sit præiudicium? 367. & tribus seqq. De Summis Pontificibus, & Eminentissimis Cardinalibus, qui Congregationibus adfuerunt: de Episcopis etiam Illustrissimis, atque Theologis Censoribus; sed remissiuè. ex 376. vsque ad 380. Quinam è Prædicatorio Ordine, & Societ. interfuerint præfatis Congregationibus? Elogia priorum, & posteriorum. ex 381. vsque ad 388.

Conimbricensis Academia pro opinione Societ. 1211.

Conimbricenses PP. Societ. non fatentur, S. Thomam docere prædeterminationem physicam. 482. 484.

Conradus Koellinus pro opinione Societ. 862. 880. 991.

Consecratio in Episcopum Paraguarisensem ab vno tantum Episcopo, quin præsentatum sit Apostolicum dispensationis indultum, & apprehensio possessionis Episcopatus, quin præsentata sint litteræ Apostolicæ, diuiterunt Doctores in varias sententias. Quid nuper declarauerit

rit

rit Sacra Congregatio Cardinalium. Accidit olim simile quid Armentario, ut refertur in Concilio Regensi. Quid si re ipsa abtque dispensatione Summi Pontificis fuisset facta consecratio ab vno tantum Episcopo? ex 1496. vsque ad 1501.

Consecratio Ecclesiæ, aut altaris ab Episcopo heretico, aut excommunicato vitando sitne valida? ex 1693. vsque ad 1696. Et ut sit valida, an saltem inducat violationem eiusdem Ecclesiæ? 1697. quid de altari? 1698.

Consecratio altarium, & calicum qualiter sit à facultate Episcoporum in Diocesi aliena, & Abbatum extra Monasteria Ordinis. ex 1707. vsque ad 1723. vbi & de facultate ad benedictionem Corporalium, ac similibus altarum, & de defectu facultatis in Abbatibus ad consecrationem Ecclesiarum quarumcumque.

Consecratio altaris fixi in non consecrato templo sitne licita? ex 1794. vsque ad 1796.

Cōsecratio altaris, cuius lapis sit bipartitus, præsertim quoad planities partem sustentaturam calicem, & hostiam, sitne valida, & licita? 1797.

Consecrationem an retineat altare, si frangatur in duas partes, quarum neutra sit sufficiens sustentare simul calicem, & hostiam, nisi artificiosè coniungantur? ex 1803. vsq; ad 1811. vbi quid de cereis agnis consecratis, si frangantur: quid de portatili altari post consecrationem fracto in duas partes sufficientes seorsim ad sustentationem, possint alterutra pars deservire ad Sacrificium? quid de cingulo scisso in duo frusta, que nisi iuncta nodo, aut filo insufficientia sint ad cingendum, retinetne benedictionem? Videatur ibi alia dubia annexa.

Contentio res est illecebris plena, gestitque humanus animus rixari, atque litigare. 1679.

Contentio est vitanda, & quomodo. 1828

Contentio si dicatur impugnatio falsitatis cum debito modo acrimoniæ, sic est laudabilis. 1.

Cornelius Iansenius Episcopus Gandavensis relinquit in medio dubiam, & cōfessionalem notitiam diuinam de conditionata conversione Tyrionum, ac Sidoriorum. 38. 775. Dicit alibi multa conformia doctrine Societ. 775. 956.

Cornelius Iansenius Episcopus Iprensis. Bullæ aliquæ Pontificiæ eadē con-

tra eum, & contra sequaces indicantur, aut transcribuntur, in Præfat. 3. & quinque seqq. 103. 144. 146. ex 191. vsque ad 196. quo ex n. 191. exponitur, quantum distet doctrina Societ. à quinque damnatis propositionibus Iprensis. Qui magnificat authoritatem centuræ prolatæ ab Academia Louanicensi contra Lessium, & in puncto iam damnato. 206. Iansenij, & sequacium in veterata acerbitas aduersus Scholam Societ. Quidnam in Hispania molitus sit contra eam? Quidnam SS. D. N. Alex. VII. Papa decreuerit contra illum? ex 519. vsque ad 526. Cum propositionibus damnatis Iansenij nullatenus coincidit opinio de Scientia Media, ex 527. vsque ad 542. Dubitationes nonnullæ, quæ post damnatas propositiones Iansenij videntur exigere maiorem declarationem ab impugnantibus Scientiæ Mediæ. ex 543. vsque ad 550. Opportunæ quædam animaduersiones pro Iansenij nouis placitis discernendis à principijs PP. Dominicanorum, & Societ. ex 551. vsque ad 558. Iansenius vocat antonomastice opinionem Societ. eā quæ est de Scientia Mediæ. 1822.

Cosmas Philarcus pro opinione Societ. 786. 943.

Cunerus Petri. 442. 784. 950.

D

Daniel à S. Iosepho pro Societ. opinione, quam magnis ornat laudibus. 1163.

Decreta diuina, quorum vnum prædeterminet ad materiale peccati, & alterum, cum formali conexum, permittat illud, continent plurimum difficultatis. 601. & seq.

Decreta diuina prædefiniencia formale peccati non sunt asserenda, & eorum dissonantia non videtur vinci vocando ea non approbatiua, non cautatiua. 712. & duobus seqq.

Decretis diuinis innixa Dei scientia de futuris conting. condit. qualiter censuratur à nonnullis. ex 57. vsque ad 67. Decreta diuina subiectiue absoluta, & obiectiue conditionata pro cognoscendis à Deo futuris conting. condit. num sint iuxta communem omnium Thomistarum opinio? ex 75. vsque ad 81. 117. 622.

Decretis de his opinio quæ ortum, & progressum habuerit. ex 1340. vsque ad 1350.

Decreta diuina omnino absoluta, antecedenterque efficacia circa futura contingētia absoluta quo tempore primum de-

defensata sint à Dominicanis. 1351. & seq.

Decretum ante actuale Dei saluam consistere ab elucam rerum contingentium futuritionem, an in exordijs Controueriæ dixerint Theologi Societ? 562. & duobus seqq.

Decreta Sumorum Pontificum non violantur editione huius Operis, in Præfat. ex 2. vsque ad 9.

Dermicus Thadæus pro opinione Societ. 640. 1142.

Didacus de Sofa commemoratur grate ab Authore, qui ab eo fuit admissus ad Societ. 140.

Didacus de Prado quid testatus sit de Bulla coram Didaco de la Fuente Hurtado. Laudatur vterque Didacus. 156.

Didacus de Tapia pro opinione Societ. 40. 1152.

Didacus Stronica. 418. 1049.

Didacus Dezi. 859. 877. 986.

Didacus à Iesu in Dialecticis recedit ordinariè ab opinionibus Thomistarum. quid de Caietano dicat. 797.

Didaci de Sylua euentilantur opinamenta de defectu à semitis tam Dominicanorum, quam Iesuitarum. ex 696. vsque ad 704.

Eiusdem alia opinamenta. ex 705. vsque ad 715. Laus ipsam quædam Bulla Innocentij X. Papæ. 704. & in Præfat. 9.

Didacus Alvarez laudatur. 381.

Non fuit præsens Conclusionibus Vallis Oletanis, in quibus Molinæ Concordia proposita est defendenda, eui Vallis Oletanus legere Theologiam. 229.

Adijt Romanator contra Molinam, fuit ibi Regens Theologiæ. 263. adijt Congregationibus priuatis circa causam Molinæ. 269. Congregationibus etiam publicis. 382. Cœpit ab anno 1596. propugnare decretum subiectiue absolutum & obiectiue conditionatum, quod esset Deo medium ad cognoscenda futura conting. condit. 1344.

Didacus Girona præloquitur contra huiusmodi decretum. 79.

Didacus Nuñez Cabezudas quid contra Molinam dixerit in Tract. de fide? 235. Quo pacto se gesserit. replicans in præfatis Conclusionibus, & quid dixerit. 230. 242. & duobus seqq. Quid in Concione quadam. 245. vbi de intimato ab Inquisitoribus mandato, ne in Conclusionibus, quarum futurum erat Prætes

apud Vallis-Oletum, perstringeret censuræ aliqua doctrinam Molinæ. His in Conclusionibus qualiter se habuerit, & cum eo Antonius de Padilla, & Emmanuel de Rojas. 228. In alijs verò quid ei responderit Alfonso Romerus Scholaris è Societ. postea Theologiæ Lector. 230. Non solet allegare Suarium nisi sub nomine *Moderni illius*. 1524.

Didacus Pæz fuit è Societ. primus, qui Salmantice publicas Theses defendit contra phisicas prædeterminationes. Multam illi laudem tribuit Ioannes Mariand. Claruit Romæ, & Parisijs, vtroque biq; docens Controuerias aduersus Hereticos. 1233. & seq.

Diegus Payua pro opinione Societ. ex 466. vsque ad seqq. 469. 783. 960.

Dionysius Cisterciensis. 972.

Dionysius Carthusianus. 974.

Discipuli quinque Authoris, Ioannes Marquez, Ambrosius Xernas, Ioseph Garcia, Dominicus Orueta, Didacus de la Cuenca è Collegijs Maioribus laudantur. 1213. 1225.

Disputationes celebrabantur olim in templo pacis, & cur? 1.

Disputatio cum debito modo acrimoniæ est laudabilis. 1.

Disputationem qualem Deus cum Iob habuerit. 1.

Disputationum utilitas, & cum pace conadunatio, si debitus modus in eis seruetur, vi tenuerunt Angeli Cap. 10.

Danielis. 613. Videatur etiam 1192.

Disputationis Theologorum Societ. cum Ordinis Prædicatorum quis fructus habentus extiterit. 35.

Dissensiones opinionum, imò & voluntatum inter personas sanctitate insignes possunt accidere & sæpe acciderunt, & quomodo. 615. 1192. 1427.

Dominicus Flàdria pro opinione Societ. 867. 885.

Dominicus Sotus. ex 417. vsque ad 434. 870. 888. 994.

Dominici à S. Theresia narrationes euentilantur. ex 184. vsque ad 190.

Dominicus Bañez non admisit nisi decretum subiectiue conditionatum, in quo Deus cognosceret futura conting. condit. 117. Suasit sui Ordinis FF. Lusitanis, ut Inquisitoribus deferrent Molinæ Concordiam, ipse quæ etiam detulit. 240. & duobus seqq.

Eius quædam propositiones pertinentes ad Tractatus de Merito, & Eucharistia

flia vicissim deferuntur Inquisitoribus, & Sedi Apostolicæ. 241. 265. Contendit scripto apud Papam, solis Dominicanis concedendam esse relaxationem sibi in punctis de Auxilijs & Scientia Medica. 262.

Superuixit Molinæ quatuor annos. Obijt piè apud Methynnâ Campi, falsusque est in extremis magnam sententia Societ. probabilitatem. Delibantur eius elogia, illudque est maximum, quod S. Theresiam nactus est æstimatricem suarum virtutum, & doctrinæ. 304.

Vbinam, & quando coeperit docere de creta diuina antecederet efficacia, & prædeterminationes physicas erga actus liberos creatos. 894. Quot, & quanti Scriptores Dominicanæ sequuti sint eius ductum, & aulpietia. ex 895. vsque ad ad 908.

Eius insua uerba ob præsumptam non benignam quorundam nostris censurâ de opinione sua circa Meritum. 617.

Dominicani antiquiores num negant cognitionis diuinæ de futuris contingit. infallibilitatem, & qualem. ex 2. vsque ad 39.

Eorum variæ sententiæ circa Deinitiam de futuris prædictis, & censuræ aliorum circa illas. ex 75. vsque ad 80. In quo memoratur Baltharis Nauarretii opinio negans Deo formalem de talibus futuris cognitionem.

Dominicani alij antiquiores censuerunt, medium illud esse decretum subiectiuè conditionatum, & obiectiuè absolutum. 117.

Dominicani aliquot desertores physicarum prædeterminationum. 173. ex 176. vsque ad 181.

Dominicanorum multorum discorsitas inter se quoad puncta præcipua huius Controuersie. 901. & duobus seqq.

Dominicanorum Controuersia cum Fræciscanis super vnione hypostatica diuini Verbi, in triduo mortis Christi, cum sanguine effuso in Passione. 125. 372. cum Abbate Trithemio super exceptione Deiparæ Virginis à peccato originali. 373. cum Hieronymo Lombardello, & Iacobo Laynez in Concilio Tridentino super eadem materia. 374. cum Alfonso Tostato super punctis, de quibus ipse in suo Defensorio. 375. cum S. Bernardino Senensi super adoratione nominis Iesu. 375. 1375.

Dominicanos inter, & Iesuitas qui,

nam in causa fuerint commotionis, & pugne litterariæ? 617.

Dominicanorum, & Iesuitarum varij in Hispania recursum ad S. Inquisitionis tribunal. Quid vtrisque iniunxerint Inquisitor Generalis, Nuntius Pontificius, Rex Catholicus tum litteris suis, tum per suum Confessarium, apud quem conueiunt Superiores Prouinciales vtriusque Ordinis, & alia huc spectantia, quoad vsque Summus Pontifex causam Molinæ ad se auocat, negata primùm facultate disputandi tam publicè, quam priuatim de materia Auxiliordum, & Scientiæ Medice, post concessa. ex 249. vsque ad 262.

Dominicanorum gesta in Congregationibus priuatis, & publicis Romæ celebratis circa causam Molinæ, vide V. Congregationes.

Dominicani Scriptores decem, & octo Dominico Bañez anteriores recitantur, & expenduntur, qui contra Scientiam Mediam stare dicuntur. ex 854. vsque ad 893.

Dominicani Scriptores quadraginta duo, qui Dominico Bañez duce pugnant libris editis contra Scientiam Mediam. ex 894. vsque ad 900. Notatur dissensio nonnullorum inter se. 901. & duobus seqq.

Dordracena Pseudosynodus Calvinistatum decernens contra opinionem Societ. despicitur. 842.

Duscensis Academię censura contra Lesium exauthoratur. 205. & duobus seqq. 1255.

Retractat ætate, & sapientia grandior eam censuram: laudatur, in Præfat. 14. & seq.

Durandus de S. Portiano pro opinione Societ. 980.

E

Elizius Bassæus videtur primò probare prædeterminationem physicam, post relinquit rem indecisam. 818.

Emmanuel de la Cerda pro opinione Societ. 1156.

Emmanuel de Rojas, qui disputauit Vallis-Oleti contra Didacum Nõsum Cabezudum, laudatur. 228. 230.

Emmanuel Sa pro opinione Societ. è qua est. 1268.

Composuit pro Confessarijs Aphorismos

mos, quorum correctiones, multe factæ (vt dicitur) à R. Magistro Sacri Palatii Apostolici discutuntur. ex 1621. vsque ad 1653. In quo, & in 1630. exhibetur ratio discussionis, simulque in 1653. notatur, Expurgatorium S. Inquisitionis Hispaniæ iuberet; vt duæ tantum notatæ apponantur huic Authori, sicut & multis alijs, qui scripserunt ante Decretam quoddam Clementis VIII. dicereque, non videri cõtingere in ceteris quidpiam spectans ad S. Officij iudicium, aut Importans grauem offensionem: simul etiam notatur quod de correctionibus Operum Caietani factis à R. eodem Magistro respondet Ioannes Martinez de Prado, ne creent Caietano damnum, cõtamen ex eis alijs sepelunat arma contra Emmanuelem Sa.

Ad cuius sequentes Aphorismos discutuntur correctiones, non vt Author detrahat authoritati; quam habeant, neque vt de illis (vno, aut altero excepto) nunc decernat; sed vt ostendat, contineri plerumque in illis sententias Doctorum Dominicanorum, & vt notam de Inuentoribus nouitatum remoueat ab Scriporibus Societ.

V. Missa n. 38. si Sacerdos non possit Missam absolueret; si consecrauerat, & non communicauerat; & desit alius Sacerdos, qui perficiat, sequenti die perficiatur, aut sumatur ab alio in alia Missa Sacramentum. ex 621. vsque ad 1627.

V. Sacra n. 3. Sacra tangi à Laicis sine contemptu, aut nullum peccatum est, aut leuissimum. 1627. Correctio nis adhibita ad hunc Aphorismum cum mentionem nõ fecerit Marius? 1627.

V. Missa n. 18. Potest quis, si desit Minister, ipse sibi respondere in Missa. 1628.

V. Eucharistia n. 23. Non dicitur cum conscientia peccati accedere ad Eucharistiam, qui dubitat quidem, sed non putat. 1629.

V. Horæ Canonicæ n. 1. Non tenetur ad horas Canonicas, qui vrgenti negotio est impeditus, huic enim sufficit recitare horas temporis non impediti. 1631.

V. eodem, & n. Quidam Moniales, & eos omnes Religiosos, qui nõ sunt in sacris, obligatione liberant, quod, etsi probabile, non est vsu receptum. 1632.

V. Religio n. 41. Religiones ducentium vxores non sunt simpliciter Re-

ligiones, nec secundum quosdam dissolunt matrimonium ratum. 1633.

V. Extrema vnctio n. 6. Materia est oleum benedictum ab Episcopo, quã quam etiam sine benedictio validum esse potest Sacramentum. 1634.

V. Sacramentum n. 1. Fortè accipere Sacramentum matrimonij in peccato, non est tale peccatum. 1635. Vbi & de Thomæ Sanchez quodam dicto ad eam materiam pertinente.

V. Falsarius n. 2. Falsare non est, nec peccatum mortale, amissa scripturæ de hereditate, aut nobilitate aliam similem facere; nulli enim fit iniuria. 1636.

V. Confessio n. 30. Quidam putant, cum vterque peccans est conjugatus, id exprimendum. Ego cum alijs sentio, sufficere dicere, fuisse adulterium. 1637.

V. debitum conjugale n. 4. Contraheus matrimonium post vorum castitatis non potest vnquam petere, nisi in gratiam coniugis (est enim id quoddam reddere) aut dispensante Episcopo. Quidam tamen alunt, sola prima vice petentem peccare, postea verò licere obstatum matrimonij. Quod mihi de viro non videtur improbabile; fieret enim alioqui magnam vxori præiudicium, si ipsa cogatur semper petere. 1638.

V. Homicidium n. 15. Occidere in adulterio deprehensam vxorem, vel filiam, itemque adulterum, licere aihoc quidam, alij melius negant. 1639.

V. Missa. n. 32. Qui coepit Missa recordatur, se non esse ieiunum, pergat, si alioqui sequeretur scandalum. Item si tunc aduertat, esse irregularem, aut excommunicatum, nec ideo fiet irregularis. Quod si aduertat, se esse in peccato mortali, conuertatur; nec Missam omitrat, etiam si possit sine scandalo. 1640. & duobus seq. vbi declarantur Rubricæ Missalis Romani tit. de Defectibus §. 2. n. 4. & 5.

V. eodem. num. 4. Est panis etiam, qui ex aqua non naturali fit: etsi quidam non putent idoneum consecrationi, ego cum alijs putõ. 1643.

V. eodem, n. 11. Potest fieri ex stola cingulum, & cõtra, sine alia benedictione. 1644.

V. eodem, n. 17. Potest quis ex causa operis capite celebrare, vel amictu, vel pileolo, saltem vsque ad consecrationem, vitandum tamen scandalum, &

& expedit fieri de licentia Episcopi. 1945.
 V. eodem, n. 19. Super mare, aut
 fluuium, si timetur sanguinis effusio, ce-
 lebrare non licet, si non timeatur, puta-
 rim licere. 1646.
 V. eodem, n. 23. Sabbato sancto, si ab-
 sit scandalum, licet quarta hora post meri-
 diem celebrare. 1647. Vbi & de correctioni-
 bus ad n. 51. 27. 43. 44. eiusdem V.
 V. Misse auditio n. 9. Potest se-
 cundum quosdam audiri Missa suspensi
 etiam denunciari, si absit scandalum, quod
 nullo iure id prohibeatur. 1648. vbi &
 de correctione ad V. Suspendio n. 15.
 V. Eucharistia n. 20. Possit statim co-
 medi post communionem; quidam di-
 cunt, mihi non probatur, sed nec repre-
 henderim facientes. 1649.
 V. eodem, n. 31. Non est necesse;
 Sacerdotem, cum communicat extra
 Sacrum, habere stolam. 1650.
 V. eodem, n. 32. Possit Laicum co-
 municare seipsum in necessitate, quidam
 putant, alij negant. 1651.
 V. eodem, n. 33. Non prohibetur
 bibi vinum doli, in quod forte cecide-
 runt aliqui sanguinis consecrati guttulæ
 1652.
 V. Consecratio n. 6. Puto etiam, posse
 consecrari corruptas occulto stupro, nam
 etiam tales virgines putantur; nec pecca-
 tum suum tenentur prodere. 1780.
 Episcoporum aliquot lata Romæ ad-
 uersus Molinam censura, & aliorum pro
 eo. 97. 113.
 Episcopi, qui presentes fuerunt Con-
 gregationibus publicis celebratis coram
 Papa. 380. & de Cardinalibus in tribus an-
 tecedentibus nn.
 Eucharistiæ Sacramentum receptum
 ne sit à Deo para Virgine, nocte postremæ
 cœnæ Filij sui? 1335. & in sequenti, an
 à Iuda? Vbi & de Grecorum Contro-
 uersia, an Christi Corpus in hoc Sacramen-
 to præbeatur impassibile, & immorta-
 le non tantum ratione modi existendi sa-
 cramentaliter, sed etiam ratione dotis
 gloriæ?
 Eucharistiæ in Sacramento an aqua in-
 fusa calici conuertatur per verba consecra-
 tionis in sanguinem Christi, si non fue-
 rit præconuersa in vinum? 1663. & seq.
 Eucharistiæ in Sacramento an maneat
 quantitas corporis, & sanguinis Christi?
 1665. & tribus seqq.
 Eucharistiæ Sacramentum an extet in
 Cœlo? 1670. Videatur alia in V. Sacrifi-

cium Missæ.
 Eugenius Philadelphus pro opinione
 Societ. 1119.
 Eustachius à S. Paulo. 1125.

F

Felicianus Capitonius. 447. 1059.
 à S. Magdalena aduersus esse dicitur
 Scientiæ Mediæ. 823.
 Ferdinandus Vellofillus pro opinione
 Societ. 453 & seq. & 959.
 Martínez Mascaranhas. 1089.
 de Villafañe S. I. fuit primus, qui in
 nauigatione ad Indias Occidentales ce-
 lebrauit Missam. 1646.
 de la Bastida cum Salmanticæ re-
 peteret Theologiæ studium, electus
 fuit Socius Christophori de los Cobos
 Romam proficiscētis ad defensionē cau-
 sæ Molinæ. 265. 388. Post Christophori
 ex Vibe discessum suscepit eiusdem cau-
 sæ defensionem, & tandem disputatio-
 nam coram Summis Pontificibus pon-
 dus. Laudatur. 265. 388.
 Non fuit transfuga ab opinione So-
 ciet. post dimissionem ex hac: fuit Pri-
 marius Professor Theologiæ, & Cancel-
 larius in Academiâ Vallis Oleranæ, Ca-
 nonicusque Magisterialis in Ecclesiâ
 Cathedrali eiusdem Ciuitatis, & Nostro
 Ibidem Collegio Ambrosiano legauit testa-
 mento ingentia quatuor volumina MSS.
 de Auxilijs, & Scientiâ Mediâ. 156.
 Non supponit Francisco Suárez Opus
 de Vera intelligentiâ auxiliij efficacis.
 389. 391.
 Franciscus Felix. Eius narrationes aduer-
 sus Scientiam Mediâ euentilantur. ex
 I. vsque ad 136. & 792.
 Insimulanti nouitatis Scientiam Me-
 diâ respondet Ioannes Muñoz satis
 appositè. 133.
 Ruyzius Vergarenis laudatur. 375.
 1225.
 Sobrinus Antistes Vallis Oleranæ.
 228.
 Romæus pro opinione Societ.
 435. 437. 439. 999. Fuit Generalis
 Magister Ordinis Prædicatorij, ad
 quem scripsit litteras in Societ. com-
 mendationem. 435.
 de Araujo fideliter allegatus est
 ab Authore pro S. Thomæ aliena
 mente à physicis prædeterminationibus,
 in

in Præf. 17. & duobus seqq. Allegatio
 autem extabat in priori editione. n.
 47. sed in hac ponitur n. 190. simulque
 in vtraque narratur quid dicat Araujo de
 S. Augustino non propositio prædetermi-
 nationi physicæ. Ipse etiam eidem præ-
 determinationi aduertatur. ex. 162.
 vsque ad 171. In quo summarie re-
 feruntur recens illius Epistola fiden-
 tiens de sua opinione, quæ etsi præfa-
 tam prædeterminationem recijciat, sed
 Scientiam Mediâ non approbat. 895.
 Laudatur Araujo, & vindicatur à pla-
 giarij nota. ex 162. vsque ad 171. Et in
 165. refertur Ioannes Martinus Praten-
 sis inueniens; quæstionem Araujo ad 3. p.
 an in Eucharistia conuertatur aqua im-
 mediatè in sanguinem Christi? fuisse
 desumptam ex Basilio Ponceo Legio-
 nensi.
 Ferrariensis pro opinione Societ.
 863. 881. 999.
 Sonnius. 948.
 Carthagensis. 442. 961. licet alicubi vi-
 deatur indicare non cognosci à Deo in-
 fallibiliter futura conting. condit.
 37.
 Mayronius. 1015.
 Horantius. 451. 1030.
 Diotalleuius. 1090.
 Hallier. 1098.
 Murcia de la Llana. 1111.
 Maria del Monaco. 1199.
 Ouandus. 1037.
 Belcarius. 452. 946.
 Lychetus. 1013. 1024.
 Herrera. 815. 1141.
 Victoria. 993.
 del Castillo. 1144.
 à Christo. 740. 1048.
 Carriere. 1136. 1137.
 sed 1138. (vt & in Præf. 9.) notantur
 verba quædam, quæ debuisset omittre:
 & 1139. notantur alia minus considera-
 tè dicta de Molinismo, sic enim vocat pro-
 dum, quo Molina explicat constitutiua
 auxiliij efficacis, quique inter defensores
 Scientiæ Mediæ non est incõculse recep-
 tus: quare etsi Carriere reuocet ei modo,
 non ideo reuocet Scientiæ Mediæ.
 Daula adfuit Congregationibus, in
 quibus disputatum est de Auxilijs, & Sci-
 entia Mediâ coram Papa. 381.
 Militat pro opinione suæ Religionis
 Dominicanæ. 895.
 Syluius stat pro eadem opinione. 776.
 Zamel modò in Dominicanam, mo-

do in Iesuiticam opinionem propendet.
 805. & duobus seqq. Quid de mutatis
 ab ipso ex Molina, & Suarez scribat Hen-
 riquez. 168.
 Bongspei est anceps, nam nec vni, nec
 alteri opinioni fauet. 799. & quatuor
 seqq. Expenditur latè eius sententia. ex
 1174. vsque ad 1192.
 Titelmannus ait, Christum loquutum
 esse de conuersione Tyrionum tanquam
 de re nullatenus dubia; quanquam & po-
 stea dicat, esse loquutum tanquam de re
 tantum verisimili. 1029.
 de Arriba adfuit Conclusionibus Val-
 lis Oleranæ, quibus præfuit Didacus Nu-
 ñus Cabezudas; testatur, fuisse à tele-
 per iudicatum veram, & defensionem do-
 ctrinam Molinæ. Edidit postea Opus, in
 quo etsi Scientiam Mediâ tueatur, sed
 probandum assumit, Dominicanos, &
 Iesuitas in alijs punctis, Controuersiæ ve-
 ra dicere, & non repugnantia inter se.
 228. 1139.
 Toletus pro opinione Societ. vindic-
 atur. 471. & tribus seqq. & 1263.
 Costerus allegatur contra eam à non
 nemine, sed non designato loco: conie-
 ctura est de non fidei allegatione. 479.
 Turrianius pro opinione Societ. 963.
 1243.
 Suarez quo pacto interpretatus sit De-
 cretum Clementis VIII. de confessione,
 & absolutione Sacramentali in absentia;
 deleri iussit eam interpretationem Cle-
 mens; sed doctrinam in ea conten-
 tam neque ipse, neque Paulus V. impro-
 barunt. 220. & tribus seqq.
 Epistola, quam scripsit ad Nuntium
 Pontificium in Hispania. 216. 237.
 Tomus de Vera intelligentiâ auxiliij
 efficacis, & tomus secundus de Gratia
 non sunt ei suppositi. 389. & quatuor
 seqq.
 Tomus Opusculorum Theologicorum
 ipsius legente Clemente VIII. quidnam
 eueniret? 150. Vbi & de eiusdem Ponti-
 ficis summa diligentia in hac Contro-
 uersia.
 Romæ fuit præsens tempore Contro-
 uersiæ huius. 222. 391.
 Non fuit irreligiosus erga S. Augusti-
 num exponens quædam S. Doctoris testi-
 monia, quæ sonare videbantur, Deum
 esse authorem, & causam peccati. 378.
 580. & seq. & 589.
 Quo sensu dixerit, modum, quo Deus
 Y y 2 cog-

cognoscit futura conting. præternolare captum humanum. ex 593. vsque ad 598.

Non ferit eum S. Augustini censure norans impię delipiētę quoddam dictū. 599 & seq.

Defensavit in Academia Salmanticensi primū Actū, vocatū Maiorem, pro Societ. Quidnam tūc defensavit in honorem Deiparę Virginit. 1234.

Docuerat in Prouinciā Castellana, & Romę eandem de Auxilijs, & Scientia Media doctrinam, quam postea Molina primū prelo tradidit. 1263.

Habuit Romę discipulum Leonardū Lelsium. 1231.

Peña scripsit Acta super questione de Auxilijs; prohibuit Innocentius X. ne allegarentur, declarauitque non esse eis adhibendam vllam fidem, in Præfat. 9. Quasdam Peñę Epistolas scriptas tempore Controuersię vidit Author latine lepidas, in Præf. 7. De Actis illis, & de Peña videantur. 52. 124.

Gomez Rojas Sandoual Dux Lerma fuit parū propitius Societ. in causa Molinę, & curę contra verō de Prædicatorio Ordine fuit valde meritis. Circa finem vitę, cum iam esset Cardinalis, tractauit beneuolē Societ. habuitque ex ea Confessarium Ioannem Chaconem, optimū Authoris Præceptorem. 147. & ex 396. vsque ad 400.

Annatus laudatur, in Præf. 11. & sæpè alias; stat pro Scientia Media, imò eam maximè amplificauit. 1270.

S. Franciscus Xauierius indicauit scientiam diuinam conditionatam. 1084. 1232.

Salesius consultitur a Paulo V. circa Controuersiam de Auxilijs, & Scientia Media. 380. 1087. Scribit præclaram Epistolam ad Leonardum Lelsium, approbatque in ea, & in suo Opere mirabili de Praxi diuini amoris prædestinationem post merita conditionatę, & absolutę prævita. Trāscribitur ea Epistola, quę beneficio Huberti Vithemij (qui laudatur) peruenit ad Authoris manū. 1079. & duobus seqq.

In Praxi diuini amoris valde frequenter Scientiam Mediam, & cetera doctrinę Societ. puncta tradit. ex 1082. vsque ad 1086. & antea, 223. 409. & duobus seqq.

Quanti momenti sit approbatio sanctissimi, & sapientissimi Salesij, nouissime adscripti canonis Sanctorum. 1087. vbi

referuntur ipsius verba de tradita à se scriptis ea doctrina, quam longo viū nouerat conuenientiore esse Evangelij, & Ecclesię glorię.

Franciscani, vide VV. Dominicani, & Scotistę.

G

S. Gabrielis Archangeli longum encomium continetur in Operis nuncupatione, ipsi facta, illudque constat ex ijs, quę ex Scriptura sacra, Patribus Ecclesię, Interpretibus Biblicis, Theologis Scholasticis, Historicis Ecclesiasticis, alijsq; probatis Scripatoribus colligere potuit Author diuina obseruatione. Vide V. Niquetus. Gabriel Pennotus pro opinione Societ. 1161.

Biel. 923.

Vazquez pro eadem. 1263. Quid passus sit ob præsentiam ad quosdam Theses defensatas à Lulio Turriano: prodij liber ab inquisitionis Toleranzę damnationē. 213.

Gaspar Nemius. 1210. vbi laudatur. Contarenus. 936.

De la Fuente. 1143.

Hurtadus quas propugnauit Theses Cōpluti, cum nondum esset e Societ. subscribentibus Gregorio de la Camara, & Aluaro de Villegas. Quę Romę, & in Hispania fuerit de eis censura. 211. 212. Cum esset iam e Societ. scripsit pro Scientia Media. 1269.

Rati pro opinione Dominicanorum non ex toto, sed ex parte. 787.

Quam sine fundamento conati sunt aliqui persuadere ei. Tractatum Suarij de Scientia conditionata nō esse ex huius Authoris mente. 463.

Gerardus Senensis pro opinione Societ. 1045.

Geruasius Bijonius. 109. 1109.

Gillebertus. 971. vbi quis Gillebertus fuerit Author libri de Altercatione Synagogę, & Ecclesię, vel quis alius fuerit Author eius libri in quo, & in S. Bernardo repertiuntur multa verba omnino eadem.

Granatensis Academia. 1214.

Gregorius Ariminensis. 1044.

Gregorius de Valentia scriptis tuetur Scientiam Mediam. 1265.

Adest cum Præposito Generali Societ. & cum Christophoro de los Cobos conuentui cuidam, in quo actum est de censura contra Molinam pronuntiata Romę

à nonnullis Theologis. 266.

Habet corā Clemente VIII. disputationes nouem in fauorem Molinę. 382.

Breuiarum vitę eius. 383. Mors, & vbi Reijciunturque nōnq; Alexandri Zilioli, & Authoris questionis Historię, Theologię, & Juris Pontificij de Scientia Media, circa euntam, & locum mortis. 384.

Eius elogia. 385.

Insignitur à Clemente VIII. (cuius fuit Magister) titulo Doctoris Doctorū, & acuti, acritque Hispani: permittitur in disputationibus habere singularem corporis positionem, cum non posset ob fractam valetudinem stare diu corā Clemente. 383.

Gregorius Nunnus Coronel vnus e rigidioribus Censoribus Romanis contra Scientiam Mediam, emolliri non potuit litteris Augustini Antonieuz doctissimi viri ex suo Augustiniano. Eremitarum Ordine. Quisnam fuerit Gregorius? Scripserat duos tomos de Optimo Republicę statu. 91. 111. 121.

Gregorius de la Camara in fauorem Molinę mittit Epistolam ad Ioannem Baptistam Plumbinum, à quo fuerat consultus. 95.

Subscripsit Thesibus, de quibus V. Gaspar Hurtadus.

Guigo, vel Guido Carthusianus pro opinione Societ. 973.

Guido Carmelita. 1070. 1185.

Guillelmus de Rubione. 815. 1023.

Votrillong. 1021.

Abbas S. Theodorici. 970.

Arueus Episcopus Parisiensis. 917.

Antiodorensis, & post Parisiensis. 916.

Ockamus. 442. 1016. & in priori referantur alij Theologi antiqui.

Herinc non adhaeret Scientiæ Medię, quam tamen fatetur esse satis probabilem, conformēque rationi, & principijs Scoticis. 816.

Etius nec ad vnā, nec ad alteram opinionem omnino accedit. 774.

Cantarellus refertur accedere ad Dominicanam. 811.

Gibicuf.

Camerarius neque ad vnā, neque alteram accedunt. 814.

Tuissius.

Ameius Calviniste abutuntur principijs Dominicanorum. 838. vbi quam gloriosi sint Societ. conuitia in eam iacta à Tuissio. 839.

Et in 845. notatur, eum abufum, vi & Scientiæ Medię ab Arianis, & Semipelagianis, non debere parere præiudiciū vni, & alteri opinioni, prout a suis Catholicis assertoribus defendatur, & declaratur.

Gundifalvus Sanchez de Lucero pro opinione Societ. 1117.

H

Henricus Syluius Henrici, Prior Generalis Carmelitarum, insignis fautor opinionis Societ. 89. 92. 93. 96. 1172.

Henricus de Gandauo vnus fuit e Censoribus Parisiensibus contra aliquas S. Thomę sententias. 98. Fauet opinioni Societ. 918.

Henricus de Curt laudatur ad Authorem mittit testimonium, & elogium recens Academię Duacensis (in quā est Doctor) pro probabilitate opinionis Societ. in Præfat. 14. 15.

Henricus Henriquez conuicit non nihil prædeterminationibus physicis. 157. Eius vita, & institutum in scribendo. 138. Eius quoddam testimonium discutitur. 764. & seq. Quando incœperit docere scientiam futurorum conting. condit. 1244.

Herbipolensis Academia scribit litteras ad Papam in fauorem Molinę. 298.

Herueus Natalis pro opinione Societ. 858. 876. 984.

Hieronimus ab Angesto. 418. 442. 949.

Olorius. 938.

Guadalupensis. 1062.

Tamarita Tamaris. 1141.

à Tiedra quem in modum propugnandę prædeterminationis physicę tenuerit, & quis Salmanticensium Dominicanorum ipsum sequutus sit. 906. & seq.

Viues. Euentilantur narrationes eius. ex 519. vsque ad 603. Fatetur, fuisse à se valde festinanter elaboratam magnā sui Operis partem contra Scientiam Mediam: sed hoc genus descriptionis exposcit moras; considerationemque prolixam, imò & quoduis edendum in lucē, ob rationes, de quibus monet S. Ambrosius. 603.

de la Rua cuius mentis sit in hac Controuersia. 743.

Columbus videtur velle stare medius

inter Dominicanos, & Iesuitas. 1112.
Eius nouitates in materia stipendiorum Missę notantur, & discutiuntur. ex 1477. vique ad 1483.
Torrensis pro opinione Societ. 1242.
Lopez egregius Missionarius laudatur. 1421.
Marton scribit Epistolam in commendationem doctrinę Molinę. 105.
Perez non allegatur rectę a Zamel pro opinione Dominicana. Sua Commentaria in 1. p. S. Thomę dicunt B. Francisco Borgię, a quo fuit vocatus, vt in Academia Gęndicenti a se creta prelegeret Theologiam. Discordat sepe a Galetano in interpretanda S. Thomę mente. 804.
Hilarion Genuentis putat, verba Christi de Tyrionum conversione esse dicta per hyperbolem, & non intelligenda exquilitate ad litteram. 1029.
Hugo de S. Victore pro opinione Societ. 1040.
Hugo Cabellus. 136. 1012. 1013. 1132.
Heresicos in suspitione Catholicus nō sit patiens. 243.
Heresicus fuit immeritō vocatus Nicolaus Villagagna a Ioanne Martinez de Prado. 1337.
I
Iacobus Platelius laudatur, in Pręf. 14. in Opere 1210. Defensat opinionem Societ. 1270.
Latomus eidem fauet opinioni. 780. 781. 932.
Sadoletus. 935.
Almainus. 925.
David Perronius quidam dixerit Clementi VIII. in Controuersia de Auxilijs, & Scientia Media? 149. 365.
Quidam scripserit ad Regem Gallię de Congregationibus circa eam, & de tota hac causa? 138. 397. in quorum priori laudatur.
Layne; vide V. Alfonso Salmeron, & V. Conceptio.
Iansenitę, vide V. Cornelius Iansenius Episcopus Iprensis, & de huius persona vide 846. de quę doctrina 144.
S. Ignatius Patriarcha Societ. quam dignę loquatur de debita subiectione nostri sensus ad sensum Ecclesię Catholicę. 144.

Eiusdem pręmonitio circa gratiam Dei, & liberum arbitrium. 1230.
Eiusdem Epistola ad V. Ioannem de Auila tractans de licita, & obligatoria responsione ad calumnias affectas Societ. 1823.
Eiusdem regula, quo pacto debemus nos gerere, quando diuersis sententijs diffidemus. 1828.
Eiusdem alia regula de modo interpretandi mentem alterius, qui protulerit sententiam, aut propositionem obscuram. 513.
Ioannes Sedeñus loquitur de Molinam minus honorificę. 1258.
de Guenara quidam dixerit de scientia diuina futur. conting. condit. 49.
Marquez scribit Epistolam in fauorem Molinę, laudatur. 95. 1217. Pręclarus is Magister Augustinianus Salmanticensis in Tract. de Scientia Dei, dictato ex die S. Lucę anno 1604. perueniens ad quęstionem de prefata scientia inquit, [In hac quęst. (quę re vera difficillima est) vt meam sententiam proferam, tres Conclusiones statuo. Prima, illa prior sententia (scilicet negatiua) sola ratione naturali attendata, argumenta habet difficilliora, & validiora. Secundā, Considerata nihilominus Scriptura, & doctrina Patrum, posterior sententia (scilicet affirmatiua) fundamenta habet magis solida, & effiacia. Tertiā, Absolutę dicendum est, Deum cognoscere huiusmodi futura certō, & infallibiliter. Hęc tertia Conclusio sequitur necessariō ex pręcedenti, quia si duo inter se pugnare quodammodo videantur, scilicet ratio naturalis, & reuelatio Fidei, eligenda a nobis est ea sententia, quę diuine reuelationi conformior est, & ingenij neruus pro Fide militare debet contra ea, ad quę in speciem obligare videtur ratio naturalis, tunc pręcipuę, cum ea, quę Scripturę, & Patribus existimantur conformia, cedant in maiorem laudem Dei, & ipsius sciētiam, quę abyssus quędam est incomprehensibilis, commendant magis.] Sic Marquez in MS. Tract. nuper reperto, & discipulis pręlecto, cum non tam disputabatur de medio scientię diuine conditionatę, quām de eius certitudine, & infallibilitate, vt testatur alter in signis Magister Salmanticensis, relatus 3.
Alfonso Molcosus mittit binas litteras ad Papam in commendationem

nem doctrinę Molinę, precaturque impense, vt concordet dissentientes Dominicanos, & Iesuitas Hispanos. 251. 301.
Alfonso Curiel nequitiam fatetur dissentium S. Thomę a sententia Societ. 516. Suffragatus est incantanter Scientię Medię, alijsque principalibus assertis opinionis Societ. cum scripsit Controuersias, quę post eius obitum editę sunt in lucem. Inquiritur, num in Controuersijs scripta retractauerit, cū circa finem vitę pręlegit Tractatum de Scientia Christi? Elogium tanti viri. ex 726. vique ad 731.
Antonius Viperanus pro opinione Societ. 939.
Antonius Bobius non subscripsit censurę contra Molinam. 91. 95. & seq. (vbi laudatur) 1172.
Antonius Pantusa. 507. 951.
Antonius Delphinus. 440. 1027.
Arboreus; nō negante Didaco Alvarez, qui eo ipso concedit nobis S. Augustinū, cuius sunt verba, quę pro Arborei reputauit ille. 942.
Driedo. 778. 933.
Cochlęus. 931.
Eckius. 785. 929. & in priori dicitur non nihil de Henrico de Gorice Kem. Maior. 926.
Gerson. 921.
Maria Capella. 1005.
Maria Verratus. 827. & duobus seqq. & 1056.
Bachonus. 824. & duobus seqq. & ex 830. vique ad 837. & 1053.
Capreolus. 861. 879. 984.
Bastolius. 1013. 1024.
Nopelius. 957.
Viguerius. 1007.
Ioanniz Echalar. 1092.
Malderus. 1093.
Vaigghers. 1104.
Gontaluis Martinus. 1106.
Puteanus. 1159.
de Sylueira. 1166.
Muñoz. 133. 1134.
Durelleus. 1195.
Fischerus. 930.
de Bononia. 412. & duobus seqq. & 952.
Martinez de Ripalda laudatur, in Pręf. 11. in Opere, 1. & sepe aliās, & 636. eximitur nota, qua fuit affectus ab Alfonso Michaelē.
de Neapoli. 979. in quo ostenditur, non esse momenti ea, quę ex ipso con-

tra opponit Dominicus Grauina. Videatur etiā 491. & 505.
de Medina pro opinione Societ. 743. 964.
Poncius pro ea magis, quām pro Dominicana stat. 780. & seq. & 1133.
Garcia Coronel scribit in fauorem Molinę Epistolam ad Ioannem Baptistam Plumbinum, qui ē Roma contulerat ipsum. 95. 848. 849. 907. 1214. 1216.
Mittit aliam ad Antonium de Padilla. 297.
a Motesono. De eius historia remissuē. 375.
Lallemander prębuit prius iudicia itandi pro Scientia Media, sed postea contra eam se declarauit. Euentilantur elucubrationes illius, & imminuitur vis duodecim argumentorum, quę ex Zanardo contra ipsam recitat. ex 637. vique ad 648. Refellit illius pronuntiatum de modica hęc vsque in Scholis autoritate Scientię Medię. 1204. 1226. 1313. Estque contrarium alteri eiusdem. 640.
Caramuel est neutralis in hac Controuersia. Euentilatur eius sententia, iuxta quām Oracula Scripturę diuinę non explicantur aptę. Conamina alia eiusdē in punctis controuersijs inter PP. Dominicanos, & Iesuitas, alięque cogitationes examinantur. ex 656. vique ad 695.
de Ros Daulta tribuit Deo coniecturalem notitiam futurorum conting. condit. 37. In ceteris cuius mentis fuerit. 746. & tribus seqq.
Helleis.
Lenses non sunt ab Authore lecti in Operibus, in quibus allegantur pro opinione Dominicana. 779.
Baptista Lezana partim ei subscribit, partim contrarię. 794.
Merinerus magis ad opinionem Societ. quām ad Dominicanam accedit. 817.
Ioannes de Montemalor docebat Cordubę eodem tempore, quo Molina Eborę, eadem ferę placita de Auxilijs, & Scientia diuina futurorum conting. condit. 1248. vbi etiam Inuitur, quantum illi debeat Collegium Regale Salmanticensē Societ.
de Paláfox iudicio contendit cum Patribus Societ. commemorantibus in Diocesi Angelopolitana, cuius ipse erat Illustrissimus Antistes. Liberatur a falsoratis calumnia processus, & finis causę inter utroque. Estinatio illius de Instituto Socie.

Societ. & propè finem vitæ fauor erga viros ex ea relictus sit multis illius Epistolis. ex 1415. vique ad 1422.

de Rada forsitan fuit vnus de Censoribus Romanis Concordiæ Molinæ, siue rigidus, siue benignus. 92. Et in i. p. Controuersiarum suarum Theologicarum præbuerat signa non obscura sui fauoris. 1038.

de S. Thoma, seu Thomasio multa dicit contra causam opinionis de Scientia Media, quæ discutuntur passim in Opere, sed præcipuè ex 1813. vique ad 1825.

Adducit etiam plura ex Angelici Doctoris autoritate pro prædeterminatione physica, quæ diluuntur. 487. & tribus seqq.

Azor quantum distet à prædeterminationis physice opinione. 153. 160. 161. 462. 480. 1265.

de Salas stat pro opinione Societ. 1268. Adfuit nonnullis Congregationibus coram Papa pro defensione Molinæ. 382. Eius elogium. 387.

Papa XXII. visus est aliquando sentire, vt priuatus Doctor, minus rectè de Sanctorum beatitudine. 148.

de Solorzano Pereyra laudatur. 1374. 1378.

Paulus Oliua, nunc Generalis Præpositus Societ. scripsit, cum esset Generalis Vicarius, litteras circa eundem Societ. opinionem de Auxilijs, & Scientia Media. 1232. 1824. & in priori fit mentio aliarum Gouuini NicKelsui in Generalatu prædecessoris immediati.

Duns Scotus pro opinione Societ. 1011. & duobus seqq. Vide etiam V. Scotistæ.

Dicitur est Author opinionis piæ de Virginis Deiparentis ab originali peccato Conceptione purissima, & cur? 1260. Num merito exinde notatus sit tanquam rebus nouis studens? 1376.

Gonzalez de Albelda interfuit nonnullis Congregationibus coram Põfice circa causam Molinæ: laudatur. 381. Ab alijs Dominicanis recedit in punctis valde considerabilibus, vt qui nõ physicam, sed moralem tantum prædeterminationem admittat, nullamque ad materiale peccati. 176. 179.

Martinez Confessarius Regis Domini nostri Philippi IV. (cuius ex recenti obitu in mare, & lactu fumus, cum hæc scribimus) laudatur. 1633.

Martinez de Prado habet non paucas

contra Societ. opinionem narrationes, quæ euentillantur, ex 153. vique ad 181. Cum in eo desiderasset huius Operis, Author lectionem Pauli Leonardi Sherlogi, respondit ipse arguens ad hominem contra Authorem in priori editione, sed non conciliantem. 155.

Audaciæ, & erroris notam impingit antecedentibus in aliquo puncto à Catechismo Romano; sed ipse postea discessit. 200. & quatuor seqq. & 1549.

Quidam dicat de posthumis Operibus Scriptorum Societ. præsertim de Suarez tomo de Vera intelligentia auxilij efficacis, & de secundo de Gratia? Inconsequenter attribuit Bastidæ prioris, & in teipsum meminit Ioannis Baptistæ Poze. 389. & quatuor seqq.

Allegat pro sua sententia PP. Colonenses Societ. in Dialogo 2. de hom. pag. 3. quæ allegatio discutitur. 466. & tribus seqq.

Parum abest ab allegando Bellarmino pro physica prædeterminatione, cum, vt hanc esse probet è sententia S. Thomæ, refert quædam illius verba ex S. Thomæ doctrina: sed neutrum stare pro physica prædeterminatione ostenditur. 477. & seqq.

Allegat alios Societ. ex fide Francisci Syluij. 479.

Ponderat pluralia loca S. Thomæ pro sua sententia, ad quæ respondetur. ex 491. vique ad 507.

Ipsè à nobis allegatur pro sententia Dominicanæ. 895.

Dixit de quadam nostra relatione in Opere de Sacrificio Missæ esse infidelem, & de quadam argumentatione esse inurbanam. Respondetur ad vtrumque. 1450.

Pronuntiatum ipsius de sententia quadam, quatenus sit expressa S. Thomæ, examinatur. 1451.

Laudatur. 1524. & pluries exinde vique ad 1681. in quibus Author se defendit ab impugnationibus, & animaduersionibus illius circa scripta in Operibus de Sacrificio Missæ, & de Sacramento Eucharistiæ.

Probat sæpe Authoris opiniones, fundamenta, & verba, quibus eas tradidit, & obfirmavit: sæpe etiam impugnat, tacito semper eius nomine, quorum postremum minimè inter se, secundum, & primum esse vtile Authori, & cur? declaratur. 1524. & duobus seqq. & 1592. & 1679. duobusque seqq.

No.

Notat Authorem de gloriatione ob tres tomos de solo Sacrificio Missæ, cum tamen Author nec de hoc sit gloriatus, nec timuerit notam longitudinis, sed potius breuitatis, & cur? 1327. De cæteris in Authore notatis, & de satisfatione ad ea videatur. ex 1328. vsq. ad 1681. & in V. V. Eucharistiæ Sacramentum, & Sacrificium Missæ.

Vincenarius contrarius fuit physice prædeterminationibus, & aduersissimus tam eis, quam moralibus ad materiale peccati. ex 172. vique ad 179. & 997.

B. Ioannes de S. Facundo, & V. Gouuinus Abbas Aquileiensi celebrabant de more Missas valde longas. 1780.

Ioannes Prudentius fauet opinioni Dominicanæ. 819.

Maldonatus pro opinione Soc. 1250.

Caluinus Hæresiarcha negavit Deo præscientiam futurorum conting. condit. explicuitque Christi verba de conuersione conditionata Tyrionum, quatenus Christus vulgo sit loquutus vulgari ter. An ob vtrumque id mereatur hæreticos censuram? 38. 843.

Henricus Alstedius hæreticus Lutheranus Melancthonianus admittit in Deo Scientiam Mediam. 844.

Josephus Blanc pro opinione Societ. 168.

Fernandez, & Retes. 1258.

Tamayo. 1389.

Romèrus. 170. 1223. vbi & Didacus Canus, & Didacus de Salazar.

Gonzalez. 804.

Gibalinus. 1402. laudatur, & postremus defenditur ab impetitione Thomæ Hurtadi.

Angles pro opinione Societ. 1023. 1024.

Ireneus à S. Iacobo magis fauet opinioni Iesuiticæ, quam Dominicanæ. 823.

1164.

Isaacus Habertus pro opinione Societ. 1094.

Iudicia cuncta continentur prudentia, & benevolentia. 264.

Iudocus Rauestein pro opinione Societ. 793. 953.

Clichtouæus. 954.

Iulius Sirenus. 1061.

Iulianus Castellus. 1167.

L

Lelius Zeechus pro opinione Societ. 941.

Ballionius. 443. 509. 1060. Sed ita pro ea stat, vt contendat, S. Thomam contra eam stare; quatenus adstruat prædeterminationem physicam. 508. Loquitur minus decenter de S. Thomæ doctrina, & ob id valde displicet nobis. 513. 514. & ex 509. respondetur ad testimonia, quæ adducit S. Thomæ, adducunturque à nobis alia in oppositum.

Ballionio dimisso, qui scripsit ante Molinam contra prædeterminationes physicas, & non tam decenter, quam Molina, de S. Thomæ, cur aduersus Molinam Dominicani conuerterint arma? 515.

Leonardus Coquæus cuius mentis fuerit in hac questione. 741.

Letsius pro Societ. opinione. 1265. Quo anno eam prælegerit Louanij. 1251.

qua in Academia acriter vexatur ea Societ. & Letsij opinio, sed non proteritur. 1252. Ad ipsam scribit Epistolam valde notabilem S. Franciscus Salesius. 1081. Reliqua de Letsio vide V. Louanienis Academia.

Litisalicuius ad decisionem num parum referat, quod illa à Iudice, vel à Consultore prodierit? 86. Non fuerunt nisi Consultores illi Theologi Romani, quorum censura refertur contra Societ. opinionem. 87.

Lites non sunt appellandæ, sed iurgia concertationes inter amicos, & beneuolos. 1680.

Louanienis Academiae censura contra Letsium auctoritas imminuitur. 205. & duobus seqq. & 852. vbi aduertitur contra Didacum de Sylua, non fuisse eam prolatam à DD. Louanienis in Congregatione publica coram Clémente VIII. Cætera vide V. Leonardus Letsius.

Lucas Vuadingus Magister Authoris laudatur. 156.

Lucretius Tiraboscus non est contrarius opinioni Societ. ex 824. vique ad 837.

Ludouicus Ystella pro eadem. 897.

Orianus. 940.

Carbajal. 1029. Quo in Authore displicet verborum Christi de Tyrionum pœnitentia interpretatio per hyperbole, & nõ per comparisonem ad litteram.

Tena. 258. 1091.

Abelley. 1100.

Bail. 1101.

Diaz Franco. 1121.

Mon.

Montesinus. 1122.
 Caspensis. 1150.
 à Dola 1131. Eius labor pro Dei physico concursu negando ad effectus naturales causarum secundarum est omnino inutilis ad concordandas Scholam Dominicanam, & Iesuiticam, etiam ex hoc pretextu sit assumptus. 643.
 Crespi insignis patronus opinionis Societ. 1208. ubi etiam recitantur Iosephus Verge, Bonaventura Guarao, Chrysolomus Royo, & Castellus.
 Eius elogium, & quid in eius obitu accidisse narretur. 1209.
 Molina quidnam dixerit audiens falsos rumores de damnatione doctrinæ suæ? 132.
 Eius liber de Concordia quoties fuerit recognitus, & approbatus, antequam ederetur in lucem. 239. & duobus seqq. postquam est editus. 237. quantum fuerit examinatus, & quam sine numero repetitus. 143. 302. totus proponitur defendendus publice in Conclusionibus habitis Vallis-Oleri apud Collegium Ambrosianum Societ. & cur? 235. & tribus seqq. quarum Conclusionum historia, & aliarum in oppositum habitarum in eadem Urbe apud Collegium Gregorianum Prædicatorum narratur. ex 226. vsque ad 246. Ex utriusque Conclusionibus ortum est, ut liber ille deferretur Inquisitioni in Hispania, & Summo Pontifici in Urbe. Delationum historia, & euentus varij. ex 248. vsque ad 380. Præsentat Inquisitioni libellos supplices Molina. 173. 249. Non accersitus, neque per Procuratorem auditus damnatur Romæ ab aliquot Consultoribus. 263. Damnatoriæ censuræ intercedunt duo Societ. qui Romam ex Hispania perueniunt. 264. & seq. Intercessio auditur benignè à Papa. 266. Molinæ de libro ut ageretur, contendunt Dominici in Congregationibus priuatis Romæ habitis. 270. & seq. Molinæ patrocini quo pacto Societas assumpsit. 287. 295. Molinæ obitus, antea à vita virtutibus conspicuus. 302. & seq. Immeritò culpatur de inobseruatiâ erga S. Augustinum, tum interpretans nonnulla eius testimonia, quæ in speciem videbantur indicare, Deum esse authorem, & causam peccati; et ut loquitur Molina, sic etiam loquitur probati alij Doctores. 378. & seq. & 382. sexq; seqq. rû dicens, S. Augustinum non semper adhibuisse Scientiam Mediam ad conciliandam li-

bertatem nostram cum prædestinatione diuina; ipse tamen Molina semper adhibeat. ex 607. vsque ad 612. ubi ostenditur non derogare auctoritati PP. Ecclesie, si de ipsis dicatur, non explicuisse omnia suis inscriptis. Num fallatur Molina inquitens, S. Augustinum, & alios PP. non refragaturos suæ sententiæ, si ipsis proponeretur? 613. Molinæ vestigia Neotericos Societ. non sequi, verum ne sit? 614.

Molinæ quædam verba de S. Augustino (cui addictissimus fuit) liberantur a calumnia, ut & à singularitate, productis in medium exemplis aliorum Scriptorum bonæ doctrinæ. 618. & tribus seqq.

Molina nunquam non fatus fuit honorificentissimè de S. Thoma. 315. Prius ne Molina, quam Fonseca inceperit docere Scientiam Mediam? ex 1236. vsque ad 1241. Molinæ elogia. 95. 112. 251. 302. 1257. & seq. Appellandus ne sit Author, Inuentorue opinionis de Scientia Media? 1259. & duobus seqq. Possitne vocari Inceptor, vel quasi Inceptor Scholæ Societ? Et ut vocetur, non ideo communi Religionis statuto electus est Scholæ Coryphæus, in cuius verba iurare sint additi Theologi Societ. 1262.

Luisius Legionensis (qui laudatur) quidnam dixerit de diuina scientia futuræ conting. condit. 50.

Lusitanæ Inquisitionis de licentia, & recognitione prodijt in lucem Concordia Molinæ. 300.

Lactantius Dominicus Carmelita non fuit allegatus in Opere. Edidit Mantua anno 1592. tomum 1. de Diuina prouidentia, in quo ad Lib. 2. Cap. 28. & 22. habet non pauca, quæ eruditus quidam amicus noster deflexit contra opinionem Societ. Nam in priori loco inquit Lactantius, [Sermo est de scientia Dei, quæ visionis appellatur, & non simplicis intelligentiæ: Et quoniam huiusmodi scientia rationem habere potest tum scientiæ præcisè, tum causæ rerum scitarum; idcirco declaro, quomodo ex parte virtutis que rationis sit in ea necessitas. Et primo ea ratione, quæ est causa. Est enim scientia Dei causa rerum, ut scientia artificis est causa artificialium: qui quidem artifex operatur per suum intellectum, adiuncta voluntate ad determinandum effectum. Et hæc scientia Dei, secundum quod est causa rerum, scientia approbationis nominari consuevit. Et quod dicitur

tur Scientiæ Cap. 7. Omnium enim artifex docuit me scientia, omnem habes virtutem, omnia prospiciens. Et Magister Sent. in 1. lib. Dist. 38. dicebat, Ita etiam dicimus, scientiam, vel præscientiam Dei non esse causam eorum, quæ fiunt, nisi talem finem qua non fiunt, si tamen scientiam ad notitiam tantum referamus. Si verò nomine scientiæ includitur etiam beneplacitum, atque dispositio, tunc rectè potest dici causa eorum, quæ Deus facit. Hæc ille. Scientia igitur beneplaciti in Deo est causa rerum. [Ait etiam ibidem Lactantius, [Constantissima, & inuisibilissima permanet nostrorum sacrorum Theologorum doctrina, quod scientia Dei visionis, & approbationis actum semper præsupponit voluntatis imperantis, atque determinantis.] Rursus in posteriori loco agens de diuina cognitione futurorum conting. tres has Conclusiones efformat. Prima est, [Futura contingentia, prout acta sunt in se ipsis, à Deo cognoscuntur:: Secunda, Non cognoscuntur à Deo, prout sunt in suis causis incompletis, atque indeterminatis:: Tertia, Deus futura contingentiâ in suis causis determinatis, & completis cognoscit. Quoniam sunt futura contingentiâ ex causis determinatis cognoscibilia iuxta earum determinationem, & Deus illa cognoscit in suis causis, prout subsunt determinationi diuine scientiæ, & voluntatis, quia ut sic temper sunt determinatæ, & completæ, & non impeditæ ad producendos suos effectus contingentes. Et hæc potest doctrina confirmari ex his, quæ docet B. Doctor 1. de Catholica veritate Cap. 67. rationeque tertia, inquitens, Sicut ex causa necessaria sequitur effectus certitudinaliter, ita ex causa contingenti, si non impediatur. Sed cum Deus cognoscat omnia, scit non solum causas contingentium, sed etiam ea, à quibus possunt impedi. Scit igitur per certitudinem, an contingentiâ sint, vel non sint. Hactenus B. Thomas.] Et hactenus ex Lactantio. Cuius hinc posterior locus totus desumptus est ex doctrina S. Thomæ 1. p. quæst. 14. art. 13. & Cap. illo 67. contra Gentes. Hæc verò doctrina tantum abest à contrarietate cum opinione Societ. ut potius eam confirmet, & roboret, prout videbitur in Delecta. Theologica Scientiæ Medię, cum de S. Thomæ testimonijs pro ipsa agemus, & signatè de contentis in art. illo 13. at-

que in Cap. illo 67. Circa quod, & circa conclusionem 3. Lactantij in eo fundamentum (quæ videtur magis pungere) legantur interim Suarez Lib. 1. de absoluta scientia futuræ conting. Cap. 1. num. 2. Cap. 3. num. 5. Herice 1. p. Tract. 1. Disp. 6. Cap. 2. num. 27. Ruyz Disp. 73. de Scientia dei Sect. 4. num. 3. & 4. Aldrete tom. 1. in 1. p. Disput. 26. nota ferè lect. 1. & Disp. 28. lect. 13. num. 17. & 18. Medius locus Lactantij intelligi potest de voluntate diuina imperante, atque determinante, quæ supponat Scientiam Mediam, & quæ præcedat scientiam visionis simul, atque approbationis. Prior locus Lactantij erutus est ex doctrina Magistri Sent. in Dist. citata, & S. Thomæ 1. p. quæst. 14. art. 8. qui cum aiunt, De scientiam, eamque approbationis, esse causam rerum, prout habet voluntatem coniectam, Lactantiusque interpretatur illos de scientia visionis ut causa rerum non formaliter, sed præsuppositiue ob voluntatem, non sunt aduersi nostræ opinioni; loquuntur enim de scientia visionis bonorum causarum, quæ illam præcedit, & quæ aliquando est efficax, quando scilicet bona sunt effectus liberi voluntatis creatæ; & respectu etiam posteriorum horum effectuum potest admitti voluntas efficax diuina, si præsupponat Scientiam Mediam: contra quam in transcriptis locis Lactantij nihil continetur. Et fortan in eo Authore, si ad manus nobis esset, inveniremus aliqua Scientiæ illi propitia.

M

Mantius à Corpore Christi non approbauit prædeterminationem physicam. 173. ubi & de Bartholomæo de Miranda, & Gaspare de Corduba Dominicanis.

Marcus Antonius Natta pro opinione Societ. 955.

Antonius Alos, & Orraca. 1193.

Maria Imperatrix multas scribit litteras in fauorem Molinæ. 268.

V. Marina de Escobar, celeberrima femina opinione sanctitatis, quidnam dixerit V. Ludouico de la Puente, quod tempore aduersos afferebat fama rumores de auerto animo Clementis VIII. ab opinione Societ. ? 151.

Virginii huc clarissimæ quidnam dixerit de se S. Gabriel Archangelus? Refertur illud ex priuata tantum fide in Operis num.

Nuncup. 69. & 77. Quidnam ei dixerit illa? 70.
 Marinus Mercennus pro opinione Societ. 1197.
 Marcellus ab Ingen. 924.
 Martinus de Albiz. 1155.
 Magistri.
 Martinus Cantapetrensis non allegatur securè pro ea. 967.
 de Lezaun, Magister Authoris, laudatur. 1421.
 S. Matthæi locus Cap. 11. v. 21. non explicatur aptè à Hieronymo Viue. 590. & duobus seqq.
 Mattheus de Orland pro opinione Societ. 1165.
 Orius. 436. 438. 1000.
 Mathias Thoryngus. 1017.
 Mathias Borrull laborauit strenuè pro Scientia Medica. 1270. Laudatur, & citatur passim.
 S. Maurilius doluit magnè operè de confirmatione cuidam puero lethaliter agrotanti non administrata ob moram in Sacramento factam. 1788.
 Melchior Canus pro opinione Societ. 871. 889. 1006.
 Fuster. 1114.
 Meuriste. 1140.
 Michacià Bononia. 1054.
 de Medina. 1033.
 Angrianus cuius mentis fuerit. ex 824. vltque ad 837.
 de Palatio cuius etiam mentis fuerit. 742. 965.
 de Arbizu. 1420.
 de Fuentes. 3. 1222.
 de Elizalde laudantur. 556. 1270.
 Marcus recesserit ne ab opinione Societ. 154. & seq. & 480. & seq. vbi laudatur; & in 617. innuitur quid de eo veritus sit Dominicus Bañez. Et in 1249. quid apud Salmaticentē Academiā responderit in defensionem cuiusdā à Nostris contradicētis prædeterminationibus physicis. Videatur etiam. 1246.
 S. Michael Archangelus. Traduntur multa de eo in Nuncupatione Operis facta S. Gabrieli Archangelo. De utroque dignum est obseruatione quod legitur in Summula perfectionis translata in Latinū idioma à Godefrido Santuortio Cap. 7. [Interea dum libelli huius transumptum describeretur, Dominus, ac Saluator noster deuotissimæ illi sceminæ (Mediolanensis) ex cuius pectore libelli huius doctrina effluxit, diuina significauit re-

uelatione, vt ea, quæ iam iam subiungimus, in fine eiusdem libelli apponerentur. Videlicet vt quemadmodū Angelus vnus designatus est ad proprium oppugnandum, expugnandumque amorem; sic etiam alius Angelus ordinatus sit ad diuinum conseruandum, augendumque amorem. Horum vterque ab initio creationis suæ huic fungendo muneri prædestinatus est, officij quisque sui fines nequaquam egressurus. S. Gabriel Archangelus diuino præpositus est amori, ideoque sacrosanctæ Incarnationis Filij Dei mysterij sacratissimi (id quod supremi erga genus humanum amoris est testimonium) electus est Nuntius: quod in Cælo illi à Sanctissimā illa Trinitate (actu quodam amoris reciproci, quem diuine inter se personæ elicerunt) reuelatum speciatim fuit. S. Michael autem proprij est amoris constitutus debellator supremus. Quocirca cum in Cælo contra Deum Lucifer rebellaret, ac superbiret, Altissimo similis esse volens, à Deo tunc ille diuini zelator amoris maximus, ac propugnator statutus est acerrimus, vt proprium continuè amorem oppugnaret; expugnaret, & destrueret. Hoc igitur secretum spiritali Patri notū fieri omnino voluit Dominus, per istam Deo deuotissimam; sanctissimāque Virginem, vt eidem erat in iunctum, nimirum vt doceret eum, qui à proprio amore liberari vellet, auxilium à Domino petere per merita, intercessionemque S. Archangel Michaelis. Qui verò diuino tangi amore, ad eiusque supremam pertingere perfectionē, preceseum implorare, intercessionemque S. Gabrieli Archangelij quàm maximè oportere.]

Modestia in respondendo sine conuitijs oportet seruari ab Scriptoribus, nec maledicta rependenda sunt maledictis. 1315. 1814. Qui lacelsitus excedit, est excusabilior. 1815.

Moguntinæ Academiæ litteræ ad Papam in fauorem Moling. 299. 1213.

Moritanus Ibernus pro opinione Societ. 1105.

Mutius Vitellescus Generalis Præpositus Societ. quidnam declarauerit circa Claudij Aquauing, antecessoris sui immediati in Generalatu, mentem in Epist. quæ scripta de Auxilijs, & Scientia Medica. 1281. Mutius, antequam esset Generalis, subscripsit cum Benedicto Pererio, Michaeli Vazquez, Gregorio de Valē-

tia,

ria, Christophoro de los Cobos, Benedicto Iustiniano, & Bernardino Rosignolio Tractatui cuidam MS. contra prædeterminationem physicam. 161.
 Mantuanus, Baptista nomine, Prior Generalis Carmelitarum, insignis Theologus, & Poeta, prætermittitur in Opere. Habet in suo de Patientia, impresso Lugduni anno 1498. Lib. 1. C. 12. de vt appetitus, verba hæc maxime conformia sensui Societ. [Ex Deo igitur, & ex voluntate efficacia est; at tarditas, & deterior agendi conditio ex carne.] Et Lib. 2. Cap. 5. de libertate animæ, assignat ex Aristotele discrimen inter Principatū despoticum, & politicū, quo secundo ait Deum vti erga animam, & addit, [Sed in hac Dei seruitute summa libertas est, quia deo sequi est cum eo regnare; in politico autem subditi aliquando possunt & contradicere Principibus, & aduersari.] Quibus in verbis præclare, & conuenienter ad sensum Societ. traditur modus, quo Deus se nobiscum gerit, quando solo iure Principatus politici vtitur. Eodem Lib. Cap. 12. de secunda causa flagellorum nostrorum, expendens afflictiones, quibus Deus exercet amicos suos, vt hac via eos conseruet sua in amicitia, inquit Mantuanus, [De etiam homines nonnumquam asperius tractat, non vt peccatorum rubiginem abstergat, quam non habent; sed ne imminenti sorde se inquinent: ea diligentia in nos vltus, quam nos in seruandis cibis adhibemus, tolemus enim carnes, quas sumus in plures dies seruari, aut sale perfundere, aut aceto immergere, &c. Solebant etiam antiqui mortuorum corpora myrrha perungere, quoniam his omnibus contra putrefactionem virtus inest. Sic nimirum flagella diuina contra futuram culpam singulari solent esse remedio. Hinc Paulus, Et ne magnitudo, inquit, reuelationum extollat me, &c.] Futura culpa, de qua loquitur Mantuanus, non est futura absolute, sed conditionate, & vt talis cognoscebatur à Deo. Anne per decretum subiectiue absolutū, & obiectiue conditionatum prædeterminatiuū ad ipsam? Nequaquam, nam sermo est de culpa etiā penes formale. Quare cognoscebatur à Deo in se ipsa per determinatam suam veritatem.

N

Nicolaus de Nijffe pro opinione So-

ciet. 815. 1032.
 de Lira. 1017.
 de Orbellis. 1022.
 Bonetus. 1026. & in nonnullis non magis Dominicanis, quam Iesuitis consonat.
 Grandis. 1031.
 Ysambertus. 1097.
 Viti Gozzij. 1123.
 Villagagno non est hereticus appellandus, vti appellatur à Ioanne Martino Pratenfi. 1537.
 Rodriguez Fermosinus, Illustrissimus nunc Episcopus Asturicensis, laudatur. 1498.

Nomina damnata Demoniorum non sunt attributa Deo in Indorum catechesi à PP. Societ. Prouinciæ Paraquatensis, pro vt ipsis fuit impositum. Cuius fabelle detecte authenticum instrumentum debet Author Francisco Diaz Tasho, quæ laudat. ex 1519. vltque ad 1522.

Novitatis calumnia obiecta à Francisco Felice contra Scientiam Medicam, pro pulsat a Ioanne Muñoz eiusdem Ordinis Franciscani exemplis domesticis. 133.

Novitatis acūsant nomen; & rem Scientiæ Mediæ multi alij Authores. 1284. 1310. & tribus seqq.

Novitas nominis non debet esse offensionis, si res significata antiqua sit, 1285. & seqq.

Novum est prædeterminationis physice nomen complexum, quo Aduersarij vtitur, multaque alia iam in Ecclesia, & in Scholis frequentata noua sunt. 1287. & duobus seqq.

Novitas nominis Scientiæ Mediæ quæ fuerit rei significata congruës. ex 1290. vltque ad 1300.

Novo de nomine Scientiæ Mediæ octo instantiæ ad homines aduersus Dominicanos. ex 1301. vltque ad 1308.

Novo in hoc nomine ne tantum sonus attendatur, sed dicti intelligentia intelligatur. Non affert damnatum, si verum fuerit suum significatum. Non apparet quis sit eius reatus, & quæ iusta acūsatio. 1309.

Noua iam non est Scientiæ Mediæ opinio, cum sit plusquam centensaria. 1316.

Noua non est, quæ est notitia diuina certa, & infallibilis de futuris contingendis. 1317.

Noua non est positiuè quoad medium, in quo à Deo habetur talis notitia. 1318.

Zz

Nc

Nova non est negativè quoad medium illud. 1329. & duobus seqq.

Novitas competens Scientiæ Mediæ non est vituperabilis, sed laudabilis. 1322. In quo, & in seqq. usque ad 1339. adducuntur multa pro novitatibus huiuscè generis, seu pro novitatibus quoad accidentia in rebus veteribus quoad substantiam, maximè si illæ novitates probæ sint, vilesque ad superandas difficultates in Theologia occurrentes.

Noviter si est inventum a Theologis Societ. medium, in quo à Deo habetur Scientia Media, aut quæ non est, quod pro Scientia conditionata nunc assignatur à Theologis Ordinis Prædicatorum, ex 1340. usque ad 1351.

Novitas præcisè opinionis de Scientia Media non deberet sufficere, ut hæc male audiret, quod confirmatur ex epistolis petitis ex alijs opinionibus S. Thomæ, & Casertani, suotempore novis, ex 1355. usque ad 1360.

Novum quidpiam tentare in rebus profundissimis ad eas pro humano captu pervadendas, excusabile, imò & laudabile est. Et inter res illas profundissimas numeranda est concordia liberi arbitrii nostri cum gratiæ donis, diuina præscientia, providentiâ, prædest. & reprob. ex 1361. usque ad 1373. Quæ concordia quam sit difficilis, ita ut medium conseruetur, & non desectatur ad vnum, neque ad alterum extremum, significarunt Iacobi SS. Augustinus, & Ignatius Patriarcha noster. 1230. & seq.

Novitatis invidiam confutare præcisè rebus non esse insolitam, probatur tribus luculentis exemplis; idcirco hæc non est pertimescenda circa Scientiam Mediâ, cum de illa non omnino coniter, ex 1374. usque ad 1378.

Novitatis fuisse incusatam Scientiam Mediâ, non est mirandum, cum & aliæ res Societatis, etiam antiquæ essent, eandem subierint fortunam, ex 1379. usque ad 1389.

Nova quæ sunt, tamen parva, solent primò in admirationem rapere, moxque conciliare gratiam, & plausum. 1390.

Novi Doctores Fidei, ut notat S. Thomas, post varios errores exortos, cautius, & quasi elimatius solent loqui circa doctrinam Fidei ad omnem heresim sustandam. 588. ubi refertur Scotus obsecrans, SS. frequenter, extinguendo con-

tra se hæreses pullulantes, excessivè loquutos esse, volentes declinare ad aliud extremum. Videantur etiam 610. & sequens, & 619.

Novis Doctoribus restat aliquid, quod peragant, etsi qui præcesserunt, multum egerint, sintque à nobis suspicendi. Nullaque est disciplina, aut ars, quæ singulari sit connuminata ingenio. 1363.

Novitatum culpam solet in Scriptores Societ. conferre Thomas Hurtadus, cum tamen ipse sit multis scateat, quæ discutiantur. ex 1423. usque ad 1501. pertinentque ad materiam Confessorum sollicitantium, stipendiorum Missæ, & consecrationis Episcoporum; relictis indifficulis innumeris alijs circa materias alias.

Novitates Hieronymi Columbi spectantes ad materiam stipendiorum Missæ perstringuntur. ex 1477. usque ad 1483. Novitatibus ab his, & illis in præfata stipendiorum materia quantum recesserit præsentis Operis Author, ex 1484. usque ad 1494.

Novitas cuiusdam Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi sacrificantis semel, & iterum ordinariè eodem die ex causa insufficiente perpenditur. ex 1502. usque ad 1518.

Novitatum calumniâ vexavit supra modum his annis Theologiam Moralem Societ. 1630.

Novitatum insimulatus est Emmanuel Sa et eundem Societ. in Aphorismis Confessoriorum; sed Author, suspensio iudicio circa opiniones, quæ dicuntur correctæ à R. Magistro S. Palatii Apostolici, ostendit eas plerumque fuisse collectas à libris Doctorum Prædicatorij Ordinis sanctissimi, iuxtaque sapientissimi, ex 1621. usque ad 1653. & 1780.

Novitatis nota inusta est duabus quorundam Theologorum Societ. opinionibus moralibus, quas prius docuerant nonnulli Dominicani. 210. 216. & duobus seqq.

Niquerus, Honoratus nomine, & Societ. edidit de S. Archangelo Gabriele Tractatum anno 1653. non lectum à me quoad usque; iam elaboraveram Encomium eiusdem S. Archangeli pro huius Nuncupatione Operis. Collegit ille, & rededit, ut & ego, ad compedium reperta de tanto Archangelo in vtriusque Testamenti tabulis, & in Hierarchicis Doctoribus, Sacrisque Interpretibus. Delectatus sum mi-

mirificè illius elucubratione, utque sit tum in honorem Archangeli mihi colendissimi, tum referentissima eruditionis, scriptaque eleganter, atque accuratè. Dividitur in duos libros, unus continet nomen, dignitatem, officium, ministeria Gabrielis, alter cultum. Ad prioris Libri Caput. 15. allegat Authorem Libri de Ortu Virginis inter Opera S. Hieronymi tom. 4. pro prænuntiato nomine, & ortu B. Virginis SS. Parentibus Iochimo, & Annæ S. Gabriele: quam allegationem ego omisi in Encomio, quia eo in Libro non legi, neque nunc lego nomen Gabrielis. Sed vitrà Pantaleonem, & alios Modernos, quos allegavi, S. Brigitta Oratione 1. ad Virg. Martyrologiū Romanum, editum à Francisco Maurolyco, die 25. Martij, adduntur à Niqueto, & à me nunc Petrus Dorlandus Carthusianus in S. Annæ Vita (quam breviter Ascensius ad finem Ludolphi de Saxonia in Vita Christi ex editione Antuerpiensis anni M. DC. XIIIX.) cap. 4. referaturque Cap. 6. B. Virginis Mariæ renuenti nuptias cum S. Iosepho apparuisse S. Gabrielè, & dixisse, [Ne timeas Maria, sponsi casti subire thalamum, nam virginitalis non patieris detrimentum.]

Additur ibidem à Niqueto B. Laurentius Iustinianus inquiriens in Serm. de Assumptione B. Mariæ, [Totus quippe, ut creditur, festivus Angelorum, Archangelorum, cæterarumque Virtutum Deo famulantium eidem occurrit exercitus. Ibi planè, ubi virgineum corpus exanime iacens dormitione acceperat, suaavis, iucunda laus, harmonia cœlestis, exhortatio mutua, congratulatio hilaris, obsequia sancta, insuetæ, atque honorabiles celebrabantur exequie, ad quas minimè duodecim Apostolorum defuit chorus, Patriarcharum coetus, numerus Prophetarum, & cum Cantoribus Hierusalem egregius Psalter, qui univèrsi modulatione quam maximâ, ac exultatione iucunda citharas percutientes puritati virginæ dulcissima carmina proferebant. Aderat præcipue Gabriel, Cœlestis Paranympus, fulgens, & lætus, qui Mariæ desideratissimè intendebat honori. Totus quidem ignitus, & feruidus, supra modum exultans, & plaudens, undique discurrens univèrsos hortabatur ad Virginis festum, ut occurrerent ei, susciperent, venerarentur, & colerent. Nouerat in illa candorem virgineum, privilegium sanctitatis, gratiæ plenitudinem, & focu-

ditatem proles, sui in ipsa pudicitia venerabatur thalamum Conditoris, cumque in ea laudabat Dominum.] Hactenus Venetiarum Patriarcha.

Lib. 1. Cap. 20. adducit hæc S. Ephrem verba in Serm. de Passione Domini, [Creator ipse univèrsorum Dominus Deus noster hodie tanquam aliquis ex reis seditur ante Calpham, Ministrorumque unus ipsi inpegit alapam. Tremor nie hæc omnia cogitantem occupat. Servus sedebat, & Dominus adstantabat, & qui iniquitatibus abundabat, sententiam adversus infontem pronuntiabat. Contremuerunt Cœli, inhorruerunt fundamenta orbis terrarum. Angeli, & Archangeli omnes obstupuerunt. Gabriel, & Michael vultum suum alis contexerunt. Cherubim in throno sub rota se absconderunt. Seraphim in se mutuo alas in illa hora concusserunt, quando ille impietatis, ac tenebrarum Minister alapam dedit Domino maiestatis, & gloriæ.]

Lib. 1. Cap. 15. Lib. 2. Cap. ult. recitat hæc Arnoldi Carnotensis verba Tract. de 7. Verbis Domini, super verbo illo Mulier, ecce filius tuus, [Hanc interim gloriam proprie virginitalis promeretur Per hanc in hunc gradum discipulus sublimatur, per hanc ipsa Mater, & Virgo placuerat Deo; & obvibrante virtute Altissimi in illo beatifico vtero Verbunt caro factum est. Per hanc fuerat Gabriel Archangelus Mariæ domesticus, inò tota militiæ Cœlestis multitudo, & naturæ Angelicæ gloria admirans, quod sic integram in terris reperisset, circumfusa undique cognato coelibatu exhibebat reuerentiam, & diuino incolatu clientelam. Propriè tamen Gabriel, & Iohannes huic assignati officio, communibus studijs ministrabant, simulque ab amobus tã in Cœlo, quàm in terra diuina, & humana consolatio procurabatur; Iohanne, iuxta quod res postulabat, providente subsidium, Archangelo, pia vota perferente ad Filium.] Sic Arnoldus. Et in antiquo, nouoque Officio Romano S. Gabrielis dicitur, [Circumdat bonus Angelus timentes Deum, sed Gabriel Archangelus Matrem, quæ gestat eum.]

Lib. 1. Cap. 18. transcribit ex Officio Ecclesiastico Placentino hanc Antiphonam, [Gabriel filium Dei incarnandum nuntiavit, Iesum in agonia orantem confortavit, Christum resurrexisse mulieribus nuntiavit.]

Cuius Antiphonæ postremam partem tradidit Franciscus Lucas in C. 28. Matthæi, V. 2. his verbis, [Fieri potuit, ut hic fuerit Gabriel Angelus missus à Deo ad testificandam Christi Resurrectionem, quemadmodum primum missus fuerat ad annuntiandam Incarnationem.] Sic Fræcisus Lucas. Addo Cornelium, qui meminit Francisci Lucæ, & ait, [Gabrielem iuxta nomen suum esse ministrum fortitudinis Dei, exequique eius opera:] quod dixit, quia resolvit lapidem ab ostio sepulchri Dominici.

Cap. 19. vindicat S. Gabrielem à magisterio erga Mahometem, & à transmissio Alcorano è Cœlo per manus ipsius, ut iactabat spurcissimus ille Præcursor Antichristi, vaserrimusque circulator, siagens apparere sibi solitum sub specie vulturis. Legantur Theophanes, & Cedrenus in Annalibus, S. Eulogius in Apologetico pro Martyribus, & Baronius anno Christi 630.

Cap. 24. narrat ex S. Gregorio Turonensi in 1. cap. Lib. de Gloria Confessorum, ad invocationem Angelorum, quorum nomina docent sacræ lectiones, & proinde S. Gabrielis unà cum SS. Michaeli, & Raphaeli, fuisse multiplicatum in Arverno territorio zythum, seu cereviam frumentariam.

Fuit S. Gregorius Turonensis magnus cultor S. Gabrielis, cuius ad honorē sacrauit in Arthanensî vico Arvernæ Oratorium, de quo sic cecinit Venantius Fortunatus Lib. 10.

Quisquis ad hæc properas venerandi limina templi,

Dona precaturus, quæ dat amore Deus.
Hæc in honore sacri Gabrielis cuncta conruscant,

Qui piè iussa Dei ritè Minister agit.
Zacharia veniens qui nuntia detulit astris,

Elizabeth datus est quando Propheta potens,

Quique Redemptorem è Cœlo Regem omnipotentem

Post ait, ut terris ventre Maria daret.

Quæ sacer Antistes nova tecta Gregorius effert,

Vt sibi cœlestes restituantur opes.

Et Messanæ in monte Caperrinæ exta-

bat olim Angelo, Virginis Paranymphe, dicatum sacellam, de quo Iosephus Ben-filius, & cum ipso Melchior Inchofer in Coniectatione de Epist. B. Virg. Mariæ ad Messanenses Cap. 60. pag. 470. Vtriusque Oratorij mentionem fecit Niquetus Lib. & Cap. 2.

Quo in Lib. Cap. 8. memoriã repetit V. Fr. Gabrielis ab Ave Maria sic vocati à Pontifice Summo non sine tacito (ut cre-di potest) Spiritus S. impulsu, ob ardentissimum affectum, quem in eo exorante confirmationem Ordinis Monialium Annuntiationis Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ agnovit tam ad hanc, quàm ad S. Gabrielem, Legatum maximum mysterij Incarnationis. Eodemque ex affectu indidit nomen S. Archangeli Gabrielis Custodiæ FF. Discalceatorum S. Euangelij apud Extrema Durij, cum ipsam erexit in Prouinciam veniens è Galia in Hispaniam. Dicebatur antea ille Gilbertus Nicolai, vel Nicolaus, Gilberti. De quo agit Arturus à Monasterio in Martyrologio Franciscano die 27. Augusti §. 6. & duobus seqq. antea que 4. Februarij §. 4. & tribus seqq. & non, ut Niquetus, Leonem X. Papam, sed Alexandrum VI. tradit mutasse illius nomē.

Ultra hæc in Cap. ult. recenset Niquetus illustria nomina, laudumque titulos, quibus S. Gabriel ornatur à PP. Ecclesiæ tum vt in se consideratus, tum vt cum alijs Angelis, vel cum Demonibus comparatus, tum vt fūctus est officio Legati, tum vt relatus ad Christum, ad eius Matrem, ad nos. Et inter alios PP. magnificè loquentes de S. Gabriele exarat passim Nicetas, qui de ipso scripsit Græcè diffusè, exultissimumque Encomiū Latinitate, & luce donatum à Petro Popsino Societatis nostræ. Et hæc sunt, quæ in Encomio à nobis confecto desiderari possunt, & de quibus monere volumus Lectorem ad maius decus, & obsequium eiusdem S. Gabrielis. Nec pauciora sunt, quæ præteriuir Niquetus, & nos in Encomiū digelsimus.

Circa quæstionem verò num S. Gabrielis, vel S. Michaeli competat primatus in per omnes omnino Spiritus Angelicos? Niquetus addit Lyreum nostræ Societ. Lib. 1. Trisagij Mariani (quod Opus non legi) pro primatu S. Gabrielis. Ipse tamen non assentitur Lib. 1. Cap. 6. Sed Lib. 2. Cap. ult. congerit multa nomina, qui-

quibus cohonestatur à VV. PP. & quibus eximia eius dignitas satis commendatur: vt quod in Antologio Græcorum vocetur [Trinitati vicinus, Dux Angelorū, Præses Maximus, Incorporeorum Ministrorum Princeps, Ignitorum Ministrorum Primpilus, Radias Solis lucidissimus;] & in Menais eorundem Græcorum [Princeps Angelorum, qui semper diuina luce respundet, Princeps beatorum, & spiritualium mentium, Maximus inter bestas mentes, triplicis Solis lumen adæquans, diuinam speciem præferens, Ornamentum omnium diuinorum, & incorporeorum;] à Leone V. Imperatore, cognominato Philosopho; Homilia 7. in Annunt. [Princeps Angelorum, Dactor, Rectorque plebis Cœlestis;] ab Ecclesiâ Romana in Officio proprio [Princes Inclytus.] à B. Alberto Magno in 1. Lucæ caput [Præcipua dignitatis Angelus;] à S. Bernardo apud Mauritium de Vitis probata in Corona B. Virg. Serm. 6. [Vnus ex fortissimis supercœlestis palatii;] à S. Damasceno in Cantico ad Sanctissimæ Dei Genitricis annuntiate honorem [Cœlestium exercituum Princeps]

Cæterum præ omnibus Nicetas in SS. Archangelorum Michaelis, & Gabrielis Encomio vtramque extollit inueniens; [omnem eos magnificentiam diuinæ gloriæ in se comprehendam representare, cum eos omnipotentem nutu cunct alijs simul Intelligētis princeps Intelligentia condiderit eo consilio, vt Principatum à se unà in omnes reliquas obtinerent.]

Et rursus vocat eos, [Cœlestis Angelorum militia summos Imperatores à Deo constitutos, præclarissimum Intelligentiarum par, Virtutum Cœlestium fastigium, & complementum.] Rursusque ait; [Hodiernam hanc orationem nostram rapiunt Angeli ter Maximi, Michael, & Gabriel, argumentum dicendū magnificum in primis, indiuidui Duces, & vniuersi diuinorum Angelorum chori Moderatores Optimi, mundique eius omnis, cuius animo cerni solo species potest, velut duo quidam oculi lucidissimi, ad Dei vsque visionem aeres omnem in partem intenti, quibus orbem terrarum vniuersum despicit Deus, libera enim iā à principio, at ea constantissima electione animi, & sincera mentis amoribus purissimis ad diuinæ Maiestatis adorandā

excellentiã, promouendamque gloriã intentiore, quam ceteri, studio conuertuntur: illi potentes virtute ad faciendā voluntatem potentis; illi sapientes ad intelligendum consilium sapientis.] Eriterum. [Quis igitur ad Altissimi thronum proximè exibat? Quis idoneus Inuentus est, qui ad eius sublimitatem Inaccessibile Maiestatis intimum, ac familiare ministerium adhiberetur? Michael hic nimium, & Gabriel: hi suprema Maiestatis stipatores, hi doctores sapientissimarum mentium, & in arce, quadam excellentiã; maiori, quàm dici possit, excessu celsitudinis, supra omnem creaturarum rerum apicem collocati: Lux est Michael, lux Gabriel, lux vterque pellucens, & à Deo splendens, lux corporeæ omnis representationis exers, lux non ex accidente; sed natura fulgens, viuens eadem, & diuini luminis splendorem referens, lux secūda, primæ lucis expressū, & illustre simulacrum, ad similitudinem primigenij splendoris resultans, lux radios, et aculās, & fulguris ad modum sublektoram oculos perstringens: Quid Michael, & Gabriel, an non diuinorum rerum præditi sapientia sunt? Non mūdi Saluatores (secundo quidem loco post Saluatorem verum) saluatist exhitent? Et nūquid orationes fidelium tanquam odorem suæ fragrantem Domino admouent, indidemque expetituram rerum vberem copiam, & votorum effecta ad salutem precantibus expediunt? Annon in terras latè omnes, ex quodam velut specula beneficentissimæ prouidentie despectantes vniuersum genus humanum, & scilicet in eorum curam, qui in sancto ipsorum templo religionis officijs constanti pietate representandis perseveranter iustunt, peculiari studio inuigilantes, à morborum omni genere, tum à malorum Dæmonum Impressione noxia, corruptioneque omni, ac pernicie corporum liberant?]

Vnde Nicetas ad tam excelsos Curia Cœlestis Summates fundit sequētes preces; [At vos, o Contemplatores, & Ministri suprema, omnemque mentem, ac sermonem excedentis super substantia litatis, o Spiritus diuini, intelligētes, ignei, elementorū mundi firmamētis, ac fundamenta solidissima, malignorum spirituum mallei validissimi, qui sapientes sapere docetis, qui sanctis, vt terris evo-

lent, pennas aptatis, O cunctarum simul gentium Præfides optimi, & providentissimi Curatores, plebis Angelorum Tribuni, Archangelorum Imperatores, Principes in Principatibus, Potentes in Potestatibus, Valentes in Virtutibus, Dominantes in Dominationibus, Thronorum Contubernales sanctorum, Cherubim familiares, & supremis omnium Seraphimæ quales, o qui humanum triglū cum illis omnibus, vel præ illis omnibus, æternis, & ter sanctissimis modulationibus omni sanctitate sanctiori Deo concinitis, replere terram pace Dei, consensum verum, & conspirantem in vno Dei colendi, atque amandi ritu concordiam è Cælo procurate: Tetros quidem Demones mīnaci, atque iracundo fremitu rejicite: Mihi verò Saluatores esse boni, & inuidi, cum ad supremum Deum Admissionales, Mediatoresque longè optimi Christum; neque prius desistite ab expediendo mihi ad eum aditu, quam me in ipsam Dei requiem introduxeritis.] Sic præstantissimos hos Angelos precatur Nicetas, sic & nos cum ipso; inuidemusque Niqueto perceptum vsum fructum ex Nicetæ Encomio, quod carptim rācriplimus, prout in Niqueto illud vidimus.

O

Odoardus Vueston pro opinione Societ. 1107.

Opinionibus in eligendis, vel repudiandis non debet homo duci amore, vel odio eas introducendi, sed magis ex certitudine veritatis.

Opinionem alicuius siue sequamur, siue repudiemus, quo affectu cum profectu qui oporteat.

Opinionem illius, qui certius ad veritatem peruenit, sequi oportet. 1829.

Opiniones suas non flectunt sapientes viri ad ambitionis polum. 738. vbi de Curiele, & Poncio Legionensi, de quibus quidam dixit, renuntiasse doctrinæ Societ. de Scientia Media, postquam prætensionem valedixerunt.

Opiniones S. Thomæ cum communiter sequantur Theologi Societ. vocantur Thomistæ à nonnullis. An lure merito appellentur Antithomistæ à Hierony-

mo Viue? 561. & seq.

Opiniones S. Thomæ, quando intratium limites consistant, quo in loco authoritatis sint habitæ ab Antonio Rubio, Theologo insigni è Sacro Ordine Minorum. 560.

Franciscus etiam Ouandus, ex eodem Ordine Theologus non vulgaris, in Epist. Dedicatoria Breuilloqui Theologiæ Scholasticæ super 1. & 2. ac 3. Lib. Scripsit, [Procul a meo Compendio Thomam facere nequini; tot habentem æmulatores. Necessè fuit, illius referre opiniones, quas multi sequuntur. Confiteoratem ingenuè, me in Scoti doctrina Salmanticæ fuisse nutritum; non tamen illi, aut alteri sic addictum, quin, vbi magis consona inuenerim, sequar. Fecit hoc & Scotus ipse, Alexandrum, & Bonauenturam nunc refellens, nunc defendens. Quid magis mea refert, Scoti opinionem tenere, quam cæterorum mei Ordinis, vel etiam ipsius Thomæ? Accepi beneficij à meis sum memor, & quæ ab ipsis disco libenter eis refero, etiam si in alijs inueniant. De Thomæ verò id iudico, quod de Aristotele quidam, eum ingenio doctrina, & rerum peritia summum fuisse, atque, vt vno verbo dicam, è Cælo diuinum hominem: hominem tamen, qui sicut non omnia, quæ scripsit, primus inuenit, ita alijs inuenienda reliquit, & inuenta solidius firmare. Non illi sic natara; & author nature Deus munera sua contulit, vt qui Thomæ generationem tribuit, sterili, atque effectus manerit, alios non pariens, & parere faciens Deus. Moyse fidelis in tota Ecclesia tanquam famulus in testimonium eorum, quæ dicenda fuerunt, dimisit quæ successor præstaret Iesus Nauè. Cum quo, sicut cum Moyse, fuit Dominus vobis, dimittens, neque derelinquens. Dum ad Scholas conuenitur, vnusquisque Doctorum fidelium psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsin habet, linguam habet, interpretationem ad ædificationem habet. Possunt per singulos prophetare, vt omnes dilectant, & omnes exhortentur. Quanto sanctior quisque, tanto magis in uida carens, gaudet cum Moyse, velut Eldad, & Medad, secum alios prophetare, neque studet, occisis ad lapidem vnus septuaginta fratribus, regnare solus, aut nimio zelo filiorum odiosus reddi Chananeis. Disputatio Scholastica sita est in opinionibus, liberumque huma-

manum ingenium ad has, vel illas confutandum. Quocirca miratus sum, Parisijs disputantes probare authoritate D. Thomæ Classici Doctoris, idque etiam Sorbonæ: neque potui non dicere cuidam R. P. Ministro Prouinciæ S. Ludonici, qui me illuc deduxerat, Salmanticæ id esse insuetum. Quare enim magis probabit vniū Classici autoritas, quam refellerit alterius. Si tanti vnus sit, quod eius nomen cæteros omnes subigat, quidam subacti, extensis palmis, se dedant, & Scholastica cessent tam prælia, quam præmia. Doctissimus Fr. Andreas Vega, in Theologia Magister, seu Doctor Salmanticæ; dum in quodam Exercitio Scholastico ex ijs, quæ vocant Minora, præsideret, argumentati tyroni ex Thomæ authoritate, moxque succumbenti in argumento, pauitante memoria, blanda suavitate respondit: Ecce hoc in pœniam peccati, mi Domine, quia allegastis D. Thomæ. Hac lege classicum Scholasticum canunt, vt parati ad pugnam prodeant, triumphum reportaturi, qui ratione fuerit superior. Quod inter Augustum, & Gallum de veribus Maronis non comburendis transigitur, vno ex eis formato diticho, Academijs de Scholasticis Doctoribus dicitur potest,

Laudentur, placeant, vigeant, relegantur, amentur;

Nec vobis pereant tot monimenta Ducum.

Hactenus ex Ouando, qui hæc dicebat anno 1584.

Sed iam in Academia Salmanticensi receptum vsu est, quod Ouandus vidit in Parisiensi, & Theologi Societ. methodum, doctrinamque S. Thomæ inuenerunt apud plures nationes, in quibus non multum antea erat recepta, & defensata, vt restatur Luisius Turrianus relat. n. 311. Et Prouincia Flandrobelgica in Imagine primi seculi Societ. Lib. & Cap. 3. inquit: [Theologi nostris adnitentibus, perfectum est, vt ordo ille admirabilis, ac diuinus, quem inuenit, sibi que inscribenda Summa Theologica præfixit S. Thomas, ab Academijs plerisque ita sit receptus, vt omisso Mag. Sent. aliaque minus didactica tractandi methodo, huic vni insistant: Louaniensibus, vt id facerent, author fuit præcipue Bellarminus; alijs præterea pluribus in locis Doctores Academijs vel exemplum nostrum in hacre, vel consilium sunt sequuti. In sententijs

etsi nullius sic adstricti sumus iurare in verba Magistri, vt nulla in re liceat ab eo recedere (quod ne ipsi quidem sibi religioni ducunt, qui Thomistæ, aut Scotistæ dicuntur) vnum tamen sectamur præ cæteris S. Thomam.] Sic Prouincia Flandrobelgica Societ. Videantur plura V. S. Thomæ.

Opiniones multæ delatæ sint de nouitate, cum tamen antiquæ essent re ipsa. 1374. & tribus seqq.

Opus dictum Compendium Theologiæ veritatis quem habeat Author, in Nuncup. tomi n. interlineari 217. & in tomo 1757. 1784. Compendium illud positum est in noua editione Librorum B. Alberti Magni; sicut etiam in eadem positi sunt Sermones de Sacramento Eucharistiæ tom. 12. cum tamen sint Opusculum 58. S. Thomæ de Sacramento altaris.

Orationum à Theologis Societ. coram Summis Pontificibus in Controversia de Auxilijs, & Scientia Media habitaram fragmenta. ex 53. vsque ad 58. ex 68. vsque ad 74. & 127. 128. 136. 186. & duobus seqq. & ex 312. vsque ad 362. & 485. & 1256.

Orationum harum MSS. exemplaria vbi nam seruentur? 82. 156.

Orationis tempore non habendi operum caput est mos antiquus, vt & in ingressu ad Ecclesias, & cum accedebatur ad salutandum Imperatorem, aut Imperatricem. 1645.

Oratores Regis Catholici in Vrbe sua Ducis Lermensis, qui in Hispania plurimum valebat gratia apud Regum, non fauerunt causæ Molinæ. 397. & duobus seqq.

Ordinati ab Episcopo excommunicato vitando carent exequutione Ordinis suscepti. 1699.

Oregius Cardinalis pro opinione Societ. 1115.

P

Palea. Cur is titulus præfigatur pluribus Capitibus Decreti confecti à Gratiano? 312.

Parisiensis Academia decreuitne contra aliquas opiniones S. Thomæ, quo anno, & sub quo Episcopo? 98. Retractauitne

uitne suas determinationes contra eas opiniones, quo anno, & sub quo Episcopo? 99.
 Parisiensi de Academia quidnam testentur Petrus à S. Iosepho, & Eugenius Philadelphus, quatenus faueat opinioni Societ. 110.
 Eius determinationes antiquæ quàm sint propitiæ opinioni Societ. ex 1063. vsque ad 1072.
 Consulta à Clemente VIII. Papa respondit, opinionem Societ. non repugnare fidei Catholicæ, imò suffragata est ei opinioni. 380. 1206. In ea quænam Theses sint defensæ anno 1646. in fauorem illius opinionis à Serenissimo Armado Borbonio Principe de Conty, & Præsede Illustrissimo Ioanne Paulo de Gondy Archiepiscopo Corinthiaco, Coadiutore Parisiensi. 1207.
 Patres Ecclesiæ in suis scriptis non omnia explicuisse, nihil ipsorum auctoritati, & dignitati derogat. 610. & duobus seqq. Vide plura V. Nouitas.
 Paulus Soucinus pro opinione Societ. 865. 883. 998.
 Benius non recusat admittere notitiam coniecturalem diuinam de futuris conting. condit. 37. & in reliquis nec castra Dominicana, nec Iesuitica sequitur. 813.
 Leonardus Sherlogus egregius Scientiæ Mediæ assertor laudatur, in Præf. 11. in Opere. 1. & 1266. & sæpè aliàs. Eius modesta, fidelis, & sincera narratio de rebus pertinentibus ad historiam Controuersiæ de Auxilijs, & Scientiæ Mediæ laudatur ab Antonino Moraines, & à nobis. 1821.
 Non discordat à Ripalda in numero Censuræ Romanorum contra Scientiæ Mediæ. 89.
 Venerus Seruira infestus fuit Societ. opinioni, contra quam præbuit consiliū Hippolyto Lucensi, assumpto è Sacro suo Ordine ad Episcopatum Montis Pelusij. Quisnam ille fuerit? 113.
 Ferrus Caluinista Nostros appellat hereticos, estque infensus Scientiæ Mediæ. 814.
 Petrus Lombardus Magister Sent. pro opinione Societ. 915.
 Lombardus Archiepiscopus Armachanus noluit subscribere cuidam censuræ contra Societ. sententiã, ut constat ex quadam eius Epist. ad Paulum V. Papam, 97.

Sotus pro opinione Societ. 869. 887. 995.
 ab Alliaco. 920.
 Paludanus. 982.
 Aureoli. 1014.
 An ei imposuerit quandam opinionem Capreolus? 1660. & seqq.
 Binsfeldius. 422. 1088.
 Tarantasiensis. 977.
 Aurelius Sanutus. 444. 1047.
 Trigolus cuius mentis fuerit. 815.
 Tartaretus pro opinione Societ. 927.
 de Aragon. 1050.
 de Godoy Illustrissimus nunc Antistes Oxoniensis laudatur. 904. 906. & duobus seqq.
 de Herrera. 904. & seqq.
 Vterque valde amplificauit Salmaticæ opinionem Dominicanam, sed in modo defendendi prædeterminationem physicam fuerunt inter se, & à Maioribus, atque Synchronis diuersi.
 de Alba laudatur. 99. 543. sed non placet, quòd Iansenium Episcopum Ipresensem vocet acerrimum in doctrinã Thomistam.
 de Arrubal laudatur. 386. Habuit aliquas disputationes coram Clemente VIII. Papa in defensionem Molinæ. 382.
 Attulit ad Collegium Salmanticense Societ. (vbi obiit) volumina continentia tam eas, quàm reliquas habitas coram Clemente VIII. & Paulo V. multaque alia MSS. circa eandem causam. 82. Forfan fuit, qui volumini cuidam ex illis curiosas nonnullas notas marginarias apposuit. 113. Libris editis tuitus est Scientiæ Mediæ. 1265.
 Canisius quidnam senserit? 479. 1245.
 de Lorca. Eius animus exploratur. 108. & ex 750. vsque ad 763. & 810. & 1127.
 à S. Iosepho insignis patronus Scientiæ Mediæ laudatur. 107. 1126. & sæpè aliàs.
 Corneius fauet opinioni Dominicanæ, sed exercet ingenium, & stylum in comprobanda probabilitate notitiæ diuinæ coniecturalis de futuris conting. condit. 796.
 Cabrera diuiditur iã huc, iam illuc in diuersas partes Controuersiæ huius. 25. & duobus seqq. & 809.
 Carrillus de Acuña Illustrissimus nunc Archiepiscopus Compostellanus laudatur. 1435.
 Fonseca quo anno cœperit tradere Scientiam

tiam Mediã. An ipse prius, quàm Molina? ex 1237. vsque ad 1241. & 1265.
 Fonseca ut reuelaret Scientiam Mediã, non credit Antonius de Oliuera aduentum Spiritus S. in Collegium Combricense, cui ponderationi respõdetur, diciturque, neque à nobis credi, se ex inspiratione diuina aggressum esse refutare Scientiam Mediã noua illa de Censuris narratione, similibusque alijs, quas consultò omiserant anteriores Theologi. 114.
 Fonseca quàm sibi persuasum habuerit patrocinium S. Augustini pro Scientiã Mediã. 577.
 Abarca laudatur, stat pro Societ. opinione. 1270.
 Matthæus. Quidnam ei affingat Author quæstionis Historicæ, Theologicæ, & Iuris Pontificij de Scientiã Mediã? Quidnamque ipse dicat de Baronio Cardinale suadente Nostros, ne susciperent onus defendendi Molinam? 295.
 Eius narrationes de propositionibus quorundam Iesuitarum circa quæstionem, an esset de fide Pontificatus Maximus Clementis VIII. ex 210. vsque ad 215. Et circa confessionem per litteras, aut internuntios. ex 216. vsque ad 223. Et circa Controuersiam de Auxilijs, & Scientiã Mediã. 224. & seqq.
 Matthæus etsi animi perturbatione contra Societ. ductus scripserit Historiã suam, tamen in fine vitæ resipuit, virosque Societ. quæsiuit conscientię suæ arbitros, & mortis testes. 224.
 Et ante scripturam Historiæ loquutus fuerat honorificentissimè de Societ. in Summa Constitutionum Summorum Pontificum. Nam Pauli III. Constitutioni 3. adiecerat adnotationem hanc, [Si quid reparatæ pietatis, & disciplinæ Ecclesiasticæ habent Germani, Galli, & Angli, profectò debent pijsissimis Patribus Societ. Iesu. Illis grates referat India, quòd tenebris sepulta in bar sydereu Euangelij conspexerit. Quibus verò, ac quantis rerum discrimini bus perfungantur, satis intelligitur, qui noui Orbis historias legere dignatur. Hęc iusti voluminis magnitudinem desiderant.] Rursus Gregorij XIII. Constitutionem 42. hoc quasi limbo cinxerat, & ornarat, [Multum prodesse his, qui multum profunt, iura tum humana, tum diuina volunt. Quæ utilitas suborta sit Ecclesiæ Catholicæ ex Venerando nominis Iesu Sodali-

tio, testantur tot præclaræ monumenta pietatis, & eruditionis per orbem relicta, tot insignia Archigymnasii, quæ superius enumerauimus, in quibus & moribus, & doctrinæ hominum consulitur, ut nulla regio eorum laboris infœcia sit. Taceo populos barbaros in India Occidentali, Brasilia regione, & noui orbis Insulis ad veritatis locum eorum opera edoctos, infideles baptizatos, hereses Germaniæ maiore ex parte concussas, & longè à nostro orbe remotos Principes ad pedum oscula Summi Pontificis perductos, & innumera illa vitæ discrimina in publicum commodum exantlata, quæ dignissimis hinc præiudicijs pensare, esse operæ pretium Sedi Apostolicæ vitum est. Hęc omnia breuissima ad eò verborum serie complecti nequeunt. De his conscripta sunt integra Commentaria.]
 de Ledesma pro opinione Dominicana. 895. Sed tamen Dei de futuris conting. condit. coniecturalem ex parte saltem obiecti notitiam toto defensionis conatu. 18. & duobus seqq. & 1345. & seqq. Num probauerit decretum subiectiuè absolutum, & obiectiuè conditionatum, quod Deo esset medium cognoscendi omnino certò, & infallibiliter talia futura? 1347. Quantum profecerit ex Curiale. 721.
 Philippus Gamachus pro opinione Societ. 1095.
 Faber. 1011. 1131.
 à SS. Trinitate cuius fuerit sententia, non omnino constat Authori. 798.
 Placidus de Paga laudatur. 726. 1221. Et in priori sermo est de MS. Curialis Tract. quem humanissimè communem fecit Authori.
 Pontium Carbonellum esse constructorem Catene aureæ in quatuor Euangelijs, quæ hactenus S. Thomæ est reputata, nò est credibile Authori. 166.
 Prædeterminatio diuina omnium nostrorū bonorum actuum liberorum absolute futurorum subsequens Scientiam Mediã probata fuit à plerisque Nostros, sed nò ab omnibus in explicatione quadam suæ sententiæ presentata DD. Inquisitoribus. 249.
 Prædeterminatio diuina peccati non solùm quoad materiale entitatis physice, sed etiam quoad formale, tamè si mitigetur vocibus non approbatiuæ, non causatiuæ, debuit non asseri à Didaco

co de Sylua. 713. & seq.

Prædeterminatio diuina ad gloriam vt coronam post merita tam conditionatè, quàm absolutè præuisa placuit S. Franciscoco de Sales, scripsitque Leonardo Lesio quandam Epistolam (quæ affertur) in laudem eiusdem sententiæ. 1081.

Prædeterminationibus physicis nõ fait propitius Ioannes Azor. 160. Imò cum alijs è Societ. subscripsit cuidam contra eas MS. 161.

Eis num aduersus fuerit Arauzus? In Præf. 17. & duobus seqq. in Opere ex 162. vsque ad 171. & 190. Num Ioannes Vincentius, & alij Dominicani? ex 172. vsque ad 181. Num Thomas Tarcus Prior Generalis? In Præf. 20. & in Opere, 178. & 183. ac seq.

Eas non egere disputatione in Schola SS. Augustini, & Thomæ dixit Dominicus à S. Theresia, discutitur illius pronuntiatum. ex 184. vsque ad 190. vbi quàm impensè disputatum sit coram sede Apostolica de eis.

Eas non cognitæ fuisse S. Augustino, nec in mentem venisse illi asseuerat Ioannes Marquez. Quid de eis sensisse viros alios doctissimos testentur Ioannes Garcia Coronel, & Gregorius de la Camara. 95.

Earum reiectione nihil contra Catholicismum Romanum opinantur Theologi Societ. 199.

Eis aduersam suam mentè quibus verbis expresserint Nostri in MS. tradito DD. Inquisitoribus. 249.

Eas non fuisse exclusas à S. Augustino, vtpote de quibus non egerit, sed tamen ad illius doctrinam non exigi, censuit Academia Complutensis. 258. Quam cè suram retulit Baltida coram Pontifice Summo. 259. de qua etiam meminit Ioannes Garcia Coronel. 1213.

De eis ante omnia agi contenderunt Nostri in Congregationibus priuatis Romæ habitis. 270. Et in seqq. vsque ad 294. traduntur multa ad eas spectantia, quæ illis in Congregationibus sunt dicta vltro, citroque.

De eis quid existimarint Academix Herbipolensis, & Mogantina. 298. & seq.

Eas non esse cõsentaneas doctrinæ SS. Augustini, & Thomæ persuasum fuit Nostri ex initio Controuersæ. 309. & seq. & 483.

De eis habitæ sunt multæ disputationes

coram Paulo V. Papa; recusantibus in primordio PP. Dominicanis, vt de eis ageretur. ex 352. vsque ad 363. & in 358. & seq. declaratur, quo pacto citra inuidiam sit earum per argumentum ab absurdo collatio cum Caluini damnatis erroribus, non secus ac Balthasar Nauarretus, & alij Dominicani instituunt collationem nostræ sententiæ cum Pelagianorum, & Semipelagianorum erroribus. 360.

Contra eas doctrina Societ. num præclusa sit à Concilio Trident. 401. 402. & ex 412. vsque ad 462. adducuntur, & ponderantur contra eas verba complurium Theologorum, qui præsentés fuerunt Concilio illi.

Contra eas sensus S. Thomæ. ex 484. vsque ad 518.

Pro eis multifariam arguit Hieronymus Vluës ex damnatis propositionibus Iansenij Antistitis Iptensis, nosque contra eas. ex 527. vsque ad 558.

De eis quid dicant Ioannes Lallemandet, Dermittius Thadæus, Hugo Cabelus. 640. Gerasius Bionius. 109.

Pro eis, & contra eas quid hinc, quid inde scribat Ioannes Caramuel. ex 675. vsque ad 695.

De eis quid iudicari Basilium Poncius Legionensis. 735. & seq. quid Petrus Lorca. ex 758. vsque ad 762.

De eis opinio quam antiquitatem habeat. 892. 894. 1351. & seq.

Earum quos modos defensarint Magistri Tiedra, Herrera, & Godoy. 905. & duobus seqq.

Earum nomen complexū introducū est nouiter à Dominicanis, vt & à Nostri nomen Scientiæ Mediæ. 1287. & antea in 490. vbi refertur Zumel dicens, Nostros conmpegisse illud, vt sententiã suã contrariam redderent minus benè sonantem, si possent.

De eis ad materiale peccati nec in Scriptura, nec in Concilijs, vel doctrina SS. PP. inueniri verbum aliquod refertur Nauarretus. 1354. Quid de eisdè ad præfatū materiale fuerit visum Ioanni Vincentio, & Propugnatoribus quarundam Theſium in Comitijs Generalibus Sacri Ordinis Prædicatorum apud Tholosam. 179. referunturque in duobus seqq. geminæ aliæ Dominicanorum Theses recedentes vniuersim à prædeterminationibus physicis.

S. Proculus quæ hora nocturna solitus sit

fit anticipare celebrationem Missæ, & statim post eam sumere cibum: de quo ne reprehenderetur, admonuit Angelus Summum Pontificem. 1649.

Prudentius de Montemayor quas Theses sustentari Salmanticæ contra prædeterminationes physicas: quis tumultus tunc excitatus, & quo pacto fuerit sopitus. 1249.

de la Paz. quod est commentitiū cognomen, vt & nomen Ioannes Angelus, edidit typis Casaraugustanis Augustini Verges anno 1662. Responsum Canonici Lectoralis Cæsaragustani (qui est etiam fictitijs) cum Doctoribus consulendum circa concordantiam nostræ libertatis cum efficacia auxiliorum Dei, infallibilitateque diuinæ prouidentię, & prædeterminationis. In cuius Responsi §. 1. dicitur; [Saluo iudicio Sacrosanctæ Sedis Apostolicæ (cui omnia dicta, atque dicenda submittimus) necnon debita reuerentiã, & censura sapientissimorum Doctorum Scholæ vtriusque, in materia ad eò de se difficili, quæque tot ingeniorum culmina toruit ab initio pacis Ecclesię, si res ista ad nos detineret, aut ad nos spectaret, sic eam componeremus, in concordiam que redigere studeremus, vt in mediam quandam viam sentientes inter vtramque extremè oppositam sententiã, eam, que magis vtrique clausi congruere videretur; in medium afferremus, quam proinde benignè, & placidè proculdubio omnes amplecterentur, & sequerentur. In quibus autem valde duram oppositionem huc vsque habuerint sapientissimi decertantes, vt circa rem valde difficilem, & obscuram, inò & mysterijs plenam (quod statim explicabitur) perpetuum silentium eisdem imponeremus, & ad futuram vitam reuelandam remitteremus. Ad summum enim hic defini possit vel pro Scientia Mediã, vel pro physica præmõtione, compositio cum libertate, & iuribus causę primæ solum quoad an est, vt in mysterio Trinitatis, alijsque rerum ordinĩ naturali difficultimis; quoad quid est tamen semper mihi occultum, & abstrusum maneret, qualiter cum physica præmõtione stare possit vsus expeditus libertatis creatæ, qualiter etiam cum Scientia Mediã, & eius obiecto tamiura, & prælationes causę primæ physicè influētis in exercitio, quã medium sufficienter connexū cum obiecto conditionato ante omne decretum,

quo certò possit attingi à Deo, vt illa se euaderent, componi deberet. Hoc opus, inquam, hic labor est; quod ad nostram humiliationem reliquit Deus vel saltem plenè insolutum in hac vita, vt constitutum diuinæ libertatis, & aliã huiusmodi, solum in futura beatitudine reuelanda. Interim vero cum de hac materia satis, superque, quantum fas est, & vltra vires ingenij humani scriptum, & agitatum sit in Ecclesia Dei inter præcipua eiusdè columina; cumq; aliunde hæc licet inter ipsos ferè toto hoc extremo seculo partes, maceris que diuisionis, si non lapis offensionis, & petra scandali, si ita placeret Summo Gubernatori Ecclesiæ militantis, Christi Domini Vicario, perpetuum silentium super examine physici concursus, & Scientiæ Mediæ vtriusque exercitui foret imponendum (ex quo dextras sibi met amicitia facillè porrigerent) vt tempus, quod iam inde superuacaneè insumendum esset in materia alibi de satis extricata, inò potius intricata, adeoque exosa nobilissimis decertantibus, communibus studijs ad alia, quæ magis forent è re Ecclesiæ, in magnumque proculdubio eiusdem incrementum, vt in elucidandis aduersus hæreticos dogmatibus Fidei, tot ingeniorum clarissimorum acies facillè transferrent. Quis autem scit, si medium hoc proberur, conciliandi videlicet tam vtramque opinionem, quam nostram libertatem cum efficacia diuinę gratiæ, an in præsentiarum illud Regis Prophetæ Deus patiatur verificari, Declaratio sermonum tuorū illuminat, & intellectum dat parvulis? Paxit Deus, vt ita eueniat, &c.] Quibus similia incalcatur in §. 3. & in vlt. seu 6.

Et vtraque non tam videntur dicta ex desiderio pacis inter vtramq; Scholam, quàm ex libidine protrudendi opinioñe iudicatam nouam ab Authore Responsi, eamque non minus litigiosam illis alijs, quas in silentij insulam exules agi vult parum humaniter. Vnde potius est clarigator, quàm caduceator, & sub pretextu pacis bellum tentat indicere, & inducere. Certè iam à Summis Pontificibus præscripti sunt fines, quos vltra, citraque nequit cõsistere moderatio Scholasticis necessaria. Si intra eos fines se contineant Theologi, abstinendo in euulgandis Libris à tractatione de materia Auxiliorum diuinorum, seu de gratia, ac sibi ro arbitrio, & tam in Libris, quam in MSS.

MSS. a celsuris rigidis alterutris partis, nec non a narrationibus de Actis Congregationum habitantium coram Clemente VIII. & Paulo V. super questione de Auxilijs diuinae gratiae, de quibus quaedam eisdem Paulo V. afficta Constitutione damnatoria sententia Ludouici Molina; cetera, quae nunc temporis Scholae, & Libros occupant, conducuntia valde sunt, & sine quibus Scriptura sacra, Concilia, Patresque Ecclesiae vix poterunt intelligi, vixque obuii valebit Luthero, & Caluino, proscriptisque enuntiatis Iansenianis. Si transstantur limites praefati, vix homini illi, per quem scandala venerit. Nec tam delicatos esse oportet Lectores, siue Auditores, vt ex quavis in disputando acrimonia offensionem capiat, prout cum S. Thoma moneremur, non confirmatque egregius theologizandi preceptor Melchior Canus Lib. 8. de Locis Theologicis Capite. 1. aperte inquitens; [diuentionum Theologorum inter se reprehensiones non esse vituperandas, & vt sine reprehensione, sic cu pertinacia disputari recte non possit.]

Et esto aliquis excedat, dicam cum prelaudato Cano; [Minime valentior ijs, qui ex circulo sumi Scholasticorum disputationibus orant esse pertinaciam volunt, irritationemque scalpendi omnia. Quia illius modi malorum exitimo in moribus esse culpam, non in Schola. Moderati enim, nec contentiosi homines, nec pertinaces quascumque res sobrite, ad reuerentiamque definiunt. Quod cum omnibus est faciendum, qui disciplinam quam liber profitentur, tum nemini potius, quam Theologo. Fure autem sine dubio in Schola multum, qui his vitijs declinatam rem Theologicam sane graueret, ac modeste tractant. Nam quos isti pertinaces vocant, omniaque scalpentis Theologos, paucos, si vere loqui volunt, significare possunt. Qui etiam mihi, si cui, maxime displicent: sed propter paucorum vitia non est omnium corona traducenda.] Ita Canus, & ego cum ipso.

Quod si ob alicuius immoderationem, & specie pacis Dominicanis, & Iesuitis imperanda esset echemythia, quidni & triste, perpetuumque iustitium edicendum esset Academijs Generalibus, in quibus hactenus discordes opiniones S. Thomae, Scoti, Durandi, & aliorum suos habuerunt sectatores fideissimos magno cui rei literarum Theologicarum incremento,

nec ad vnum omnes non citra modum: Nisi Responsi Author vellet in se suscipere onus cogitandi medias sententias, praelegendas in Academijs circa materias cunctas, in quibus dissident Principes illi Theologiae, affectaque illorum. Id dum ipse non praestet, Scholae pacem non tenebunt, quam ait, a se exoptari nam post obtentum silentium de praedeterminatione physica, & de Scientia Media restabunt innumera alia dissertationum capita: Profecto pax, quae necessaria est, in eo consistit, vt quoad res, quae ad fidem Catholicam pertinent, summa detur consensus, sinuque summa promptitudo subiucendi se, et sua definitioni Ecclesiae Catholicae Romanae, profitendiq; quidquid in ea iudicatum fuerit debere credi, vt obseruat Eminentissimus Bellarmus lib. 4. de Concilijs, & Ecclesia cap. 10. loquens nominatim de discordijs Theologorum Scholasticorum. [Euerunt quidem & olim alia, in quibus inter se aliquando doctissimi, atque optimi regulae Catholicae defensores, salua Fidei compage, non consonabant, & alius alio de vna re melius aliquid dicebat, & verius,] vt notauit S. Augustinus lib. 1. contra Iulianum Cap. 6. Et huiusmodi varietas in opinionibus magno fuit commodo ad explorandam vniuersae veritatem, proprieque in punctis, de quibus inter Dominicanos, & Iesuitas discordatur, multa namque sunt iam deprehensa tamquam rata, & firma, in quibus antiquiores Theologi putabant, haerentes, cubijque, ad quam se potissimum partem inclinarent, & vtriusque Scholae Theologi, magis suis concertationibus instructi, facilius represserunt impetus eorum, qui hac tempestate a vere Fidei castis, & militis sine consilio, sine inconstitudo defecerant. His non tam bellis, quam veltationibus, hac pugna non tam ad Solem, quam ad umbram exercitati Theologi, validius postea, & industrius conligunt cum fidei Catholicae hostibus, [Ante distribuenda sunt arma (aiebat Cassiodorus Lib. 1. Variarum in 40.) quam possit flagitare necessitas, vt cum ea tempus exegerit, paratior ad imperata sufficiant. Ars enim bellandi, si non praedicitur, cum necessaria fuerit, non habetur: Discat miles in otio, quod proficere possit in bello. Animas subito ad arma non erigunt, nisi qui se ad ipsa idoneos, praemissa exercitatione,

con-

confidunt: Primordia cuncta pauca sunt, & aliter timiditas non tollitur, nisi cum rebus necessarijs nouitas abrogatur.]

Quamuis vero valde sit defudatum eis in punctis, de quibus inter Dominicanos, & Iesuitas contenditur, potest adhuc plus operis, & laboris infundi, possuntque nouae difficultates reteggi, aut antiquae expeditius superari, [& nonnunquam stamina tantum, & fila ponunt priores, vt posteriores inde vestem conficiant,] quod tam in hac materia, quam in alijs posse accidere comprobabo non perfunctorie in Praef. Theologicae Delineationis Scientiae Mediae.

In §. 2. indicat Responsi Author commone contra praedeterminationem physicam argumentum desumptum ex arduitate conciliandi eam cum creata libertate, magisque diffusè expendit contra Scientiam Mediae illud, quod ex difficultate determinatiui ad ipsam solet pati, attingit que celeri manu illud, quod ex Aristotelico axioma, [omne, quod mouetur, ab alio mouetur,] illudque aliud, quod ex difficultate determinationis Omnipotentiae diuinae a libero arbitrio creato, vt cum ipso efficienter concurrat, quotidie incaleatur. Concluditque §. 11. his verbis, [Licet igitur, supposita Scientia Media, congrue videatur componi posse efficaciam diuinae gratiae cum nostra libertate, eius tamen suppositio, atque possibilitas tot, atque tantas secum affert difficultates, vt in novum quoddam illaram pelagus aditu difficillius facili inducamur: super capiēdo nempe, quomodo Deus sine aliqua specie, medio, aut decreto, certo prauidere, aut praecognoscere possit quid ego crastina die facturus sim, non obitante mea indifferencia ad vtrumlibet, quod ex natura sua soluar coniecturaliter determinat, vel inclinatur, vt sic digosci possit. Vnde quidquid vltra velis attingere, te clauso decreto, aut alio medio infallibili, obiectum extrahis ab statu conaturali, quem in causis contingetibus adhuc retinet, quousque producat, & extrahatur extra causas: sin, aliud medium primarium in Deo assignes, cum quo futurum conditionatum conuectatur, vt ita videri possit. Absit tamen ex dictis, vt nota aliqua praedictas sententias, vel earum aliquam tenuissimus vermiculus

inverere audeat, tot doctissimorum virorum vtriusque Scholae coheres iudicando: imò potius, vt nemo facile partem alteram contemnat, vel nota invrat, haec attuli fundamenta, vt que mysterium ex hoc abstrusum, altero ex sigillis Apocalypsis signatum, solumque in futura beatitudine referendam, humiliter agnoscamus: nec minores difficultates ex Scientia Media, quam ex physica praemortione extricandas remanere.] Sic personatus ille Author.

Sed nodos praenotatos Scientiae Mediae aggrediemur dissolueri in istius Scientiae Delineatione Theologica, qui non sunt tam perplexi, vt eos putemus indissolubiles, ac quasi Gordij. Et qualescunque sint, non magis stringunt scientiam de futuris contingentibus conditionaris, quam de aeternis, & de primo quidem tantis declarant verba ipsa Responsi transcripta proxime. Quare si ob illum silete iam oportet de Scientia Media, tacendum etiam erit de ea, quae est visionis, atque adeo Scholae Theologicae sicut velut Pythagorae, & Theologi reddent Harpocratem.

In §. 3. iterat Responsi Author quod in 1. vt & in §. 6. seu vt quod in 1. & 3. Sed 4. praefigit hanc epigrammam, [Per scientiam necessariam simplicis intelligentiae (quae requiritur aliqua Scientia Media) certitudine moralis, sed infallibili ex parte Dei cognoscit ipse in causis suis omnia futura conditionata, siue necessaria sunt, siue libera, ita vt ea notitia Deus O. M. sufficienter se dirigere possit ad effectus suae providentiae, & praedestinationis.] Quae in epigramma redundat quod dicitur de futuris conditionatis necessarijs respectu voluntatis creatae, non horum cognitio diuina consensu omnium est infallibilis ex parte Dei, & ex parte obiecti, proinde quae non sinit inra certitudinem moralem ex parte hae posteriori, siquidem ob necessariam connexionem conditionis, vndique integra, cum conditionato detur medium, quod vt cognitum a Deo (quem latere nequit) fundat conditionati cognitionem non tantum simultaneam, sed etiam omnino indistinctam Vnde cognitio diuina de ignotendo ligno, si ipsi conuenienter disposito applicetur ignis, & hinc diuina Omnipotentia ad concurrendum expedita, certitudinem moralem obiectiua

Aaa

lu:

superat, obtinetque infallibilitatem metaphysicam obiectiuam. De cōditō natis alijs, vt si Sol luceat, dies erit, si Petrus p̄destinetur ad gloriam, saluabitur, lippis, & tenoribus comperta est infallibilitas metaphysica obiectiua diuinæ cognitionis.

Assumptum tituli probatur à Responsi Authore ratione sequenti, [quia non est, cur Deus (cuius sapientia, causamque omnium cognitio, atque comprehensio est summa, & infinita) non possit modo infallibiliter, secludentē creaturā imperfectiones, causas omnes se creatas, siue creabiles, & illarum combinationes, inclinationesque, & affectus adeo profundē lustrare, & penetrare, vt non obitate libertate ad vtrumlibet, possit certitudine ex parte obiecti morali p̄uidere in p̄dictis causis omnes euentus, actionesque voluntatis creatæ futuras, nec enim ponentur solū actiones secundum se, sed dependenterā voluntate, & combinatione aliarum causarum, cogitationum scilicet, & affectionum indeliberatarū, siue naturalium, siue supernaturalium quibus voluntas inclinabitur, magisque afficietur ad vnum, quam ad aliud, adiunctis etiam pluribus alijs extrinsecis motibus. Sicut igitur in sententia contraria, futura contingētia conditionata poterunt in se ipsis infallibiliter p̄uideri, absque lesione libertatis, indifferētiaeque causarum suarum, cur non etiam poterit infallibiliter p̄uideri inclinatio ipsarū causarum ad vñū effectū potius, quam ad oppositum absque lesione libertatis? Inclinatio enim voluntatis, & concussarum ad vnam partem potius, quam ad aliam non tollit in differentiam, neque potentiam ad oppositum, vt patet in eadem propensione naturali in tempore exercita, quando trahit sua quemque voluptas. Cur ergo eadem inclinatio p̄uisa ab initio ante omne decretum, & cum eisdem causis influentibus illam auferet, vel non erit medium ad cognoscendum illud futurum? Vnde sequitur, Deum per scientiam suam simplicis intelligentiæ comprehensiuam combinationis, inclinationisque causarum, certitudine morali ex parte obiectorum, ex parte verò Dei summè perfectæ, & infallibiliter p̄cognoscere posse talem effectum liberum sequendum, & non oppositum, licet cum potentia iusti-

cienti, & physica ad illud; sed defacto in sensu composito, & cum p̄dicta causarum dispositione nunquam ponendum.] Hæc est illius Authoris ratio, p̄termisissis ad eam exordijs.

Cui rationi coronidem sic imponit; [Hanc discurrendi viam placuit exarare; sapientissimis Doctoribus, & Magistris perpendendam; non ad penitus in re tam abstracta difficultatem omnem extinguendam, & eundem; sed vt commodiorem exhiberemus, & quæ minoribus esset inconuenientibus exposita, aptioremque ad componendam, & conformandam vtramque, si fieri posset, oppositam opinionem. Supposito enim quod iura physici influxus vtriusque clasis à nobis p̄ferrentur; circa concursum, & influxum moralem, certamque cognitionem Dei circa futura contingētia conditionata, mētī, & intentioni vtriusque sententiæ nostram adaptauimus: p̄deret in narium quidem solūm (siue p̄cipue saltē) intēdentium, vt Deus non in se ipsis, sed in suis causis, vel mediō infallibiliter conexo cum futuris illa p̄uideat, vt sic dirigi possit infallibilis certitudo nostræ p̄destinationis: Scientiam verò Mediam patrocinauimus; quatenus eorum p̄cipuum intēntum est, vt nullum medium adhibeatur ita physice cū nostris actibus liberis conexum, quod voluntatis nostræ possit in differentiam, & libertatem labefactare. Media inter vtrāq; viā supra assignatā, & à nobis explicatā, mens vtriusque partis, meo iudicio, componi simul, & cohærescere posse videtur, & ad quælibet opposita fundamenta satis fieri.] Huc vsque Author ille.

Cuius confessione si hæc viā omnino non vincit difficultatem, erunt etiā & altera bella; adhucque in Scholis manebunt dissensionum semina; fieri enim non potest, vt, nisi in rebus, in quibus captiuari debet intellectus in obsequiū Fidei, nō se immisceat homo infinitis quæstionibus, quarū discussione euadat difficultatis scopulos, plenisque velis inuehi conetur in tranquillū veritatis p̄fectæ portum. Quas vero opportunitates eiusmodi viā afferat, quibusue incommodis non sit obiecta, me prorsus latet, p̄sertim cum nec vtile sit, nec ab absurditate liberum, quod vendideretur tanquam p̄sentaneum

neum, & efficacissimum remedium ad erucendam pungentem difficultatis spinam, sed ad morum relinquit eam, iucur autē, infixā menti. Atque ita euenit in p̄sentiarum, vt ex dicendis paterebit. Rursus eiusmodi viā non ad pacis fœdera, imo neq; ad inducias inter Scholas Dominicanā, & Iesuiticā cōducit. Tum qui p̄seruat iura physici influxus diuini in quemvis effectum creatum necessarium, vel liberum, seu ab illis abstrahit, at vtrāque eā Schola in primis prospiciturium illorum incolumitati, indeque gradum facit ad reliqua puncta controvertia. Tum quia Schola Dominicana, cum cognitionem diuinam futurorum conting. condit. in se ipsis autmet obitā esse caliginē, impeditamque multis obitaculis, necessarium putat recurrere ad medium, in quo illa fundetur, quodque sit pluiquam moraliter conexum cum p̄fectis futuris, nam, nisi sic conexum metaphysice, non poterit illa esse certa, & infallibilis metaphysice, prout debet esse ex parte tam subiecti, quam obiecti diuina cognitio enuntians simplicitet aliquod obiectum, y.g. cognitio affirmas conuersionem Tyrionum, si eis Christus p̄dicaret: & Schola Iesuitica, cum ex tali medio læsam iri libertatem illorū futurorum vehementer vereatur, aliaque timeat abhorrētia à sana doctrina, & recta Theologia, contendit pro virgili, diuinam de illis futuris cognitionē, certam, atque infallibilem vndequeque metaphysice, nō fundari in tali medio, sed terminari ad illa futura in se met ipsis. Igitur eiusmodi viā neutrius Scholæ expectationi satisfacit, vota; explet. Et quatenus videtur declinare in id, vt cognitio diuina de illis futuris sit coniecturalis vt minimū ex parte obiecti, declinatio est; quæ ab initio controuersie implacidissima fuit Iesuitis, & quæ Dominicanis nunc solet non arridere. Reuoluantur scripta ex num. 2. vsque ad 82. & ex num. 363. vsque ad 372. expectenturque dicenda in Delin. Theologica Scientiæ Mediæ. Et hæc breuissimè circa coronidem.

Circa rationem autem omitto, eam communem etiam esse futuris contingētibus absolutis, vt constabit expendentem formam, sub qua proponitur, cum tamen id genus futurorū cognosci à Deo per scientiam necessariā simplicis

intelligentiæ nullus vnquam vel somnando imaginatus est. Deinde omitto, cognitionem diuinam conditionati contingentis vt possibilis etsi spectet ad scientiam necessariā simplicis intelligentiæ, at vt futuri non posse ad eam spectare, siquidem vt futurum non sit obiectum necessarium, quippe cōuersio Tyrionum sub conditione p̄dicationis Xpi ita foret, vt posset nō fore, & proinde ita Deus ab æterno cognouit fore conditionatē, vt potuerit cognoscere non fore, ideoque Deo contingens fuit cognouisse, quod foret. Non ergo scientia Dei de ea conuersione vt conditionatē futura pertinet ad scientiam necessariā simplicis intelligentiæ, sicut pertinet scientia de eadem vt possibilis, de alijsque obiectis extra Deū vt possibilibus. Quidquid sit, an spectet ad scientiam simplicis intelligentiæ, prout ex se indifferētē contrahi per scientiam necessariā, vel contingētē iuxta obiecti, ad quod terminetur, necessitatem, vel contingētiam? Plerique Nostrum cenent, Scientiam, quā vocant Mediam, de ea conuersione redacendam esse ad scientiam simplicis intelligentiæ, & non appellant Mediam, quia mediēt inter ipsam, & visionis, sed inter naturalem, seu necessariā, & liberam Deo. Videantur scripta ex num. 1290. vsque ad 1300.

Iam vt summam dicam quid de ratione illa censeam, obseruo, Authorem Responsi volentem nolentem deuenisse in cogitationem inuoluentem ex parte modum, quo P. Molina declarauit cognitionem diuinam de futuris conting. condit. in Concordia ex editione Olyssiponensi quæst. 14. art. 13. Disp. 47. §. Secundo, Deus, Disp. 30. §. Triplicem scientiam; etsi Author ille volens nolens in §. 1. num. 9. transcursum reiecit supercomprehensionem liberi arbitrij creati: qui est modus susceptus à Molina, vt expediret cognitionem illam, & quem nō discordare à communi modo aliorum è Nostris suadere procurant Fasolus 1. p. quæst. 14. art. 13. dub. 19. num. 464. & Borrull. Disp. 2. de Scientia Media per rotam sect. 2. Siue autē non discordet, siue discordet, non negauit Molina Scientiam Mediam, sed potius fuit p̄cipuus illius assertor.

Et tam ipse (vt liquet ex eius po-

steriori Disp. §. Ad hoc argum.) quam alij è Noſtri conueniunt in aſſerēda cognitione diuina futurorum conting. condit. citra medium; aut ſine medio eſſentialiter antecedenter cum eis colligato, nec enim ſic cum eis conueſtitur liberum arbitrium creatum; neque agnoſcunt quidpiā aliud huic intrinſecū; aut extrinſecum, quod ſic ſit cum eis concatenatum, vt neque agnoſcit Reſponſū Authōr. Nam combinatio, inclinatioque cauſarum, ad quam confugit, non eſt niſi certō tantum moraliter connexa cum eis. At in medio ſic tantum conuexo cum aliquo extremo nequit illud aliter cognoſci, quam certō moraliter; ſicut in præmiſſis ſolūm probabilibus non poteſt veritas cōclūſionis penetrari aliter, quam probabiliter, & ſicut per media ſolum verosimiliter conducentia non poteſt intendi ſinis aliter, quam verosimiliter. Ergo ratio illa corruit, ſiquidem cognitio diuina de futuris præſentis debeat prætergredi certitudinem moralem, & ad ipſi gradum certitudinis, inſallibilitariſque metaphyſicæ vndequaue, vt iā ſuprà dicebānt.

Vnde aliud eſt, præſentem combinationem, inclinationemque cauſarū eſſe Deo medium ad cognoſcenda futura conting. condit. aliud non temerari illius interuentu libertatem tantam futurorum. Primum ego nego, ſecundum concedo; debuiſſeque Reſponſi Authōr concordare mecum in primo, niſi voluerit iterum reuocare ad Scholas diſputationem iam ſerè oblitam de certitudine, inſallibilitateque omni modā diuine notitiæ conditionatæ. Vnde etiam nullius momenti eſt patilitas deſumpta ex non læſa libertate cauſarum iuxta noſtram ſententiā per præuiſionem futurorum conting. condit. in ſe ipſis. Nam non timetur à nobis læſio libertatis cauſarum, niſi cognitioni omnimodis certæ, & inſallibili diuinae de eis præſigatur medium antecedens conuexum inſcultabiliter cum eiſdem. Præterquam quod libertati cauſarū necundē poteſt vel apparēter præiudicare id, quod ideo omnino inſallibiliter præiudicatur fore, ſi purificaretur aliqua cōditio, quia ab ipſis cauſis pro ſuo libito poneretur, conditione illa purificata, cum poſſet non poni. Cæterum id, quod ideo cognoſcitur inſallibiliter

ſaltē ex parte ſubiecti, quia cognoſcēti repræſentatur aliquod medium antecedens dūcēns in talem cognitionem inſallibilem ſaltē ex parte ſubiecti, ingenerat magna cū apparentia ſuſpicionem violatę libertatis cauſarum per medium illud.

Sed de hoc puncto, & contra totam rationem ſufficiant que delibauimus in loco penē extraneo. Quare concludimus, Reſponſi Authorem non attuliſſe ramū oliuę, neque abſtuliſſe neceſſitatem belli litterarij inter Dominicanos, & Ieſuitas; quo de bello dicere vtrique poſſunt ad illū Authōrē quod S. Auguſtinus de alijs bellis relatus in C. Noli 1. 23. [Noli exiſtimare, neminem Deo placere poſſe, qui in armis bellicis militat: Pacem habere debet voluntas, bellum neceſſitas, vt liberet Deus à neceſſitate; & conſeruet in pace. Non enim pax quaeritur, vt bellum exerceatur, ſed bellum geritur, vt pax acquiratur.] Et vnusquisque vertans in hoc bello litterario dictum ſibi puter à S. Auguſtino ibidem, [Eſto etiam bellando pacificus; vt eos, quos expugnās, ad pacis vtilitatem vincendo perducas.]

R

Raphael Auerſa pro opinione Societ. 1201.

Venofus. 449. 1032.

Raymundus Paſqualis negat prædeterminationem phyſicam ad bonum opus morale ordinis naturalis, vt & Blaſius Verdu, qui & eam negat cum non nullis alijs Sacri ſui Ordinis Prædicatorum ad materiale peccati 179.

Lumbier illuſtris fautor opinionis Societ. laudatur. 824. 1170. vbi & Michael Rippoll, Martinus Ximenez de Embun, Franciſcus Lucea, Valerius Ximenez de Embun, Laurentius Angelus Eſpín, & in 1171. Hieronymus Iteus, & in 1169. Petrus Olginat de Medicis, Anaſtaſius Vives de Rocamora, omnes è Sacro Ordine Carmelitano, qui vniuerſim fauit valde eidem opinioni, quique pro noſtra exiguitate præconijs laudum commendatur. 1173.

Martini fuit proficiuus Porchetto; &

& hic Petro Galatino ad libros contra Iudæos 168.
Raynerius Piſanus pro opinione Societ. 987.

Regentē Concilium quid cenſuerit de Armentarij in Episcopum conſecratione à duobus tantum Episcopis, & ab que Cōmprouincialium litteris, auctoritateque Mēropolitani. 1300.

Religionum trium, nempe B. Martiæ de Mercede, S. Hieronymi, & Clericorum Regularium Minorum, ſuffragia contra Scientiam Mediam ponderantur. 847. & quatuor ſeqq.

Religionum aliarum trium, nempe Ciſterciensium, Trinitariorum, & Minorum ſuffragia pro Scientia Media ponderantur. 1224.

Religionum multarum Scriptores, qui Noſtris præluxerunt, recensentur. ex 968. vſque ad 1062. & qui poſt diuulgatam Molinæ Cōcordiam adhæſerunt ſententiæ Societ. ex 1124. vſque ad 1202.

Rex Catholicus Philippus II. quidnam per ſuum Legatum ſcripſerit ad Papam ſuper hac Cōtrouerſia? 252.
Quidnam per ſuum Confeſſarium præſcripſerit Dominicanis, & Ieſuitis? 256.

Rex Catholicus Philippus III. ſuaſu Ducis Lermēſis, ſui Adminiſtri intimi, vrgens Papam, vt Cōtrouerſiam decideret in fauorem Dominicanorum, quale acceperit reſponſum. 397. Vbi quid ad Regem Chriſtianiſſimum ſcripſerit Cardinalis Perronius de Dominicanorum patrocinio ſuſcepto in Vrbe ab Hiſpanis, & in anteced. dicitur de Oratorum Regis Catholici ſtudio, diligentiaque ſumma in Vrbe pro iſt. dem.

Richardus Radulphus pro opinione Societ. 919.

Smythæus. 944.

de S. Victore. 1041.

Lyncæus, qui & laudatur. 1271.

de Mediavilla. 1010.

Rituale Romanum quam auctoritatem habeat iudicio Coquerij, & Fay. 203.

Robertus Holkot pro opinione Societ. 983:

Bellarminus contendit ſcripto apud Clementem VIII. Papam, vel Dominicanis, & Ieſuitis ſimul concedendam eſſe facultatem diſputandi de Scientia Media, & Auxillijs, vel vtriſque ſimul

eſſe negandam. 262.

Quibus Congreſſibus Dominicanorum, & Ieſuitarum ſuper hac Cōtrouerſia adſiterit creatus iam Cardinalis. 130. & ſeq. 266. 271. & ſeqq. in quibus dicitur quid eius interuentu reſponderint Ieſuitæ.

Eius ad Clementē VIII. Papam aſſeratio de non decidēda per ſuam Sanctitatem Cōtrouerſia. 1496.

Eius ad Antonium de Padilla nobilem Epitola declarans, non fuiſſe tunc temporis definitam Cōtrouerſiam à Papa, & vt foret definienda, quam in partem ipſe præſumeret. 296.

Fueritne præſens Congregationibus habitis coram Summis Pontificibus? 131. 377.

Eius Catechiſmus quantum approbationem habeat. 201.

Eius ſenſus conformis opinioni Societ. 108. 473. & tribus ſeqq. & 597. & 1263.

Rodericus Mandiá, & Parga, Illuſtriſſimus nunc Episcopus Almerienſis, laudatur. 1464.

Romana Eccleſiæ quidpiam definitiuentis auctoritas quam ſumma ſit iudicio S. Patriarchæ Noſtri Iguatij, B. Petri Damiani, & Micrologi. 144. 229. 223.

Ruardus Tapperus pro opinione Societ. 777. 934.

Ruteus. 1198.

Ruviere. 1160.

S

Sacrificium num ſpectet ad genus ſigni ſacri, vel qualitatis? 1529.

Ei competens ſignificatio moralis num ſit ex natura rei, ſeu an Sacrificium ſit ſignum naturale? 1530.

Exigatne institutionem publicam? 1531.

Illius eſſentiam quo pacto participet, quod offertur Deo non vero, & quale erit, quod iam abrogatum offeratur Deo vero. 1534.

Sacrificia antiquæ legis an fuerint ſimul Sacramenta? Cuius mentis fuerit in hac quaſtione S. Thomas, & Catechiſmus Romanus. ex 1545. vſque ad 1549.

Sacrificia antiquæ legis profuerint

ne ad remissionem poenae temporalis, & quomodo? 1551. & seq. Fuerunt ex opere operantium meritoriae condigno ipsius, qui in statu sanctitatis offerrebant illa. Ad impetrationem, siue respectu offerentium, siue respectu eorum, pro quibus offerrebant, non fuit requisitus praesentis sanctitatis status. Satisfactio, quae ex opere operantium iustorum inest actioni sacrificantium antiquis, potest et applicari alijs, pro quibus litarent. 1553.

Et non profuisse infallibiliter, & ex opere operato ad remissionem poenae temporalis in hominibus iustis, non prohibetur vrgenter ex SS. Augustino, & Thoma. ex 1554. vsque ad 1563. In quo, & ita seq. fatemur, Dominicum Sotum, Henricum, Marchinum, Bonferrium tentare, non profuisse eo modo: sed ex 1565. vsque ad 1569. negamus de Bellarmino, Ioanne de Lugo, dicitur, mulque, Melchiorem Canum indicasse iam vnum, iam aliud.

Afferimus plura ab auctoritate fundamenta pro parte negatiua. ex 1571. vsque ad 1575.

Allegamus multos Doctores pro affirmatiua. ex 1576. vsque ad 1582.

Pro eadem parte affirmatiua adducimus multa argumenta ex Scriptura sacra, ex Patribus Ecclesiae, rationibusque Theologicis. ex 1583. vsque ad 1591. Vtilitas ex hac Auctoris non improbantis partem affirmatiua contrauersa cum quodam Moderno improbantem. 1571. Quae contrauersa non est contentio, nam iuxta S. Augustinum non est, cum veritas vel quaeritur, vel non pro vana gloria litigatur. 1592. Et Auctor morem gerens documentis S. Augustini, Seneca, Auctorisque Operis Imperfecti in Matthaeum retractaret non improbationem suam, si a Moderno illo fuisset sufficienter ostensa improbabilitas affirmatiuae partis.

Sacrificium incrementum nouae legis, seu Missae. Agitur de stipendijs pro ipso, & notantur nouitates duorum Modernorum circa talia stipendia. ex 1431. vsque ad 1483. Et ex 1484. vsque ad 1494. declarat Auctor, quantum recesserit ab eis novitatibus in suo Opere de eodem Sacrificio. Cur vnus ex illis Modernis notet Auctor nouitates? 1495.

Sacrificium Missae quibus ex causis possit, aut non possit celebrari plusquam

semel eodem die ab vno Sacerdote. ex 1502. vsque ad 1517. Vbi examinatur factum Illustrissimi cuiusdam Domini Episcopi, & allegati in illius fauorem edita a quodam Causidico, afferturque Declaratio Eminentissimorum Cardinalium Interpretum Concilij Tridentini circa illud. Possitne secundo in eodem die celebrari a Sacerdote inieuncto, vt ministraret Viaticum homini, qui alias sine eo decederet? 1518.

Et Sacrificium speciali modo, & ratione, & que non competente vere, & proprie ceteris operibus bonis. Et an hoc sit certum, fideque Catholica tenendum? 1528.

Cum illud Christus instituit nocte postremae coenae, num Deipara Virgo particeps fuerit Eucharistiae? 1535. Num Iudas proditor? 1536. vbi etiam an Christus tunc sumendum dederit corpus suum passibile, vel impassibile? an item nunc sumatur vt impassibile non solum ratione, modi existendi sacramentaliter, sed etiam ratione dotis gloriae? quae quaestio agitata fuit apud Graecos. Illius institutionem praesentis coenae legalis facta a Christo, & a Discipulis? 1537.

Illud in consecratione consistere nunc indicetur ab Ecclesia PP? 1538.

Illius de essentia non est sumptio facta a Sacerdote: quod probatur ex S. Thoma. 1540. & duobus seqq. in quorum postremo adducitur Concilium Rothomagensis statuens, vt nullas Missas celebraret, qui non communicet. Qui illud conficit, an possit recludere in Paeophorio hostiam, quam tunc consecrauit, & sumere aliam antea consecratam, ibique custoditam? Quid de hoc casu insinuet Concilium Turonicum apud Burchardum. 1542. & 1544. Vbi de auctoritate Conciliorum Prouincialium, & in 1543. arguitur ad hominem contra quendam Modernum, qui dixit, potuisse falli PP. Concilij Prouincialis: arguitur, inquam, nam si illi potuerunt falli, quid non & vnus, aut alter Pater, qui seorsim dixerunt, Deiparam Virginem fuisse conceptam in peccato originali?

Erga illud an sola interior deuotio satis sit, vt fidelis dicatur offerre specialiter? An animae Purgatorij sint computandae inter offerentes? An crescat, vel decrescat illud in valore accidentali ex maiori, vel minori dignitate Ecclesiae offe-

offerentis? An Capellanus teneatur supplicare Missas in infirmitate dimissas? ex 1593. vsque ad 1613.

Ad illud duo priuilegia altaris portatilis, & aliud celebrationis post meridiem expenditur. Primum fuit concessum Domorum Prioribus, & Fratribus Monasteriorum de Vcles, & S. Marci Legionensis Ordinis Militaris S. Iacobi. De quo dicitur esse personale, & non alligatum de gentibus intra Monasteria illa, suspenso iudicio, an communicent, necne in eo aliae Religiones? Secundum fuit concessum Canonice Regularibus Congregationis Lateranensis, transcribuntur plura illius verba. Tertium fuit concessum Societ. & de illo discutitur, an fuerit impeditum per quendam Pij V. Motum proprium prohibentem vespertinas Missas. ex 1614. vsque ad 1617.

In illo cruce signationes factae a Sacerdote post consecrationem an sint benedictiones? Quid colligatur ex Concilio Tridentino, quid ex S. Thoma. 1618. & seq.

In illo an recte ministreretur communio immediate post osculatum altare, recitata Confessione? 1620.

Ad illud multa attinentia in Aphorismis Emmanuelis Sa vide V. Emmanuel Sa.

Pro illo celebrando Rubricae Missalis Romani num contineant aliquid contra, vel saltem praeter doctrinam S. Thomae? 1643. 1654. & duobus seqq.

Illud celebrans sine vlla intentione num peccet? 1652. In illo species consecratas panis esse Sacramentum specie totali infima diuersum ab speciebus consecratis vini, num Capreolus attribuerit Aureolo? 1660. & seq.

In illo num probabile sit, quod liceat consecratio vini non lymphati, si aquae copia non sit in vrbe obfessa, vbi ciues grauer egeant communiione, aut si aliquis existat in articulo mortis subeundae sine Eucharistia, quia non suppetat aqua miscenda cum vino? 1662.

In illo an aqua infusa calici conuertatur per verba consecrationis in sanguinem Christi, si non fuerit praconuersa in vinum? 155. 1663. & seq.

In illo quod Christi corpus sub speciebus panis positum careat quantitate,

sumpta pro extensione actuali locali partium substantiae, accidentium quae materialium, mereaturne rigidam ceteram? 1665. & tribus seqq.

In illo anima Christi posita concomitantur sub speciebus panis, & vini possitne naturaliter, seu sine nouo miraculo elicere actus intellectus, & voluntatis? 1669.

Et si illud non celebretur in Coelo, an saltem ibi maneat Sacramentum Eucharistiae sub speciebus panis? 1671. & in seq. an infirmo, qui non existens in periculo probabili mortis nequiret absque graui salutis noxamento differre potionem aliquam, liceret post hanc communicare, quando vrgeret praecipuum communionis annue.

Vt illud celebretur in Oratorio priuato, num sit probabile, quod per Bullam Cruciatam detur facultas? ex 1673. vsque ad 1678. vbi an Illustrissimus Bullae Commissarius possit ex speciali priuilegio indulto sibi concedere talem facultatem?

Illudne offerri possit pro animabus adultorum, qui baptizati sunt in fine vitae perditae ex morbo, vel supplicio strangulationis, aut iugulationis. ex 1683. vsque ad 1688. vbi quid de eo, qui superuivere: vulnere lethali inflicto ob fidei Catholicae confessionem; vbi etiam an adulto, proxime ante mortem ex aegritudine baptizato, ministrandum sit extremae vnctionis Sacramentum?

Vt illud celebretur, debetne prius reconciliari Ecclesia, quocumque tempore fiat postea notorium crimen, cui est annexa violatio? 1689. & tribus seqq.

Vtrum illud nequiret ante reconciliationem celebrari in Ecclesia, in qua perturbator Reipublicae fuisset occisus, quia non aliter, nec alibi posset capi, ac tolli? 1700. Et in seq. idem discuitur de Ecclesia, in qua decidere videretur sanguis ex consecrata hostia percussa. Et in seq. de Ecclesia, inquam decideret sanguis cadaveris humani vulnerati ab falso putante, hominem non esse mortuum.

An illud celebrari queat inuamine Bullae Cruciatam in Oratorio priuato, etiam si obierit persona priuilegiata? 1703. & seq.

Illius cantatio cum Diacono, & Subdia-

diacono in Oratorio privato num cedat in præiudicium iurium Parochialium? 1705. Et in seqq. apponuntur notabilia verba Cardinalis Stanislai Hosij circa celebrationem in Oratorijs privatis.

Illius ad celebrationem altaria, & calices possint ne consecrari ab Episcopis, & Abbatibus in Diocesi aliena, vel extra Monasteria Ordinis? ex 1707. vsq; ad 1723. vbi & de facultate ad benedictionem Corporalium, ac simillium aliarum rerum, deque defectu facultatis in Abbatibus ad consecrationem Ecclesiarum quarumcumque.

Sacrificiorum triginta v. g. applicatio pro triginta animabus Purgatorij, quarum singulis vnum tantum debeatur à Sacerdote, sitne licita? 1724. & tribus seqq.

Illorum in stipendia designati Capellano redditus, fructusve subsint ne dispositioni liberæ ipsius, si superfluat aliquid pro congrua sua sustentatione, siue Capellaniam non sit, siue sit collatiua? 1728. & seqq.

Illorum reddictio ad minorem numerum ob paucitatem Sacerdotum Intra Diocesim non rectè sit, si relicta sint stipendia pro illis cum indifferentia, vt vbi vis, & à quibusvis Sacerdotibus celebrentur, tunc enim poterunt quæri Sacerdotes extra Diocesim. 1730.

Illorum stipendia non rectè conuertuntur in aliquod opus pium fundantur, et si in ingenti numero fuerint referuat. 1731.

Sacrificij Missæ auditio, si loco vini infusa sit aqua calici, sufficiat ne ad satisfaciendum præcepto de audienda Missa? 1732. & seqq.

In illo an si ante consecrationem noscatur infusam fuisse vino aquam artificialem, apponi debeat aliud vinum cum aqua naturali? 1734.

In illo an si Sacerdos ex metu hostium appropinquantium consumplerit hostiam statim, ac eam consecrauit, teneatur postea ipse, vel alius ad calicis consecrationem, & contumtionem? 1735. et duobus seqq.

Illud celebrans Sacerdos, si obeat in altari, & dubitetur de consecratione hostiæ, referuari ne hæc possit, vt in integra alia Missa post calicem consumatur? 1738. & seqq.

In illo consecratæ species, si postea veneno inficientur, desinantne ob hanc

præcisè causam continere sub se corpus, aut sanguinem Christi, etiam si per venenum non corrumpantur physice? Et an panis, aut vinum non sit validè consecrabile, si veneno sit infectum? 1740. & seqq.

Si post consecrationem vtraque species noscatur esse venenata, debet assumi ad consecrationem integra alia materia: si vna tantum species noscatur esse venenata, debet assumi partialis alia materia. ex 1742. vsque ad 1752.

Si vini consecratæ species infectas esse veneno comperiat post sumptionem etiam hostiæ consecratæ, opus tantummodo est consecrare, & sumere species alias vini. 1753. & in seqq. exaggeratur malitia immiscendi venenum cibo, & poculo sacro, memoraturque infandus casus non valde antiquus extremæ huius audaciæ.

Quidam facturus sit Sacerdos, qui dubius, vtrum vinum cum aqua apposuerit in calice, paululum cum digito gustans, transmittensque per fauces in stomachum, probet, quod sit aqua pura? 1755. & tribus seqq.

Quidam facturus sit Sacerdos, qui post sumptionem sanguinis, vel ante notavit hostiam non fuisse consecrationi aptam? 1759.

Quidam facturus sit Sacerdos, qui ante, vel post sumptionem specierum panis animaduernerit defectum vini in calice? 1760. & seqq.

Quidam facturus sit Sacerdos, si post consecrationem hostiæ deprehendat vini in calice defectum, & nullo modo reperiri illud possit, vt consecratur? 1762.

Potest Sacerdos Latinus consecrare in fermentato, si post consecrationem calicis advertat, hostiam fuisse consecrationi ineptam, si item, expectando in altari azymum per horam vnam, & amplius, desperetur de eo invenièdo, & habendo ad manus, si tandem nullum, vel minus saltem imminet scandalum ex consecratione in fermentato, quam ex dimisso Sacrificio imperfecto essentialiter. 1763. Vbi quid cenuerit Hildebertus de Sacerdote Latino offerente Sacrificium in pane communi, seu fermentato.

Quidam faciendum sit de hostia confecta apparente ante, vel post consecrationem, quid item de hostia corrupta, aut non triticea, attentata ex errore consecrari? ex 1764. vsque ad 1768.

Num

Num si ex malitia, vel ex inaduertentia non sint prolata formæ consecratoriarum super panem, & vinum liceat repetere eas super materias appositas de nouo, contumptis iam prioribus? 1769.

An qui omittit verba aliqua, quæ penes probabilem Theologorum sententiam sunt requisita ad consecrationis valorem, teneatur repetere sub conditione integram formam? ex 1772. vsque ad 1775. in quo de cauenda iterata consecratione super eadem materia adducitur prohibitio Concilij Rothomagensis.

An proferre formam consecratoriam simulatè, seu sine intentione consecrandi, sit licitum ob euadendam comminatum mortem? ex 1776. vsque ad 1781. vbi disquiritur, an licita sit velatio, & consecratio foeminae, quæ occultè sit violata, quin Episcopum lateat, sed si negaret consecrationem, haud quaquam foret sine scandalo, aut infamatione foeminae, vel sine ipsius Episcopi graui no-cumento?

An si incepta forma consecrationis vini, aduertatur à Sacerdote defectus aquæ in calice, possit Sacerdos non procedere, sed supplere præfatum defectum, & postea pronuntiare totam formam? 1782. & seqq.

Num ex metu mortis, aut damni alterius grauisissimi possit licitè offerri Sacrificium sub vna sola specie, intentione directa per se, dummodò minæ non sint infectæ in cōtemptum religionis? 1784. & seqq.

An qui ab inimico inuasus reliquit Missam post consecrationem, excedensque moderamen inculpatæ tutelæ occidit aggressiorem, & proinde incurrit irregularitatem, possit, præmissa confessione, vel saltem contritione, redire ad absolvendam Missam? 1786.

An ob ministrandam extremam vntionem infirmo existenti intra templū, & adiuto alijs Sacramentis possit Sacerdos interrumpere Missam post consecrationem, si desit alius, qui ministraret? 1787. & seqq.

Si Sacerdos perueniret ad Canonem Missæ, & moribundus, absolutus iam sacramentaliter, existat intra, vel extra templum, constitutum est in Sacerdotis arbitrio interrumpere Missam, vt in defectu alterius Sacerdotis dispenset Viaticum. 1789. & seqq.

Salmanticensi in Academia quidnam tentauerit Cornelius Iansenius Iprentis contra Societ. 521. & duobus seqq.

Salmanticensis Academia quam temperatè, & pacatè disputet siue pro prædeterminatione physica, siue pro Scientia Media. In Praef. 13.

Salmanticensis Academici Primarij, qui à Curiale vsque ad Angelum Manrique patrocinati sunt Scientiæ Mediæ. 108.

Salmanticense Dominicanorum Monasterium S. Stephani laudatur. Quo ex tempore apud illud viguerit opinio de physica prædeterminatione. 894.

Salmanticensis Academici Dominicani libris de Theologia editis illustres. 904.

Salmanticensi in Academia gymnasiū quibus ex causis, & quando Societ. designatum. 481.

Salmanticensis Academiae elogium. 1215. Quid de nostræ opinionis in ea fautoribus referat Ioannes Garcia Coronel. 1216. Quid Didacus de Baeza. 1217. vbi, & in tribus seqq. de insignibus Augustiniani siue pro nostra, siue pro contraria; & 1221. de Benedictinis, inter quos recensentur Placidus de Puga, Philippusq; Bahamonde; & 1222. de Cisterciensibus, è quibus omittuntur multi, sed nominatim laudantur Angelus Manrique, Petrus de Ouedo (Hispanæ Congregationis meritisissimus nunc Generalis) Franciscus de Roys, Michael de Fuentes, Antonius de S. Petro, Alfontus Heruiz (cuius die emortuali hæc scribimus;) & 1223. de Trinitarijs, inter quos nunc eminent Salmanticae Iosephus Romeras, Didacus Canus, Didacusque Salazar; & 1224. de Miaimis, sigillatimque de Didaco Gueuara, & Antonio de Herrera. Addendusque est Cisterciensibus Salmanticensis Complutensis Franciscus de Campomanes, qui refertur, & laudatur. 1213.

In quo sit honorifica mentio Michaelis de la Barrèda, Ioannis Zafrillæ de Azagra (qui Toleti obiit nuper) Iosephi Ruizij de Miranda Doctorem Complutensium ex Ecclesiastico seculari statu; & 1226. redditur ratio, ob quã hos, & alios superstites Theologos coacti sumus compellere; qua supposita necessitate, debuimus honorificè, et vrbane, sed cum moderatione in laudibus, & cur? Quod si tantillum indulgimus priuatae amicitiae, parcat tetricus, & superciliosus Lector. Sal.

Salmanticensi in Academia quo anno primum Didacus Paez è Societ. propugnarit Theses contra prædeterminationem physicam. 1633. & seq. vbi notatur conspirasse eodem anno Nostros Salmanticensæ degentes pro defensione Conceptionis Deiparæ Virg. sine labe peccati originalis; quid tunc acciderit Alfonso Rodriguez; notatur etiam, quo anno, & loco inter alios Ordines Religiosos aulpicatus sit Societ. nomine Franciscus Suarez tueri Conclusiones, & de qua materia.

In eadem Academia quas Theses, & quo successu defenarit Prudentius de Monte maior contra prædeterminationem physicam, & pro Scientia media.

Salmanticensi Regale Collegium Societ. quantum debeat Philippo III. Regi, & coniugi Margaritæ Austriacæ, Ioannique de Monte maior.

Salmanticensi in Academia quid acciderit circa quosdam Theses de votis Religiosum statum constituentibus defendendas, Præside Dominico Baez, 1277.

Salmanticensia Collegia Benedictinorum, Cisterciensium, & Mercenariorum laudantur.

Salmanticensia Collegia, vocata Maiora, laudantur.

Samuel Maresius Calvinista aduersatur doctrinæ Societ. 345. & tribus seqq. &

Scientiæ Mediæ sententia num affinitatem habeat cum propositionibus damnatis Iansenij Iprensis; ex 527. vsque ad 542.

Non est contraria Concilio Tridentino; ex 405. vsque ad 411.

Ex tempore suæ diuulgationis vexata est, sed minus nunc, quam antea. In Præf. 1. Quo magis oppugnatur, eò vehementius, fortiusque communitur.

Eius elogia apud Curielem, Dioralleniū, & Mascarenhas. 1326. duobusque seqq. & apud Petrum à S. Iosepho, 1314. in quo, & in anteced. refertur lugubre Lallemandeti de ea vaticinium, & reprobationis scientia, qua ab antiquis cognitam fuisse ait Antonius de Matre Dei. Videantur alia V. Nouitas.

Scotistæ quot, & quanti pro opinione Societ. 134. & duobus seqq. & ex 1008. vsque ad 1038. & ex 1130. vsque ad 1151.

Scotistæ multi etsi non fauent opinioni Societ. non tamen accedunt ad Dominicanorum. 1146. & tribus seqq.

Scotistarum, seu Minorum opinio antonomasticè dicta, quæ est de immunitate Deiparæ Virginis à peccato originali.

Scotistarum controuersia cum Thomistis circa vnionem diuini Verbi cum Xpi sanguine effuso è corpore in Passione. 125. Vide alia V. Ioannes Duns Scotus.

Semipelagianismi supplicio, quam Scientiæ Mediæ inuenerunt quidam Centores, pluribus ex captibus diminuitur. 102. & seq.

Semipelagiani an agnouerint Scientiam Mediæ? 844. quam etsi concedatur agnouisse, nihil inde contra eius auctoritatem.

Semipelagianos abusus fuisse Scientiæ Mediæ, num huic officiat?

Senonense Concilium pro opinione Societ. 1073. & tribus seqq. vbi quantitas sit illius Concilij auctoritas.

Sensus coniuncti, aut compositi, & sensus distincti, aut diuisi distinctio quo ex tempore fuerit audita. 1287. Vniuersum non reijcitur à Theologis Societ. sed vt applicata ad materiam de prædeterminatione physica.

Sententiæ vbi diuersæ proferuntur, de betne vincere maior Authorum numerus? 367. & seq.

Sententia deterioris potest forsitan multas, & maiores in aliqua parte superare. 369. vbi affertur exemplum prælatæ à Clemente III. Papa sententiæ pauciorum, quia meliori, & subtiliori nitentur rationi. Videatur etiam. 1203. & 1227.

Sententiam veram non deferere sicut laudabile est, ita vituperabile persistere in falsa.

Sfortia Pallauicinus laudatur: quidnam scribat respondens Petro Suauis narranti fuisse in Concilio Tridentino varia certamina circa articulum prædeterminationis, & gratiæ efficacis. In Præf. 21. & de narratione Petri Suauis. 415. & seq.

Ante ingressum in Societ. fauit opinioni Societ. 1113. post ingressum. 1263. & seq. & præcitato. 21. Præf.

Silentium ad obiectas calumnias feruandum allquando. 1813. aliquando rumpendum.

Societ.

Societatis doctrinam, & mores quidam in Germania insolito cæstro percitus insectatur, Romani delatus puniatur.

Societ. Theologi nunquam quam semel tenuerunt erga S. Thomam obseruantiam; deternerunt coram Summis Pontificibus. Quantum illi doctrinam S. Thomæ excoluerint. ex 307. vsque ad 311.

Societ. Scriptorum posthuma Opera minoris fidelitatis inuolantur à Ioanne Martinez de Pradò, cui respondeatur. 389. & duobus seqq.

Societ. gratiæ num datum sit, quòd eius opinio de Auxilijs, & Scientiæ Mediæ non fuerit damnata? ex 394. vsque ad 400.

Ex ea num aliqui auersati sint de Scientiæ Mediæ opinionem, post, vel antea traditam à Molina? ex 462. vsque ad 480.

Eius Theologi num meritò appellentur Antithomistæ à Hieronymo Viue? 560. Et in seq. fatemur, discordare non raro à nonnullis Thomistis, cū è contra ab alijs vocentur Thomistæ, & plerumque insistant vestigijs S. Thomæ; sed dicimus, nos non minus raro discordare inter se, iudicioque PP. Conimbricensium non deesse nonnullos, qui S. Thomæ doctrinam, quasi Lesbiam regulam, ad id quod sentiant è suo, accormiodant.

Eius Theologi num in exordijs Controuersiæ dixerint; absolutam rerum contingentium futuritionem saluam consistere ante actuale Dei decretum? 562. & duobus seqq.

An initio Controuersiæ allegarint pro se Doctores tantum Modernos, eo quòd sibi persuaderent, Scientiam Mediæ fuisse incognitam S. Augustino, alijsque præcis PP. & Theologis? 573. et quatuor seqq.

Num pro Scientiæ Mediæ sine Duce pugnent? 606.

Societ. Theologos recentiores non prætere vestigia Molinæ, verum ne sit?

Eius sententia in quibus quatuor punctis consistat.

In sui exortu durè affigitur Louanij, sed non opprimitur.

Habuit lenta, difficillaque initia, & progressus.

Societ. nonnulli deuenerunt seor-

sim, & proprio Marte in eandem cogitationem. Num singulari prouidentia, & beneficio Dei?

Eius Scriptores pro sua sententia ex anno 1588. diuisi in quinque phalanges. ex 1257. vsque ad 1271. Et in 1272. notatur illorum circa eam consensio, & ex 1274. vsque ad 1279. quanti momenti sit, simulque ostenditur (vt & in 126.) non prouenisse ex necessitate ab extrinseco.

Societ. Præpositi Generales quidnam præscripserint in ea circa doctrinam de Auxilijs, & Scientiæ Mediæ? 310. 1280. & duobus seqq. Sed in Libro de Ratione Studiorum Societ. nihil esse præscriptum aduertitur. 1274. cum Gaipare Ribadeneyra, qui celebris est pro Scientiæ Mediæ Scriptor, & laudatur.

Societas cū accusata sit apud Sedem Apostolicam de errore in doctrina, & obtinuerit absolutoriam sententiam, an possit iuxta terminos iuris dici euasisse victrix.

Societ. doctrinam multos habere affectas externos magis est difficile, quam Thomistarum, & cur? 1229. & in anteced. fertur iudicium de nonnullis Thomistarum affectis additis iurare in ipsorum verba.

Societatis ab homine quia videbatur inventa Scientiæ Mediæ, suspicatur Rodericus Arriaga plures contra hanc coniurasse.

Societ. IESV nonien quàm immeritò à nonnullis accusatū sit de nouitate. 1380. Vbi de antiquiori Religione dictalesuatorum, & de Confraternitatibus Nominis IESV, vel Dei in templis FFr. Prædicatorum fundatis iam olim, deq; ipso titulo FFr. Prædicarum.

In Societ. defectus Chori est etiam immeritò accusatus de nouitate. 1381 & seq. vti etiam simplicita biennij vota Religiosum efficientia emittentem.

1383. necnon statutum de non reportando stipendio pro ministerijs spiritualibus; quòd elucidatur exemplo antiquo Carthusianorum; & moderno Theatinorum, auctoritateque S. Ambrosij, vel Hilarij Diaconi; S. Gregorij Magni, & Galetani. ex 1384. vsque ad 1389.

In Societ. defectus Chori vindicatur ab obiectionibus Thomæ Hurtadi. ex 1392. vsque ad 1395. item dimissio Religiosorum non professorum ex ea.

ex 1396. vsque ad 1401.

In Societ. qui emittunt simplicia biennij vota num possint impunè dici Religiosi ex privilegio? 1403. & seq. pauperes item ex privilegio? 1414.

È Societ. si quis dimittatur ob graue delictam perpetratum mente obtinendæ dimissionis, an maneat liber à votis simplicibus biennij? 1398.

Societ. Professi si expellantur ex ea, num debeant eà formā, quam præscripsit Urbanus VIII. Papa circa Professos aliarum Religionum? 1399.

Societ. teneaturne alere expullos Clericos in Sacris post simplicia vota biennij? 1400. & seq.

In ea nom vnus, idemque multas faciat professiones? 1105.

In ea an sit contra votum paupertatis receptio stipendij pro Missis, & ministerijs alijs spiritualibus sui Instituti, vt esset contra tale votum admissio reddituum ad sustentationem, aut ad quodvis aliud Domorum professorū? 1409.

In ea quòd de facto contra tale votum non peccetur grauitè, si accipiantur stipendium in quantitate graui pro prædictis officijs, an sit probabile? 1410. & seq.

In ea Religiosus Sacerdos, qui obtinerit licentiam à Superiore accipiendi ex Secularibus Regales viginti v. g. ad vsus honestos, an possit licitè comparare eam pecuniarum summam ex stipendijs Missarum, aut prædicatione verbi Dei? 1412.

In ea num domini circa bona temporalia recentio, quæ cum simplicibus biennij votis cõponitur, faciat, vt frigidæ voces *meum, & tuum* vsurpare valeant, qui emiserunt vota illa? 1413. Vbi explicatur qualitas prædicti domini, & exemplum Religiosorum, qui antiquioribus Ecclesiæ sæculis illo se non expoliabant.

Ei concessam privilegium à Paulo III. Papa, vt vnus, idem que Sacerdos bis eodem die Missam celebrare valeat diuersis in locis Sarcenorum, & Paganorum, &c. elucidatur. 1513. & duobus seqq.

Ei aliud concessum à Gregorio XIII. Papa ad Missam post meridiem elucidatur. 1617.

Sorbonensium suffragia pro Sciētia Media. 109. & seq. Vide V. Parisiensis

Academia.

Stephanus Spinula pro opinione Societ. 1202.

Stylus huius Operis. 1816. & duobus seqq.

Sūmmitæ Morales qua circumspēctio, ne legendi. 1672.

Syluester de Saavedra non fauet Sciētiæ Mediæ, sed nec prædeterminationi ad materiale peccati. 819. Videatur in Pref. 9.

Syxtus Senensis cuius fuerit mentis. 868. 888.

T

Testium fida, vel infida commemoratio quid conducatur. 88.

Theodorus Smilingus non omnino adhæsit opinioni Dominicanorum. 125. 791. 1140.

Theologorum aliquorum, qui dicuntur adfuisse Concilio Tridentino, testimonia contra Sciētiā Mediā examinantur. ex 436. vsque ad 461.

Theologorum plarium, qui Concilio prædicto fuerunt præsentēs, expenduntur testimonia pro opinione Societ. ex 412. vsque ad 455.

Theologis indigna est mordacitas, dicacitasque. In Præf. 16.

Theologi nemini parcunt in discussione doctrinarum. 1192.

Theologi non sint tam delicati, vt vel talitro leuiter tacti, ex candescant; & in concertationibus litterarijs cupiāt alios collatores, disputatoresque, non verò assentatores, atque adulatores. 803.

Theophilus Raynaudus laudatur, & defendatur contra Thomam Hurtadum. 1402. & in 1265. adducitur pro opinione Societ.

S. Theresie encomiam, & quænam dederit iudicia opinionis Societ? 1085.

Thomas Stapletonus pro nostra opinione. 38. 782. 947. 1118.

Vvaldensis non est contrarius opinioni Societ. ex 824. vsque ad 837. quin potius est fauorabilis. 1053.

Elisus. 1004.

Beauxamis. 1058.

Iacomellus. 448. 1001.

de Argentina. 1043.

Pius à Ponte. 1116.

Frances de Vrritigoyti. 1155.

del Bene. 1200.

Turcus Generalis Magister Ordinis Præ-

Predicatorum quidnam dixerit semel, & iterum contra phisicas prædeterminationes? In Præf. 20. in Opere. 178. & 182. ac seq.

de Lemos laudatur. Non emisit radios e vultu, dum contra Sciētiā Mediā disputabat Romæ in Congregationibus publicis, in quibus egit principales partes Ordinis sui Dominici. 381. Adhuc cum sui Ordinis Magistro Generali Congressibus priuatis præuis ad eas Congregationes. 266. In quibus suscepit defendendam ex parte cognitionem dubiam, & coniecturam futurorum conting. condit. quæ nō intrin habereretur à Deo pro priori aliquò rationis signo ante decretum. 5. 55. & seq. Noluit cõtendere enixe, quòd Deus non cognosceret cuncta contingentiæ cõditionata, dependentiā à causa libera. 75. Sed tandem reculsauit patrociniū dubiæ, & coniecturalis vllius noticiæ diuinæ de præfatis futuris. 81.

de Vio Caietanus pro opinione Societ. 864. 882. 989. De eius correctionibus factis, vt dicitur, iussu Pij V. Papæ circa Commentaria S. Thomæ quid scribat Ioannes Martinez de Prado. 1633.

Caietanus quam præsentauit opinionem nudius tertius à se cogitanti de præsentia futurorum phisica in æternitate, vt in mensura inadæquata, & superexcedente, amplexati sunt plerique Thomistæ, etsi nouam. De qua ramentum non loquitur benignè Syluester Prieras. 1359. Et Hieronymus Perez in 1. p. Summæ S. Thomæ quantum ad ea, quæ concernunt primum librum Sct. quæst. 14. art. 13. scripsit art. suo 11.

[Tertio notandum est, quòd licet inter antiquos Thomistæ magna fuerit digladiatio de coexistentia rerum æternitati, nam Hervæus in 1. Dist. 38. putauit, S. Thomam solum hoc sentire in esse obiectiuo, & Capreolus in 1. Dist. 36. putauit, S. Thomam illud sentire tam in esse obiectiuo, quàm in esse reali, & tempore postea Thomistæ inter se fuerint varij; & Thomas de Vio magnum fecit super hoc processum, tamen nō aliter intelligo ego S. Thomam, nisi prout supra (nempe art. 9. dub. 3. sui art. 3.) annotaui in tribus dictis, & in illis iudico esse standum in hac Schola.] Quæ tria dicta sunt con-

formia modo, quo Theologi Societ. percipiunt S. Thomam. Cum quo ipse dixerat in notatione 2. [Deum futura contingentiā non cognoscere vt futura præcisè, vt nos, sed vt præsentia, & hoc duobus modis, vno modo videndo ipsas eorum existentias, prout sunt in se ipsis, alio modo videndo ipsa in suis causis productis, videndo omnia, quæ possunt eas impedire, & quæ de facto impediunt, & non impediunt.] Sic ille, à quo primus modus assignatus comperit futuris contingentijs, quæ sunt libera respectu voluntatis creatæ, secundus eis, quæ solum libera sunt respectu increatæ: nisi explicandus sit aliter. De quo consulantur Doctores citati V. Lactantius Domanius.

Et vt redeam ad Caietanum, quanto ille perplexitatū estu fluctuarit circa modum conciliandi libertatē creatam cum diuinā prouidentia. 1362. & seq. Discutit eius verba prælaudatus Hieronymus Perez quæst. 22. art. 4. in 2. & 3. dub. sui art. 3. et cum diuisisset in sex puncta, ait esse apertam falsitatē in 1. & in 2. fuisse apertè delusum, & in 3. patere manifestè falsitatem, & in 4. esse duas falsitates. Omitto rigidiores alias censuras ad 5. & 6. Et hæc obiter ex Hieronymo Perez, vt confirmem, quæ de eius discordijs à Caietano, & alijs Thomistis sui sæculi, & præsentis dixi. 804. nam nō defuit, qui me monuerit, fore, vt mihi non adhiberetur fides sine manifestis probationibus desumptis ex verbis eiusdem Hieronymi Perez, cuius Commentaria cum iam mihi sint in promptu ad vsum, possum adducere sexcentas alias.

Caietano si milis fuit Chryostomus Tabellus in perplexitatibus illis. 1370. Quod negotium quanta esset profunditate ad pervadendum difficile, cum optimè nosset S. Cælestinus 1. Papa, ideo de varijs suo tempore conatibus ad illud superandum detraxit sententiam ferre. 1371. & seq. Atque hinc æquum est, vt circa illas ipsas questionēs, vel circa alias ex eis derivatas abstineant à censuris Doctores priuati, sicque suam tueantur opinionem, vt non damnent de nouitate, neque de simili alio vitio alienam. Quò faciunt pulchra verba Dominici Banez agentis vniuersim de opinionum inter Theologos diuersitate, quando

latua manet Fidei veritas, Ecclesieque Catholice auctoritas. 1372. Quarum ardentissimo studio & que inflammantur in hac singulari Controversia Domini, & Iesuita, 1373. Vtrique, dum suas opiniones defendunt, cauendum est, vt monet Caletanus, ne nimis firmiter eis inhaereant, & asserant vt certum, & indubitatum, quod tamen est intra latitudinem opinabilium. 1373.

Caletanus suspicatur, aliquid occultum latere vel ex parte ordinis, qui est forer Deum, & euentum prouisum, vel ex glutino inter ipsum euentum, & esse prouisum. 1362. Anhe liceat existimare, Scientiam Mediam esse illud glutinum, quod Molinae, & alij de Nostris patefieri voluerit Deus? Nam etsi pateat omnibus veritas, tamen multum ex illa etiam futuris relictum est, & multa futuris seculis referantur. Quidni possit putari plena notitia illius Scientiae reseruata in celo, in quo Lutherus, & Calvinus obliuatiissime contendebant, non posse Dei praescientiam, ac prouidentiam consistere cum hominis libertate. Quarum conciliatio nexu Scientiae illius visa est aliquibus tam perspicua, vt inde ansam arripuerint ad eiusdem impugnationem. 1364. Et inter alios Smitingus. Cui respondet Andreas Pintus Ramirez super Christi Domini Epistolae, quae in Apocalypsi continentur, n. 1324 & duobus seq. Is Author legendus est pro Scientia Media in eodem Opere, n. 203. 1183; 1593. & tribus seqq. 1061. 1976. & duobus seqq. iamque a nobis 1263. allegatus est in alio Opere, & n. 15. Nuncupationis dicimus, ambo inflammasse nos mutuò ad laudes, S. Gabrielis Archangeli. Etsi vero Smitingus cum alijs inde impugnet Scientiam Mediam, non desunt, qui exaggerent difficultatem conciliandi cum ea libertatem creatam, vt aduertit Bernardus Aldretus. 1364. Qui Author valde illustrant Scientiam Mediam, & a nobis laudatur. 1270.

Caletano glutinum illud incognitum an debeat putari esse decretum subiectiue absolutum, & obiectiue conditionatum, in quo Deus cognoscat futura conting. condit. vel esse praedeterminationem physicam? Videtur, non debere putari, nam libertatis creatae cum his coadunatio mysterium est, & secretum Fi-

de potius credendum, quam ratione tradendum, vt dicunt multi, qui ea tenentur, & speciatim Blasius Verdù, cuius verba referuntur. 1365. & seq. Videtur, que quidam Neotericus respexisse ad illa, & inuertisse in aliam materiam loquutione non admodum decente, contra quam adducuntur pulchra alia Caletodori. 1367. & in seq. afferuntur verba Letsij, & aliorum reculantium captiuare intellectum in mysterium praefatum, & in alia non intelligibilia sibi, in quibus neque Ecclesiae definitio, neque traditio urget.

Huraudus conatur probare non fuisse à Sede Apostolica prohibitum agere occasionaliter de efficacia diuinae gratiae, & hac via immunes reddit à prohibitionis transgressione quosdam Authores. In Praef. 2

Scribit, Ioannem de S. Thoma loquutum esse modestissime, e contra vero Paulum Leonardum Sherlogum contumeliose, & conuictiose, peperisseque scandala, ac dissensiones in Ecclesia Dei. Cui contra Sherlogum notae respondetur. 1821. & tribus seqq.

Videtur esse eiusdem tenus cum Dominicanis in hac Controuersia. 821.

Aduersus eum defensio Societ. ex 1391, vsque ad 1422.

Eius nouitates in materia Confectionum sollicitantium, & de illis nouitatibus iudicium Ioannis Martinez de Prado & Authoris Operis huius, ex 1423. vsque ad 1430. in quorum 1426. adducitur nouissima quaedam Bulla S. D. N. Alexandri Papae VII. reprobans de obligationem sequentiandi Sacerdotem sollicitantem, si ex correctione fraterna ad sit firma correctionis spes.

Eius nouitates in puncto stipendiorum Missae. ex 1431. vsque ad 1476.

Eius nouitas pertinet ad consecrationem Episcoporum. ex 1495. vsque ad 1501.

Quidnam senserit de facultate per Bullam Cruciatam ad celebrationem Missae in Oratorijs priuatis? 1673. 1676.

S. Thomae sententias aliquas Academia Parisiensis olim damnauit. 98. An reuocauerit eam damnationem? 99.

Eius Opera, de quibus dubitatum à nonnullis est, an sint Vincentij Bellouacensis, & Pontij Carbonelli? 166.

Eius alia Opera, in quibus dicitur profecisse ex B. Alberto Magno, & ex Ale-

Xan-

xandro Alensi. 167.

De eius mente quidnam falsi sunt Nostris? Num alicubi tela aduersus Nostrum subministrat? 482. vsque ad 486.

Ex eius auctoritate quae obijcit Ioannes de S. Thoma, item quae Ioannes Martinez de Prado, diluuntur. ex 487 vsque ad 507.

Eius plura testimonia afferuntur pro nostra sententia. ex 492. vsque ad 502. & alia sigillatim contra praedeterminationem ad materiale peccati. 512. 602.

Eius elogia composita à Nostris Celorio, & Cresollio. 514. à Molina. 515.

Eius erga opiniones qualiter se gerant Scoticae; qualiter Nostrae. 560. Quibus ex iactio Controversiae persualum fuit eius esse sententiam, quam de Auxilijs, & Scientia Media defendunt. 509.

Cum eo non sunt omnino conformes Rubricae Missalis Romani. 1643. 1654. & duobus seqq.

Eius opiniones cunctae num infallibili potiantur probabilitate? 1406. Referuntur tres, quae iam non potiantur. 1407. & seq.

Tridentino Concilio non est aduersa Scientia Media. ex 401. vsque ad 411.

Eius sensus fauorabilis doctrinae Societ. peruestigatur ex testimonio Ioannis à Bononia, qui praesens ipsi fuit. 412. & duobus seqq. Item ex disputatione, quam Dominicus Sotus dicitur habuisse cum Aloyisio Cataneo, in Praef. 21. in Opere. 415. Et ex 435. vsque ad 455. referuntur multi Theologi, qui eidem Concilio interfuerunt, & suis in libris patrocinantur opinioni Societ. Et ex 456. vsque ad 461. responderunt ad testimonia aliorum eidem Concilio praesentium, qui contra illam opinionem stare dicuntur.

V

Valentina Academia quantum faueat opinioni Societ. 1208.

Vallis-Oletana Academia testimonio Ioannis Garciae Coronelis ibidem Primarij Theologi quam propitia fuerit opinioni Societ. 1214.

Vallis-Oletanum S. Ambrosij Col-

legium Societ. laudatur. 247. Vbi de foelici, faustoque omine, quod in eius contigit erectione.

Vallis-Oletana Sancta Inquisitio quidnam commonefecerit Prouinciales Dominicanum, & Iesuitam? 261.

Vallis-Oletana Iansenij Iprensis contra Societ. 522.

Vallis-Oletanae de Auxilijs, & Scientia Media Assertiones, in quibus effere uere coepit Controversiae. ex 226. vsque ad 246. Earum Assertionum assertur fidele instrumentum. 228. Ex quo deteguntur imposturae Authoris quaestionis historicae, Theologicae, & Iuris Pontificij de Scientia Media. ex 229. vsque ad 234. Alia spectantia ad eas Assertiones: praemittiturque causa, quae ad eas mouit. 235. & duobus seqq. Reliqua de eis. 242. & quatuor seqq.

Veniale peccatum an remitteretur quoad reatum culpae per Sacrificia antiquae legis ex opere operato? 1590.

Veritatis studio legitime certantes, quo pacto debeat se gerere. 1599. 1827.

Ea nihil ad defendendum tutius, nihil ad dicendum facilius. 1.

Eius Elogia. 234.

Vadricus Argentinenus pro opinione Societ. 978.

S. Vigilus notatus est nouitatis ob Antipodum assertionem. 1374.

S. Vincentius Ferrerius non est aduersus opinionem Societ. 855. 873.

Vincentius Bellouacensis pro opinione Societ. 975. Vide V. S. Thomae.

Giachanus pro opinione Societ. 450. 1003.

Lenis narrat; Summos Pontifices confecisse Bullam definitiuam contra Molinam, quae narratio discutitur. ex 137. vsque ad 152.

Vitalis Zuccolus pro opinione Societ. 969.

Vnctionis extremae Sacramentum sepe olim fuit administratum ante Vaticum. 1550.

Vnctionem extremam ob administrandam infirmo existenti intra templum, & adiuto alijs Sacramentis possitne Sacerdos interrumpere Missam post consecrationem, si desit alius, qui administrat? 1787.

Volumina MSS. Historiae Prouinciae Castellanae Societ. à Ludouico de Valduia, & ab Antonio de Arana com-

posita citantur. 383. & alibi sæpè.

A Villanova, Iosephus nomine, Emerita Augustinianus, Complutensisque Lector Theologiæ edidit anno 1662. Questionem Theologicam de prima determinatione, & cognoscibilitate contingentium ad mentem Fundamentalis Doctoris Agidij Romani. Quo in Tract. nec Dominicanam, nec nostram sententiam sequitur, sed mediam quandam tentat propositam sub his verbis Cap. 1. num. 13. & 14. [Deus cognoscit æternaliter in tuo esse, & in Iteis sub esse possibili voluntatem creatam in triplici signo. Primo sine auxilio, in quo signo cognoscit impossibilem esse in voluntate consentum liberum salutare, vel eius oppositum. Secundo cognoscit voluntatem creatam cum auxilio possibili, & in hoc signo cognoscit in ea esse possibilem consentum salutarem liberum, & liberum dissentium. Tertio cognoscit voluntatem actu consentientem libere virtute auxilij, seu possibilitatem actualis consentus liberi (hoc enim est vnum e. possibilibus) & in hoc signo cognoscit, impossibilem esse impossibilitate consequenti in voluntate pro eodem instanti, & circumstantijs dissentium. Unde cognoscit Deus per scientiam simplicis intelligentiæ, & præscit speculatiue, se habere in sua potestate consentum liberum orientem à voluntate virtute auxilij (sive hoc sit efficax ex se, sive a consentu,) & posse illum prædefinire sine periculo incertitudinis, aut frustrabilitatis, quia si prædefiniret illud complexum, scilicet consentum liberum orientem à voluntate virtute auxilij in tali instanti cum impossibilitate consequenti carentiæ consentus, in tempore erit certo, & infallibiliter infallibilitate metaphysica consentus à voluntate in tali instanti: & impossibile erit, quod in tali voluntate pro eo instanti sit dissentus, licet possit esse antecedenter, quin ad hanc prædefinitionem sit necessaria Scientia Media; esto detur in Deo.] Sic ille.

Qui in Cap. 3. num. 83. addit, [Si in Deo semel admittatur hæc notitia naturalis, Possibilis est consensus liber orientis à voluntate virtute auxilij in hoc instanti cum impossibilitate omissionis, scientia conditionalis in Deo necessaria for-

manda est sic, Si vocauero voluntatem auxilio, ex quo video oriri consentum liberum cum impossibilitate omissionis, erit consensus. Quæ Cōsequentiā est necessariæ veritatis, & impossibilis falsitatis, ac proinde necessaria respectu intellectus diuini, licet contingens respectu voluntatis humane.] Quibus ex verbis, & ex antecedentibus transcriptis aperitur satis huius Theologi mens. Vellemque, vt attulisset verba Agidij ad eam ducentia, nam in locis citatis Cap. 1. num. 19. nullum eius vestigium inuenio. Sed quicquid sit de Agidio, & admissio primo, ac secundo signo,

Tertium videtur ex vna parte pertinere ad consentum futuritionem absolutam, seu ad scientiam visionis de consentu, & ex alia parte videtur pertinere ad consentum possibilitatē, seu ad scientiā simplicis intelligentiæ de consentu. Considerentur verba explicata obiectū, quod in tertio illo signo cognoscitur à Deo. Sed relicto de verbis scrupulo, obiectum est possibilitas consentus excludentis compositionem cum dissentu in eodem instanti. V. g. iam rogo, cur potius est illa possibilitas, quam ea alia dissentus excludentis compositionem cum consentu in præfato instanti? Re vera datur vtraque possibilitas, vt patet ex dictis ab hoc Theologo de secundo signo. Undenam igitur determinatur Deus, vt in tertio signo cognoscat vnā præ alia? Et quidem nõ determinatur à decreto suo, nam erga possibilitatem vt præcise talē non habet Deus decreta libera. Non à voluntate creatā, siquidem respectu ipsius tam est possibilis dissentus excludens compositionem cum consentu, quam vice versa. Non ab auxilio, quippe si hoc sit suapte naturā indifferens, cognitum à Deo vt possibile non magis determinabit diuinum intellectum ad cognoscendam possibilitatem consentus, quam dissentus. Si verò non sit suapte naturā indifferens, qui fieri potest, vt auxilij, quod in secundo signo cognoscebatur à Deo vt indifferens suapte naturā, iam in tertio non cognoscatur vt tale?

Ad hæc difficultatē, quæ sub his, vel sub illis terminis menti statim obuertebatur, respondet Cap. 7. num. 126. [Cū in statu existentia in voluntate cum tali auxilio, & in talibus circumstantijs erit existens consensus liber, & non dissentus,

fus; nihil mirum, si in statu possibilitatis in voluntate virtute illius auxilij, & in talibus circumstantijs sit possibilis consequenter consentus, & non dissentus.] Sed rogandus est is Theologus, per quam scientiam siue antecedentē, siue subsequentē sit notum Deo, quod existet potius consentus, quam dissentus? Notumne est per scientiam antecedentem ad eam, quæ est simplicis intelligentiæ, & de præcise possibilibus? Si id dicatur, scientia visionis prior erit, quam scientia simplicis intelligentiæ: quod est paradoxon inauditū. Et præterea plures consentus possibiles, qui nunquam erunt, cognoscuntur à Deo, vt cōmperum est; & ad illorum, qui erunt, cognoscendam possibilitatem necesse Deo esset conficere quasi argumentū à posteriori ex existentia absoluta consentus, indeque indagare eisdem consentus possibilitatē: quod magnam præfert absurditatē. Si ob hæc dicatur, notum esse per scientiam subsequentem ad eam, quæ est simplicis intelligentiæ. Ergo hæc antecedenter, & sine illius iuuamine cognosceret possibilitatem consentus, proinde quæ etiam possibilitatem dissentus: & quoad illam cogitur is Theologus per eandem lineam seerram reciprocāre cū Dominicanis, vel cū nostris. Nam illa cognosceret futuritionē absolutam consentus præ dissentus futuritione absoluta vel in decreto diuino præ uicō conueno cum consentu, vel in ipso met consentu. Si primum, reciditur in Dominicanam; si secundum, in nostram sententiam.

Et quidem quod in statu absoluto existet potius consentus, quam dissentus, est suppositio cōsequens determinationem liberi arbitrij creati: quæ suppositio licet non tollit antecedentem indifferentiam ad consentum excludentem dissentum, & ad hanc excludentem illum, seu licet non tollit possibilitatem vnius in sentu diuino alterius, ita nec tollit, quod à Deo cognoscatur pro omni signo antecedenti possibilitas vtriusque in sentu diuino vtriusuis. Et cum scribit is Theologus n. 130. [Dicendum ergo, rationem, quare consentus in illis circumstantijs est magis existens, quam dissentus, esse rationem indiuidualem, vel accidentalem consentus, qui ratione suæ differentia indiuidualis, vel accidentalis petit, vel habet oriri à voluntate in hoc instanti, &

circumstantijs libere se determinante virtute huius auxilij, &c.] ratio est difficillima, nam etiā determinatio ad indiuiduum vnius consentus præ ea, quæ est ad indiuiduum alterius numero consentus, possit inde peti iuxta probabilem sententiam, at determinatio ad speciem consentus præ ea, quæ est ad speciem dissentus, referenda non est in circumstantias temporis, & loci, neque in alias similes, vt stellarum, &c. sed tantum in liberum arbitrium creatum adiutum Dei gratia auxiliante. Quod fatetur per doctus is Theologus in postremis verbis, & merito, alio qui circumstantiæ temporis, & loci, similesque alię euerterent nostram libertatem quoad speciem. Cū autem fateatur quod dixi, miraretur, cur in antecedentibus verbis inuenerit recursum ad circumstantias determinante s ad consentum præ dissentu. Notanter potius inuenit, nam nolim homini in Theologia tam perito adscribere sensum minus bene sonantem, qui ex conceptis, & claris verbis eius non eliciatur.

Et hæc delibasse sufficiat aduersus sententiam mediam relatam, ommissis multis alijs argumentis, quæ, si locus pateretur, adducerem in medium, vt eam impugnarem. Cuius me consciū ostendere satis sit pro præfati loco, ne alioquin me cū concordia nota desideraretur à nonneminē lectio Questionis illius.

Z

Zacharias Pasqualigus est quasi amphibius, & nec adhaeret opinioni de scientia Media, neque alij de conditionata in decreto prædeterminatio. Discutitur eius sententia. ex 649. vsque ad 655.

Scriptis novissime de Sacrificio nouæ legis, quo in Opere laudatur. 1523.

S. Zacharias Papa quidam in Concilio Romano declaravit circa nomina Angelorum contra Adalbertum. In Nuncup. 67. in Opere. 1519.

Zelaya in 1. Dist. 38. quæst. 1. §. Propter ista, allegatur à Iosepho de Villanueva in quæst. de prima determinatione, & cognoscibilitate contingentium Cap. 1. num. 5. pro cognitione diuina futurorū

contingentium absolutorum in se ip-
sis, & non in diuino decreto antecedenti,
& efficaci erga ipsa. Cuius allegatio-
nis occasione aduerto, Theophilum Ray-
naudum in Disciplina Morali Disp. 2.
quæst. 3. arr. 2. num. 259. allegare
etiam pro nostra sententia Lancelotum
in Opere, cui titulus, Hæreticum quare

solum per Catholicum quia, Cap. 79.
& 80. Rursus aduerto, Franciscum Bo-
næspei in Cursu Theologico allegare
non raro recentem Dominica-
num Thomam Leonardi pro
opinione dome-
stica.

FINIS INDICIS RERVM, ET
Verborum, totiusque Operis ad
Dei laudem.



SALMANTICÆ.

Ex Officina ANTONII A COSSIO, Typographi Vniuersi-
tatis. In angulo propè Ecclesiam S. Isidori.
Anno Dñi 1665.